R. 2197
Colegio de la Compª de Jesus de Granada

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

THESAVRVS GRAECAE LINGVAE,

Ab Henrico Stephano constructus. + autore damnato

cum expurgatione permissus

IN QVO PRAETER ALIA PLVRIMA quæ primus præstitit, (paternæ in Thesauro Latino diligentiæ æmulus) vocabula in certas classes distribuit, multiplici deriuatorum serie ad primigenia, tanquam ad radices vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI,

Nunc alii intrepidè vestigia nostra sequantur:
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit.

Corregi el libro conforme a la censura de la Sta General inquisicion en Granada a 15. de setiembre de 1612.
+ Augustin de Quiroz
no tiene menos que expurgar por el dicho Sto. oficio de mayo de mil
+ Diego de Riberas
Por comision de la Sta Inquisicion
Esta expurgado conforme al Expurgat.º de Mdo.
Pablo de Candenatas

ANNO M. D. LXXII,
excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

R. 2197
Collegio de la Compª de Jesus de Granada

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

THESAVRVS GRAECAE LINGVAE,

Ab Henrico Stephano constructus. + autore damnat

cum expurgatione permissus

IN QVO PRAETER ALIA PLVRIMA quæ primus præstitit, (paternæ in Thesauro Latino diligentiæ æmulus) vocabula in certas classes distribuit, multiplici deriuatorum serie ad primigenia, tanquam ad radices vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI,

Nunc alii intrepidè vestigia nostra sequantur:
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit.

corregi el libro conforme a la censura de la Sta General inquisicion en Granada a 15. de setiembre de 1619.

+ Augustin de Quiroga

no tiene de nuevo el expurgatorio del 640. ni 2. de mayo de 1707

+ Diego de Ribera

Por comision de la Sta Inquisicion
Esta expurgado conforme al Expurgat.º de 1707.
Pablo de Candenatas

ANNO M. D. LXXII,
excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

HENRICVS STEPHANVS lectori, de suo Thesauro.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔφυ πεν ἄριστον,
Πασῶν δ' Ἑλλαδικὴ γλῶσσα δρίζη ἔφυ.
Ἀλλ' ὅμε θησαυρὸς θησαυρὸς ἀπηύρεν, ἄριστος
Πᾶσιν ἐὼν ἑτέροις, ὅστις κάκιστος ἐμοί.

IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditántque beántque,
Et faciunt Crœsum qui prius Irus erat.
At Thesaurus me hic ex diuite reddit egenum,
Et facit vt iuuenem ruga senilis aret.
Sed mihi opum leuis est, leuis est iactura iuuentæ,
Iudicio haud leuis est si labor iste tuo.

SVMMA PRIVILEGIORVM HVIC THESAVRI editioni concessorum, quæ prodiit anno M. D. LXXII, CAL. MART.

Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in vniuersis ditionibus ipsius Cæsareæ maiestatis, locis atque ciuitatibus tam sacro Romano imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè subiectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum permissu, hunc Thesaurum linguæ Græcæ, vel quicquam eorum quæ in hanc eius editionem contulerit, excudere ante octennium, à die qua finita fuerit computandum: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publicè vel occultè aut quouis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amissionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco & ipsi Henrico Stephano, vel eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persoluendam.

Diploma vnum datum fuit Pragæ, die XV Febr. Anno M. D. LXX.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs. maiestatis proprium, A. Erstenberger.

Alterum datum fuit Spiræ, die XVII Sept. eodem anno.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs. maiestatis proprium, M. Gerstman.

Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianiss. cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amissionem librorum, mulcta arbitraria irrogatur, atque vt omne damnum eidem Henrico præstare sarciréque teneatur. Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Iulii die XIII, Anno M. D. LXI.

Subsign.

Delomenie.

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER AVGVSTO, GERMANIAE, HVNG. BOHEM. DALM. CROATIAE ET SCLAVONIAE REGI, &c.
Ac nobilissimis eius academiis, Viennensi & Pragensi:

CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.
Atque omnium eius academiarum antiquissimæ nobilissimaque, Parisiensi:

ELISABETHAE, ANGLIAE, FRANCIAE, HIBERNIAEQ. REGINAE SERENISS.
Et celeberrimis eius academiis, Oxoniensi & Cantabrigiensi:

ITEM,

ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS AC DOMINIS, FRIDERICO, COMITI PALAT. AD RHENVM, IMPERII ELECTORI PRIMARIO, &c.
Et clarissimæ eius academiæ Heidelbergensi:

AVGVSTO, SAXONIAE DVCI, IMPERII ELECTORI, &c.
Et celeberrimis eius academiis, Lipsiensi & Vitebergensi:

IOANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDEBVRGICO, IMPERII ELECTORI, &c.
Inclytaque eius academiæ, quæ est Francofurti ad Viadrum.

HENR. STEPHANVS S. D.

ISOCRATES, summus & orator & philosophus, eos qui regibus vestes vel æs aurúmve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ sibi deessent, illis contrà superessent, mercaturam maiore quodam artificio exercere aiebat quàm qui apertè institores se profiterentur. At ego sacræ tuæ Cæsareæ maiestati, itémq; vestris regiis MM. & Augg. DD. offero quæ mihi contrà superfuit, illis desunt. Offero enim Thesaurum quem antea (invidia dicto absit) nusquam gentium ne venalem quidem thesauris vestris inuenistis. Ne-

que verò meum istud munus eiusmodi est vt eius vtilitas ad vos tantùm aut vestros aulicos peruenire queat, sed quàm latè ditionum vestrarum fines patent, eius vtilitas ad omnes Musarum cultores dimanabit. Quum autem maior eorum in academiis quàm alibi sit numerus, & has vobis non secus ac patribus filias, charas esse constet, rem vobis longè gratissimam facturũ me existimaui si eas quoque compellarem. Minimè enim verendum mihi fuit (opinor) ne, si vobis eas consociarẽ, tantum illarum honori addere, quantum vestro detrahere iudicarer: quum illæ non solùm honorem vestrum amplificare, sed etiam immortalem vobis gloriam comparare possint. Huius autem comparandæ studium præ quouis alio principes decere, iam olim Ptolemæo regi cecinit Syracusanus poeta, his versibus, (quantum quidem Musa mea Latina Græcam assequi potest).

--quid enim mage principe dignum,
Quàm decus immortale sibíque suísque parare?
Hoc manet Atridis saluum: caligine contrà
Nunc adoperta latent (nullus datur vnde regressus)
Quæcunque obtigerant Priami populantibus vrbem.

Vbi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quàm decus immortale saluũ manere, idem de reliquis omnibus heroibus, (vt alios innumeros fortes viros omittam) ac nominatim de Achille, canere poterat: cuius ad tumulum quum Alexander astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. At vos in academiis vestris non solùm certum vestrarum laudum præconium repositum habetis, sed etiam in illis, non secus ac patres in liberis, vobisipsis quodammodo superstites esse potestis: quandoquidem tanta vicissim in earum alumnos liberalitas ac munificentia vestra extitit, vt vobis, secundum deum, omnia debere dici possint. Vbi verò insigniorem & principibus conuenientiorem liberalitatis materiam inuenietis quàm iis in locis quæ (vt M. Tullius domum Isocratis, officinam eloquentiæ vocauit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam sunt? quæ literariis rebuspublicis seminaria esse dici possunt? quæ denique cæteris ditionum vestrarum locis non aliter quàm animæ corporibus inclusæ videri queunt? Cyrum minorem narrat Xenophon, quum Lysander Lacedæmonius ad eum venisset Sardis, eíque dona à sociis attulisset, & cæteris in rebus comem erga illum atque humanũ fuisse, & ei quendam conseptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Lysandrum autem, admirantem proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus: dixisse, mirari se solertiam eius à quo illa dimensa & descripta essent. Cyrum autem ei respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Quanto maior & principe dignior gaudij materia est, posse de eloquentibus & sapientibus viris dicere, Hos academia mea iam inde à pueritia, tanquam teneras plantas, educauit & excoluit: hos formauit, hos omnibus quibus excellunt artibus instituit atque perpoliuit. Athenæ ob literarum studia, quæ ibi florebant, Græcia Græciæ dictæ fuerunt. quídni

& vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere dicemini? Ex Isocratis ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exiêre: nimirum qui in dicendo & scribendo principes extiterunt. quid? nónne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent ii quos à consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis? nónne inde prodeunt & illi qui velut vicariam in soliis vestris sedem obtinent, siue ius tanquam ex ore vestro dicant, siue alia in vrbibus, quarum gubernacula illis commisistis, administrent?

Neque tamen academiæ eos tantùm homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclarã vobis operam nauaturi sint. Longè enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse martia pectora inesse, & ipsi persuasum habent, & aliis persuadere conantur. Literas quidem certè inter arma iniere, (sicut de legibus dictum fuit, minimeq; gratã inter illa sedẽ aliud literarũ genus quàm poetica Tyrtæi alicuius tubam, habere fateor: sed tãtum abest vt eundem & literarum & armorum laude posse excellere negem, vt cõtrà, quemadmodum Græci vulgari senario eos qui literas didicerat duplo oculatiores esse aiebat quàm cæteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quendam artis imperatoriæ vsum habere contendam. Etenim si Agamemnon mihi decem Nestores, non decem Aiaces sibi optabat, idemque & vos in bellicis vestris rebus optare debetis: nónne ex quatuor quibus imperatorium munus demandare voletis, si duo literati sint, duo illiterati, (cæteris alioqui in rebus pares) illorum magis quàm horum prudentiæ confidendum vobis existimabitis? Monumenta historicorum euolant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant: & ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (vt alios quamplurimos silentio prætereã) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon: quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, vterque Cato: quales innumeri alii. Vel vnius certè Luculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnã literis iniuriam facere ostendit. Is enim tantus imperator in omni genere belli erat, præliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiúsque belli instrumentis & apparatu, vt Mithridates, rex post Alexandrum maximus, hunc à se maiorem ducem cognitum quàm quenquam eorum quos legisset, fateretur: & tamen cùm omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, vt in bello etiam & sub ipsis pellibus aliquid temporis illis impertiretur. Verùm quid externis exemplis opus est, quum vestræ Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines & armorum & literarum simul laude præstantes, & habuerint iam olim, & nunc quoque habeant? Vnde verò illi doctrinam nisi ex academiis vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones:

ita certè quo plures vobis similes, nimirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eo fœcundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quum ita ſint, & quum academiis quas illis de cauſis charas vel potius chariſſimas habetis, gratificari modis omnibus cupiatis, gratiam me à tua S. C. M. & veſtris tum RR. MM. tum AA. DD. initurum putaui, ſi munus offerrem quo illas, non ſecus ac patres filias, munerari viciſſim poſſetis: & quod illis non ſolùm vtilitas, quam ex eo percepturas ſpero longè maximam, ſed & ipſæ manus veſtræ (quæ alio etiam omni munificentiæ genere demereri iampridem earum amorem cœperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Theſauro omnes ſuæ erga vos beneficentiæ theſauros comites addat.

IISDEM DE HOC THESAVRO.

[redacted]

DE EODEM.

Inſperata alios theſauros lucra videmus
Ferre repertori: triſtémque repentè fugari
Pauperiem, vilémque caſam mutarier arce.
At me contrà inopem meus hic ex diuite fecit
Theſaurus, gazáſque omnes exhauſit auitas.
Si tamen hic animum veſtrum pectúſque benignum
Conciliare mihi (quod ait ſe poſſe) valebit,
Tum verò haud aliter quàm quondam Pelias haſta,
Fecerit id vulnus, factóque medebitur idem.

CATALOGVS AVTORVM GRÆCORVM, EX QVORVM ſcriptis vocabula & loquendi genera, eorum item vnde expoſitiones vocabulorum aut loquendi generum petitæ ſunt in hoc THESAVRO GRAECAE LINGVAE.

Indicatur autem in quibuſdam, etiam ex qua editione ſint, in iis videlicet quorum locis nonnunquam paginæ numerus: in poetis autem, verſus numerus interdum adſcribitur.

POETAE,

- Homerus,
- Heſiodus,
- Orpheus,
- Callimachus,
- Aratus,
- Nicander,
- Theocritus,
- Moſchus,
- Bion,
- Dionyſ. Alex.
- Coluthus,
- Tryphiodorus,
- Muſæus,
- Theognis,
- Phocylides,
- Pythagoræ aurea carmina,
- Epigrammata Græca,

Ex editione Henr. Steph.

- Apoll. Rhodius,
- Oppianus,
- Nonnus,
- Ariſtophanes,

Ald.

- AEſchylus,
- Sophocles,

Henr. Steph.

- Euripides,
- Lycophron,

Ald.

- Pindarus, & cæterorum lyricorũ fragmenta.

Henr. Steph.

HISTORICI,

- Herodotus, *Ald.*
- Thucydides,
- Xenophon,
- Diodorus Sicul.
- Dionyſius Halicarnaſſeus,
- Dion,
- Appianus,
- Herodianus,

Henr. Steph. & Rob. Steph.

- Polybius, *Germ. ann. 1530.*
- Arrianus, *Germ.*
- Strabo,
- Pauſanias,

Ald.

- Philoſtratus,
- Plutarchus,

Ald.

niſi numero pag. adiungantur hæc verba, Meæ editionis.

- Athenæus, *Ald.*
- AElianus, *Rom.*
- Diog. Laërtius. *Germ.*

ORATORES,

- Iſocrates,
- Demoſthenes,
- AEſchines,
- Demades,
- Lyſias,
- Antiphon,
- Andocides,
- Iſæus,
- Dinarchus,
- Lycurgus,
- Gorgias,
- Leſbonax,
- Herodes,
- Alcidamas,
- Antiſthenes,
- Ariſtides,

Ald.

- Lucianus, *Ald.* Sunt tamen huius & hiſtorica quædam ſcripta. *Flor.*

RHETORES, ſeu ſophiſtæ,

- Aphthonius,
- Theon,
- Libanius.

PHILOSOPHI,

- Plato,
- Ariſtoteles,
- Themiſtius,

Ald.

- Epictetus,
- Philo,
- Porphyrius,
- Iamblichus,
- Proclus.

II EX QVORVM epiſtolis aliqui proferuntur loci,

- Heraclitus,
- Democritus,
- Hippocrates,
- Euripides,
- Iſocrates,
- AEſchines,
- Demoſthenes,
- Plato,
- Ariſtoteles,
- Chion,
- Diogenes,
- Crates,
- Anacharſis,
- Lyſis,
- Muſonius,
- Apollonius Tyaneus,
- Philoſtratus,
- Alciphron,
- AElianus,
- Theophylactus,
- Procopius,
- Phalaris,
- Brutus,
- Syneſius,
- Baſilius,
- Gregorius Nazianzenus,
- Libanius,
- Iulianus imp.

Ald.

Flor.

IVRISCONSVLTI, aut ſcripta ad iuriſprudentiam pertinentia,

- Pandectæ iuris Græcæ,
- Iuſtiniani nouellæ,
- Theophili interpretatio Inſtitut. Iuſt.
- Harmenopulus.

MEDICI,

- Hippocrates,
- Dioſcorides,
- Theophraſtus,
- Galenus,
- Oribaſius,
- Paulus AEgineta,
- Aetius,
- Alexander Aphrodiſianus,
- Alexander Trallianus,
- Hippiatriæ autores.

GRAMMATICI, AVT qui ad grammaticam pertinentia ſcripſerũt, ſcholiaſtæ, & lexicographi.

- Iulius Pollux,
- Harpocration,
- Heſychius,

Suidas,
Etymologus, qui Etymologicus vulgò,
Ammonius,
Ioannes grammaticus,
Thomas Magister,
Phrynichus,
Moschopulus,
Theodorus Gaza,
Eustathius schol. Hom. *Rom.*
Didymus, qui putatur autor breuium in Homerum scholiorum,
Scholiastæ, seu enarratores:
Hesiodi, Arati, Apollonii Rhodii, Nicandri, Callimachi, AEschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Pindari, Demosthenis, Thucydidis, Dionysii Areopogitæ.

Nondum autem editi libri, sunt hi, Xenophontis Ephesii historia, Charitonis historia, Statii historia, Eustathii historia, Longi Pœmenica, Iuliani imperatoris varia opuscula, Sextus philosophus, Scholia in Oppianum, Lexica duo Græca. item Lexica vetera Latinogræca, & Græcolatina, quæ recentiores Glossaria vocarunt.

SACRA SCRIPTA, AVT qui scripserunt quæ ad ea pertinent,
Testamentum vetus, ex interpr. ea quæ LXX interpretum vocatur,
Testamentum nouum,
Canones conciliorum,
Iosephus,
Iustinus martyr, *Rob. Steph.*
Dionysius Areopagita,
Basilius Magnus,
Gregorius Nazianzenus, } *Ald.*
Gregorius Nyssenus, } *Ald.*
Chrysostomus, *Ver.*
Damascenus, *Ver.*
Clemens Alexandr. *Ver.*
Eusebius, } *Rob. Steph.*
Theodoritus, } *Rob. Steph.*
Socrates scholasticus, } *Rob. Steph.*
Sozomenus, } *Rob. Steph.*
Euagrius, } *Rob. Steph.*
OEcumen. Arethas *Ver.*

[redacted]

HENRICI STEPHANI AD LECTOREM EPISTOLA, SEV PRAEFATIO IN SVVM Thesaurum linguæ Græcæ.

ΛΩΣΣΗΣ τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πολλὴ δ' χάρις κ' μέτρον ἰέσης, vt Ascræus olim vates cecinit: at ego, non vt ᾠδὸς, sed vt παρῳδὸς, canere de Græca lingua non dubitarim,

Γλώσσης θησαυρὸς γλῶσσαν ἁπὰ πᾶσαν ἄριστος
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαείτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Ecquis enim dici vel fingi præstantior & maior thesaurus possit quàm is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli verè sunt thesauri, quósque possessorum quilibet & facilè & tutò portare secum potest, (vt Prienensis ille Bias se omnia sua secum portare aiebat) nimirum ad omnes liberales & ingenuas artes, viam nobis aperit? Quæ verò χάριτες non comitantur eum sermonem qui ipsas etiam deas quæ ὁμωνύμως appellantur Χάριτες, reddit χαριεστέρας? Si enim alio quàm Græco sermone loquantur, non itidem χαρίεσσαν ὄπα fundere poterunt. Adeo vt quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

--λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων, οὐ τὸς ἀ ταυτὸν σθένει.

ita dici possit, (si & hîc παρῳδεῖν mihi liceat)

--λόγος γὰρ Ἑλλάδος τὶς ἐξιὼν
Γλώσσης τε κἀλλης, οὐ τὸς ἀ ταυτὸν σθένει.

Et meritò: quum Græcus ille sermo dulcior melle fluat. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus, τῷ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή: id generatim etiam de Græca (si aliæ cum ea comparentur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quæ est eius miranda felicitas) quanuis suapte natura sit μέλιτος γλυκίων, valet etiam, quum res postulat, verba fundere νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. Quid quòd vnum idémque vocabulum & λεαίνειν & τραχύνειν hæc lingua potest? ánnon hoc non miræ solùm sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimuero quoniam vereor ne, si vlterius orationem meam in huius linguæ laudes prouehi sinam, latissimum illum campum ingrediatur vnde non facilè abduci possit, iam nunc eam alio conuertendam censeo: præsertim quum ab aliis scripta illius encomia hîc additurus sim, & hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari & pauca cum aliorum encomiis communia habente, tractare aliquando decreuerim.

Equidem, si quadam amoris vehementia *Res minimè pulchræ, pulchræ tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusani poetæ verbis) τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται: non erit quòd quisquam miretur si linguam hanc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, insitus mihi à teneris propemodum vnguiculis eius amor, aliquid amplius quàm pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum ποιητικώτατος testatur, --*ignoti nulla cupido.* Linguæ enim Græcæ cupido iam tum me incessit quum vix de nomine mihi nota esset, víxque ipsas elementorum eius notas à Latinis possem discernere. ita vt oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces fuisse minimè dici queant. Ac nihilo magis de auribus dici hoc potest, (vt illorum canit vnus, *Pro lena multis vox sua sæpe fuit*) quandoquidem hæc lingua me in sui amorẽ iamtum pellexit & rapuit quũ aures ne de modulatione quidem eius (etiamsi eas quodammodo titillare viderentur) vllũ ferre iudicium possent, quin potius eius auditor tanquam ὄνος πρὸς λύραν essem. Fecit denique hic non solùm inusitatus sed præproperus etiam & præcox amor vt Græca lingua discenda mihi ante Latinam esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, nimirum in iis quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi, (ibi enim quum iis quæ de poeticès laudibus scribere institueram, aliquid περὶ τῆς ἐμῆς φυσικῆς φιλομουσίας ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio) siqui iam ibi

legerint, minimè repetendum illis nunc fuerit: at iis qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus ero.

Sed vide obsecro lector quomodo in meo illo præcoci (vti dixi) Græcarum literarum amore prouidentia Dei optimi maximi iam tum semina quædam huius tam operosæ πραγματείας includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accensus, Herculeum quendam laborem, qui exantlandus in ea erat, eluctari potui: eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperaui, vt quemadmodum Prometheus & Pelopis parens dulci sono decepti laborum feruntur, ita ego sæpenumero Sisyphei quod voluebam saxi oblitus fuerim, atque id à me volui minimè senserim. Quot enim quantásque difficultates obiectas mihi fuisse putas? quàm confragosa & salebrosa, quàm prærupta per loca perrumpendum mihi fuisse credis? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verùm vt de Ænea cecinit Maro, *Vicit amor patriæ*: ita de me affirmare possum, Vicit amor linguæ. Quinetiam cum eo amore cuius ex poetis elegiacis mentionem feci, meum comparare in multorum malorum tolerantia possum. Apud eum qui omnium ingeniosissimus non immerito censetur, legemus,

Quis nisi vel miles vel amans & frigora noctis
Et denso mistas perferet imbre niues?

Alius quidam hoc de se, vt amatore, profitetur,

Non mihi sæua nocent hybernæ frigora brumæ:

Proh quàm aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter à me tolerata fuerunt! Possum illi amanti simúlque illi militi in eo item me adiungere quod ab eodem poeta canitur, *Peruigilant ambo.* Magna enim ex parte vigiliæ appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inediæ tolerantia dicam? In ea me & milites & amatores quoslibet superantem non domestici mei solùm sed etiam quicunque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Vnum addam, in quo itidem multos me id genus amatores vicisse, nemo negauerit. Canit de amica sua quidam,

Quinetiam sedes iubeat si vendere auitas,
Ite sub imperium sub titulúmque lares.

Quàm paucos in animum inducere putamus vt idem propter amicas faciant? At ego propter amicam meam linguam Græcam & præ ardenti construendi eius θησαυρῶ desiderio, penè vniuersas meas diuitiolas paulatim ἀποτεθησαυρισμένας repentè me ἐκτεθησαυρικέναι, vtinam non tam verè dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorum genere, partim cum eorum multis, partim cum paucis communia habeo. (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versiculi meminerit, Ἡδύ τι τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων) at verò quod in eorundem malorum tolerantia commune cum illis non habeo, id demum est quod me solatur: nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis coniuncti fuerunt laboribus, non à me tantùm sed à multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Vt autem & ipse de hac spe mea déque opinione quam concepi iudicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, & in quibus potissimùm præstandis sudauerim. Primùm quidem mea est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, qua earum maxima pars ad suas origines, tanquam riui ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, reuocantur: qua deriuata nonnunquam ducenta, interdum trecenta ad vnum primitiuum ita reducuntur vt interim ne ipsa quidem permixtim collocentur, sed in certos ordines distribuantur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauro fuit, vt etiam in præfatione illi præfixa docui) vix dici potest quàm multa huius linguæ studiosis afferre commoda & adiumenta possit. tria quidem certè affert longè maxima: quòd lector magno labore quærendi per diuersos sparsa locos, & eadem in diuersis legendi, leuetur: quòd à primitiuis deriuatiua dignoscat, & quomodo factæ sint deriuationes, primo aspectu intueatur: quòd vno eodémque loco & in promptu habeat quæ mutuam quodammodo lucem sibi afferant, & sese mutuò explicent. Adde quòd hæc series ditiores (vt ita dicam) redderevidetur Græcæ linguæ diuitias: & quæ antea locupletissima verborúmque omnis generis fœcundissima esse visa est, facit vt multo etiam locupletior fœcundiórque quàm credita sit comperiatur: vt etiam dixi in epistola ante biennium excusa, qua ad multas multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatímque de meo Thesauro linguæ Græcæ, respondi: vbi & alia pleraque non solùm hac de re sed etiam

de aliis ad hunc Thesaurum & ad vulgaria lexica pertinẽtibus disserui: quę in hac præfatione (quam & properans & animo minus quàm in vlla operis parte tranquillo scripsi) non immeritò desideraturus sis. Cæterùm tu quoque pulchram esse hanc meam vocabulorum antea permixtorum & confusorum dispositionem, fateberis, sat scio: sed ad καλῶ, addito χαλεπὴν: & Græcum prouerbium hac in re, non minus quàm in alia vlla earum quæ ad linguam Græcam pertinent, ἀληθεύειν existimato. Atque vtinam non tam expertus loquerer: vtinam dispositionem illam mihi asserere non possem: vtinam mihi nihil deberet: nec me viæ ducem esse, sed monstratam ab alio quopiam sequi oportuisset. Vix enim vllis exprimi verbis potest cum quibus mihi difficultatibus luctandum fuerit, & quoties de me dici illud potuerit,

Vt stat & incertus qua sit sibi nescit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Quum enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem & labyrintheo similem cernerem, quomodo non hæsissem? sic autem hærens animus quî potuisset in varias sententias non distrahi? Nec verò mihi in his labyrinthis aliquod Ariadneum filium, tãquam alteri Theseo, auxilio erat: sed idem quod Terentiano Getæ vsuueniebat, vt in me omnis spes esset mihi. Lexicographos omnes, scholiastas, grãmaticos, cũctos deniq; qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens scripsissent interrogabam: sed in maxima parte eorũ quæ sciscitabar, magis muti quàm pisces erant: sicubi autem sententiam suam proferebant, idem mihi contingebat quod Demiphoni apud eũdem comicum, quum ab aduocatis quos consuluerat, incertior quàm antea reuerteretur. De plerisq; enim deriuationibus aut tacere aut inter se dissentire veteres quoque grãmaticos, de nonnullis verò eosdem diuersa diuersis locis, aliquando etiam contraria, sentire comperiebam. Scio autem fore multos qui & huiusmodi dissensionum & aliarum quas dixi difficultatum exempla requisituri sint: sed ea in Thesauri huius corollarium iam inchoatum reseruanda censui: vbi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Gręcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc à quoquam tractata (inter alia autem, ea quæ ad Atticam dialectum & cęteras pertinent) Deo fauente tractabũtur. Sed interim siquis hoc ipsum opus euoluere non grauabitur, suo desiderio aliqua ex parte satisfactum esse dicet. In aliquot enim locis, & illius discrepantiæ & multorum quæ lexicographi vel scholiastæ vel alij grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mendaciorum mentionem simul & reprehensionem inueniet. Quòd si verum est illud, --*in magnis & voluisse sat est*, mihi æquus esse debebis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnaui, plurimas verò oppugnatas, etiam expugnaui.

Illum tantum circa talem vocabulorum dispositionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo maior, disponẽdi itidem ordine certo significationes, & singulas quoad fieri posset aptis exemplis confirmandi: quinetiam eas quæ in superioribus lexicis turmatim (vt ita dicam) collocatæ essent, examinandi, & veras à falsis diiudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerunque vna significatio primum locum certis de causis mereri videbatur, sed ecce statim aliam, quæ de primatu cum ea contendebat, & cui itidem rationes suæ deesse non videbantur. adeò vt subinde vsurpare illud possem,

Et magis hæc nobis & magis illa placet.

Quid? an leuem hanc difficultatem fuisse existimas, quum animus meus, quamcunque se in partem verteret, nihil nisi varias dubitandi causas intueretur? Quid certi, quęso, statuere poterat qui vagabatur & errabat, --*vt à ventis discordibus acta phaselus?* Expectandum certè erat dum vtrisque rationibus, quę prima fronte ἰσόῤῥοποι esse putabantur, in vtraque lance positis, alterutræ præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manere eas videbam, lectores admonebam. Vulgaria enim lexica ne hîc quidem vllo mihi adiumento erãt: vtpote in quibus tam parua vel potius adeò nulla huius ordinis significationum habita fuerit ratio, vt linguæ huius vel mediocriter periti multa ibi præpostera esse animaduertere possint: & caput plerunque ibi poni vbi ponendi pedes erant: nonnunquam verò in magna permixtarum significationum turma siue caterua nec caput nec pedes apparere. Adde quòd sæpe in iisdem contingit vt ex duabus significationibus vna planè falsa sit, & quam aliquis ex malè intellecto quopiam loco somniauerit: altera, vera quidem sit, sed falsum quod ad confirmationem eius subiungitur exemplum: id est, falsò (vtpote nihil commune cum illa habens) afferatur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quòd quum vulgaria illa lexica, non πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' λυγρά, sed contrà παῦρα μὲν ἐσθλά. πολλὰ δ' λυγρά, habeant, (ídque potissimùm in significationibus recensendis) vel vtraque sint ἀδέασοτα, vel πρὸς λυγρὰν potius

quàm τοῦ ἐσθλοῦ autor nominetur. Cui enim adſcribenda hæc eſſent diuinandum mihi erat, deinde ad inueſtigationem veniendum. Mihi ſiquidem propoſitum hoc erat, vt quoad fieri poſſet, nihil quod alicuius momenti & minimè vulgare foret, ſui autoris nomine careret: vt nimirum hoc modo ab alienis mea diſcernerem, ac neminem honore ſuo fraudarem. Sed paulatim ita me diuinationi illi aſſuefeci, vt quid Budæi, quid Eraſmi, quid Petri Victorij, quid Ioachimi Camerarij, quid aliorum eſſet, cõiectura facilè aſſequerer. Vnde fiebat vt in pleriſque locis vnoquoque eorum quos nominabam, ſuas repetente plumas, furtiuis coloribus bella illa lexica nudarentur. Interim tamen non diſſimulabo me autores non inueniſſe quorundam quæ non contemnenda erant, quorundam etiam quæ erant eiuſmodi vt ſi non omnino vera, ſaltem aliqua ex parte veriſimilia viderentur. Sed quum minimè prætermittẽda cenſerem, quanuis de iis ἐπέχειν cogerer, (præſertim quum nullis confirmarentur exẽplis, aut eiuſmodi quæ non facilia inuentu apud ipſos ſcriptores eſſent: pręterquam quòd ne quę rere quidem ſemper vacabat) hanc rationem inij, vt ſaltem in vulgatis ſeu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro autoris nomine quod celant, afferens, ſimúlque fidem penes ea eſſe volens. Ipſe autem nõ ſolùm multas ſignificationes ab aliis omnibus prætermiſſas, aut omiſſa earum exempla addidi, vel aliis aptioribus confirmaui, ſed etiam quoties in alicuius vocabuli ſignificatione, aut alicuius loci interpretatione, vel à doctiſſimo Budæo, vel ab alio quopiam diſſenſi, id minimè diſſimulaui, (quippe qui in nullius magiſtri verba iuraſſem) ſed ſemper aut certè plerunque rationem cur ab aliis diſſentirem adiunxi. Ac iſtorum quoque omnium exempla in eo cuius paulo antè memini Theſauri corollario habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus à doctiſſimi Budæi ſententia diſceſſi, ſpero fore vt ſi iis quas illic attuli rationibus tibi non ſatisfeci; vel in eodem Corollario, vel quum edam illius in linguam Græcam commentarios ſatisfaciam. Cogito enim de libri illius editione quæ habeat cùm alia quibus multo quàm antea vtilior reddatur, tum verò meas in quoſdam locos annotationes.

Hæc ſunt, lector, quæ ad illuſtrandam Græcam linguam, præſertímque ad diſcutiendas tenebras quas ei lexicorum vulgarium conſarcinatores offuderant, primus ego præſtiti: parẽtis mei Roberti Stephani ([redacted]) exemplũ ſecutus. Eum enim in ſuo Latinæ linguæ theſauro multas itidem errorum nebulas quæ in pręcedentibus dictionariis erant, diſcuſſiſſe, nemo eſt qui ignoret. Spero autem fore vt paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Theſauri Latinæ linguæ opus cùm aliis rebus tũ verò vocum diſpoſitione ei ſimili qua in Græcis vſus ſum, luculentius reddam.

Sunt quidẽ certè & per hoc ipſum opus ſparſa nonnulla quæ obiter de quorundã Latini ſermonis vocabulorum aut loquendi generum ſignificationibus annotaui, non prius (quod quidem ſciam) à quoquam indicata. Quinetiam animaduerti, dum ipſum conſcriberem, multo plura Latinos à Græcis ſumpſiſſe vocabula, & plura etiam ex Gręca phraſi mutuatos eſſe, ſiue pluribus modis linguam Græcam eſſe imitatos, quàm vulgò exiſtimentur. Ex vocabulis quę à Gręco ſermone ſumpſiſſe mihi viſi ſunt, (à nemine tamen adhuc annotatis, quod ſciã) ſunt Bifarius & Trifarius. Nec enim dubito quin hæc Bifarius & Trifarius (vnde ſunt aduerbia Biſariam & Trifariam: ad quorum formam fictum fuit Multifariam) originem habeant à Græcis διφάσιος & τριφάσιος. vt nimirum ita hîc mutarint σ in r, vt in quibuſdam aliis quas ex eodem ſermone in ſuum tranſtulerunt vocibus: veluti in Valerij & Furij, pro antiquis Valeſij & Fuſij, in Muſes & Pluſima & Aſena, pro Mures & Plurima & Arena, aliiſque quorum Varro & Fabius meminerunt. Nihílque nos talis mutatio literæ vnius mouere debet, quum videamus in aliis quoque mutatione eſſe vſos: & ita quidem vt alicubi hanc literam in illam, & viciſſim illam in hanc verterint. veluti quum pro μελετῶ dixerunt Meditor, λ in d mutantes: viciſsímque Lacryma ſeu Lacruma pro δάκρυον, (licet Liuium Andronicum Dacruma dixiſſe teſtetur Feſtus) itidémque Vlyſſes vel Vlyxes pro Ὀδυσεύς, ex δ facientes l. Verùm vt ad alia veniam exempla illorum quæ dixi vocabulorum, (quæ nimirum à Græcis orta mihi viſa ſunt, quanuis hanc illorum originem à nemine obſeruatam inuenerim) nomen Cachinnus Latinos ex Græcis & quidem comicis habere comperi; nimirum ex voce illis vſitata καχλών. Nec dubito quin Æmulor ſit ab ἀμιλλῶμαι: quin Pronus ſit à προνεύω, (hinc enim deducere malo quàm à πρίων) quin Spolia ſit à σπόλια, quod fortaſſe γλωσσηματικὸν eſt ſignificans τὰ περιτιλλόμενα ἐείδια ἀπὸ τῆς σκελῶν τῆς προβάτων, teſte Heſychio. Ex κολώνη non ſolùm Collis, ſed etiam Columna deduci exiſtimo. Atque vt ex γιγνώσκω ſeu γινώσκω fit Noſco, aphæreſi prioris ſyllabæ, & ex ἀμέλγω, Mulgeo: ſic ex νόμος factum eſſe puto nomen Mos, ex κυκλοτερής factum eſſe ſuſpicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, vt In præpoſitio eſt ex ἐν, ita En pro Ecce, eſſe ex

ἰδοὺ, (vnde eſt ἰδοὺ ἰδοὺ dictum ἐκ παραλλήλου, ſiue ἴδ' ἰδού) & Dũ, in Ehodũ & Agedũ, eſſe Græcũ δή, quo vtuntur itidem in ἄγε δή, propemodum perſuaſum habeo. Quinetiam vnum idémque vocabulum in vna ſignificatione Græcam originem habere puto, in altera non item. vt Ita. hoc enim aduerbium, quum adiunctam habet particulam Ne, ex εἶτα eſſe arbitror, ſed eo quod indignationi ſeruit. Animaduerti præterea quædam eſſe vocabula quæ ab alia voce Græca deducenda ſint fortaſſe quàm deduci ſoleant. In exemplum afferam nomen Forma. (quòd meliora quædam & certiora exempla in mentem non veniant) quanuis enim rationi conſentanea ſit deriuatio à μορφή, ſic inuerſo ſyllabarum ordine vt in Tæda ex αἰτή (licet & δαΐτη inueniatur) aliquis ex φορμὸς potius ſumptum eſſe ſuſpicetur, quanuis huius deriuationis ratio ignota ſit. Obſeruaui inſuper, ex iis etiam vocabulis quæ apud priſcos Latinos in vſu erant, pleraque originem Græcam habuiſſe. Quo in numero eſt Cluere, à κλύειν, item Clepere à κλέπτειν. (neque enim dubitare debuit Varro eſſétne hoc à Clam, an ab illo Græco verbo: potuítque fortaſſe & κλέπειν dicere) Item Calare à verbo καλεῖν, vnde Calata comitia, & Nomenclator pro quo alij ſcribunt Nomenculator. Nec non Antlare & Exãtlare, ab ἀντλεῖν & ἐξαντλεῖν. quod non animaduertentes quidã, dubitarunt an altera ſcriptura, Anclare & Exanclare, reiicienda eſſet. In hoc numero eſt etiam Dædala (quo & Virgilius vſus eſt) pro Gręco δαιδαλόεντα. Quibus cùm alia plurima poſſunt addi, tum verò prępoſitio Endo, pro In. nam Endo ex ἔνδον eſſe, perſuaſum habeo: licet & ſimpliciter pro In accipiatur: ſicut εἴσω apud Homerum legitur pro εἰς. Huius autem præpoſitionis vſum apud Lucretiũ quoq; non vno in loco habemus. Sed quũ eius ſignificatio ignoraretur, & vox corrupta eſſe crederetur, è quibuſdam locis eiecta fuit, in quibuſdam ſuperiorum editionum, & alia in eius locum repoſita, nimium audaci (vt in aliis pleriſque locis) coniectura. Sic & apud Lucilium,

Quàm lepidè lexeis compoſtæ vt teſſerulæ omnes
Arte pauimento atque emblemate vermiculato,

pro *Endo pauimento*. Neque Endo tantùm, verùm etiam In. du dicebant, ſed potiús in compoſitione.

Iam verò & comici multa è [redacted] mutuati ſiant, è quibus nõnulla cæteri itidẽ ſcriptores poſt eos vſurparunt, quorundam verò paruus apud alios aut etiam nullus vſus fuit. Neque enim quædam duntaxat compoſita in Latinam linguam introduxerunt comici quæ apud Latinos appellationem non habebant, aut non tam ſignificantem: vt Sycophanta, & ab eo deducta, Sycophantia, Sycophanticus, Sycophantio ſus, (vnde & aduerbiũ Sycophãtioſè apud Plautũ) Sycophantari. Quibus adde Paraſitus, Paraſitor, nec non Paraſitaſter. Adde & Aſſymbolus. (quãuis enim Donatus hoc nomen inter paraſitos confictum atque compoſitum eſſe tradat, in eo compoſitionis Græcæ analogiam ſeruari, & apud Græcos quoque inueniri conſtat. Sed & ſubſtantiuum Symbola, vnde illud adiectiuum factum eſt, vocabulis quæ comici Latini è Græcis primi ſumpſerunt, annumerare poſſumus: & in pleriſque eorum locis vbi Symbolum legitur, hoc reponere debemus) Quibus adiici poſſunt hæc, OEnopoliũ, Thermopolium, Myropolæ, & alia quamplurima. Non inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum ſermonẽ introduxerũt, ſed etiam Daniſta, & Machæra, & Phylaca, nec nõ Aſtu, de Athenienſiũ vrbe dixerunt, & alia non pauca, palliatæ comœdiæ conuenientia. Dicã autem pro Græco δίκη, nõ illi ſolùm verùm alij quoq; poſt eos dixerunt, (inter quos eſt Cicero) ſed duntaxat in certis quibuſdam loquendi generibus. Quinetiã credibile eſt ſingulis comicis certa quædam vocabula Græca præ aliis placuiſſe, ideóq; vſum eorum apud hunc vel illum magis quàm apud alios frequentem fuiſſe. Sic videmus voce Baſilicus Plautum identidem vti: dicentem, Baſilicus victus, Baſilicus ſtatus, Baſilica facinora: eundémq; vſu hinc deducti aduerbij Baſilicè gaudere. Apud eũdem extat verbũ Harpagare, & paſſiuæ vocis participium Harpagatum. Idem Architectonẽ alicubi dicere maluit declinatione Græca, quàm Architectum. Neque verò mirum eſt comicos hiſce Græcis nominibus ſub terminatione Latina eſſe vſos, quum etiam voces quaſdam Græcas nihil immutatas ſuo ſermoni intermiſcerent: & quidẽ in iis etiam locis interdum vbi Latinis idem ſignificantibus vti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo οἴχεται, in Trinummo, --*ratio quidem hercle apparet, Argentum* οἴχεται. Quinetiam alicubi dicit λῆροι λήρων, quum alibi Nugæ & Meræ nugæ dicere ſoleat. Apud eundem legimus Vendere λόγους. At Terentius dixit λόγοι ea ſignificatione qua alibi Verba: vbi ſcribit, Verba iſthæc ſunt. Neque tamen Plauto ſuam in vſurpandis quibuſdam Gręcis rationem defuiſſe exiſtimo, quæ nobis ſit incognita.

Verùm vt ad vocabula è Græcis ſumpta reuertar, hoc quoque obſeruatione dignum eſt, quædam habuiſſe linguam Latinam in quibus terminationem Græcã in ſuam mutauiſſet: quę à nobis ingnorentur. Coniecturam facio ex nomine Auliones pro Aulœdi. Nam in ve-

teri lexico Latinogræco, cui Glossarij nomen à recentioribus datum fuit, scriptum est, Attliones αὐλητάς. Enimuero huius lexici mentio quædam verba mihi in memoriam reuocauit quæ superioribus possunt adiungi. Vnum est, Gnetonsum, quod ibi exponitur ἀμαυρὸν & σκοτεινόν: quum Cnephosum apud Festum legatur, ita scribentem, Cnephosum antiqui dicebãt tenebricosum. Gręci enim κνέφας appellabant obscurum. De quo vocabulo Gnetonsum hoc tantùm dico, dubium esse posse debeátne mutari in illud Cnephosum, an in Gnophosum, à γνόφος. Alia autem sunt de quibus maior & difficilior moueri quęstio potest, quod ad significationem attinet. Ecce enim, verbũ Andruare Festus exponit Recurrere, à Græco verbo ἀναδρᾶν: (pro quo repono ἀναδραμεῖν) at in Glossario illo Andruare exponitur Græco verbo ἀνδείζεσθαι. In eodem legimus, Auxillæ, μικρόπτερα, ὡς Βάῤῥων. quum Festus scribat, (si modò non mentiuntur quæ extant eius editiones typographicæ) Auxilla, Olla paruula. Illam quidem certè Glossarij expositionem, si μικρόπτερα pro μικρὰ πτερὰ aut per imprudẽtiam aut etiam consultò scriptum esse dicamus, confirmat quod ibidem legitur: videlicet, Auca, πτῖωόν. adeò quidem vt verear ne pro Olla in illo Festi loco reponi debeat Auca. Inueni porrò apud eundem scriptorem quædam Græca vocabula secus etiam quàm à lexicographis Græcis exposita. Eorum vnum est μῶμαρ, quod Siculis stultum significare dicit: ac Hesych. exponit μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος: itidémque apud Lycophronem pro μῶμος positum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibusdam ex earum numero quas sermo Latinus è Græco mutuatus est, peculiare esse obseruaui: nimirum eas non ex communi Græcæ linguæ vsu, sed ex aliqua dialecto sumptas esse: qualia vocabula ipsi Gręci γλωσσηματικὰ nominant. Neque enim quum hîc dialectum dico, vnam tantùm ex illis quatuor generalioribus, sed etiam quamlibet intelligo. Ac possunt fortassis illa duo nomina διφάσιος & τριφάσιος (vnde Latinos sumpsisse Bifarius & Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum esse. Neque enim dubito quin Ionica sint. Equidem præterquam quòd in Ionicarum vocum collectione quadam (à me subiuncta libello Galeni qui inscribitur τοῦ Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις) inter illas recensetur τριφάσιοι, Herodotum aliquot locis vtrunque vsurpare constat. Pręsertim verò ex Dorica dialecto multa vocabula in suum sermonẽ Latini transtulerunt: quos etiam in iis quæ Dores cum cæteris Græcis habent cõmunia, Doricam scripturam amasse videmus. veluti quum Fagus dixerunt, quod est in φηγός, mutantes in α. Sic in Fama maluerunt φάμα quàm φήμη: non illud tantùm α quod terminationis est, sed alterum etiam ex Dorico sermone accipientes. Sic in Garrio videmus γαρύω magis illis placuisse quàm γηρύω. Sic Ganeum dixerunt, non ἀπὸ τῆς γῆς, sed ἀπὸ τῆς γᾶς deriuantes. si tamen verum est quod scribit Donatus, Ganeum dictam esse meretricum tabernam, quòd sit in terra. Dubitationem enim mouet quod scribit Hesychius, γανιταί, δάπανοι, ἄσωτοι. Pro quo fortasse scribendum aliquis putet γανυταί, à γάνυμαι. Sic & in aliis plerisque Doricam scripturam imitati esse comperiuntur. Nam & pronomen Tu ex Dorico τύ, non ex σύ, esse videmus. Eodémque modo Pratum ex Dorico φρατιὰ sumpsisse literam τ existimatur. Atque adeo vocem Bos esse ex Dorico βῶς, non ex βοῦς, non absimile vero est. Alias autem eiusmodi obseruationes, & quidem his etiam insigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) hoc in opere inuenies: quanuis Fabius non Doricæ rationi sed Æolicæ sermonem Latinum esse dicat simillimum. Verùm quod ad voces attinet quæ non scriptura tenus seu terminatione sed omnino sunt Doricæ, incipiam à nomine Cubitum. Dicunt enim Latini Cubitum eadem significatione qua & κύβιτον apud Græcos legimus: verùm hoc Græcos omnes commune inter se non habuisse, sed Dores sibi vendicasse, & quidẽ eos qui Siciliam incolebant, cùm aliunde tum ex Polluce discimus. Eius verba sunt, καὶ κύβιτον εἴποις ἄν, ὡς Ἱπποκράτης. δοκεῖ δ' εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα, τῷ ὂν Σικελίᾳ Δωριέων. Quibus addit, Hinc factum esse vt Epicharmus κυβιτίζειν dixerit, significare volens παίειν τῷ ἀγκῶνι. Eustathius tamen, doctissimus alioqui scholiastes, hoc ignorans, κύβιτον pro Latina voce habuit. Horum Siciliensium Dorum est etiam Nummus: quod alioqui nemo non putet Latinum esse vocabulum. præsertim quum Suetonius apud Suidam à Numæ nomine deductum esse tradat. Pollux l. 9, ὁ δ' νεῦμμος, δοκεῖ μοὶ εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος, ἔστι δ' Ἑλληνικὸν τῷ ὂν Γελίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Sed ὁρίων apud eum legitur, pro quo repono illud Δωριέων. Ex eodem discimus, Vnciam Siculorum fuisse vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet Nummus, à Siculis ortũ esse & ipse testatur: sed hoc posterius pro Latino habet. quippe qui scribat, Vncia ab vno. Atque his annumerari potest & nomen Libra, ex Polluce, vel potius ex Aristotele apud eum: quanuis Galenus Romana vocabula λίτραν & οὐγγίαν esse dicat, sicut & ξέστον. sed cur illi potius fidem adhibendam esse dicemus? Quinetiam nominis

Campus origo Siculis tribuitur. Κάμπος, (inquit Hesych.) ἱππόδρομος, Σικελοί. Huic subiungo vocem Allia. siquidem hanc quoque à Doribus manasse arbitror, quúm ἄγλιθας eorum esse scribat Corinthus. Si autẽ vera sit hęc mea coniectura, dicta fuerint Allia quasi Aglia. Quinetiam Ruta Latinum non est, si scholiastæ Nicandri credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam ῥύτα Poloponnensium vocabulum esse tradit, significans πήγανον. Dicunt autem Syracusanæ mulieres apud Theocritum, --πελοπόννησοι λαλεῦμες. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκώ, τοῖς Δωριέεσσι. Hoc porrò in memoriam mihi reducit & Σαυκὸν, quod Hesychius exponit ξηρόν, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certè nemo non suspicetur manasse Latinam vocem Siccum. Verùm vt aliqua ex aliis etiam dialectis sumpta recenseam, quis verbum Ridere à Græcis oriundum esse credat? Strattis tamen apud Athen. lib. 14, Thebanis ἐκειδδέμῳ esse ait γελᾶν. Ne Capra quidem Latinorum est, si Hesychio fides adhibenda est. tradit enim esse Tyrrhenorum. Sed nec Verres Latinum esse videtur: quum ἔῤῥας extet apud eundem lexicographum, sed exponentem κριός. (sic autem Caper aliud Latinis esse videmus quàm Græcis κάπρος, quanuis hinc esse credi possit.) Quoniam tamen non addit è qua dialecto sit sumptũ, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni quæ Græci quipiam scriptores pro Latinis attulerint. Sunt certè & alia quædã Latina vocabula, quæ licet in Græco sermone inueniantur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inueniatur annotata dialectus cui adscribi debent. Ex iis est Caballus. inuenitur enim καβάλλης de vili itidem equo dictum. Sunt præterea quæ à Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est Sanna, vnde factum est Sannio. Nam σάννας de quouis stulto dicitur, siue à cuiusdam stulti nomine, vt quidam arbitrantur: siue (vt alij volunt) à nomine cuiusdam gentis Asiaticæ: siue (vt nonnullis placet) à verbo σαίνειν. At Hesychius scribit Σάνυορος significare μωρὸν Tarentinis, vsũmque eius extare apud Rhinthonem. Simul autem obseruandum hîc est quomodo Latini à significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam obseruaui, habere Latinam linguã vocabula ex Græcis sumpta, sed qui ea & ipsi aliunde mutuati essent. Tale est Cadus. hoc enim est à Græco κάδος, istud ab Hebraico כד esse constat. Eodémque modo Saccus ex σάκκος, hoc ex Hebraico שק profectum est. Sic etiam Mitra Latini à Græcis, Græci à Syris habẽt. Sic Arrhabo Latina lingua sumpsit è Græca, hæc è Syriaca. (nisi potius Hebraicæ adscribi debet: in qua sententia plerosque esse scio) Idémque & de nomine Turris dici potest. Quinetiam vocabula quædam inueniuntur quæ Latini à Græcis, Gręci à Persis, vel aliis, hi quoque aliunde sumpserunt. Quanuis autem aliquot huiusmodi in construendo Thesauro obseruarim, vnicũ nunc occurrit, Paradisus. cuius mentionem minus libenter facio, quòd à nostræ duntaxat religionis hominibus vsurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur, & quidem significationem eius restringentibus. Paradisus enim vox est è Græcis sumpta: Græci ex Persis, Persæ ex Hebræis sumpserunt: nimirum ex eorum vocabulo פרדס.

Obseruaui præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quàm vulgò credamus, ad imitationem Græci (vt ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (vt ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci ἄνους, ex α priuatiuo & nomine νοῦς, (ex qua voce ἄνους Festus nomen Anus ortum videri posse existimat: eadémque est in synonymo ἄφρων compositionis forma) ita & ipsi Amens dixerunt, ex litera α priuandi vim habente, & nomine Mens. Atque vt illis ἔξαιμος, ex propositione ἐξ priuandi itidem vim habente, & nomine αἷμα: sic istis Exanguis dicere placuit, in quo præpositionẽ eadem vi præditam & nomini Sanguis itidem præfixam habemus. Item, verba quæ apud Græcos impersonalia sunt, apud hos quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quæ apud illos in pręterito significationem pręsentis habent, vt οἶδα, μέμνημαι, apud hos quoque: qui pro illis dicunt itidem Noui, Memini. Omitto terminationem primæ & secundæ personæ verborum in vtroque sermone eandem: id est, in eandem literam: omitto & alia, eodẽ pertinẽtia, sed leuia: & ad verba quæ desideratiua vocantur, venio: cuiusmodi est Bellaturio. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Græcos voluisse, sed vertentes literam sin r. nam vt in Bellaturio (ea forma dicto qua Empturio, Vomiturio, & alia) habes terminationem in RIO, ita πολεμησείω, quod eam significationem habet, in σειω desinere videmus. Quinetiam metaphoras Græcas in plerisque verborum & simplicium & compositorum significationibus imitati sunt: veluti quum dixerũt Conferre pro Prodesse: planè exprimentes Græcum συμφέρειν: sic quum Seducere pro Decipere vsurparunt. Vt enim Seducere est seorsum ducere, sic ἀπατᾶν est quasi abducere ἀπὸ τοῦ πάτου. In nominibus quoque permultis metaphoras Græcas seruari non obscurum est: sed in multo pluribus, vt opinor,

eas inueniremus,ſi non tot veteres ſcriptores,ac pręſertim comicos,deſideraremus.Sunt verò & apud eos quos habemus nonnullæ quæ pleroſque latent.vt ῥυπαρὸς apud Platonem,eodem planè modo quo Latinè Sordidus, de auaro. Sic ῥυπαρεία de auaritia, ex Critia Pollux affert.Nónne Sordes & Sordidus horum exemplo dixiſſe Latinos de auaritia & auaro credere debemus?Verùm alicubi tranſlationem Græcam non ad verbum expreſſerunt,ſed potius alia ſimili vſi ſunt.veluti quũ pro σχολὴ(quod propriè otium ſignificat)ludum vel ludum literarium dixerũt.Non dubito autẽ quin huiuſmodi omnia ſint ab iis orta qui Græca in Latinum ſermonem conuertebant:præſertim quum ipſum etiam Ciceronem,in iis quæ interpretatur,quædam vſurpare videamus quorum nullus alibi apud eum eſt vſus.Iam verò præter illa quæ attuli imitationis exempla, omnibus obuia,aliáque id genus varia,hoc in opere obſeruata:quędam ſunt vocabula in quibus Latinam linguam omnino Gręcam exprimere, non itidem facilè nec à quolibet animaduerti poteſt. Exempli gratia, quis in aduerbio Denuo repræſentari ſermonis Græci formam exiſtimet?Incluſa tamen ſunt in eo duo hęc verba ἐκ νέης,expreſſè(vt ita dicam)reddita:quæ in iſta ſignificatione apud Herodotum leguntur. Eodémque & nos modo dicimus *De nouueau* pro Rurſus, πάλιν. Huic autem vocabulo aptè adiungetur aliud quod itidem ex aduerbiorum numero eſt, nimirum Sedulo.Minimè enim dubium eſt quin hoc fingentes Latini ad Græcum ἀδόλως reſpexerint, atque adeò ipſum exprimere voluerint:dicentes nimirum Sedulo quaſi ſine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quæ ad inſtitutum ſermonem pertinent celare volo, (niſi quid me ipſum memoria celauerit)aliud addam,quod dum Theſaurum hunc conſtruerem animaduerti:linguam Latinã, quanuis à Græcæ diuitiis longiſſimè abſit,in multis multo eſſe quàm credatur ditiorem:&(quod maius eſt)aliquam nobis relinqui eam ditandi nouis quibuſdam vocabulis,ac præſertim compoſitis,artem:qualia nonnulla memini me aliquot huius operis locis finxiſſe.Nõ immeritò certè dicit Fabius, Latinos aduerſus ſeipſos eſſe iniquos iudices, ideóque paupertate ſermonis laborare.Verùm quod Fabius de Latinis generatim dicit,non tam de priſcis quàm de eorum poſteris dici poteſt.Quid enim in fingendis vocabulis nõ auſos eſſe putabimus eos qui arietem reciprocicornem, lanicutem, veſtitrahum vocare non dubitarunt? qui teſtudinem terrigenam,tardigradam, domiportam appellarũt? Quinetiam ipſemet Fabius repãdiroſtrum & incuruiceruicum affert ex Pacuuio.Sed paulo pòſt,Quum κυρλαύχενα (inquit)mirati ſumus, incuruiceruicum vix à riſu defendimus. Poſſumus certè vel ex his coniecturam facere quàm audaces fuerint priſci Latini in imitandis huiuſmodi compoſitis vocibus linguæ Græcæ:aut ſaltem quanto poſteris ſuis audaciores: vt omittam quæ apud Lucretium doctæ huius audaciæ exempla habemus.Quinetiam Catullus,veterũ poetarũ imitator potius quàm vetus poeta dicendus,cùm alia eiuſmodi protulit, tũ verò Falſiparẽs:vt Græcum Herculis epithetum ψευδοπάτωρ aſſequeretur. Illã certè audacia multa illis alia epitheta ſuppeditauit,quæ ad ſequentis ætatis poetas non tranſierunt,aut certè tranſiſſe non exiſtimantur.Poſſumus tamẽ interim aliqua nobis permittere,& ea quidem præſertim quæ cum vſitatis comparata analogiam ſeruare videmus. Ecce enim, quum de vſu cõpoſiti Dulciſonus non dubitemus, cur non itidem Argutiſonus ad exprimendum Græcum λιγύθροος, dicere audebimus? Si Monticola dicere fas eſt, cur non & Rupicola? Si φονταπόρους νῆας pontigradas naues appellare poſſumus,cur non πετροβάμονα rupigradum vocabimus? Neque verò hîc conſiſtendum eſt:ſed ſi Tardigradus etiam admitti dicemus, cur Tardiuorus reiiciemus?Equidem multo etiam audaciora iſtis fingi poſſe exiſtimaui (vt aliquot huius Theſauri loci docebunt)ad exprimẽdam Gręcorum vim. Sic certè in vertendis quibuſdam verſibus talia nonnulla mihi permiſi:veluti illud Tardiuorus in interpretatione horum,

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

Hoc enim epigrammation ita verti,

Tardipes es nimium,nimiúmque es dentibus acer:
Tardiuorus pede ſis,dentéque tardigradus.

Præſertim verò hîc locum habere videtur, vtpote inter duo eiuſdem generis cõpoſita collocatum.Verti alioqui idem epigramma & aliis viginti modis, quædam alia pluribus etiam: atque adeò vnum pluſquam trecẽtis modis interpretatus ſum.Ex qua exercitatione Latinã linguam nõ tam eſſe pauperem quàm vulgò creditur,& ipſe didici & alios docui.Multo tamen ditiorem olim fuiſſe & multo etiam plura eius vocabula quàm putemus,nobis periiſſe, oſtendẽt & vetera quædam lexica,partim Latinogræca,partim Græcolatina, quæ propediẽ ex mea officina(vt ſpero)prodibunt. Eorum vnum eſt id quod Gloſſarij nomine appellari antea dixi.

Iam verò quoniam multa Græci habent loquẽdi genera quæ Latinæ linguę ſunt negata,quum Gallica contrà non adumbret ea tantùm,ſed ad viuum (vt ita loquar)exprimat:me, Gallum hominem,& verò in ipſa Galliæ Gallia,id eſt Pariſiis,natum atque educatum, patriæ ac linguæ meæ iniuriam facturum exiſtimabam niſi latentes has ſermonis ei familiaris diuitias in apertum proferrem,& exteris etiam nationibus cõſpiciendas præberem.Ideóque in multis huius operis locis,quum Latiniſmis deſtituerer,Galliciſmorum auxilium imploraui,aut ſaltem ad eos qui à me commemorati fuerant in libello de Gallicæ linguæ affinitate cum Græca, (qui inſcriptus eſt, *De la conformité du langage Francois auec le Grec*) lectorem remiſi.

In eo quoque tuis ſtudiis,lector,conſului, quòd quorumlibet ſcriptorum Græcorum, ſed præſertim lexicographorum,Pollucis,Heſychij,Suidæ,Etymologi,multos locos qui mendoſi erant proferens,eadem opera emendaui,aut ſaltem quomodo emendandi viderentur, admonui.Sed ad Suidam quod attinet,quædam in eo ex veteris etiã codicis autoritate reſtitui.Sæpe autem & vetuſta quædam incertorum autorum lexica, quæ ex Italia attuli,in conſilium adhibita,cùm ad alia tum verò ad quorundam in illis lexicographis locorum emendationẽ profuerunt.

Præſtiti denique,lector,in hoc opere,vel potius præſtare conatus ſum,quæ ipſum Theſauri nomine non indignum reddant.Eum quidem certè titulum mihi præripere iam olim conati erant quidam,quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiiſſent:ſed illi θησαυρῷ eorũ appellationi meritò aliquis ex prouerbio depromptum vocabulum ἀνθρακες adſcripſiſſet. Foris enim & titulo theſaurus erat:intus autem nihil aliud quàm vulgaris conſarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, nouis aliquot futuris aucta: aut(ſi mauis)quædam interpolationum acceſſio,vt vel ex ipſa collatione perſpici poteſt. adeò vt perinde eſſet acſi perſonatus Irus Crœſum ſe mentiri ſub eius perſona veller.Quòd ſi me roges an hoc opus ita numeris omnibus eſſe abſolutum exiſtimem,vt in eo nihil deſiderari poſſit,quiduis potius quàm hoc perſuaſum mihi de illo eſſe, vel aliis perſuadere velle, quin potius me iam nunc plura in eo deſiderare quàm quiſquam fortaſſe deſideraturus ſit, reſpondebo.Primùm enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quanuis multo magis hac vna theſauri editione quàm multis illorum de quibus dixi lexicorũ editionibus fuerit auctus, & multa vocum millia acceſſiſſe comperturus ſit quicunque cum aliis conferre voluerit:inſuper tamen extare aliqua in libris qui quotidie manibus teruntur,ſcio,necnõ in iis qui nondũ in lucẽ prodierunt, latere multa ſuſpicor:ex nonnullis nundum luce donatis,qui apud me ſunt, coniecturam faciens. Deinde ſi ad ſignificationes veniendum ſit,eſſe vocabula plures habentia quàm quę traditæ ſint,negare nolim.Atq; adeò non circa hæc ſolùm ſed & circa quædã alia,eſſe quæ deſiderari hoc in opere poſſint,ac potuiſſe maiora præſtari,ingenuè fateor.Nã,vt de aliis me doctioribus taceã,maiora ipſemet pręſtare potuiſſem, ſi maiore cũ otio ſingula expendere licuiſſet.Falleris enim,lector,ſi hoc opus(exceptis paucis quibuſdã eius locis)aliter quàm ad clepſydram(vt loqui ſoleo) typographicã ſcriptum fuiſſe putas:id eſt,vt quemadmodum typographicæ operæ certo quotidie penſo obnoxiæ ſunt, ita & ipſe certo certáq; hora exhibẽdo ſcriptionis meæ penſo obnoxius eſſem.Adde quòd ne id quidem conficiendi penſi tempus,licet breue,liberũ ab aliis occupationibus & negotiis erat,ſed ita vario eorum genere & circa rem typographicã & circa rem familiarẽ diſtrictũ atque implicitum,vt vnius interdũ horæ ſpatio decies illa mihi ſcriptio intermittenda eſſet. Verùm occupationum iſtarũ nonnullas in tuum commodũ ceſſiſſe, & eius temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquã me tibi alibi impẽdiſſe, ſatis ſupérque illi teſtantur libri quos mea officina,dum opus illud excudebatur, ſubinde in publicum proferebat. Hæc autem quum ita ſint, quàm dura & difficilis à me ſuſcepta prouincia fuit,tam faciles in danda mihi erratorum venia fore ſpero quibuſcunque pectus non liuore contaminatũ ſed candore refertum erit: præſertim quum in illo cuius antea mentionem feci Theſauri huius corollario,non ſolùm multa huic operi adiecturus ſim,fauente Deo opt.max. (eorum potiſſimùm quæ ad recondiciorem linguæ huius cognitionem pertinent)ſed etiam eorũ in quibus hîc peccauerim locorum pleroſque ſim emendaturus. Caueant interim ſiqui in hoc opere meo ingenioſi eſſe cupiẽt,(vel in epitomẽ redigendo,vel in certos vſus quędam excerpendo,vel alio quouis commento) ne contra mei operis ingenium (quod nulli tam benè quàm mihi perſpectum eſſe poteſt)ingenioſi fuiſſe comperiantur: & in quibuſdam eius locis ſuæ temeritati inſidias tendi non ignorent.Præcipuè autem quod ad compendium attinet,vix alium quenquam ſine ſui pariter meique honoris diſpendio id conficere poſſe arbitror:& quemlibet,ne eum periclitetur,non ſolùm hortor, ſed etiam oro atque obſecro.

VERVM enimuero quoniam quẽ impẽdi huic Thesauro laborem, cum Herculeo comparaui, atque adeò Herculeũ vocaui, nequis hoc dictum arrogantię damnet, duplicem huius appellationis sensum esse, ac si non vno, altero saltem verum comperiri sciat. Herculeus nanq; labor meus hac saltem ratione vocari possit, quòd aliquid in suo genere cum Augiæ stabulo comparandum repurgauerim. Quidni enim infinita errorum portenta quæ in illis vulgaribus Lexicis Græcolatinis toties interpolatis accumulata erant, sic appellem? Eorum tamen aliquot exempla statim proferre, deinde nomẽ illis dignum iudicio lectorum relinquere, satius fuerit. Quum autem varia sint illorum errorum genera, in varios itidem locos & velut classes digeram.

Primus autem locus tribuetur iis vocabulis quæ in illis præclaris Lexicis linguæ Græcæ affinguntur, vel potius quæ illi repugnanti & inuitæ adscribuntur: ídque diuersis modis: vtpote errore ex imperitia quidem vbique, sed quæ variè allucinaretur, orto.

Κυμῆνα, (vt scriptum est in nouissima illorum Lexicorum editione, omnium emendatissima atq; locupletissima) *vocabulum est castrense, ad significandum militum seriem fluctuum instar gradientem.* Non credis lector, sed rides? At ecce tibi Arriani locum, qui aduersus tuum risum testis producitur: ἦγεν βάδλω, τοῦ μὴ δύναισθαι τὴν ξυντονωτέραν πορείαν κυμῆναι τὴν φάλαγγος. At κυμῆναι hîc non est accusatiuus nominis κυμῆνα, (quod nunquam visum fuit τὸ δ' ἐν ὀνείροις) sed participium aoristi 1, à verbo κυμαίνω: inquies. Ita quidem vsum esse Arrianum longè manifestissimum est, sed nouissimus λεξικοῤῥάπτης, siue λεξικοῤῥάφος, aliquid noui hîc somniauit, ac nouam linguæ Græcæ vocem, quam ne vnus quidem veterum scriptorum (si omnes reuiuiscant) intelligat aut agnoscat, suo mirifico somnio excogitauit.

Συνηλλοία dignum est quod illi κυμῆνα subiungatur. Eadem enim illa editio nouissima (nã prę cedentes hoc insigni vocabulo, sicut & illo, indignæ fuerunt) hæc tradit, Συνηλλοία, ας, ἡ, *Strues & congeries*, σωάθροισις. συνηλλοία τῶν νεκρῶν, *Strages*. Hîc quoque rides, & monstra ribi narrari dicis? Vide ne risum tuum Iosephus ridiculum reddat, ex quo istud illius συνηλλοία exemplum ibi affertur: πολλὰς δ' συνηλλοία ἐπὶ ἀλλήλους πεσόντας ἐμπηδῶν. Imo verò (inquies) συνηλλοία apud Iosephum esset verbum præteriti imperfecti temporis, à themate συναλλοιάω. sed reponendũ est συνηλοία vnico λ, à συνηλοιάω: vt simile sit simplici ἀλοιάω. Fateor, & idem fateãtur omnes necesse est: sed Iosephus & quicunque illi assentimur, nihil noui, nihil nisi vulgare & tritum dicimus: at λεξικοῤῥάφος qui hoc annotauit, minimè vulgaria, sed noua & ingeniis non inuestigata priorum (vt dixit Naso) loquutus est.

Ἀγάγης, ου, ὁ, tertium locum tenebit, nouum certè nomen & ipsum atque inauditum. Rogas quid ἀγάγης sit? *Sua sponte subiectus, Adducens.* Quomodo (inquies) ἀγάγης nomen esse, quomodo hoc significare potest? Imo ab ἄγω est ἄγαγον, in subiunctiuo modo, ἀγάγω, ἀγάγῃς, ἀγάγῃ. Id quidem & Suidas docet, scribens, ἀγάγης, αὐθυπόβακτον: sed debuit scribere quæ λεξικοῤῥάφος intelligeret, & quæ nullam errandi occasionem illi præberent.

Ὑθλεῖς quoque & φλυαρεῖς, verba secundæ personæ, indicatiuorum ὑθλέω & φλυαρέω, nomina ibi fiunt. Ita enim ibi scriptum est, Ὑθλεῖς, *nugatores*, φλυαρεῖς: *Suidas.* Scilicet ὑθλεῖς & φλυαρεῖς Suidas à nominatiuis ὑθλεὺς & φλυαρεὺς esse putauit. Et hęc quidem μεταμορφώσεως in quibusdam vocabulis exempla, qua videlicet verba in nomina transformantur.

Alicubi autem vocabula sunt, noua quidem & ipsa, prorsúsque inaudita, sed ex alio erroris genere profecta, veluti quæ sequuntur.

Ζυθμίζειν, *Ad normam libellámque dirigere, Corrigere, Emendare.* Hanc quoque vocem explodis? Attamen ne ipsa quidem est ἁμάρτυρος. Hæc enim ibi subiunguntur, *Lucianus* ὑπὲρ εἰκόνων, *de Phidia*, ἑαυτὸν ἐπανορθοῦν καὶ ζυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ πλείστοις δοκοῦν. Lucianum dices ῥυθμίζειν scripsisse, non ζυθμίζειν: & manifestissimum vel puero (vt prouerbij verba vsurpem) fuisse hîc mendum. sed quid si quæ aliorum omnium iudicio mendosa erant, λεξικοῤῥάφος ille emendata iudicabat?

Εὐθυμίζειν proximum ab illo tenebit locum, quòd ibidem legatur. Nam verbo illi ζυθμίζειν subiungitur, *Idem quod* καθμίζειν, ἢ εὐθυμίζειν. Quibus adiicitur lepida illa interpretatio, *Ad normam libellámque dirigere.* Miraris huius verbi εὐθυμίζειν nouitatem? At ego in eo cuius ignorantia infinitis aliis erroribus perspecta sit atque explorata, nihil tale admiratione dignum iudico. Equidem vel proximè præcedens verbum ζυθμίζειν ne εὐθυμίζειν miremur facere potest. Quomodo enim sciuerit εὐθύνειν dici, non εὐθυμίζειν, qui ῥυθμίζειν, non ζυθμίζειν, dici ignorauit? Sed ad aliud transeo.

Ῥωμέν λέξις, *perpetua elocutio vertitur ab Aquila.* Hîc mendacij socium sibi Aquilam adiungit λεξικοῤῥάφος. Illi tamen ignoscendum est, quia mentiri se ignorauit, quum ῥωμέν pro εἰρομῶν diceret.

Aliud erroris genus, vel potius alia errorum genera sunt in istis, Μεθύω & Μεθύομαι, Ἀμύω, Ῥάγνω, Χερσωμύος. Siquidem μεθύω & μεθύομαι perperam afferri, tanquam significantia Inebrio & Inebrior, sicut μεθύσκω & μεθύσκομαι, nulli nisi valde huius linguæ imperito ignotum esse potest. At verò in Ἀμύω non tantùm thema vnum pro alio statui, sed vocabulum suppositiuum genuini locum occupare dicendum est. Ibi enim scribitur, Ἀμύω, *Inclino, Cado,* καταπίπτω. *Submitto. Apollon. 2 Argon.* ἤμυσαν λοξοῖσι κάρησι, id est, ἔκλιναν κεφαλάς, *capita inflexerunt.* Atqui ἤμυσαν non est ab ἀμύω, (quod nusquam legitur) sed ab ἡμύω. Eodémque modo κάτωμύω perperam pro κατημύω in iisdem lexicis habetur. Sic ῥάγνω ibi thema statuitur præteriti ἔῤῥαγκα: quum tamen non dicatur ῥάγνω, sed ῥήγνω. At in χερσωμένος more nouo omitti augmentum quilibet videre potest.

Atque vt verbis plerisque thema vnum pro alio, sic nominibus vna declinatio pro alia datur: veluti quum ἀμφορεὺς scribitur pro ἀμφορεῖς: quasi videlicet hoc nomen ad formam Latini Amphoræ refingendum esset. Rectius autem fortasse vocabulum vnum pro alio, (nimirum adulterinum pro genuino) nõ tantùm declinationẽ pro declinatione poni dicemus. Sic certè ῥαφία Græcis incognitum pro vsitatissimo ῥαφὴ ibi scribitur. Quum enim κακοῤῥαφία legisset vnus quispiam ex lexicorum interpolatoribus, etiam ῥαφία pro futura dici existimauit: eámque vocem Gręcis lexicis assuere non dubitauit, eam scilicet autoritate illius compositæ κακοῤῥαφία confirmans. Eiusdem cum hoc ῥαφία est farinæ nomen ῥησία, quod exponitur colloquium. Quia enim in quibusdam compositis terminatio ista inuenitur, vt in ἀῤῥησία, & παῤῥησία, existimauit idem ille non ῥῆσις solùm sed etiam ῥησία dici. Vel potius ne hoc quidem cogitauit, sed ῥήσιας inueniens apud Hesychium ὁμιλίας expositum, ῥησία, tanquam singulare eius nominatiuum, interpretatus est colloquium.

A simplicibus vocabulis ad composita, simúlque à simplici inscitia ad compositam quandam (vt ita loquar) transeo. Quæ enim audisti, licet fœdæ ignorantiæ plena, leuia esse prę his quę audies videri poterunt. Iam enim producere libet Ῥινοτορωκυθέρεια, & Τόναρθος, & Ἄβραδοῦλη, & Ἀκονήλιθος, & Φειδωποιήμυος, & Χαλκοκεκαυμένος, & Ἀμφιθερμοπύλαι, & Ἀνωλατίοντες & Ἀπυρωτεφῆ, & Ἀρεκάβοχος, & Σφιτεθῆναι, & Πολυνικῶ. Quid? ánnon hîc O monstrosam inscitiam exclamabis? Sed monstrificam potius appellato, quæ tot verborum monstra nobis fingit: quorum quædam poetis, quædam oratoribus, quædam historicis, quædam medicis, quædam lexicophraphis affingit. Suidæ quidem certè & Hesychio lexicographis affinguntur illa duo, ἀκονήλιθος, & ἀβραδοῦλη, neque enim talem compositionem agnoscunt, sed hic quidem scribit, Ἄβρα, δοῦλη: ille autem, Ἀκόνη, λίθος. Primum autem illud ῥινοτορωκυθέρεια Hesiodo poetæ affingitur, est enim ex isto eius loco sumptum, --αὐτὰρ Ἄρηϊ Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν. Sed quídnam esse ῥινοτορωκυθέρεια tradunt illa lexica Græcolatina? Nomen proprium fictitium. Mentiuntur sanè, si vocem Fictitium ex eorum sensu interpretemur: at si aliter, verissima dicunt. Est enim ῥινοτορωκυθέρεια vocabulum quod inscitia finxit & commenta est, sicut cætera quæ illi adiunxi, & alia permulta quæ adiungere potui. Sed eorum quædam non solis lexicis Græcolatinis, vt illa, verumetiam deprauatis exemplaribus imputanda sunt. cuiusmodi est ἀπολαιμόβομος, quod Euripidi falsò adscribitur. quum enim ita legendus sit locus illius in Hecuba, Μόχον δειλαία δειλαίαν ἐσόψει χειρὸς ἀναρπασαν Σᾶς ἄπο, λαιμόβομόν τ' αἴδα Γᾶς ὑποπεμπομένων σκότος: perperam disiuncta præpositio à suo genitiuo in vulgatis editionibus, erroris illius occasionem præbuit. Talia autem pleraque annotaui in iis quæ meæ editioni Homeri aliorúmque poetarum heroicorum præfatus sum, exempla videlicet vocum in quibus præpositiones cum aliis vocibus perperam coaluerunt. Cuiusmodi sunt istæ, Ὑπέμβρυον, Ὑπότρεμος, Ὑπονηλεὲς, Ὑφήμερον, Ἐπικτέρεα, Ἐνάσσεθον, Πεεκάμμορε, Καταδέμνια, Ἐπαύλειος, Πολυκέρδιον. quod postremum simile omnino est illi Πολυνικῶ suprà commemorato. Sed his addi permulta possunt quæ Lexicis illis peculiaria existimari queant. In illis enim currum Homerus non tantùm ἀπήνην vocat, sed etiam ἐπαπήνην ex isto loco, Iliad. ω, Σὺν δ' ἕτεροι ἤειραν ἐυξέστην ἐπ' ἀπήνην. (aut ex alio quopiam, vbi eidem nomini eadem præpositio præfixa est) Atque ita videmus Homerum tali præpositionum vsu magnam laudis materiam istis lexicorum locupletatoribus præbuisse, & in posterum etiam fortasse præbiturum esse. vt enim ex loco illo ἐυξέστην ἐπ' ἀπήνην, factum fuit nouum vocabulum ἐπαπήνη, fieri poterit ab aliquo nouo locupletatore ὑπαπήνη, ex isto, --ζωξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ. Itidémque ἀπάπήνη, ab alio hinc, --οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον. Quinetiam illa ἐπαύλειος & πολυκέρδιον ab iisdem fortasse Lexicis originem habuerunt. Præbere tamen potuit & Hesychij mendosum exemplar talium errorum occasionem: sed illis duntaxat qui crassa ignorantia laborarent. Cæterùm qui multo plura exempla nouarum vocum, quas inscitia variis modis allucinata produxit, & aliarum quæ ita deprauatæ sunt vt vix ab ipsis scriptoribus Græcis agnosci queant, videre cupiet, ea in epistola mea cuius antea mentionem feci,

extare ſciat. Vtinam autem huic meo in examinandis iſtis labori idem non contingat quod paterno. Quum enim ille Theſaurum Latinæ linguæ conſtruens, vocabula itidem multa conſultò prætermiſiſſet quæ in præcedentibus dictionariis erant, vt pote ab ignorantia variè errante inuecta, aut ex ſcriptoribus qui planè barbari ſuo in ſermone eſſent, deprompta, ea tandem ſedem ſuam in ſequentibus editionibus velut poſtliminio receperunt. Atque hoc Venetiis primùm non ſine magno dolore fieri vidit. Quum enim quandam officinam typographicā ingreſſus eſſet, ſumpta in manus vna ſui Theſauri, qui ibi excudebatur, charta, continuò vocabulum quoddam in eius oculos incurrit quod ſe olim reieciſſe recordabatur. Tunc enim qui editioni illi præerat, interrogare quo conſilio id vocabulum Theſauro adieciſſet. Hic verò non aliud reſpondere quàm ſe non hoc ſolùm ſed alia eiuſmodi multa addidiſſe: quòd certo conſilio fuiſſe omiſſa ignoraret. Hoc autem narraſſe, ſaltem ad reddendum lectorem cautiorem, profuturum ſpero. Neque enim ab iis tantùm vocabulis quæ cōmemorata ſunt cauere ſibi debet, aliiſq; eiuſdē generis, ſed ab aliis propemodū infinitis in quibus alia errorū genera & quidē varia cōmiſſa ſunt: ſic tamē vt ſeries alphabetica certo iudicio (ſi tantæ inſcitiæ aliquod iudicium ineſſe dici poteſt) ita ſcriptafuiſſe oſtendat. Talia ſunt, Ἀπαναβαίνω, Ἀπανορθόω, Ἀπαμφοτερίζω, Ἀπαρήγω, pro Ἐπαναβαίνω, Ἐπανορθόω, Ἐπαμφοτερίζω, Ἐπαρήγω. Sic etiam Ἀπάραβος pro, Ἐπάραβος & Ἀπαλλαὰξ pro Ἐπαλλαάξ. Hæc enim duobus in locis ibi ponuntur: cum α quidem inter vocabula quæ à litera α initium habent, cum ε verò inter illa quorum prima litera eſt ε. Neque verò illud duntaxat ε quod eſt præpoſitionis ἐπὶ (vt in præcedentibus verbis) mutatum fuit in α: ſed alibi etiam idem mutationis erratum contigiſſe videmus. vt in Ἀπαλαιώθη pro Ἐπαλαιώθη, in Ἀκάσαθαι pro Ἀκέσαθαι, & quibuſdam aliis. Atque vt in ſuperioribus illis præpoſitioni ἐπὶ ſuum ε in α mutatur, ſic in Ἀπακρούομαι ο præpoſitionis ἀπὸ perperam in eādem vertitur. Viciſſimque ο pro α habent in Ἀπομύνω. In iiſdem eſt Κατεσκευάζω & Κατεσκεύασμα: nec non Ἀπελίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Plura autem exempla in illa quam dixi epiſtola inuenturus es: vbi etiam falſorum thematum, quorum paulo antè mentionem feci, inſignia quædam ſunt exempla: Διαπαρεὶς, *Transfixus*, *Traiectus*, à Διαπαείρω: & Ἐπαληθεὶς ab Ἐπαληθέω: & Διαδραμῶσα à Διαδιδράσκω. Quibus addere potes Ἐρέμδομαι, & Ἐπλημμυρεῖν. Vt autem hîc perperā præfigitur ε, ex augmēto ſumptū, ita nominibus quibuſdā perperā prefixum eſt η, quod eſt articuli τὸ, vel τὰ, tāquam ipſorum ſit. Sic enim Ἀνάφορον pro ἀνάφορον, & Ἀνθρήνια pro ἀνθρήνια in illis ſcriptum eſt. Viciſſimque litera in capite quarūdam vocum perperam omittitur: vt in Ἀθαλία. Sunt verò & quędam vocabula quorum falſæ ſcripturæ falſa itidem deriuatio, ſed illi ſcripturæ conſentanea, adiungitur. vt σωεχμάλωτος, quum manifeſto errore ſcriptū ſit pro σωαχμάλωτος, dicitur eſſe ab ἔχμα. Sed tranſeo ad exempla erratorum quę in tradēdis ſignificationibus illi lexicorum interpolatores commiſerunt: ex multis, vel potius propè infinitis, pauca deligens, & à nominis αὐτόματος interpretatione initium ſumens. Quum enim Gellius caput primum libri decimitertij verbis hiſce clauſiſſet, Quod Cicero fatum atq; naturā videtur dixiſſe, id multo antè Demoſthenes ἢ πεπρωμένον καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quaſi naturalis & fatalis, nulla extrinſecus vi coactus venit: quum inquā hæc Gellius ſcripſiſſet, interpretationem iſtam quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος dicto de morte, vulgarium lexicorum interpolatores & conſarcinatores ei tribuerunt vbi dicitur de conuiua. Allato enim hoc verſu Homeri ex Il. libro β, Αὐτόματος ὃ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, ſubiungunt, ἄκλητος: deinde hęc verba, *Quaſi naturalis & fatalis, quique nulla extrinſecus vi coactus venit, autore Gellio.* Quid verò de interpretationibus dicemus quæ planè contrariam ſignificationem nonnullis vocabulis tribuunt? ἀπαναιχυντῶ eſſe Inuerecundè me gero, vel impudenter, Impudentia vtor, ſatis notum eſt: at ibi contrà redditur Verecundè facio. Sic ἀθροθαρσῶ quod eſt Hortor, ibi contrà dicitur ſignificare Dehortor. Sic δίωξιν ποιούμενοι, quod eſt Perſequentes, redditur contrà Fugæ ſe mandantes. Quinetiam quibuſdam locis falſæ & ſtultæ interpretationes, expunctis vulgaribus quæ veriſſimæ ſunt, tribuuntur. vt videmus in nouiſſima illorum lexicorum editione tradi, verbum φρονεῖν eſſe Pati, in hoc diui Pauli loco, ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, & ſignificari, Nihil aliud mali vos paſſuros eſſe. Præſertim verò in reddendis Latinè lexicographorum Græcorū expoſitionibus variè peccatum eſt: vt in illo cuius antea memini huius Theſauri corollario docebo, vbi de quibuſdā quæ lexicographorum & ſcholiaſtarum ſermoni peculiaria ſunt, diſſeram. Interim tamen & in illa cuius mentionem aliquoties feci epiſtola, talium quoque erratorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque conſarcinatores peccarunt, exempla, nec non alia quædam legere hunc Theſaurum volentibus profutura inueniri poterunt. Vale, & meis vigiliis faue.

SCIPIONIS CARTEROMACHI ſtorienſis oratio de laudibus literarum Græcarum.

SCIPIO CARTEROMACHVS DANIELI Renerio, Patricio Veneto ſalutem.

ORATIONEM *noſtram de laudibus Græcarum literarum, multorum petitionibus & quaſi conuiciis efflagitatam, ſub tuis auſpiciis publicamus, Daniel Reneri. Non modò enim ſingularis humanitas tua beneuolentiáque erga nos id facere nos cogit, ſed & Græcæ quoque linguæ tanta experientia, vt me ego, quoties de his rebus vnà (vt fit) confabulati ſumus, adiutum abs te in ea maximè ſenſerim. Ergo tu quum eam à nobis habitam vulgò paſſimque commendaris: editioni quoque plus fortaſſe iuſto fidere nos effeciſti. Sumus enim neſcio quo pacto perſuaſi, quod tu laudaris, id à nemine iri improbatum. Quod ſiue ſucceder, tibi laudem omnem debebimus, ſiue erunt quibus ea re minus ſit ſatisfactum, tuum erit vel tueri nos, vel emendare. Vtrumque autem nobis optatiſſimum, ac voto proximum. nam & patrocinium tuum meritum videri, ampliſſimum & morum & doctrinæ teſtimonium cenſeri poterit: ac limam tuam ſubire, nil aliud erit quàm accipere τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου, καὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφῳ. Vale.*

QVVM varia multipliciáque ſint, viri ſtudioſiſſimi, quæ apud diuerſos homines bona honeſtáque exiſtimantur, pro cuiuſque commodo aut naturæ conuenientia: illud profectò optimum videri debet quod conſenſu omnium, aut certè probatiſſimorum, vtiliſſimum humano generi natura edidit. Quòd enim beneficia ſumma omnibus contulit, confertque quotidie, id non eſſe optimum, dici non poteſt. metitur enim bonitatem beneficentia. Diſciplinis autem à diis immortalibus nihil vtilius datum eſſe homini, tam nemini dubium eſſe video quam nihil animo ipſo diuinius: cuius illæ ſunt poſſeſſiones ac facultates. Neque verò obſcura ſunt aut ignota earum beneficia hominibus: quum & audiant ea quotidie & videant, atque omnibus penè modis experiantur. Quòd ſi diſciplinæ vtiliſſimæ, quantæ id dignitatis eſſe cenſendum eſt cuius hæ potiſſimùm beneficio manarint in lucem? certè maximæ, & cui nihil anteponi vel poſſit, vel debeat. Id autem eſſe Græcam præcipuè linguam, quum egregios in quauis diſciplina viros, non credidiſſe modò ſed & tradidiſſe, vel legerim vel audierim: ipſe quoque facilè me in eandem ſententiam adduci patior. Cuius rei vos certè iudices in pręſentia facio, qui quum eiuſmodi ornamentis inſigniti omnes atque honeſtati prodeatis, Græca quoque vel in vobis ipſis admiramini: vel in aliis ſtudio proſequimini. Exiſtimo autem quicquid laudis vniuerſis ſimul conueniat diſciplinis, id omne Græcæ linguæ meritis non iniuria adſcribi oportere, quod quàm verum ſit, mox audietis. Iam enim huc Græcæ linguę laudes exploraturi acceſſimus, quantúmque ex ea manarit vtilitatis humano generi: quanquam ea Latinis præſertim hominibus contulerit ſemper, conferréque poſſit in dies magis vti volentibus.

Igitur Græca lingua (ſi Græcorum ſcriptorum ſua prodentium fidem ſequimur) vetuſtiſſima nobiliſſimáque eſt. Quippe quæ non aliunde traxerit initium, ſed apud ſuos homines veluti naturali quodam ortu prodierit in lucem, atque maioribus aſſiduè incrementis inoleuerit. Nam quū Athenienſes, quorū purior atque elegantior ſermo eſt, αὐτόχθονας (hoc eſt indigenas, ipſóſque terræ perpetuos incolas, proprióſque cultores) dici cōueniat inter ſcriptores, quis non videt linguā quoque ipſam non minus αὐτόχθονα dici debere? Sermo enim à natura homini datus, certā hominis ætatē neceſſariò cōſequitur: niſi quid impediat. nō enim poſſunt nō loqui homines, expeditis pręſertim loquutionis vocalibus inſtrumētis. at quánā alia, quæſo, lingua vſos credamus eos qui nō aliūde migrarint, niſi ea quæ ipſos ſemper comitata ſit? Quapropter hoc plùs cęteris nobilitatis Gręca lingua ſortita eſſe videtur, quòd alię, hominū inuēta proculdubio ſūt: hæc, naturalis quodammodo exiſtimari poteſt: quādoquidē in eā primi illi homines nulla arte nulláque induſtria, ſed naturali quodā inſtinctu ducti fuerint. Cur enim ea potius verba in mētē venerint illis hominibus nullius adhuc rei gnaris, quàm alia? Quippe natura ipſa omniū rerū prouida, ea voluit lingua inſtituere illos homines quæ ad ſui poſtea indagationē atq; expreſſionē plus aliquid cęteris collatura eſſet humano generi. Quod nō fefellit. tāto enim Græca līgua

cæteras omnes antecellere videtur in tradēda rerū cognitione,quāto homo aliquis omniū rerū peritissimus,atque ingenio perspicacissimo ac propè diuino, hominē aliū mediocris literaturæ,tenuissimíque à natura ingenij, antecedit. Non modò enim disciplinas omnes quotquot vnquā fuerunt,& melius & copiosius Græca ipsa & perlustrauit & tradidit,sed & si alio sermone hæc exprimere aut efferre nitare,plurimū necessariæ lucis ac propè veritatis ipsius abstuleris.Ideóque veluti mācum meritò credi potest quicquid aliis literis scriptum legatur.si cum eo conferatur quod à Græcis proditum sit.Nec id hominum tantùm causa euenire dixeris,qui nō eam vel curam,vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut tradendis, quàm Græci homines. Nam id quoque verè dicitur:(quid enim intentatum illis? vt Plinius inquit)sed ipse quoque cæterorum sermo non eam patitur expressionē quam Græcus.atque adeò vt plus naturam efficere quàm verbis monstrari possit,in aliis quidem loquutionibus non procul absit à vero:in Gręca autem tantum abest vt verè dicatur,vt melius etiam aliquanto atque significantius nōnulla ante oculos ponat,quàm natura ipsa moliatur. Id autem Latini interim sermonis argumento intelligere licet:qui quū elegantissimus & sit & habeatur,à Græco tamen longè superatur.Diuus quippe Hieronymus,Proprietatē(inquit)Græcam Latinus sermo nō exprimit. Quintilianus,Videtur mihi sermo ipse Romanus non recipere illā solis concessam Atticis venerem.Gellius,Adieci(inquit)sæpè animum ad vocabula rerum nō paucissima, quæ neque singulis verbis vt à Græcis,neque si maximè pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucidè támq; aptè demonstrari Latina oratione possunt quàm Gręci ea dicunt priuis vocibus.Et paulo post, Sed huius,inquam,tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim nō obscurissimè dicere quod à Gręcis rectissimè vno verbo & planissimè dicitur. Cicero,quū Aristippi illud amico scriberet,Habeo,nō habeor à Laide:Græcè,inquit,id melius. Lucretius multa se Græcè dicere affirmat propter egestatem linguæ,& rerū nouitatem.Quòd si Latinitas Gręcitatem,vt sic dixerim,vsquequaque referre non potest,cui cōiunctissima est,ac propè germana:quid alias linguas existimemus,quibuscum nullum est illi cōmercium,nulla affinitas:sed(quod dici solet) diametro inter se distant? At habent & illæ suum fortasse nitorem,suam elegātiam. Equidē non negauerim inesse aliquid singulis proprię venustatis.Neque enim verisimile est ingenij cuiusvis homines nullā omnino curam proprij suscepisse sermonis. Quin potius,quemadmodū colendorum agrorum apud omnes pro loci ac cęli qualitate vsus est,sed aliis asperius solum,ac natura ipsa horridius multū veri cultus respuit ac negligit:aliis cōtrà mitius ac placidius omnem admittit curam, omnémque industriā:sic quævis loquutio splendoris quidē aliquid in se retinet:sed cęteris multa negata sunt,Græca omnia vna cōplexa est,atque eousque vt quæ apud omnes alias peculiaria natiuáque sunt, ipsa quoq; reddat non minus eleganter quàm apud illas ipsas habeantur:nulla autem vim eius penitissimā possit exprimere.Quo fit vt nostri,quoties aliquid efferre cogitant,quo nil vetustius,nil elegātius intelligi velint, Atticos lepores, Atticos sales, Atticam venerem,Atticam eloquentiā,aut Atticum demum aliquid id esse dicāt.Quamobrem quod de Platone inquit Cicero,Iouem,si loqui velit,non aliter loquuturum quàm scripserit Plato:si idem aut simile quiddam de Græca lingua pronuntiemus,non absurdè dicturos nos arbitror,naturā,si loqui velit,non aliter quàm Græcè loquuturam.Quod & re ipsa comprobauit.sua siquidem mysteria omnibus sanè hominibus in medio proposuit perquirēda,vt cuiuis in eius arcanis liceret ingeniū exercere:at perfectā de iis ipsis atque absolutā tradere cognitionē,Græcis procul dubio solis cōcessisse & quasi diuinitus reseruasse videtur.Itaque soleo mecū ipse quosdā ex Græcis ridere nōnunquā, qui adeò sibi inuidere videātur vt quicquid in disciplinis Græci profecerint, id aliorū inuētis totū tribuere conentur.Quid enim(quæso)sunt aliorū inuenta nisi minuta quædā & pusilla,quæ casu magis quàm ratione habita iure existimes?vt liceat in his poëtica illa vti sentētia τύχη τέχνιν ἔτικτεν, id est,fortuna artē peperit.At verò quæ à Græcis & cōperta sunt & tradita, nō tā homines explorasse aut retulisse credas,quàm naturā ipsā de se singula prodidisse:atq; adeò vt in cęterorū scriptis illorū ipsorū hominū sermo sit,in Græcis natura ipsa,quod dixi, loqui videatur.

Quòd si aut tēpus aut locus pateretur singulas nos vel scientias prosequi,vel artes, vt quæ à Græcis & inuenta in his & tradita sunt,cum cæterorum omniū quos scimus traditionibus conferremus:profectò nemo vestrūm(vt arbitror)relinqueretur qui non tantùm Græca à cæteris distare magnitudine fateretur quantū elephantem à culice.Quid enim(vt alia omittā) philosophia ipsa,omnium scientiarum parēs ac domina, adiumenti vnquam habuit ab alio genere quàm à Græcis?tantū enim abest vt quicquā cæteri cōtulerint philosophiæ,vt si qui etiā è barbaris eiʹ aliquādo studio incēsi fuerint,ad Græcos migrarint:atq; iidē siquid ex philosophia posteris relinquere voluerint,id nō sua magis quàm Græca lingua efferre dignū iudicarint: nō tā remunerādi gratia(vt existimo) eā linguā cui acceptū referrēt quicquid scirēt quàm quòd aut

insolens aut impossibile videretur,vel disci vel tradi rectè philosophiam alio quàm Græco sermone.Hinc Toxaris atque Anacharsis è Scythia Athenas philosophandi studio se cōtulerunt: Chion è Ponto.Cuius,& superioris Anacharsidis, extant Græcæ quoque epistolę perquàm elegantes,nec minus præceptis refertæ.Phauorinus verò è Gallia,non modò plurima Græcè in philosophia cōscripsit,sed & Romæ quoque,vbi vixit,multa sæpe Græcè disputauit:quēadmodum Gellius ex nostris,ex Græcis Philostratus,autores sunt.Philon Iudæus non Hebraicè magis quàm Gręcè philosophiam illustrare conatus est.Musonius autem omnium Stoicorū Neronis tempestate celeberrimus,quum è Vulsinio esset,Romæ proxima vrbe,Gręcis potius scriptis quàm Latinis monumentis philosophiam augere voluit.Prætereo quot Syri, quot Ægyptij,quot Thraces philosophiæ mysteria Græcè scripserint:Orpheū,Musæum. qui tametsi inter poetas cōnumerantur,attamen possunt & philosophiæ adscribi,quum vetus illa theologia nonnisi carminibus texeretur.Sed quid opus est alios connumerare?quum Aristotelem,ipsum philosophiæ magistrum,Thracia nobis tulerit, Græcia excoluerit. Cuius celebriores quoque expositores nō Græci,Græcè eum interprerati sunt:Porphyrius è Phœnicia,Iamblichus è Syria,Ammonius & Philoponus ex Ægypto,Simplicius è Phrygia. Quin & in aliis quoq; artibus multi multa Græcè scripserunt,non Græci:de grāmatica,exactissimè Apollonius & Herodianus Ægyptij:de musica atque astrologia,Ptolemæus itidem:arithmeticam Nicomachus & Iāblichus,Syri:& geometriæ nonnihil.Dialecticæ quoq; ante Aristotelē ab Archyta Tarentino scriptum aliquid legimus. Neque id nunc dico, non posse homines aliter philosophari quàm Græcè:sed quicquid cæteri philosophati fuerint,aut inchoatum quiddam aut non absolutum cōsistere,sed quod extremā & quasi Apellcā manum desideret.At dicet aliquis, Pythagoram, Platonem,atque alios philosophandi studio in Ægyptum se contulisse. Ego verò non negauerim aliquid inde in Græciam retulisse hos viros,ex iis præsertim quæ ad diuinitatem pertinēt, quæ ab Hebræis multo antè in Ægyptum pulsis manasse verisimile est. Nā & legisse Platonē Hebraica scripta,& lecta imitatum fuisse autor est Eusebius,atque ea in Græcam linguam translata:quando & Trismegistum,qui omnem penè veritatem(vt ait Lactantius)nescio quo modo inuestigauit,Græcè scripsisse videmus. Hebraicam tamen veritatem interim excipio. nam de humanis rebus atque artibus agimus,non de diuinis inuentis:quanquam hæc quoque postea à Græcis potissimùm explicata sunt, quum ratio propagandæ veritatis iam non refragabatur. Quid quòd & Indos philosophos Græcę linguæ ignaros non fuisse scribit Philostratus,& cum Tyanensi Apollonio Græcè nonnunquam fuisse loquutos?

Atque hæc de Græca lingua,quantum vel nobilitate,vel vsu cæteras antecellat, dicta sufficiāt,nūc quantū Latino sermoni adiumenti pręstet, dicemus. Nam aliæ profectò loquutiones sciri sine Græca lingua parum rectè possunt:vt verò optimè loquantur, nihil impedit.At Latinus sermo ne loqui quidē potest exactè sine Græcæ linguæ cognitione, tantum vel cognationis vel cōiunctionis cum illa sortita est hęc nostra,vt esse fortasse possit sine illa,bene autē esse non possit.Quemadmodum homo sine virtute vt sit,nihil prohibet: vt verò bene sit,fieri non potest,si virtus nō adsit.Quare quid aliud esse dicemus Græcam linguam,si ad Latinam referatur,quàm eius virtutem,ex qua sua illi felicitas comparetur?Quod si Ouidianum illud sub eius persona prætulerimus,non ab re fortasse dixerimus,

Ergo ego sum virtus,ego sum tibi nobile regnum. Minimè autem indignari debet sermo Latinus quod è Græco manarit, sed gloriari potius.nam quod ab optimo autore initium sui traxerit,fieri non potest quin sit & ipsum optimum, atque illi proximum. Non potest ergo non esse cuiuis rei accōmodatissimus Latinus sermo,qui è Gręco processerit:ac mihi sanè videtur, quum vtrunque considero,nihil aliud esse Latinus sermo quàm Græci exemplum atque imago,vt quicquid in illo sit,in hoc quoque eniteat.Principio enim si elementa, ac literas, earum inter se contextum intueare,eandem in vtrisque inueneris rationem:si verba ac voces,eodem modo significare,eodémque modo necti ac cōstrui ac penè vim habere eandē. Ideóque siqua etiamnum innouanda nobis ac fingenda sint,ita demum habitura fidem dixit Horatius, si Gręco fonte cadant.Nam & multa nos à Græcis accepta transpositis literis nostra fecimus. μορφὰν illi Dorica lingua dicunt, nos formam : illi ἅρπαξ, nos rapax. multa immutatis, φὼρ, fur : νὺξ, nox. multa additis,ἓξ,sex : ἕρπυλλον, serpyllum.multa eadem permansere.Infinitum esset omnia persequi, vt dictionum eadem ratio, vt nominum ac verborum inflexio, vt præpositionum, aduerbiorum,cōiunctionum eadem obseruatio:sed minutiora hæc quàm vt in præsentia examinanda sint,& à nostris grāmaticis abundè tractata.Orationis verò compositio ita pendet è Græco,vt quæcūq; à Græcis tradita sint in ratione dicēdi, eadē à Latinis & seruētur & seruari iubeātur. nā & quas dicūt sentētiarū & quas orationis figuras in vsu à Latinis nō minʹ receptæ sunt quàm à Græcis,& earū nomina aut Græca adhuc vsurpātur,aut Gręcorū imitatione signi

ficantur,vim quoque rei appellatione ipsa exprimentia:quam qui non vident, rem quoque ipsam non diligenter animaduertunt. Neque verò casu euenisse dixeris tantam hanc conuenientiam,sed industria,sed prouidentia. quare nonnisi Græca lingua duce procedere Latinam posse,verissimè affirmari potest. Quemadmodum enim,si principium rei atque origo nesciatur,sciri ea res non satis rectè potest:ita Latina lingua,si Græca ignoretur,vt benè teneatur,nõ fit verisimile.

Quòd si te ad disciplinas artésque contuleris,ac rerum cognitionem sectari volueris:iam verò hîc quàm penè nihil effeceris,si te Græcis priuaris? Omitto enim grammaticã, quæ, vt multa habet propria peculiariáque in vnoquoque loquendi genere:sic multa etiam retinet Gręcę Latinæque linguæ ita communia vt quod de altera tradatur, alteri non minus conueniat. quare Græcis quoque niti autoribus ad nostrum loquendi vsum non renuêre nostri. At verò Dialectica tam potest sine Græcis literis incolumis sciri quàm sine Aristotele. nisi fortè à recentioribus vel nosci vel tradi melius existimemus: aut iis libris perdisci posse qui ex Aristotele tralati habeantur: quos si aspiciat ipse, non recognoscat, sed (quod de aquila dici solet, pullos nacta non legitimos) reiiciat, ac nolit pro suis: quippe qui Aristotelici solis radios non ferant. Possem hoc loco afferre singula quoque vocabula quibus vtuntur dialectici, quæ aut Gręca habeãtur, aut Græcorum imitatione sint facta: quorum etiam nonnulla malè à recentioribus accipiuntur, in his enim Græca ratio sequenda est: quam qui ignorant, sæpè falluntur. Quàm multa autem sunt apud ipsum Aristotelem, quæ aut Latinè transferri optimè nequeunt, aut, si transferantur, sensum ipsum Græcum non vsquequaque reddant? Quòd ea de causa dictum velim, quòd nonnulli existimant, si legant Aristotelicas quascunque tralationes, statim se sententiam tenere philosophi. Quæ res plerosque fallit, & quidem non indoctos: quum & qui transferunt, plerunque ipsi hallucinentur, atque aliud pro alio reddant: & qui legunt, aliter plerunq; accipiant quàm ab eo dicantur. Tam igitur Aristoteles sine Græcis literis intelligi optimè potest, quàm sine se. Quomodo enim vim saltem ipsam Aristotelicæ loquutionis intelligent, quã ille adeò elaborauit vt aditũ eo pacto suæ philosophiæ præcluserit socordibus atq; inertibus ingeniis? Quanquã sunt qui hæc sanè nõ magni faciãt, immo verò & cõtemnãt: qui & dialecticæ vsum longè melius teneri hac nostra tempestate affirmant quàm Aristoteles ipse calluerit. Quę res vellem equidem, pro mea in nostros viros beneuolentia, tam verè quàm animosè diceretur. Sed nos hæc aliorum iudicio relinquimus: ne, quod Gręcè dicitur, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν: néue, dum alios arrogantiæ fortasse arguimus, ipsi arrogantiores reperiamur, qui supra crepidam iudicare audeamus.

Transeo igitur ad poeticam, cuius & inuentio & vsus, ita totus Gręcorum est, vt quod de furore ait Plato, inanem esse hominis conatum qui sine furoris ea quam vult specie ad poeticas fores accesserit, de ignaro Græcarum literarum dici possit, incassum scilicet eum laborare. nunquam enim ingressurum musarum penetralia. Nam, vt omittam principem omniũ Homerũ,

-à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:

vt alios Græcos poetas, qui quasi viam strauere posteris ad quoduis poematis genus: nónne fabulæ ac figmenta ipsa poetica, quibus tota vis atque vniuersa penè constat poesis, ita Græcorũ propria sunt, vt vel ab illis sint accipienda, vel illorum more confingenda? Quòd si qua etiam à nostris conscripta extant, ea aut è Græcis pendent, aut manca sunt, & ad Græcos nihilominus referenda. Quin & figuræ ipsæ verborum, & quos tropos appellant, tralationes, comparationes, similitudines, (quæ quasi condimenta sunt totius poeticę compositionis) vel à Gręcis mutuanda sunt, vel illorum imitatione tractanda. Ideóque inquit Horatius,

--vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Inuentio quoq; ita Gręcorũ penè peculiaris est, vt nostri, quotiens aliquid acutius aut elegantius afferre volũt, id totũ à Græcis transferãt, integris sententiis verbísq; seruatis. Quid quòd & nomina ipsa vel locorum vel hominum, quibus in poesi nonnunquam vti cogare, Græca sunt magna ex parte? in quibus, si Gręcã originem ignores, plerunque fallare necesse est. Quod non modò nostræ tempestatis hominibus contigit, alioqui non indoctis: sed & vetustiorũ nõnullis, vt Sidonio, Prudentio, Aratori, Iuuẽco: qui Græcorũ nominũ quantitate sæpe sunt abusi. Carminũ insuper, numerorũ pedúmq; genera, Græcã habẽt & originẽ & appellationẽ. quę tametsi à nostris quoq; tradãtur, attamẽ à Gręcis & copiosius explicãtur, & melius intelligũtur. Rursus verborũ ac rerũ copia à Gręcis tota sumẽda est: quibus (vt ait Martialis) nihil est negatum. si qua enim sit apud nos dictionum cõpositio faciẽda, aut vocabulum innouãdũ, sequẽda est Gręca figuratio: ac si qua in syllabarum quãtitate licentia vti velis, nisi Græcã adhibeas obseruatio-

nem, non probabere, sed aut argutulè aut imperitè fecisse videbere. Itaque non immeritò Aristophanes nugas ac deliramenta cæteras omnes nationes existimari voluit in iudicandis poetis exceptis Athenienſibus: quos & natura sapientissimos appellauit. Nec iniuria Mineruam iidem totam sibi vendicant, quum & cæteri dij, qui aut poeticæ aut eloquentiæ numina esse creduntur, Græcis & ipsi adscribantur. nam (vt inquit Horatius)

Gratis ingenium, Gratis dedit ore rotundo Musa loqui. At de poetica quoque hactenus.

At (puto) orator euadet quis egregius sine Græcis literis, Cicerone duce. Negari profectò nõ potest, Marcũ Tullium, veluti normam esse dicẽdi in sermone nostro, si tota teneatur in eo vis atque vniuersa dicendi ratio: sed id quî fieri potest sine Græcis literis? Quemadmodũ enim in disciplinis, qui ante Aristotelem philosophi mathematicíve claruere, vsos esse nonnunquã demonstrandi figuris, sunt qui scribant, sed demonstrationem omnino ignorasse: eodem modo potest & quis sine Græcis literis loqui fortasse ex arte aliquid, sed id vt se facere sentiat, aut quomodo fiat vt sciat, vix credi potest. Vis enim ipsa dicẽdi tota pẽdet è Græco tanquã è sui autore. Huc accedit, quòd quæ de arte à nostris traduntur, aut confusa sunt & inuoluta, aut parũ idonea ad explicanda singula quæ in orationis artificio latẽt: quæ verò à Græcis anxia penè dixerim diligentia & obseruata sunt & perquisita. denique cæterarum artium aut scientiarũ potest in alios quoque nonnihil redundare: at oratoriæ inuẽtio atque vsus totus Græcis debetur. Quod ne Virgilium quidem dissimulare potuisse palam est, quum inquit, *Orabunt causas alij melius.* Nulla enim verborum magis patitur ornatum quàm Græca lingua: atque adeò vt non veritus sit pronuntiare Aristides, aliorum omnium non barbarorum modò (vt ait) sed Gręcorũ quoque loquutionem, si cum Athenienſium sermone comparetur, puerorum esse balbutientium vocem. Quod tametsi nimis magnificè dicitur, attamẽ non procul abest à vero. Idẽ enim de Attica venere dici potest, quod de Periclis eloquutione scriptum reliquere tum Eupolis, tũ Aristophanes: in eius scilicet labris leporẽ ac persuasionis deam insedisse: atque in eorum mentibus qui audissent, quasi quosdam aculeos relinqui solitos: demum fulgere eum, tonaréque, atque omnia permiscere. Demosthenes quoque Athenienſes ipsos eo minus credi à cæteris queritur, quo paratiores sint ad dicendũ quàm cæteri. Hinc Cicero noster, tametsi tãtus in eloquẽtia, se quidem conari, Demosthenem autem perficere: se velle, Demosthenem posse, ingenuè professus est. Et Quintilianus Ciceronem à Demosthene quantus fuit, effectum scribit. Quo fit vt non falsò Aristides dixerit Athenienſes solos trophæum sibi erexisse, nullo sanguine, subactis omnibus gentibus oratione ac disciplinis: proindéque homines se suósque à diis immortalibus petere optaréque vt Athenienſibus potissimum similes euadant doctrina atque ingeniorum cultu: qui cibus humani animi esse censetur: cuius inuentio non minus Athenienſibus deberi creditur, quàm frugum, quas illis primùm largita Ceres dicitur. Nec mirum profectò videri debet si ex omnibus orbis partibus Athenas olim homines confluere soliti fuerint, discendi gratia. vt enim cætera animantia cò præcipuè trahuntur naturali impetu, vbi vesci atque impleri cibo maximè possint, ita & homines (qui aut animus tantùm sunt, vt Platonici volũt: aut potissimùm animus, vt Aristoteles) illuc sua sponte duci verisimillimum est, vbi largissima sit copia spiritalis cibi, ac verè diuini: quem disciplinæ ipsæ suppeditant, quæ Athenis in primis claruere. indéque factum est vt nostri quoque poetæ doctas Athenas perpetua quasi appellatione vocitarint. Sed de oratoria satis.

Philosophiæ verò pars tantùm naturalior recentioribus Latinis in vsu semper est habita, quam Aristoteles diligentissimè est persecutus. At diuinior illa quæ Platoni adscribitur, & quam veteres quoq; Romani admirati eousque sunt, vt diuinitatem quandam inesse eius viri scriptis intellexerint quidem, explicare autem non ausi fuerint: ac sequuti postea nostri Gręcíque theologi Christianæ religioni maximè conuenire demonstrarunt: intacta hactenus iacuit nostris his philosophantibus, nunc verò à plerisque desideratur magis quàm habeatur. Nam sine Græcis literis degustari fortasse potest, hauriri non potest.

At mathematicæ scientiæ tam possunt sine Græcis literis perfectè teneri, quàm sine Græcis autoribus, eiusmodi enim sunt quæ ab aliis traduntur, vt siquid modò vel paululum à Græcis diuerterint, in profundum labantur erroris, vnde educere sese postea atque explicare nequeant. Quemadmodum enim qui iter ingreditur, si semel excedere eum è via aut aberrare contigerit, quò longius processerit, non magis eò tendit quò vult, quàm recedit inde, ac fugit: sic qui in disciplinis, præcipuéque mathematicis, præscriptum semel ordinem liquerit, dediscenda discit. Satius enim est nescire aliquid prorsus, quàm peruersè scire: quum deterior longè sit dispositionis ignoratio, quàm negationis, vt interim Aristotelicè loquar. Quàm autem fallantur qui mathematicas res sine Græcis literis, & illotis (vt aiunt) pedibus aggressi sunt, facilè intelliget qui Campani expositiones in Euclidem cum Theonis editione

ac Procli commentariis conferet diligẽtius:aut Euclidis eiusdem perspectiuam, atque opus aliud de speculis,cum iis quæ Latinè scripta sunt iisdem de rebus:aut mathematicas Aristotelis quæstiones in libris quos Problematum appellant:atq; in omni philosophia rimentur quemadmodum à Latinis intelligantur.Quòd si Boetij quoque arithmeticam,tametsi diligentissimi Græcéq; doctissimi,ad Nicomachi præcepta,Iamblichi ac Philoponi cõmẽtaria referãt accuratius,perspiciẽt profectò quàm Greca ipsa nõ modò exactiora,sed & veriora dicãtur.De musica illud satis dictu fuerit,omnia instrumenta,sonos,proportiones,cõsonantias,neruos,Græcã habere appellationẽ.Prætereo Græcos musicæ scriptores,Euclidẽ,Aristoxenũ,Nicomachum, Ptolemæũ,Plutarchum,Briennium,Porphyrium, atque alios : quum apud nos vnicus sit Boetius,exceptis diui Augustini paucis,& Macrobij,ac Marciani Capellæ nõnullis. Nam nostram hanc musicam à vetere illa iampridem desciuisse,cùm pluribus indiciis,vt credam compellor, tum Olympiodori quoque grauis philosophi testimonio maximè moueor, qui cæterarum disciplinarum,arithmeticę,geometriæ,astronomiæ reliquias sua quoque tempestate seruari scribit:de musica autem illum versum vsurpauit,

Ημεῖς μὲν κλέος ἐσθλὸν ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

id est,

Nos clarum audimus nomen,nihil inde tenemus:

quasi nihil sit reliquum veteris musicæ. In astronomia quoque multa mihi videntur esse apud Græcos quæ à Latinis desiderentur. Nam præter Ptolemæi scripta, & ea non nimium fortasse fideliter ad nos tralata,pauca sunt quæ ad veræ astronomię vsum aditum præbeant.Quid enim simile apud nos habetur τῶν Εὐκλείδου φαινομένων, quæ veluti astronomiæ elementa traduntur à Cræcis. Quin & Theodosij σφαιρικά,vti principia totius astronomiæ sumi debere, autor est Philoponus:quippe quæ exactiora sint, & eandem obtineant rationem ad astronomiam quam geometria ad opticen,ad harmonicen arithmetica. siquidem ἀυλότερα, hoc est immaterialiora, sint,vt scribit Dauid,philosophus non incelebris.Theodosij autem σφαιρικὰ sequi dicit Philoponus Autolici opus περὶ τῆς κινουμένης σφαίρας,hoc est,de sphæra quæ mouetur : indéque postea principium sumere astronomiam,vtpote minus exactis minúsque certis demonstrationibus vtentem quàm ij faciant. quæ enim in Astronomia demonstrentur, summam extremámque certitudinem non polliceri dicit,sed quod proximè accedat. Vmbrarum insuper ratio nõ abesse ab astronomiæ præceptis creditur:cuius rei à Græcis quoque traduntur demonstrationes.nec desunt qui de his scribant.Sed nos hæc aliis pensitanda relinquimus. satis enim habuimus innuisse.

Medecina verò eo magis indiget Græcis literis quo maius periculũ affert ignoratio medicamenti,aut ægritudinis.quod euenire illis nonnunquã verisimile est qui Græcè nesciant,quãdo Græcis vocabulis omnia penè vocitentur apud medicos, & eius artis autores Græci præcipuè in pretio habeãtur:à quibus siqui in alia lingua claruerũt,veluti riuuli fluxerint manaríntque,ac si quid habẽt,inde acceperint,quanquã non purum id sincerúmque secum ferant.Quę res non modò à nõnullis nostræ quoque tempestatis medicis animaduersa est, sed scriptis etiã prodita.Ad summam non video quid in quauis disciplina sciri rectè possit si Græca ignorẽtur.

Nec fuerit iuris quoque consultis hoc inutile.nam & multa habentur in Græcis legum codicibus quæ apud Latinos nusquam legantur.siquidẽ(vt Politianus præceptor noster dicere solebat)multa Græcis legibus addidit Iustinianus, quippe quæ Latinis notiora existimaret quàm vt scribi oporteret:Græcis autem(vtpote alienis admodum à Romanis moribus consuetudinibúsque)explicanda latius censuit,quæ nunc remansere,illis apertiora quàm nobis, propterea que inde petẽda. Accedit & illud,quòd in Latinis Pandectis quę nũc Florentiæ visuntur,integra legum interpretamenta Græcè inueniuntur adscripta: quæ & ipsi vidimus,legimúsq;: & Græca testimonia citata,vt Homeri sæpenumero:& Græca verba addita significãtiæ gratia atque expressionis.Quod nõ ab re fecisse videtur Iustinianus,inter Gręcos magis q̃ Latinos referendus:quãdo in Græcia sẽper vixerit,quod ex Procopij certè historiis licet animaduertere.

Et quoniam in historiæ mentionem incidimus,quantam hac quoque in parte vtilitatẽ præstet Latinis hominibus Græca lingua,haud facilè dixerim, quũ multa sint à Gręcis petenda & nostris quoque rebus.non enim omnia adhuc ad nos tralata peruenere,sed quota pars, atq; ea nescio an satis fideliter.qua de re(ne,quod dicitur,cum laruis lucter,mortuos insectãdo) dicere nunc supersedeo:præsertim quũ iam plerique animaduertere incipiãt quàm sit erratum in historicis potissimum tralationibus:& nos hęc & pleraque alia quæ perperam in singulis disciplinis traducta habentur,copiosiore oratione, non maledicendi certè studio, sed ad nostrorũ hominum vtilitatem aliquando ostendemus.

Theologia demum etsi nonnihil à Græcis dissidet in præsentia, attamen multa est ab illis o-

lim mutuata, & nunc quoque potest. Sunt enim veteres Græci scriptores quibus non minus quàm nostris veritas ipsa roboretur:quippe quos sequuti nostri, quorúmque placitis innixi,totius religionis validissima firmissimáque iecerint fundamenta. Quis enim(quæso)Basilium illũ magnum non complectatur,Christianæ quoque fidei hostibus admirandum,incertúmque doctiorémne an eloquentiorem?Quis duos Gregorios,Nysses & Nazianzenum, nõ duo belli fulmina,(vt poetæ Scipiones)sed duo religionis lumina, vel potius soles nunquam obscurandos? quorum alter theologi cognomentum meruit apud suos, & diuum nostrum Hieronymum quantus est,effecit:alter,propter philosophiæ quendã veluti afflatum, tanto quoque fluit lepore,ornatúque verborum,vt Basilij fratrem vel potius discipulũ (vt se ipse appellat) facilè possis agnoscere. Prætereo Athanasium, minus his fortasse cultum, sed certè non minus diuinum. Transeo Damascenum,non theologum modò acutissimum,sed acrem & philosophum & dialecticum.Taceo Chrysostomum,non abs re profectò cognominatum aurei oris.Omitto & alios,quorum & scripta & sententiæ ita circunferuntur à nostris,vt pro oraculis haberi videantur.Quid quòd omnia quę de Christo literis mandata sunt,Gręcè primùm composita ferũtur, excepto Matthæi euangelio ? Quare fieri non potest vt nonnullorum fides è Græco petenda non sit,quemadmodum eorum quę à Mose aut prophetis scripta sunt, ex Hebraicis petitur voluminibus:quod facere nonnunquã videtur diuus Hieronymus, & fecisse ante eum Origenes credi potest,atque Apollinaris,vir vterque doctissimus,&Hebraicæ linguę studiosus.Quoquo igitur te vertas,præstò adest Græca lingua, operam suam in omnia præstatura : quã si refugias, non tam illam reiecisse quàm te necessariis admodum rebus fraudasse videare. Atque hæc sunt quæ de Græcę linguæ vel nobilitate vel vtilitate dicenda sese nobis obtulerunt:nimiũ fortasse multa Latino homini.non enim videor inuidiam veritus quòd Latinus apud Latinos ita Græca extulerim,vt penè nihil nostra esse contenderim. Quod non tam laudandi gratia aliena,quàm nostros homines admonendi,dictum existimari par est,quippe quum in ea perdiscẽda maiores nostri ita laborare sint soliti,vt vix sine illa quicquam se scire putarent.Semper (inquit Cicero)ad meam vtilitatem cum Græcis Latina coniunxi.Quintilianus à Græcis incipiẽdum præcipit.Ouidius quoque inquit,

Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Claudius Cæsar vtramque linguam nostram appellare solebat: nec iniuria,quum ita Græcam linguam tenerent veteres Romani, vt nihil apud eos differret Græcéne an Latinè vel scriberent vel loquerentur. Ennius tria corda se habere iactabat,quòd triplicem linguam calleret, Gręcam,Latinam,& Oscam.Ouidius,dum in Scythia exularet,atque aduenarum congressum nonnunquam desideraret:Eius,inquit,qui accesserit,siue Gręca scierit siue ille Latina voce loqui,certè gratior vsus erit. Nero imperator apud patrem cõsulem iuuenis adhuc pro Rhodiis atque Iliensibus Græcè verba fecit.Vespasianus Gręcis quoque iocis extemporalibus vsus traditur. Ciceronẽ tam Gręcè quàm Latinè declamare solitum,nemo est qui ignoret : eundémq; Græcè aliquando Rhodi orasse. quẽ quum audisset Apollonius,exclamasse fertur,Græcã quoque eloquentiam Romam à Cicerone transferri.Idem quum de temporibus suis Græcè scripsisset,Gręcorũ quorundã hortatu,Græcam omnem nationem à scribendo deterruit. Scripsit iisdem de rebus & Pomponius Atticus,qui & cognomentum adeptus creditur, quòd Atticã linguam ita referre crederetur,vt natus educatúsque Athenis videretur.Quod Theophrasto, homini Græco ac diuinæ eloquẽtiæ viro, cõtingere nõ potuit,quominus à vetula argueretur tanquam non Atticus,sed externus, dum cupit nimium Atticus videri. Bruti Græcas epistolas (quæ adhuc in manibus habentur) & Plutarchus laudat, & Philostratus omnium imperatorũ epistolis lõgè anteponit:& Mithridates quidã regij generis summoperè admiratur.Marci quoque Romani imperatoris Græcas epistolas vehementer probat Philostratus. Quàm multi autem ex Romanis Græcè potius quàm Latinè historias scribere aggressi sunt ? Albini meminit Gellius,Luculli Plutarchus.Diui Claudij Græcas historias, præter Suetonij attestationẽ, citat Stephanus,Græcus autor.Arrianũ,cuius de Alexandro Macedonum rege Græcæ exstãt historiæ,& de Epicteti Stoici dissertationibus opus, inter primates Romanos numerat Lucianus. Ælianum,cuius multa adhuc Græcè scripta legũtur, Romanum fuisse scribit Philostratus, & (quod maius est) Gręcã linguã in vrbe didicisse,ac nũquã excessisse Italia.Germanicũ Cęsarẽ Græca quoque scripsisse poëmata,autor est Quintilianus.Quin & Græca eius epigrãmata adhuc leguntur: nec non Tiberij,Adrianíque,omnium elegantissima. Nostra quoque tẽpestate non defuere qui Gręcè scriberent:vt præceptor noster Politianus,(quẽ & Ioanni quoque Argyropylo,Græco homini,sæpe admirationi fuisse vidimus) vt vester Hermolaus, nunquã satis laudandus.Nemini igitur mirum videri debet Græcam linguam adeò à nobis probari con-

mendaríque,in qua videam maiores nostros non minus laborasse quàm in Latina:cuius & parentem & altricẽ illam procul dubio & crediderint & prædicarint,à qua etsi nihil aliud, disciplinæ certè nostræ fluxerint,vt ait Quintilianus.Quemadmodũ autẽ qui de parentibus optimè mereri student,non ægrè ferre creduntur si tota eorũ dignitas atque existimatio in eos referatur qui non solùm fundamenta iecerint suę felicitatis,sed eò quoque perduxerint vnde illi nũc apud omnes in pretio sint:sic non indignari debet Latina lingua si tota eius gloria in Græcam redundet,omnium bonarum artium magistram.Quum enim vetus lex sit(vt Aristides inquit) altoribus vniuersam referre gratiam,quoad fieri potest,tantùm abest vt me Latina offendere putem,Græca laudando,vt & gratificari me magis existimem Latinæ linguæ, quòd gratiam si non omnem,saltem quam possum,eius(quod dicitur)verbis,illi referam,cui & debere se plurimum & debuisse,semper ingenuè professa sit:quippe quæ nihil vnquam æquè abhorruerit atque ingrati animi vitium.Benignum est autem fateri per quos profeceris,inquit Plinius.Studium autem nostrum hac in re tantum abest vt ostentare in præsentia vobis studuerim, vt vehementer doleam,me non tam hęc dicere coactum, quàm sentire ac sequi,veráque quotidie experiri.Neque enim existimetis,me tantum laboris exhausisse ab ineunte ætate,aliena sectãdo, vt penè negligerem mea,nisi peruidissem & doctissimorum quorunque exemplo,& veterum testimoniis,omnem vim Latinæ linguæ in Græca consistere.Quod quum & re ipsa demum cognouerim,non committendum putaui quominus & vos & singulos quosque bonarum artium studiosos, quantum in me esset,ad eadem adhortarer,animarem, accenderem, ne difficultate rei deterreremini.Tanta est enim illi(quod iam diximus) cum Latinitate cõiunctio atque affinitas,vt eadem propemodum vtrique cõueniant. Quare non video quid hac in re sit cuiquã pertimescẽdum,quum nihil penè noui sit offensurus.Sed quod de animis nostris aiebat Plato, reminisci eos,quum essent corporibus obducti, omnium quibus multo antea diuinitus fuissẽt imbuti,id Latino homini euenire credendum est Græca discenti, eadem quasi resumere. quo fit vt non magis præceptore vobis opus esse dixerim,quàm mõstratore,qui in memoriam suggerat excitétque Græca veluti vestigia,quæ subobscura tenuiáque,vestris ingeniis iamdiu reposita conditáque seruantur.Ad quã sanè rem Græci fortasse hominis opera cõmodior quàm nostra:ego verò,vt non negauerim,sua melius Græcos tenere quàm nos: ita affirmauerim,nostra nos melius nosse quàm Græcos: insupérque tam posse nos res illorum perdiscere, quàm illos nostras.Quum itaque Latini docendi sunt Greca,nescio an Greci studium Latinæ sedulitati anteponendum sit.non tam enim intelligendi(quanquam id quoque) ratio habenda est, quàm explicandi.Quòd si quis pronunciationis tantùm Græcæ studio, eius ad vnguem perdiscendæ gratia,Græcum sibi cupit præceptorem,Quintilianum audiat, pręcipientem, non esse dandam operam literis Gręcis superstitiosè,vt & plurima oris accidant vitia,& in peregrinum sonum corruptus sermo perduret:sed ita discendam esse Græcam linguam comite Latina, vt neutra alteri officiat. quæ res à Latinis melius quàm à Græcis accipi potest. Siquis autem examussim vtrunque se præstaturum confidit,--*illum mirabor & ipse: Et dicam,monitis non eget iste meis.* Nos verò operam nostram,quibus ingrata non videbitur,pollicemur, non magis duces præceptoréſque professi nosipsos quàm comites sodaléſque:quippe qui nullũ laborem, nullam molestiam recusaturi simus:dum vos ita Græcis imbuamini,vt disciplinas inde omnes, quascunq; libuerit,facillimè adipiscamini:à quibus eò postea perducẽdi sitis vbi quum fueritis, liceat iam humanam felicitatem(si qua modò est in hac vita) quasi manu prehensam tenere: quàm si dimiseritis,vobis ipsi defuisse videamini.

Non est autem cur vos moneam vlterius vti homines esse memineritis,quibus felicitas hæc quæcunque sit,debeatur.nam hoc tam cuiuis notum esse debet,quàm quòd viuat.Illud potius nostra interest,confirmare vos atque adhortari,ne laborem reformidetis,qui voluptati(quam in ipso statim limine Gręcarum literarum percepturi estis)adeò iunctus est,vt non magis laborandum nobis esse videatur,quàm voluptati honestissimæ inseruiendũ:qua vt ampliore quoq; perfruamini,nihil mihi videor omissurus,nihil præteriturus,quod quæri à vobis aut desiderari mouerim:si modò eiusmodi sit futurũ quod & nobis quoq; non ignoretur.Quid enim literato homine turpius,aut ab humanitate alienius,quàm si aut scisse aut didicisse frustrà videatur?Frustrà autẽ & scit & didicit,qui nec cõmentando nec docẽdo cuiquã prodest. Sicut enim in animantibus propriũ ac naturale maximè opus esse censetur procreare tale aliquid quale ipsum est si integrum absolutúmque sit:ita erudito homini nihil conuenire magis dixeris quàm efficere relinqueréque post se sui simillimos in studiis ac disciplinis:si aut homo fuisse videri vult, aut non indoctus homo.hominem enim hominis causa natum credi par est.Quare neque inuidere cuiquam in literis,fas iudico,neque supprimere quicquam quod vtile futurum existimes aut viuentibus aut posteris.Nam(vt ait Theognis)

Χρὴ μεσσᾶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴτι σοφωτὲν
Εἰδεῖη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν·
Ἀλλὰ τὰ μὲν μάθοι, τὰ δ' ἐκκνύναι, ἄλλα δὲ ποιεῖν.
Τίς φιν χρήσηται, μοῦνος ὅτις ἄμμορος;

Hoc est,

Musarum interpres si quid sapientius vnquam
Nouerit,inuidia sit procul inde mala.
Núncque alia inueniat, nunc monstret,plurima condat.
Si solus sapiat, nempe quis vsus erit?

Quippe(vt Plato aiebat)non minus ad felicitatẽ pertinet bonos efficere, quàm bonum esse.ideóq; nulli magis idẽ familiarius se offerre solitus erat quàm cui plurimo vsui esse posset:quanquam se suísque rebus maximè frui valeret.Quod mihi quoque video esse faciẽdum,in ea præsertim ciuitate quæ non tam potentia atque imperio ipsius sit Italiæ metropolis,quàm quibusuis virtutibus,totius orbis grande specimẽ atque ornamentũ, vel potius naturæ miraculũ:quũ quæ imperium vitia comitari solent,non modò ita refugerit vt non inesse possint suæ reipublicæ,sed ne excogitari quidem. Quare beatum iudico eum quẽ cuiuis studio incumbentem degere in ea contigerit:sed beatissimum,quem literariæ facultates exceperint: quũ tot pręsertim tantáque vndique suppetãt affluãtq; ad eã rẽ cõmoda,vt fingi fortasse plura possint, haberi certè nõ possint.Ibi enim(vt alia omittam)tanta librorum copia,quanta post Gotthicã ruinã nunquam fuit, nec veteribus verò Romanis aut Græcis florentibus, in his quæ extent, facilè credi par est:quum nouo hoc inuento carerent imprimendorum librorum,qui & pulcherrimi iam atque emendatissimi prodire incipiunt, Aldi potissimùm nostri opera:de quo illud habeo dicere quod de Porphyrio inquit Simplicius, Omnium bonorum nobis autor Aldus.Vobis verò illud mihi videor accommodaturus quod Demosthenes,quem interpretaturi sumus,Athenienſibus protulit. ferte autem (rogo) æquo animo Græcis me pauculis verbis vos alloqui: ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ενετοὶ, μονονυχὶ φωνῶ ἀφιεὶς λέγει ὅτι τῆς Ελληνικῆς ὑμῖν λόγων ἀντιλήπτεον ἔστιν, εἴπερ ὑπὲρ εὐτυχίας αὐτῆς φροντίζετε. hoc est,Præsens itaque tempus,ô viri Veneti, quasi emissa voce pronuntiat capescendas esse vobis Græcas literas, si quid de felicitate vestra cogitatis.Nam vt Virgilianum quoque carmen in vos transferam, Vía prima felicitatis (quod minimè remini) Graia pandetur ab vrbe.Expergiscimini igitur iam,& capescite Græcas literas,vltrò sese vobis offerentes. Dixi.

M. ANTONII ANTIMACHI DE literarum Græcarum laudibus oratio, in Ferrariensi gymnasio publicè habita.

IN degenda hominum vita, ij qui alicui prodesse conantur, quantopere laudandi sint, spectatissimi viri, non vos præterire crediderim: quum & ingenij acumine & longo rerum vsu præstetis, ac doctrina atque prudentia antecellatis. Qui verò publicæ vtilitati consulunt, ac non solùm sibi, sed & patriæ & amicis ac humanæ societati sese natos arbitrantur, quanto laudum præconio extolli mereantur, itidẽ vos non ignorare existimauerim. A qua sanè animi sententia quum nec ab ineunte ætate, nec etiam postquam nostra canescere cœpit oratio, vnquam abhorruerimus: nihil præclarius, nihil commodius, nihil conducibilius atque præstantius in toto vitæ cursu esse duxerimus, nihílque magis ex animo vnquam optauerimus, quàm plurimis benefacere, ac de omnibus pro virili mea (modò daretur occasio) bene mereri: amicorum precibus (quorum beneuolentiæ aliquid recusare, non solùm turpe, sed propemodum nefarium videbatur) & cohortationibus huius celebratissimi gymnasij instauratoris Lodouici Bonacioli, viri planè in omni scientiarum & virtutum genere eminentissimi, (cui ex isto hominum flore qui viuunt, paucos admodum pares inuenias) non spe honoris aut gloriæ, cui sapiens quisque semper studuit, nec lucri cupiditate, sed potius quò id quod in animo habebam, re facilius præstare possem, Græcè profitendi publicum munus non inuiti suscepimus. Eo itaque consilio huc accessimus, vt quæ ad communem Græcè discere cupientium vtilitatem spectare videntur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus verba faceremus: non quod ea dicendi facundia, is verborum ornatus, ea eloquentiæ vis, atque is demum orationis thesaurus & splendor, qui tam magno oneri sustinendo par esset ac tantæ rei dignitas postularet, nec non tot clarissimorum virorum conspectus mihi multò iucũdissimus mereretur, in me reperiatur: sed vt fretus humanitate vestra, qua erga omnes qui virtutibus innituntur, vti consueuistis, huiusmodi opus aggrediar, ac propositam rem pro tenuitate ingenij mei persequar. Cuius planè tanta est magnitudo atque præstantia, vt nemini vel mediocriter erudito deesse possit oratio: sed in exitu inueniendo maior omnino, quàm in initio inchoando, dicere volenti se offert difficultas.

Tanta est profectò literarum Græcarum, amplissimi viri, dignitas, & tanta dignitati coniuncta vtilitas, (quarũ notas antiquissimis temporibus, seu Cadmo, siue Danao autoribus, siue Orpheo admonẽte, Græcos habuisse, memoriæ proditum est) vt eæ non solùm apud illos qui cęteras gentes atque nationes barbaras appellabant, verùm etiã apud barbaros ipsos maximo in vsu fuerint, & ab ortu ad occasum vsque peruaserint: quãdo Druidas Gallorũ religiosos in publicis priuatísque rationibus literis Græcis vsos fuisse constat: & Romanorum tẽporibus in Heluetiorum castris tabulas repertas esse literis Græcis cõfectas, & ad Cæsarem perlatas, ex historiarum lectione latè admodum patet. Quibus in tabulis ratio cõfecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent: & item separatim pueri, senes, mulieresque. Brachmanas itidem (è quorum numero celeberrimus Calanus ille fuit) & gymnosophistas Indorũ sapientes easdem in vsu habuisse, easdem Indorum ipsorum regem Phraotem calluisse, compertum est. Apud Romanos verò quanto in pretio, quanto in honore semper sint habitæ, (quum penè eædem à principio cum Latinis fuerint, eas in Latium afferente Nicostrata) etiam me tacente, vel facillimè potestis intelligere.

Nullum enim studiorum genus, quod aliqua sapientiæ luce præfulgeat, nullas prorsus ingenuas disciplinas esse comperio, quæ non è Græcorum fontibus emanauerint: Latinósque in omnibus liberalibus artibus illorum sequutos imitatósque fuisse vestigia. Nam si à grammatica exordiri voluerimus, cuius inuẽtorem ij qui eam rem diligentius perueſtigarunt, Mercurium ferunt: sine qua ad nullũ scientiæ gradum peruenire valemus, quum ea duce orationis congruitatem assequamur, ac ad alias scientias faciles aditus adipiscamur, nónne eam totã à Gręcis habere fatebimur? Quid de poetica, quæ tantopere diuinitatis est particeps, vt summus ipse rerum omnium opifex statim penè à mundo, verbo, non manibus condito, sua mysteria per eam literarum monimentis mandari voluerit, dicemus? Quid de oratoria facultate, ac flexianima omnium regina rerum oratione, quæ motus animorum quò vult impellit, loquemur? Quid de

dialectica, quæ differendi artem aperit, verúmque à falso segregat, ac nos ad veritatẽ ducit, sentiemus? Quid de philosophia, legum inuentrice, morum disciplinarúmque magistra, quæ bene beatéque viuendi rationes demonstrat, ac diiudicato bonorũ & malorum fine, quid fugiendũ, quídve expetendum sit, proponit, ad sedandos animi affectus atque perturbationes plurimum valet, naturæ secreta rimatur, rerum omniũ causas perscrutatur, humana despicit, cogitánsque cælestia, hæc nostra & exigua & minima contemnit, immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo (ad summam cuius intelligentiam consideratione nos ducit, quantum homini licet) quàm simillimos efficit, iudicabimus? Quid de medicina, reliquarum artium parente atque educatrice, & altrice, quę vniuersas scientias cõplectitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutricatur & continet, ac humanæ vitæ conseruandæ, nec non extincta morbis corpora ab inferis penè reuocandi potestatẽ habet, rogati respõdebimus? nónne hæc omnia nos à Græcis mutuatos esse (nisi ingrati nuncupari velimus) confitebimur? quando ab ipsis & Mathematicas accepimus. Nam arithmeticam, reliquarum ducẽ, ex cuius numeris animam creari, ac singula constare Pythagorici sentiebant, & quaternarium numerum (in quo prima solida demonstratio inuenitur) rerum omnium opificem causámque esse affirmabant, quòd ab eo, tanquã à radice atque principio, cuncta dependerent: ac geometriam, quæ cum superiori adeò connexa colligatáque est, vt sine ea haudquaquam videatur posse consistere, quũ punctum referatur monadi, linea autem numero binario, ab aliquo ad aliquid, & trinario conueniat superficies: qua (dum eius lineamentis, formis, interuallis ac magnitudinibus vtimur) mare, terras, cælúmque metimur, quin à Græcis susceperimus, nemo, vt opinor, vel impudentissimus negauerit. Musicam verò à Mercurio numeris, vocibus & modis inuentam, quam veteres omne continere dixerunt, eo quòd eorum quæ sunt, absque symmetria & analogia nihil existat, nec etiam aliquid eorum quæ fiunt, si absque congrua symmetria atque analogia confectum fuerit, vnquam bene habeat, siue arte fabrefactum fuerit, seu natura comparatum: siue sensu comprehendatur, seu solius intelligẽtiæ speculatione percipiatur: quę duo nimirum in musica (totius harmonia) reperiuntur, ex cuius cognitione harmonicam mundi rationem coniicimus: & item astronomiam (cuius scientiam Chaldæi diuturna siderum obseruatione putantur effecisse) quæ temporum varietates, totius anni ordinem, astrorum influxus, ortus, obitus, traiectiones, motúsque stellarum, ac cæli meatus conuersionémque explicat, quid cuique euenturum sit prædicit, Græcorum beneficio (quibus tantum debemus) Latinos itidem habere fatendum est. Nec mea quidem sententia, vllus adeò peruicax, adeò obstinatæ mentis, duræque ceruicis, ac tam peruersi iudicij reperitur, qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sanè rebus quanta hominibus cõmoda, quantæ vtilitates humano generi, quot honores proueniant, non meum est dicere, quum res ipsa per se loquatur. Ideo nõ est quòd vos (qui incredibili discẽdi cupiditate ardetis) ad huiusmodi literarũ studia, ex quibus maximos atq; vberrimos fructus percipietis, nisi vobis ipsis deesse volueritis, cohortemur. Currẽtes enim incitare videtur absurdum: quum tantæ (sicuti accepistis) dignitatis, honoris, cõmoditatis, splendoris, vtilitatis atque pręstantiæ sint, vt vnusquisque qui in bonarum artium studiis proficere exoptat, eas velit nolit cogatur expetere: præsertim quũ illis qui eas consequuti fuerint, maxima præmia non sine nominis celebritate proponantur, amplissimi honores non absque immortalitatis gloria reseruentur. Reliquũ est, vt demonstrata tãtæ rei maiestate, (ex qua, vt intellexistis, innumerabilia mortalibus bona pariuntur, & ad homines confluũt) in ea comparanda operam, curam, diligentiam, industriam ac studium denique meum vobis pollicear, quæ omnia, sine vlla laboris aut tẽporis intermissione, me libentissimè præstaturũ spõdeo: nec aliqua in re, quæ in discendo vsui vel commodo esse possit, me vobis vnquam defuturum recipio. Quod quum contigerit, Bonaciolo, viro non minori experiẽtia quàm doctrina ornatissimo, ac (vt suprà memorauimus) omnibus egregiis animi dotibus atque virtutibus vndecunq; refertissimo, qui huius clarissimi gymnasij nõ minus ornamento quàm vtilitati semper studet, mehercule velim referatur acceptum: eo quòd ipse omnium vnus procurauerit effecerítque (ne quod verum est inficiemur) vt Gręcè profitendi munus obierimus. Ago insuper humanitati omnium vestræ, si non quas debeo, saltem quas possum, gratias: ac si obsequendo & de vobis bene merendo gratia referri poterit, eã me quandoque libenti animo cumulatissimè relaturum, affirmare non dubitauerim: propterea quòd hodie frequenti ac iucũdissimo cõspectu vestro, me (quæ vestra est benignitas) ornandũ amplificandúmque susceperitis. cuius beneficij memoria apud me resideat sempiterna necesse est.

EX CONRADI HERESBACHII oratione in commendationem Græcarum literarum,

EXCERPTA. autorij Damnati permisa tamen.

Siue autem autore Iauam, linguæ huius, ſicut & gentis, primo fundatore, literarum Græcarum initia è Babylonica illa linguarum orta varietate, atque in Græciam tranſlata, ſiue temporum iniuria neglectus characterũ vſus, & à patribus antè repertus, velut poſtliminio à vicinis, ſiue Phœnicibus, ſiue Ægyptiis (apud quos patriarcharum monumenta conſeruabantur) repetitus ſit, etiam ſi certò non tradatur, tamen alterum probabile videtur, Græcam literaturam non ſimul cœptam abſolutámque. Primi per figuras animantium Ægyptii ſenſus mẽtis explicabant: & antiquiſſima monumenta ſaxis impreſſa, literarum inuentores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, traditur intuliſſe Græciæ: hi gloriã adepti ſunt quaſi repererint quæ acceperant. Quippe fama eſt Cadmum, claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis eius autorem fuiſſe. Quidam Cecropem Athenienſem & Linũ Thebanum & temporibus Troianis Palamedem XVI literarum formas, mox alios ac præcipuè Simonidẽ cæteras reperiſſe. Quum autẽ Palamedem ad deos retuliſſe hoc inuentum teſtetur Philoſtratus, & Plato ſcribat apud Ægyptios ſe audiſſe deũ quẽdam coli illic nomine Theuth, qui cùm alias artes, tum literas inuenerit: nonnulli ad Aſſyrios referant: alij denique æternum fuiſſe literarum vſum: veriſimile apparet, ſicut Latinæ à Græcis, ita Græcas ab Hebræis mutuatas: quod elemẽtorum ipſorum vicina nomina magna ex parte comprobare, contendit Euſebius, Ioſephi & Clementis teſtimonia citans: & ſicubi varient, id non mirum in tam diuturno & variarũ gẽtium vſu: quum & Græcas vetuſtas Cadmeas in tripode inciſas, ab his quibus nunc Græci vtimur, etiam diſceptare Herodotus referat, & Delphicam tabulã in æde Mineruæ Romæ teſtari ſcribat Plinius: quia verò Græci & Latini earum initia ignorarunt, & ad deorum inuenta, ſicut alia pleraque, ita hæc quoque retuliſſe, quũ tamen multis antè ſeculis apud Hebræos fuiſſe deprehendantur. Porrò quum Phœnices & Ægyptios (à quibus literæ primùm in Græciam tranſlatæ memorantur è poſteritate Cham fuiſſe cõſtet, iſique mox poſt ſortitionem liberorũ Noe, pulſo ſemine benedicto Sem, è ſua hereditaria ſorte ad filios Iaphet migrare cõpulerint: & poſtea Iſraelitæ duce Ioſua, hereditaria terra ſancta recuperata, exactam Chami ſtirpẽ alias ſedes quærere adegerint: quo factũ vt profugi vicinas Græciæ regiones occuparint, & illuc artes plurimas & patriarcharum reliquias ſecum adduxerint: (vti etiã idololatriam peruerſũmque per apoſtatam Cham, eiuſque nepotẽ Nemrod, inſtitutum deorum cultum Græcos Ægyptiis debere proditum eſt) & ex his fuiſſe Cadmum & Phœnices eius colonias, quas in Græciam deduxerat, veriſimile eſt: quòd ſimul cum deorum portentoſo cultu, & hoc literarum bonum è patriarcharũ reliquiis attulerunt: atque hinc eſſe quòd alij Syris, alij Phœnicibus literarum inuentionem acceptam ferant. Syriam autem ac Phœniciam & Ægyptum, Hebræorum fuiſſe ſedes, in confeſſo eſt, apud quos patrum monumẽta conſeruabantur: & conſtat Græcos ſapiẽtiæ ſtudioſos diſcendi cupiditate frequentes eò, vt ſacerdotes & prophetas audirẽt, profectos fuiſſe, (id quod de Orpheo, Muſæo, Dædalo, Homero, Lycurgo, Solone, Democrito, Heraclito, Platone, aliiſque innumeris memoriæ proditum) & quæ illic didicerãt, Græcè tradidiſſe. Vnde quæ de Chaldæorum, Phœnicũ, Ægyptiorũmque inuentis prodita ſunt à Græcis & Latinis, ea omnia ad Hebræos & patriarchas pertinere certum eſt: & quæ illi diis ſuis inuẽtoribus tribuunt, ea conſtat longè antè ab Hebræis reperta vſurpatáque fuiſſe. Cui rei argumentũ prębet vini inuentum, quod illi Baccho tribuunt, quum multis antè ſeculis à Noe patriarcha vitis cultura reperta fuerit, vt rectè poſt ſacram hiſtoriam admonuit Lactãtius. Ad eundẽ modum de frugum, medicinæ, aliiſque inuẽtis iudicare licet, quæ omnia ad factitios mortaléſque deos retulerunt illi: quum apud Hebræos vetuſtiores pleraque vſurpata ſint, priuſquam ad Græcos peruenerint. Sed ob id laude ſua minimè fraudãdi ſunt, qui ab aliis inuẽta, meliora reddiderint, atque ſic excoluerint vt nõ aliorum ſed ſua inuenta eſſe videantur: vt mox latius declarabitur. Græciam autem feliciſſimam ingeniorum altricem fuiſſe conſtat: adeò vt appareat, huius vniuerſi opificem, & linguarum virtutíſque diſpenſatorem Deum Opti. Maxi. hominibus qui ſecundum naturam optimam regionem nacti, eam etiam linguam voluiſſe largiri quę idoneum tradendarum

tradendarum honeſtarum artium præberet inſtrumentum, & fida virtutis eruditioníſq; cuſtos eſſet. ídque νὴ τὰς Μούσας citra cõtrouerſiam Græca lingua aſſequuta. Nã etſi initio rudis & contracta, ſic tamẽ exculta propagatáque, vt nulla lingua vel elegãtior, vel latius ſe ſparſerit: nulla quam non hæc elegantia & copia omníque ornamẽtorum ſupellectile ſuperarit: inter omnes tantum emicans quantum ignes inter luna minores. Nam quum linguæ potiſſimùm in hoc diuina diſpenſatione tributæ, vt quæ velis, commodè ac ſignificãter (vt diximus) exprimas: quæ, obſecro, ſignificantioribus magíſque appoſitis vocibus ſingula declarat quàm Græca? Adeò vt non abs re Socrates apud Platonem contendat, Gręcorum vocabula imprimis nõ temerè proinſtituẽtis voluntate, ſed naturali ἐνεργείᾳ natiuáque perſpicuitate rẽ velut oculis ſubiicere. Vnde exquiſita in Græcis vocibus venus καὶ εὐφωνία, Atticus lepos, Muſa Attica, Laconiſmus, & id genus alia ſingularis cuiuſdam appoſitęque in exprimendo ea lingua venuſtatis prouerbia pepererunt. Hinc quod grauiſſimus inter Latinos poetas, Graiis, inquit, dedit ore rotũdo Muſa loqui. Adde quòd & Muſas atque adeò deos ipſos aiunt Græco ſermone vſuros, ſi humana lingua vti voluiſſent. Porrò quum ſeptuaginta duæ linguę numerẽtur, ex his ſeptẽ præcipuæ, quas recenſet Volaterranus, Aſſyriorum, Arabum, Ægyptiorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorũ, Dalmatarũmque: tamen nulla ex omnibus his, quæ vel latius ſparſa ſit, vel præſtantiora ingenia nacta ſit, vel denique plures honeſtas diſciplinas tradidit. Neque enim ſolùm hęc lingua ſe cõtinuit ea parte quæ Græcia propriè dicebatur, hoc eſt Ægeo pelago & Ionio atque Iſthmo cõcluſa: neque ea tandem regione quæ magna Græcia dicebatur: ſed præter inſulas & peninſulas, ampliſſimáque regna, Peloponneſum, Cyprum, Rhodum, Cretam, Aſiam minorem, Macedoniam, Epirum, Myſiam, Illyrium, Thraciam, Dalmatiam, Syriam, Ægyptum, ob Alexandrũ victorem longè latéque complexa eſt, ſed Galliæ Germaniæque etiam communis eſt. Nam & Maſſilia celeberrimum Græcarum diſciplinarum gymnaſium habuit: & in nobili Cliuenſium oppido Menianæ ſcholæ præfectus Græcus rhetor Athenis ortus, teſte Eumenio: & Druides, Celtarum ſacerdotes, Græco ſermone in ſacris vſi. addítque Iulius Cęſar, Gallos in publicis inſtrumentis Græcas literas vſurpaſſe. Britannorum pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ linguæ profitetur. Quid dicam de Germania noſtra, in cuius lingua innumera veſtigia Græcæ linguæ remanent? & nos obſeruauimus aliquando aliquot centurias vocabulorum quæ merè Græca ſunt. Poſtremò neque Scythas à Græca lingua abſtinuiſſe, declarant Anacharſis & alij plerique. De Italia & Roma nihil attinet dicere, vbi Græcorum lingua propemodum ipſa Latina vulgatior fuit: & clariſſimi ſcriptores in Italia & media Roma Græcè ſcripſerunt. Siquidẽ Ælianus (vt ſcribit Philoſtratus) Romanus fuit, & Italiam nunquam egreſſus, & tamen eius extant Græcæ hiſtoriæ. Item Plutarchus, Strabo, Dionyſius, Appianus, Diodorus, & innumeri alij Romæ vixerunt, & ſcripta ſua illic ediderunt Græco ſermone: quemadmodum in Syria & Ægypto Ioſephus & Philo Iudæi Græco quàm natiuo vti maluerunt. Græca lingua in ipſa Syria Romanos imperatores facundos habitos, Mutianus teſtatur apud Tacitum: eóſque ad exercitum Græcè loquutos. Adde, imperatores ipſos, non ſolùm Romanos, quos omnes propè Græcè peritiſſimos fuiſſe conſtat, & multorum carmina extant Græca (ſed Germani etiam imperatores quos alioqui ἀμούσους eſſe ſolitos nouimus) Gręcã linguã calluerunt. De Carolo magno traditur quòd Græcos legatos audiuerit, & Græcè reſpõderit ipſe. Otho II, imperator in bello quod in Apulia cum Saracenis & Gręcis geſſerat, inſidiis interceptus quum Græcè ſciret, eóq; ſermone vteretur, hoſtes fefellit: vt nõ animaduertẽtes eũ eſſe Germanũ, facilè pecunia ſe redimi paterẽtur. Porrò, ſi linguæ alicuius vtilitatẽ æſtimare velimus, quid hac vna cõmunius, quíd ve vbique ad omnes diſciplinas percipiendas vel tractãdas vtilius ac magis neceſſarium? nempe qua, velut Delphico gladio, ad omnia & vbique vti cõueniat: primum quum (vt dictũ) nulla gens, nulla ſchola, nullum virtutis ac diſciplinarum emporiũ, quod hanc linguam, velut commune vtiliſſimúmque organum, non arripuerit. deinde nulla lingua plures vel diſciplinas, vel benè viuendi præcepta tradidit, & per orbem tranſmiſit, ac fidelius conſeruauit, Quota quæq; plures, eóſque clariſſimos in omni diſciplinarũ genere ſcriptores exhibuit? è quorũ ſcriptis & inſtitutis, cùm omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans ſumi poſſit. Aut quæ tandem lingua vel diſciplina, quæ huic colonias nõ duxerit? quæ indidẽ, ceu è locupletiſſimo mercatu, ſupellectilẽ non compararit, aut potius, ceu ex vbere artium eruditioníſque fonte riuos non diduxerit? Nã, vt Homerus de Oceano canit, Ἐξ ὅπερ πάντες, inquit, ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα πάντα νάουσι: ita ex hac lingua, veluti quopiam bonorum omnium mari diſciplinæ, artes, præceptiones, atque adeò ipſa elementa, manarunt. Hinc poetica, rhetorica, dialectica, grammatica, diſciplinæ quæ mathematicę vocantur: hinc politica, ethica, therapeutica, phyſica, theologia, & (vt vno verbo multa complectar) vniuerſa ipſa philoſophia, diſciplinarúmque omnium orbis, quam encyclopædiam vocamus: quæ omnes artes

Græcos etiam nunc fontes resipiscunt,vt ne nomina quidem alia quàm natiua & Græca admittãt, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus: eóque iure se nobis permittẽtes, vt à fontibus secludi non patiantur.Nã & tota lingua Latina,& disciplinę ea lingua traditæ, ex hac fluxerũt, ádque huius ductum sic cõposuerunt vt instar alumnæ & discipulæ πτερυγίζουσαι ἐκ τῆς τιθηνητείρας manu fulciantur ac sustententur,ab illius ductu ne latum digitum discedẽtes. Id quod à literis, velut ab ouo,ordienti per omnes disciplinas ostendere,non fuerit difficile. Siquidem literæ omnes,vna duntaxat atque altera dempta, inde mutuatæ sunt: etiamsi iucundissimis illorum caremus,altera,vocali,altera,consonante,quibus nullæ apud eos spirant dulcius. Adde quod nos vix quatuor literis,illi duabus exprimunt: vt apparet in dictione φθία,ἀπόφθεγμα.Scribendo autem & pronunciando(quæ sunt præcipuæ Grammaticæ partes) quàm Græcæ linguæ rudes passim labãtur ac sese traducãt,satis liquet,quũ imperiti Criste pro Christe, Eleison pro Eleeson. & sonent & scribant.Neque minus in etymologiis peccatur,quũ innumera nomina(velut exẽpli gratia, in e primæ inflexionis & patronymica omnia: itẽ Dido,Sappho,Laches, & id genus similia) citra Græcorũ inflexiones vsurpari legitimè non queant.Taceo generum rationẽ,articuli in oratione vim.Quid memorẽ syntaxeωs, figurarum rationes à Græcis pendentes?Taceo quod Nonius Marcellus vniuersa ferè Latina vocabula repetit à Græcis. Sed ne in elementis balbutiamus,sat fuerit,si perspicuum fecerimus, Latina sine Græcis, quibus superstructa sunt, non posse subsistere:áque ipsis elementorum crepundiis Græca discentem, operæpretium facere laborísque compendium parare.

Cæterùm vt ad serias disciplinas progrediar,intra quas primas facilè sibi vẽdicat Poetica(seu vetustatis autoritatem spectes,siue rerum traditarum vtilitatem atque œconomiæ prudentiã) huius & vsus & inuentio Græcorum est. vnde Horatius, poetam formaturus, ad Græcos, tanquam ad certissimos eius artis magistros,relegauit:*vos,*inquiens,*exemplaria Græca Nocturna versate manu,versate diurua.*Nã vt cæteros,Musæum & Orphea, poetarum antiquissimos,prætereã, ex vno Homero,tanquã vniuersæ eruditionis fonte, disciplinarum omnium seminaria hausta, cùm per se perspicuum tum Plutarchus singulari libro contestatũ reliquit.neque poetas solùm indidẽ hortos suos irrigasse,sed oratores admirabile illud dicendi artificium figurásq;,ac denique philosophos reip.bene viuẽdi præcepta mutuasse declarat. Neq; vel consiliorũ vel litiũ artes,vel similitudines,vel amplificationes,vel argumẽta,vel digressiones vllę,quę ab illo nõ sint cõmonstratæ.Quid obsecro tentari potuit quod ab illo in suis poematis non sit excogitatũ vel animaduersum?Quæ regio,quæ pugna,quæ formæ,quod remigiũ, qui deniq; motus animorũ, quæ ferarũ figurę,quas ille cęcus nõ viderit?quũ ita nobis eas depĩxerit vt eas quasi videre,quũ legimus,videamur?Ac verissimè his succinẽs poeta Latinus de Homero,*Qui quid sit,*inquit,*pulchrum,quid turpe,quid vtile,quid non,Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.* Quibus hoc addere licet summæ laudis loco,singula propemodũ verba eius poetæ,quasi apophthegmata esse, & prouerbij loco vsurpari,vt testatur Macrobius.Et an à Latino Homero,alioqui absolutissimus, superatus sit,apud eundẽ licet intueri,Homerica cũ Virgilianis cõferentẽ. Hoc cõstat,Latinos primarij nominis poetas magna cum laude Græcorũ poemata vel transtulisse,vel imitatos fuisse inopia magis impulsos quàm superãdi fiducia fretos.Siquidem.Virgiliũ, Latinorũ coryphęũ, nemo nescit bonam Æneidos partem ex Homeri poesi trãscripsisse, atque in totum se ad Homerum æmulandum composuisse: Georgica ad Hesiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν imitationem feliciter scripsisse:Bucolica impari conatu ad Theocriti facilitatem expressisse, critici fatẽtur:etiãsi illorum inuentis iam frueretur. Terentius (cui proximus, mea sententia,locus inter Latinos poetas debetur)adde etiam Accium,Cæcilium,Pacuuium:nunquid Menandrũ solùm interpretãtur,víxque leuem illius assequuntur vmbram,iuxta Fabij sententiam? Quãquam in comœdiis aliquid præstitisse Latinos,etiãsi totæ è Græcorũ myrotheciis mutuatæ sint, fatendũ est:tragœdia certè Græca tota est.Solius enim Senecæ apud Latinos(quod quidẽ sciam) extãt tragœdiæ, atque illæ ex Euripide interpretatæ. Deus bone quàm non accedit ad illius elegantiam, artificium,ac sententiarum grauitatem!Iam,si vtrosque cum alteris conferas,annon reperies omnia Latinorum inuenta,fabularum ingeniosa inuolucra,compositiones illustres,allegorias appositas,affectus acriores,mirandos motus,cõpositiones significantiores, ac breuiter supellectilem quandam natiua quadam poeticæ copia affluentem?E regione apud nos pigriora ferè omnia, gratia non solùm inferiora,verùm etiam à dignitate plerunque & à decoro aliena.Quanquam non inficior quin nostrorum poetarum carmina, si seorsum legas, venusta appareant & eleganter scripta, atque etiam vt iis nihil melius posse fieri censeas: at si componas & conferas Græca ipsa vnde illa descripta sunt, ac singula consideratè atque aptè iunctis alternis lectionibus committas, comperies vix Συρακουσίων τῶν δεκάτῳ,vt est in prouerbio. adeò iacẽre ac putere incipiunt Latina,vt quæ Græcorum,quę æmulari non poterant,luminibus gratiísque obsolescant.Cuius quidem rei apud Gellium,linguæ Latinæ acerrimum censorem, requirere iudicium atque exempla licebit,vbi Cæcilij cum Menandri,Virgilij cum Homeri & Theocriti, versus exponuntur,quos ab his mutuati sunt: Diomedis hercle & Glauci arma nõ dispari magis pretio æstimari possunt.Atque hîc mihi Cicero ignoscat,qui Latinos à Græcis sumpta,meliora reddidisse clamat.Sed quis hæc deprehendet? quis aut artificium aut translata aliunde intelligat,nisi huius linguæ supellectile instructus?

Poeticen excipit rhetorice,cùm numerorum & figurarum ornatu,tum structura orationísq; filo atque charactere propemodum coniuncta:quæ quũ omnia, perinde atque inuentionis & eloquutionis,ita argumenta & formulæ à Græcis fontibus hauriuntur.Quandoquidem in hac illi sic regnant vt Cicero fateatur hanc Athenis & inuentam & absolutã:siue diuidendi,prępa randi rationem,consilium,ordinem,seu affectuum motus spectes, figurarum & troporum picturas,eorum summatim omnium apparatum inde fluere videas. Et haud scio quid aliud poetę oratorésque nostri quàm poesin & oratoriam ciuitate donauerunt Romana:qui,siquid eximium præstiterint,id ex illorum omniiugis pratis, veluti flosculis,decerptis,illorúmque virtutum imitatione comparauerunt.Cato iam senex,Gręcis alioqui parum amicus,commentarios sibi collegit,è Thucydidis orationibus & Demosthenis,quas in dicendo magno sibi vsui fuisse testatus est.Quid Ciceronem,Latinę linguæ principem,in eloquentiæ illam arcẽ subuexit, nisi Græcorum studia,ínque iis æmulandis cõtentio? Nempe qui totum se ad Demosthenis vim, Platonis copiam,Isocratis iucunditatẽ,Periclis fulmina,Thucydidis maturitatem,neque certè infeliciter,composuisse deprehenditur,beatissima quadam immortalis ingenij benignitate suffragẽte:adeóque Græcorum studiis operam nauauit,vt se Græcis declamationibus exerceret: Græca vbique cum Latinis coniungens,modò Latina Græcè,modò Græca Latinè vertẽdo,stilum exercuit.Idémque filio(cui non nisi compendiosissimam fidelissimámque rationem præcipere potuit)faciendũ suadebat.Quod si hodie iuuentuti persuaderi queat, felicius disciplinæ tractarentur,neque tam exangues ingeniorũ venę existerent.Nihil enim mirum omnes bonas disciplinas iam diu sepultas,cùm Græca lingua abolita,tum nullo declamandi exercitio:quę tamen primaria sunt ingeniorum fomenta in eorum animis qui ad eruditionis aliquem fructum peruenire contendant.

Dialectica,rhetoricę germana quum vtraque alteri coniungenda esset,nostri hanc neglecta prorsus altera,veluti dextra manu,ad meras cauillationum stribiligines,aniles rixas, protraxerunt:vt nullum hodie veræ dialecticæ in scholis remanserit vestigium. Quorsum patua(praua dicere debebã)logicalia?quorsum barbara non solùm,sed inepta etiam atque inutilia illa quibus iuuentus in publicis gymnasiis oneratur commentaria? quorsum pro Aristotele, Porphyrióque,genuinis & Græcis elegantissimis,earúmque artiũ peritissimis magistris,ineptis & corruptissimis tralationibus vti coguntur?quas quum nec intelligant ipsi professores,tamen miseram iuuentutem edíscere cogunt,ad nihil profuturas.Et tamen ex ipsis fontibus artes hæ facillimè percipi poterant.

Quid de mathematicis loquar?quum peculiares eius artis voces nondum sint Latinitate donatæ,neque commodè inopia linguę Latinæ omnes possint,fit vt identidem harum literarum imperitus in his explicandis intelligendísque offendat:quum vbique occurrant trigoni, tetragoni,monades,triades,diapente,diatessarωn,excentrici,syncẽtrici,epicyclij,eclipses,& eius ordinis tanta turba vt annus deficeret si omnia vel cõmemorare vel ostendere nitar loca vbi interpretes nos in fœdissimos secum errores traxerunt.

Idque non in logicis ac mathematicis solùm sed per totam philosophiam euenit.quę quum tota sit Græcorum,nos vix faces quasdam ex illorum fontibus hausimus, eásque è tam multis transfusas.Interim tamen nostri philosophastri nullis dum vel Græcis vel melioribus literis adolescentes ad philosophiam veluti πτερυγίζοντες solùm Alexandri Galli doctrinali,ceu communi omnium copiæcornu,instructos,statim Icari in morem ad philosophiæ ardua(hoc est ad volandum sine pennis)transmittunt.Cicero,alioqui Græcorum gloriæ æmulus,philosophiam declarat citra Græcam eruditionem neque percipi neque subsistere. Nam quum apud nos pauca admodum eáque à Græcis desumpta extent digna lectu, (sophistarum enim nugas & delira cõmentaria nõ libet inter philosophiæ scripta referre)apud illos tã copiosa,pretiosa,nitidáque philosophicæ supellectilis monumẽta nobis sunt reposita,quæ si in sua lingua legantur,& cum Teutonicis his conferantur,(hoc est,quę in Latinã linguã translata)iure dici poterit quod poeta de exanimato Hectore, Hei mihi qualis erat,quantũ mutatus ab illo Aristotele & Platone! Nã præter hoc quòd parũ cõmodè multa versa,parúmq; significãter expressa,etiã pleraq; prætermissa sunt,quæ nõ sunt satis assequuti interpretes,nõnulla de suo addiderunt:alicubi obscuriora relinquũtur,quæ subinde lectorẽ diligentẽ vel cruciãt,vel fallũt:vt cernere licet in libris

meteorologicis,& De cęlo,ac Physicis Aristotelis,vtilissimis quidem libris,sed à nostris nō intellecti in scholis reiiciuntur.De Platone quid dicā?is nisi sua lingua legatur,nemo iudicare poterit de illius diuina vel doctrina vel eloquētia:reclamāte quadam inexplicabili & copia & suauitate,in qua vir ille in ea lingua supra humanum ingenium dominatur.Quare doctissimus iuuenis Thomas Lupsetus,quū alterna opera Platonē legeremus Lutetiæ,is subinde versum Platonem,nothum aut Academicam vappam appellare consueuit quoties Latinum cum Græco conferremus:adeò diuinæ illius virtutes extra Græcum sermonem percipi nequeunt. Idem de Xenophonte,Theophrasto,Plutarcho atque cæteris grauissimis philosophis, & doctrinæ castitate & eloquentiæ dotibus admirandis,iudicare licet.

Iam verò vt per cæteras philosophiæ partes progrediamur, iatrice ac therapeutice,naturalis philosophię & honesta & necessaria disciplina,si purè próque dignitate tractetur,certissimúmque πρὸς τὰ ἄλφιτα compendium afferens,sed barbarorum linguæque Græcæ imperitorū scabie eam occupante,Deus bone quàm squalida & strigosa reddita: quámque periculosis erroribus & imposturis elegantissima simul vtilissimáque professio deformata est! vbi pro Hippocrate & Galeno,huius artis κορυφαίοις,qui & citra Græcorum eruditionem percipi nō poterant,nescio qui barbari Auerroes & Auicennæ in scholas recepti sunt:quū illi interim multorum instar esse poterant, & reuera Homerico encomio digni, ἰατροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων. Tota enim medicina, sicut & reliquæ philosophię partes,à Græcis petita.Idq; indicant eius artis pharmacorū,vnguentorum,cataplasmatum,potionum,ceromatum vocabula:item animantium,plantarum,gemmarum,morborum,remediorum,instrumentorum,ponderum,mensurarum innumeræ nomenclaturæ:quę quum apud nos etiam recepta,circulatorum atque huius linguę imperitorum abusu detrita corruptáque,nō intelligantur,non rarò fit vt indocti medici potiones pro cataplastis,&(vt dicit poeta)φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρά καὶ ἐσθλὰ ministrent. Id quod designauit quidam, suppositorium, hoc est pessum,pro pillulis præbens deglutiendum. Et tamen hisce impostoribus non dubitamus vitæ nostræ arbitrium concedere:nempe vt per experimēta mortis agant:quum sit in nulla professione periculum maius : vt de his verè scripsit Plinius. Atqui videmus nunc,Musis benè fortunantibus,ac melioribus literis reuiuiscentibus, quosdā Græcarum literarum adminiculo fretos,strenuam operam nauare vt hæc disciplina suæ dignitati restituatur:huc iam incumbētibus Theodoro Gaza,Leoniceno,Manardo,Copo, Ruellio, & aliis plerisque ætatis nostræ ἀρχιάτροις, qui Augiæ illud barbarorum medicorum stabulum è Græcorum fontibus abluentes,eius disciplinæ candidatos ad ea collimare docent, sine quibus ἄσκοπα τοξεύουσι.

Ad iurisprudentiā(hoc est νομικὴν venio,professionem & amplissimam & religiosissimam,nēpe Reipub.humanæque societatis ac pacis tuendæ magistram. Qua arte quum & hæc Academia maximè celebretur,& nos olim,nondum satis politiorum literarum viatico instructi, ad huius studium perpulsi,atque etiámnum studiorum nostrorum scopum deficimus:ne illotis manibus tam seriæ ac sacrosanctæ artis studium capesceremus,quæ diuinarum humanarúmq; rerum,iusti & iniusti notitiam profitetur) Imperatoris consilio admoniti existimauimus satius παλινδρομῆσαι ἢ δραμεῖν κακῶς, vt dicitur in prouerbio:& ad vtriusque linguæ studia,veluti ad suauissimas pellices reuersi,tantisperdum illarum cōsuetudine instructis atque exatiatis liceret cū legitima pro dignitate σωφρονεῖν:quum citra illas nullas seueriores disciplinas exactè tractari posse exploratum sit.Iam verò sat scio esse plerosque sic persuasos, vt existiment ad iurisprudētiæ studia Græcam eruditionem non tantoperè requiri:quos tamen,si me patienter audierint, bonam spem concipio,sententiā eos immutaturos.Primum enim nemo diffiteri potest, iuris nostri originem & reipub.instituendæ formas Romanos à Græcis petitas instituisse. Deinde (vt antè quoque commemoratum,Romanis Græcam linguam familiarem & in deliciis habitam) maiorum gentium iureconsulti,qui iustitiæ magis quàm imposturarum ac litium studiosi,quū vtriusque linguæ periti & in omni disciplinarum genere ex culti essent,non existimabāt quenquam fore tam impudentem qui ad hanc religiosissimam artem accederet, nisi & ipse Græca eruditione instructus esset.Vnde subinde è Græcorum thesauris κειμήλια proferunt, quibus vel in respondendo vel interpretando iure vtuntur:non solùm voces & sentētias Gręcorū philosophorum,poetarum,oratorum,tanquam gemmas & lumina orationis, ad res significātius exprimendas,ádque propositum probandū infulcientes,sed & epistolas & rescripta Impp.atque aliorum iureconsultorum responsa Græco sermone subinde inserunt.Neque id abs re: quādoquidem iurisprudentiam cum philosophia coniunctam, & Cicero & Vlpianus testantur,nēpe politicæ ethicæque portionem esse.Philosophia autem cum suis pedissequis orbem disciplinarumcomplectitur,quam Quintilianus,vir in iureconsultorum seminario cōsularis versatus, causis agendis necessariam exigit.Ad hæc iureconsulti communiter fatentur, in causis dicēdis

philosophorum,poetarum,oratorúmque autoritatem allegandam & recipiendā.Id quod Paulus iurecons.comprobat: quum Hippocratis autoritate comprobet,septimo mense partū legitimum nasci.Et Iulianus sequitur Aristotelis sententiam in respondendo, qui tradit quinq; simul liberos nasci posse.Emptionis venditionísque contrahendę modus ex Homero allegatur. Vnde hîc Accursius,quantumuis ab his literis alienus,tamen necessitate veritatéque ipsa compulsus,erumpere cogitur:Nota, (inquiens) poetarū & philosophorū autoritates in causis allegandas.Idque fecisse iureconsultos passim videre licet,suas LL.ex horum scriptis locupletātes: vt cùm alias innumeris locis,tum ff. de LL, ex Demosthene & Chrysippo & Theophrasto, itē ex Aristotele titulo de vsuris,& Platone ff.de nundinis l.secūda.Sic tit.de pœnis,animaduersio delictorum suppliciorúmque ratio ex Homeri carminibus petitur,quemadmodū eo titulo capitalium causarū qualitas è Demosthenis sententia sancitur.sed quæ loca deprauata lectoribus iudicibúsque sæpè imposuerunt.Notarúntque hæc eruditiores litium decisores,ob linguarum meliorúmque literarum inscitiam capitaliter hallucinatos plerosque. Animaduerterūt igitur iureconsulti veteres,non modò lenociniis verborum,sed sententiarum etiam grauitate scatere literas humaniores:quæ etiam testimoniorum & iudicati non rarò obtineant vim. Solon è septem Gręcię sapientibus vnus,Homeri versibus sententiam suam iudicibus approbasse dicitur:vt videlicet Salamin insula à Megarensibus occupata adiudicaretur Athenienſibus, abdicatis Megareis.Quare non temerè à Iustiniano Homerus omnis virtutis eruditionísque parēs celebratur.Et quanquā iureconsultis qui iurisprudentiæ syluam peruagati fuerint,non est obscurum,leges exactè rectéque intelligere citra Græcæ linguæ peritiam perinde esse ac si quis sine pedibus ambulare tentet: tamen siquis hîc mihi ex iis quæ dicta sunt, ἁμαρτυρεῖ credere nolit,hunc ego iubebo mox aspicere ea quæ sunt ante pedes, hoc est ipsa iuris incunabula: & reperiet in ipsa statim iuris diuisione,ius scriptum & non scriptū vocari ad imitationem Gręcorum νόμον καὶ θεσμόν,vbi hactenus imperitum vulgus ridiculè legit,fonoi monoi. Verùm vt hęc leuiora,& quæ §. item pretium,tit.de empt. Et §. 1.de iniur.item §.de suibus ad l. Aquil. & alia pleraque institutionum loca transiliā,vnum proferam de donatione locū, vbi donationis causa mortis,ratio è Telemachi Homerici exemplo declaratur, locus hactenus à paucis dum rectè explicatus:ac primùm (quod equidem sciam)à nobis ex Odyss.lib.ρ, interpretatus. Id quod celeberrimi nominis iurecons. Claudius Cantiuncula testari poterit:qui ex meo exēplari à me adnotata excepit,atque hinc alij quidam imitati.Quemadmodū & de pub.iud.obscurato loco è Xenophonte lucem addidimus.Vbi Accursius,cū Academicis iubet lectorem ἐπέχειν, Gręcū (inquiens)hoc totū:omitte.Sicut aliàs,Hoc Græcum est: (inquit) quod legi non potest. Quid (obsecro)id aliud est quàm cæcum cæco ducatum præbere,& vtrunque in foueam, hoc est in errorem,prouoluere.ô infelicia tempora.At verò ipsas Pandectas,hoc est apothecas, atque adeò iuris ciuilis campos ingressis, Deus bone quàm hîc se offerunt multa nostrum institutum comprobātia.Siquidē in ipso limine,hoc est titulo libri,offendere cogitur:ac nec ipsum proœmium intelligere poterit Gręcæ linguę ignarus.vbi pro λύται,hircos,loco προλύται,coloritę,hoc est,pro gnesiis Græcis nescio quæ κίβδηλα & carcinomata,Gręcę videlicet linguę inopia,suppo sita atque innata sunt:quibus tamen nominibus Iustinianus iuris ciuilis gradus distinguere voluit,quemadmodum & hodie Baccalaureorum & Licentiatorum ac Doctorū vocabula recepta sunt:vt totius proœmij intellectus ex his vocibus pendeat. Ad eundē lapidem impingitur l.2.C. de vet.iur.enucl.vbi pro κῷ πόδα surrepsit nihil nisi, Hoc Græcum est. & mox pro παράτιτλα,natrix:perinde ac si quis scripturā interpretetur piscem. Quid (obsecro) excogitari potuit absurdius?quum tamen totius constitutionis sententia in his lateat vocabulis quæ de legū interpretatione loquitur. Lib.5.ff.ex Adriani principis rescripto Græco, parū fideliter verso,Accursius,hircum mulget,&Bartholus ac cæteri cribrum supponunt: vtrique æquè inepti.priuatum Athenienſium magistratum,hoc est ἄρχοντας,ad quoslibet magistratus referentes genuinā rescripti sententiam peruertunt:ita vt incertum relinquatur quid sibi voluerit princeps,quum dixerit,magistratus cognoscere de his rebus pro quibus tutores fuerint.non enim rebus tutores dantur,sed personis.Ad eandē erroris regulā exigi poterūt tit.de appellat.vbi Vlpianus disputat an aduersus principis rescriptum appellari possit: vt si fortè præses aliquis ad Imp.scripserit,atque responsum sit, an hic appellandi locus,Iureconsultus rescriptū Græcum citat. eius tā verba quàm sententia corruptè reddita,tamen oraculi vice leguntur supposititi!, explosis genuinis.Nam pro eo quod Græcè,ὅτι οὐν ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἀποκαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν,horum loco legitur,Prouocare ab enunciatione licentia existit. Ita vt Accursius senserit,ab enunciatione,hoc est à peruersē principi narratis,appellari posse:quum sit accipiēdum de eo ad quem prouocamus,& ab ipso rescripto,non autem à quo.ἀπόφασις enim hîc non enunciationem (vt apud Aristot.ἀπόφανσις) significat, sed sententiam & responsum, vt Andreas Alciatus eruditè

animaduertit.Succedunt non minoris momenti errata,inter quæ est Eudæmonis cuiusdã supplex ad Antoninum Cæsarẽ libellus.Tota lex Græco sermone à Volusio Metriano iureconsulto refertur:ex peruersa autem interpretatione Gręcæ legis,iuris aliquot professores magni nominis in eum venerunt errorem,vt huius legis testimonio freti,affirmarint imperium maris ad principem Rom.non pertinere:vt alio errore alium trahente,addiderunt, Venetos nõ esse sub imperio Rom.quum Græca ipsa,si ritè intelligantur, exertè contrarium probent,atque omnẽ ambiguitatem facilè discutiant.ἐγὼ ὁ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης. non quòd Imp.non sit dominus maris,sed quòd lege Rhodia iudicet, & non priuata lege. Eiusdem notæ in L.Lucius.ff. de seruit.inb.pr.Bartholi lapsus.nam interpretis imperitia veluti bubulis naribus ductus,nescio quas ἀπροσδιονύσους comminiscitur distinctiones de concessionibus personalibus, & quæ ad heredem transeant:quum quod Græcè legitur,χαιρήσομαί σοι , nihil ad heredes faciat.Possem innumera rescripta, epistolas,legésque integras, perinde atque alias Græcas & voces & sententias, commonstrare:nisi ab eruditissimis nostræ ætatis iureconsultis Budæo & Alciato petere liceret,quæ passim per totum corpus iuris sparsa, inscitiáque huius linguæ deprauata , periculosos errores pepererint,at Græcè peritis perspicua sunt. Cuiusmodi sunt , L.2. ff.de legib. L.pen. ff. quib.caus.pig.vel hypo.L.Ticia,& L.Codicill. ff.de leg.2. Adde L.cum quis ff.de legat.3. Item Alex.rescriptum ff.de appell.L.2.de nundinis. L.septicia , ff.de pollic. Scæuolæ nuncium in L. thais,ff.de fideicommiss.lib.L.natorum,ff.de verb. sign.Postremò totum titulum de excusationibus Tut.Gręcè scriptum si Modestinus ipse non fateretur,tamen orationis ductus clamaret, sordidus & incultus,à quodam vtriusque linguæ æquè imperito translatus : quod quiuis facilè deprehẽdet(nisi prorsus plumbeo sit ingenio)si cum nitido & culto iureconsultorum stilo cõferatur.Ridiculum quàm Accursius hîc se torqueat, hæsitãs è Latinóne in Græcum sermonẽ, an contrà,conuersus sit,in omnes formas pueriliter se versans, neque elabi potest.vt taceã voces quæ identidem occurrunt leges peruaganti,non pœnitendi tamẽ monẽti:in quibus simul & is,quisquis est,qui Gręca interpretãda suscepit,& cũ hoc glossatores fœdè lapsi sunt,vel perperam ipsa Græca interpretando,vel submotis germanis notha insuentes.vt in L.3.ff.deLL. ὅπου πολεῖται:& in L.obseruare,de off.procõs.δημόσια,κατάπλους,μητρόπολις: & L.athletas ff.de his quę no.infa.ἐρραβευταί.Sub tit. de edil.edi.morborũ.Sub tit.de grad.nomina propinquitatis , de verb. significat. omnis generis vocabula Græca occurrunt à iureconsultis citata,in quibus interpretandis ridiculus est Accursius.Vnum proferam è quibus cætera,sicut leonem ex vnguibus, licebit æstimare.Parabolanos inquit medicos esse ab eo quòd multas parabolas habeant & loquaces sint:& Archigerontes,sacerdotes quibus delicta sua in metallum damnati confiteantur. Atque hæc tanta fiducia sui profert(tanquam certus suarum interpretationum)vt quicquid, quãtumuis ineptum,in mentem illi venerit,pro oraculo recipiendũ postulet: reuera quod à Thucydide dictum,τῷ μὴ ἀμαθίαν φάσεις efficere,declarans:quum alibi arrogantius iactare non pudeat,nomen sibi Accursio fataliter inditum ab accurrendo iuris tenebris. Equidem affirmare potius ausim,ab accersendis tenebris nominatum.Sed dicet aliquis , de vocibus iurecõsultum, sicut nec medicum, esse solicitum,si de rebus constet.Sed quomodo(obsecro)de rebus constare poterit,si voces quibus res significantur,non percipias?cui tandem diuinare dabitur germanam legis sententiam, siverba quibus ea constet non intelligãtur?Annon voces sunt rerũ notæ,sicut & scripta vocis sunt symbola?Quorsum attinet iurecõsultos tam anxiè de vocabulorũ significatis disputare?quorsum titulus de verborũ significationibus,& de legatis , aliísq; passim locis,vbi iureconsulti in legibus & edictis vocum rationes diligentissimè explicant. Condonari facilè poterat iureconsultis qui in infeliciora secula inciderunt,si non ita tersè aut etiam Latinè scripserint,quum alioqui in respondẽdo plerique ingeniosi fuisse deprehendantur : verùm qui tanta impudentia bona studia corrumpunt atque conspurcant, quò suam ignorantiam tegant,ij per Nemesim digni sunt vt à studiosis omnibus lapidibus obruantur , aut certè stercore conspergantur.Eóque maior gratia habẽda Budæo,Alciato, ac similibus viris immortali laude dignis:qui hoc Accursianum nobis sterquilinium exportant. Quanquam hîc non desunt qui obganniant:non esse has cultiores disciplinas de pane lucrando: hoc est, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα.Certè L.munerum,ff.de muneribus & hono.Arcadij responsum declarat , etiam iureconsulto necessariam esse harum cognitionem:vbi frumenti & olei coemptores,σιτῶναι & ἐλαιέμποροι appellati,à leguleis explosi,ab eruditis Græcæ linguæ restituuntur. Cæterùm hîc de priori iurisprudentiæ seculo.Italia verò & Roma Gothorum irruptione vastata,imperiíque sede Constantinopolim translata,ipsa simul iurisprudentiæ schola eôdem commigrauit:& quum tota Italia atque adeo Latino orbe exularet,in Græcia seruata est. Imperator autem qui legum exuuias cõcenturiauit,quanquam analphabetus, tamen quia Græcus ipse, & in Græcia aulam habebat,ac denique iureconsultis vteretur Græcè quàm Latinè peritioribus,quorũ opera leges descripsit;

& quia ad populi vsum eius regionis leges conderet,necesse fuit promulgare sanctiones ea lingua qua populus vteretur.Roma enim barbarorum incursibus occupata , Beryto terræmotu diruto,sola Constantinopolis & imperij sedes & iurisprudẽtiæ schola fuit.Hîc à Iustiniano,(vt dixi) Græco principe,Græcæ editæ sunt Nouellæ,hoc est νεαραὶ constitutiones:quas post Pandectarum,Codicis & Institutionum editionem,princeps ille veluti proprias ac absolutũ iuris prõptuarium per suos cõsiliarios componi iusserat,Græcóque sermone vulgarat. Sed pòst in Latinum sermonem translatæ non minus barbarè quàm ineptè , adeò vt sententiam pluribus locis parum assequi queas,hellenismo suboleſcente.Quum autem alibi Gręcum exemplar cõseruari dicatur,spes est fore vt propediem in communem studiosorum vsum & magnã reipub.vtilitatem proditurum sit.Iurisprudentia igitur iam in solis Græcorum scholis versante, factum est vt & Pandectæ κατ' πόδας trãsferrentur in Gręcum,& Institutiones,Pandectarum epitome, quò Romanorũ ritus peregrinis gentibus declararentur, explicatius & copiosius in Gręcã linguam translatas Politianus testatur.Et nos eas è bibliotheca Bessarionis,quę est Venetiis,exhibitas inspeximus,& loca quędam decerpsimus:futurúmque speramus vt aut nostra aut aliorum opera Græcum exemplar Latinis scholis illustratum in lucem propediem proditurum sit.

Sed ne diutius vos remorer in iurisconsultorum schola,& veluti in propria arena longius παρεμβαίνειν videar,ad theologiam conscendimus,eámque professionem quæ sacrosancta religionis nobis oracula tradit,atque adeò salutis nostræ summam.Ea verò quum & ipsa Græco vocabulo à verbo Dei appelletur,neque è spinosis quęstionibus,aut vanis sophistarum argutiis,sed ex nouo & veteri instrumento,éque Prophetarum &Apostolorũ doctrinis,diuini spiritus dono & inspiratione haustis,reuerenter flagitãda sit:non video quo pacto eam assequaris aut certè pro dignitate tractare,déque ea rectè iudicare possis,si sermonis Græci,quo hæc tradita,rudis sis.Siquidem totum nouum testamentum (quod nobis lætum æternæ redemptionis nuncium exhibet) Græcè ab Apostolis & Euãgelistis traditũ:quibus reliquiis totus mũdus nihil habet venerabilius.Adhæc,vt in Græcia Christiana fides plurimùm propagata,& Christiani primùm appellati,ita theologos nobis præbuit ea regio & scripturæ singulari peritia & eloquẽtia vitæque sanctimonia commendatos.Nam quos tulit,obsecro,ab Apostolorum temporibus vsqua lingua vel ætas,quos cum Basilio,Chrysostomo,Naziãzeno,Eusebio,Origene, Theophylacto,Athanasio,Epiphanio,atque innumeris aliis,iisque grauissimis,Græcis theologis conferas?

Aliquanto post.

Porrò quanquam declaratum sit, nullas apud Latinos disciplinas citra Græcarum literarum eruditionem exactè tractari posse:idque ita clarè commõstratum per omnia Latinorũ studiorum genera,vt inficiari nemo possit:tamen non desunt passim in academiis literarum hostes, qui,non dico,mussitẽt apud se,sed publicis etiam decretis ab his linguis deterreant. Quorsum (inquiunt)hæc studiorum nouatio?quid nobis cum istis linguis, iam plus octingentis annis hîc nõ vsurpatis?& tamen hæc ætas nobis ingẽtia illa præbuit & theologiæ & aliorum professionũ columina?Thomam,Scotum,Bonauenturam:qui ob singularem in scripturis vel eminẽtiam, vel perspicaciam,doctores sancti,subtiles seraphici,irrefragabiles appellati : item Bartolũ,Baldum,Alexandros,Durandos,iuris monarchas:in medicinis,Auerroem,Arnoldum de villa noua:in philosophia,Occam, Buridanum, Tartaretum , atque innumeros alios in sua professione celeberrimos viros,qui Græcas literas nũquã attigerint? *Paulo post.* Quod autẽ dicũt hãc linguam esse nouam:quid audio? nouáne hæc lingua? quia ipsi eam non didicerunt?quum Græcã constet ante Latinam fuisse,& qua omnes disciplinas traditas,ádque Latinos velut è fonte deriuatas,suprà satis demonstratum arbitror.Certè constat,hanc à nostris olim vsurpatam,& ante bis mille annos Celtas & Germanos hac lingua vsos,cùm in reliquis ferè rebus,tum priuatis rationibus & tabulis,Cæsar ostendit Comment.belli Gallici.

Nihil olim apud Romanos referebat,Græcéne an Latinè loquereris,quum Romanorum literæ in fastigio essent:& Claudius Cæsar vtrãque linguam,nostram appellare solebat:qui & ipse Romanus Græcas scripserit historias,quas citat Steph.περὶ πόλεων.Imò & Romæ natos, neque Italiam egressos,Græca monumenta reliquisse.Adde, Gallos & Germanos hac lingua non modò in scholis,sed publicis administrationibus vsos:vt de Carolo & Friderico Impp. Inq; nostra lingua tam multa eius linguæ vestigia extare,suprà admonitum.Et hinc est quòd Quintilianus (qui viginti annis iuuentuti instituendę præfuit) Græca cum Latinis non solùm cõiungẽda censuit,sed à Græcis etiam auspicari.quem morem sua ætate durasse , T.Liuius lib.9; ab vrbe, narrat.Et Pontifices atque Imperatores huc respexerunt, quum decretis , priuilegiis ac stipendiis harum linguarum professores in publicis scholis instituerunt. Porrò quòd ætas hæc aliquot seculorum præclara tulerit ingenia ex omni scientiarum genere,non diffiteor:attamen lõgè futuros absolutiores si in feliciora secula incidissent,& huius linguæ præsidio adiuti fuissent. Ne-

gare enim non possumusquin plerique fœdè huius inopia lapsi sint:& haud dubiè lõgè rectius & elegantius sua cuique scripta tradidissent, si Græcorum literis exornati fuissent.

Paulo póst.

Sunt & alterius classis harũ literarũ impugnatores Suffeni, qui etsi scioli & rhetoricastri videri velint,& Latinæ linguæ deos se existimantes:id inde est quia vidẽt huius linguę peritos prę-ferri,literásq; felicius tractare:vulpeculæ instar Æsopicæ,quæ,quum pira in arbore assequi nõ poterat,insipida cauillabatur.ad eundem modum & his literis destituti, & tamẽ erudituli videri volentes, vndecunque sugillandi captãt occasionem:acutè se & valde falsè impetiisse studiarati,quoties vel Græculos esurientes per cõtumeliam appellent:vel illud ξωὴ καὶ ψυχὴ,ex poeta, in Græcorum mores iactent.Mirum autem quàm sibi Ciceroniani videantur, quando illas ex oratione pro L.Flacco calumniæ tabellas proferunt. Cæterùm donemus, quod Cicero testatur,Græciam à veteri illa,quę gloria,opibus & imperio floruerit,degenerasse:fuerintq; seruiẽte Græcia,tales aliquot Gręculi,vel leues, vel turpiter quibuslibet quęstibus expositi,quales taxat poeta,& Lucianus notat in libello περὶ τῶν μισοφωνούντων: an ex illis decet vniuersam gentẽ æstimare,aut linguam execrari tam multis modis vtilem? Peruersum per Nemesin certè iudicium.Quin pro his producunt Agesilaos,Socrates,Phociones,Aristides,& innumeros alios,vitæ continentia morũmque grauitate insignes: & totidem quot apud Romanos,qualescunque virtutes spectes:adeò vt Plutarchus in παραλλήλοις non dubitauerit cum Romanis præstantissimis Græcos modò & virtute non inferiores opponere. Quòd si paulatim veterum morum seueritas vnà cum imperio declinauerit, vt est rerum vicissitudo, vt nihil vsquam stabile: quid mirum?quum idem hodie liceat cùm in aliis gentibus tum in Romanis desiderare, si cum veteribus componas.

Paulo póst.

Quòd si Græcis voces sunt ad quamlibet rem significandam,etiam parum pudicã,appositæ, sunt in eadem lingua quę sacrosancta mysteria eadem dexteritate exprimant.Quare non vitium hoc,sed laus est linguæ,posse significanter & viuam rem exprimere.quo dono siquis abutatur,id non linguæsed abutentis vitium.Quòd si ea omnia abiicienda essent quæ in abusum rapi possunt,ipsa elementa tollere è medio necesse foret.Neq; Græci solùm blandiẽtibus verbis vtuntur, verumetiam Latini Corculum meum & suauium, animula vagula, blandula,dixere. Quod siquis re per se non inhonesta malè ad obscœnitatem abutatur,impuri hominis,non linguæ,morbus est.Romanis antiquam seueritatem obtinentibus,Græcorum elegantia,luxus videbatur:nunc mirum si Cicero,Græcis alioqui parum popularis,quò causam suam,hoc est Latinæ linguæ eminentiam,commendatiorem redderet, Græcorum fidem morésque eleuarit apud suum populum,quo nullum numen præsentius duceret,palpando,atq; linguam,cuius ipse princeps fuit,velut simia suos catulos foueret?Non immerito repetundarũ(vt testatur Hieronymus)atque adeò ingratitudinis à Græcis accusatus Cicero: quum ipse fateatur præclara illa ingenij ornamenta,philosophiam & oratoriam facultatẽ,à Gręcis accepisse,atque Athenas inuentrices vocet omnium doctrinarum:in quibus summa dicendi vis & inuenta & perfecta sit: neq; quenquam vel in philosophia vel alio quouis eruditionis genere citra hasce literas posse quicquã laude dignũ præstare.Cuius rei fidẽ maiorẽ facit,quòd filium quem vnicè diligebat, Athenas miserit,vt suo exemplo Græca cum latinis coniungeret:ídque non in philosophia solùm,sed in dicendi quoq; exercitatione.Vnde satis liquet, Ciceronẽ in hac causa perinde atq; in aliis quibusdam, nõ ex animo sed contra conscientiæ testimoniũ pleraque scripsisse.Neque dubiũ quin si Græcæ linguæ,vti Latinæ & à se illustratæ,patrociniũ suscepisset,aliis vsus fuisset argumentis,& diuersa longè protulisset.Verumenimuero quum Latinam,etiam(si diis placet) Græca locupletiorem facere contendat,& ostendere,Græcos voce qua inepti significatio exprimatur,carere:hîc quàm fuerit æquus,facilè intelligunt qui Græcè norunt: quum eã significationẽ non semel exprimant,& vocabulis oppidò quàm appositis.Id quod eruditè simul & copiosè declarat vtriusque linguæ antistes Guilelmus Budæus.Quòd si donetur Gręcos eo vocabulo carere,nõ tamẽ ex hoc protinus cõuinceretur, Græcã linguam ieiunam esse,& Latinam Græca copiosiorem:si expendamus quàm multa sint quæ quũ Latinè dici cõmodè non queãt, Græcis vocibus efferimus:vt liquidius antè demonstratum.

Paulo póst.

Iacebant logicę disciplinæ cũ mathematicis:philosophia omnis obscurata,hac lingua semel sublata:medicina cum iurisprudentia,poetica simul & historica: breuiter omnes disciplinæ & monimenta ingeniorum sic barbarorum commentis conspurcata fuerant, vt, nisi hæc lingua reuixisset,ad solidam eruditionem perueniendi nulla spes affulgeret.&c.

THESAVRI
linguæ Græcæ,
ab Henr. Stephano constructi,
TOMVS I.

THESAVRVS
linguæ Græcæ,
ab Hẽrico Stephano cõſtructus.

Ἄλφα



Α λ α α

PRIMAE Græcorum literæ nota eſt, cui nomen Ἄλφα, quod à prima Hebræorũ litera mutuatur, אלף, quãuis enim tria hæc elemẽta אלף ſonent *Aleph*, ſequendo ea quæ ף *pe* finali ſubſcribuntur puncta, ſiquis tamen voluerit pro arbitrio alia ſubſcribere, poterit alios etiã ſonos literis illis dare, ex quibus ſit & hic, *Alpha*. Hanc autem alioqui tam manifeſtam & planè indubitatam deriuationem ignorantes grammatici, Ἄλφα à verbo Ἄλφω originem habere tradiderunt, quum contrà vocem hanc ex illa oriundam dicere, rationi magis conſentaneũ videri potuiſſet. vt infrà docebo. Itidem certè elementũ ſecundum Βῆτα ex Hebraico בית *Beth*, manaſſe perſpicuum eſt: nec de hac deriuatione ambigent ii præſertim qui qualis fuerit olim τοῦ ῆ ſonus, nouerint.

Ἄλφα, præter figuras quas illi in fronte huius paginæ dedi, habet & alias quaſdam in manuſcriptis libris veruſtioribus: quarum vna partim ad Hebraici א, partim ad Latini a formam accedit: vt aliquãdo (Deo fauente) in meo de calligraphia Græca libro videbis. Sed vſus illius eſt in iis potiſſimum locis quibus typographi literas quas maiuſculas appellant, adhibere conſueuerunt.

Ἄλφα cur primam inter στοιχεῖα, id eſt elementa, ſedem obtinuiſſe exiſtimatum ſit, tunc dicendum erit quum de illa à verbo Ἄλφω origine diſſeretur: quæ ſi fabuloſa eſt, (vt certè eſt) ſimul & illi rationi vel potius illis rationibus fidem derogemus neceſſe eſt.

Ἄλφα vnum eſt ex illis elementis quæ nomẽ ſuum apud omnes Græcas dialectos immutatum retinuerunt, quum aliquæ nonnulla ex cæteris immutauerint. Nam ex Γάμμα Iones Γέμμα, ex Κάππα quidam Κόππα fecerunt: vnde putatur eſſe κοππαπίας dictus quidam equus apud Ariſtoph. ab impreſſo videlicet illi κόππα. Nonnullis maior etiam mutatio contigit: vt πῶ Σίγμα, quod Dores Σαὶ appellarunt. Μῦ autem à Democrito vocatum fuiſſe traditur Μῶ, eadem forma qua Ῥῶ.

Ἄλφα indeclinabile eſt, ſicut Βῆτα, & reliqua etiam, vno aut duobus exceptis. Perperam enim Priſcianus de omnibus elementorum tam apud Græcos quàm Latinos nominibus pronuntiauit, ea eſſe indeclinabilia. Et ſunt indeclinabilia (inquit) tam apud Græcos elementorum nomina quàm apud Latinos: ſiue quòd à barbaris inuenta dicuntur: ſiue quòd ſimplicia hæc & ſtabilia eſſe debent, quaſi fundamentum omnis doctrinæ immobile: ſiue quòd nec aliter apud Latinos poterat eſſe, &c. Debuit certè ex hoc indeclinabilium numero Σίγμα ſaltem excipere Priſcianus, quod habere genitiuum ſingularem Σίγματος, pluralẽ Σιγμάτων apud Platonem comicum, nominatiuum & accuſ. Σίγματα apud Xenophontem, alibi oſtendam: vbi & de vocibus agam quæ ex elementorum nominibus factæ fuerunt: cuiuſmodi ſunt ex hoc Σίγμα iſtæ, Σιγματειδὴς ſiue Σιγμοειδὴς, Ἄσιγμος, (ex quo vox Ἀσιγμοπιῶ) item Πολύσιγμος. Præter iſtud autem nomen elementi Σίγμα, debuit fortaſſis & Γάμμα excipere. nam & hoc declinatum inueniſſe mihi videor. Sed donec exemplum ſuppetat, in dubio relinquatur. Hoc addo, articulos præfixos reliquis elementorum nominibus indeclinabilibus (ſicut & aliis quibuſlibet vocabulis quæ indeclinabilia ſunt) veluti declinationis loco eſſe. Dicitur enim τὸ Ἄλφα, τοῦ Ἄλφα, τῷ Ἄλφα: itidémque in plurali, τὰ Ἄλφα, τῶν Ἄλφα, τοῖς Ἄλφα. Eodem modo τὸ Βῆτα, τοῦ Βῆτα, &c. Semper autem præfigitur neutrius generis articulus, quòd & γράμμα & στοιχεῖον (quæ literam & elementum ſignificant) neutrius generis ſint. Poſſunt tamen hunc articulorum vſum præſtare & alia vocabula illis præfixa: veluti quum dicitur in prouerbio, πεῖα κάππα κάκιστα.

Ἄλφα numero declarando adhibetur, & primum ſignificat, ſicut Βῆτα ſecundum, Γάμμα tertium, itidémque in cæteris. Sed quadam velut prærogatiua in iſto literarum vſu libri Homerici donati fuerunt. Primus enim liber Iliadis ſiue Odyſſeæ, vocatus fuit Ἄλφα, ſecundus Βῆτα, tertius Γάμμα, atque ita deinceps. exiſtimantúrque harum appellationum autores fuiſſe veteres grammatici, ac nominatim Ariſtarchus. Hunc autem iſtorum elementorum vſum videmus in verſibus ſingulis qui libris illis præfixi ſunt, & ὑπογραφαὶ vocantur, id eſt inſcriptiones, ſeu tituli: quòd ſingulis ſingulorum argumentum contineatur. Verbi gratia: libro primo, Ἄλφα λιταὶ Χρύσου, λοιμὸν γραπτοῦ, ἔχθος αὐάκτων. Libro ſecundo, Βῆτα δὴ ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν. Iuncto deinde vnicuique horum nominum ſubſtantiuo dicitur ἡ Ἄλφα ῥαψῳδία, (addendo aut ſubaudiendo τῆς Ἰλιάδος, ſiue τῆς Ὀδυσσείας) itidémque in genitiuo, τῆς Ἄλφα ῥαψῳδίας: eodémque modo cum Βῆτα, cum Γάμμα, cæterisque omnibus

pergendo videlicet illud substantiuum & per reliquos casus declinare. Legimus porro & alii substantiuo iuncta hæc nomina apud Eustathium, dicentem & τὸ ἄλφα τμῆμα, τὸ ἄλφα τυήματος, & ita deinceps. Vocatúrque τμῆμα vnusquisque liber, respiciendo ad totum poema, quod est velut σῶμα. Sed an Eustathius hanc vocem τμῆμα in ista significatione aliunde, an à se afferat, non satis liquet. Quanuis autem hic scribat veteres grammaticos οὕτω πμῆσαι τὴν Ὁμηρικὴν ποίησιν τῷ προσβείῳ τῶν στοιχειωδῶν γραμμάτων, idem tamen & à quibusdam philosophis in suorum librorum inscriptionibus factitatum fuisse testatur. Addit idem, hanc ob causam libros Homericos γράμματα etiam fuisse vocatos, sicut Ἄλφα, Βῆτα, & reliqua hoc nomine appellãtur. Vbi quanuis singularis numeri mentionem nullam faciat, non dubito tamen quin & sigillatim vnusquisque liber γράμμα dictus fuerit, addita numerali appellatione: hoc modo, τὸ πρῶτον γράμμα, τὸ δεύτερον γραμμα, & ita deinceps. Ex his patet quousque extendi debeat quod de Ἄλφα, cæterisque elementorum appellationib⁹ dixi, nimirum numero declarando adhiberi. Alioqui enim passim hoc declarandi numeri officio funguntur per se ipsorum elementorum notæ. Significat enim α primum, vel primam, β secundũ vel secundam, & ita deinceps. Sed ad discernendas ab aliis has literas, quum numerales sunt, seu numeratiuæ, (si ita loqui licet) lineolã illis quidam superposuerunt, alii accentum acutum: quidam cum lineola literas quibus terminatur ipsa numeri appellatio addiderunt: pro πρῶτος scribentes α habens supernè lineolam cui affixa esset syllaba ος, & quidem minutiore scripturæ genere scripta: pro πρῶτον, scribentes α habens supernè lineolam quæ affixam haberet syllabam ον cum accentu: pro πρῶτῳ, α habens supernè lineolam cui affixa esset litera ω, cum accentu itidem. Quorum compendiorum (ita enim compendiariæ notæ vocari cõpendiariè possunt) formas margini apposui. Eadem est autem & accusatiui πρῶτον ratio. scribitur enim litera α, cui superponitur lineola affixam habens syllabam ον. Quinetiam in scribendo fœminino πρῶτη & neutro πρῶτον idẽ mos seruatur. Hac autem de re monẽdum te eam præsertim ob causam existimaui quòd sciam à nonnullis ignoratam, vetera exemplaria legentibus, negotium illis exhibuisse.

—ος
α
—ῳ
α
—ων
α

Ἄλφα penulatorum, Βῆτα togatorum iocosè dixit Martialis, pro eo quod est, Primum locum tenens inter penulatos, secundum locum inter togatos obtinens. vt videlicet inter literas Alpha, primum, Beta secundum locum habet. Erasmus ἀλφα penulatorum exponit præcipuum & quasi primatem. Ego, vt ἄλφα penulatorum, primarium penulatorum, ita etiam βῆτα togatorum, secundarium togatorum (si modò secundarius ita vsurpari posset) exponendum censerem. Scazontes Martialis in quibus ita lusit, sunt isti, lib. 5,

Quòd Alpha dixi Codre penulatorum
Te nuper, aliqua quum iocarer in charta,
Si fortè bilem mouit hic tibi versus,
Dicas licebit Beta me togatorum.

Talem iocum, aut certè talem ioci formam habet distichum hoc lib. 1,

Si tibi Mistyllus coquus Æmiliane vocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Quum enim vtraque harum appellationum ex Homerico isto versu sumpta sit, qui non semel apud eum legitur, Μίσυλλόν τ' ὄρα πάλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν: ita iocatur poeta, Si tu ex primo versus Homerici vocabulo, μίσυλλον coquo tuo nomen imponere tibi permittis, cur mihi ex sequentibus vocabulis τ' ἄρα πάλλα nomen ei dare non licebit? Sic in præcedente epigrammate, Si te nomine primæ Græcorum literæ appellaui, tu me vicissim nomine secundæ appellato. Scio tamen quibusdam videri aliquid maioris argutiæ his versibus subesse: sed vereor ne nimis arguti esse velint.

Ἄλφα καὶ Βῆτα, Alphabetum, vt vulgò loquimur. Iuuen. Sat. 14, Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ. Aratus autem apud Stephanum, & Anthol. epigramm. lib. 2, pag. 164, meæ editionis, inuerso pro-

pter metrum ordine dixit, Γαριδρέων παῖδν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. id est, Gargarensium liberos elementa docens, seu prima elementa. Hinc est factum pulchra compositione V O C A B. Ἀναλφάβητος, ου, ὁ & ἡ, Qui ne alpha quidem ac beta nouit, Omnino illiteratus, Adeo literarum rudis, vt ne ipsa quidem earum elementa habeat cognita. Gallicè ad verbum, *Qui ne sait ni A ni B*. Quidã interpr. ex Seneca, Qui nec elemẽtarius fuit. Sed in hac interpretatione alius dabitur vsus voci Elementarius quàm habeat apud ipsum Senecam, epist. 36. Fuerit enim Elementarius, qui doctus est elementa, seu institutus est in elementis, Qui elementa didicit: quum Senecæ Elementarius is sit qui elementa docetur, seu discit. Locus enim in quo voce illa vtitur, est hic, Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis & ridicula res est elementarius senex: iuueni parandum, seni vtendum est. Cæterùm afferunt hanc vocem & vulgaria lexica, sed nullius scriptoris vsu eam comprobant: vti tamen illa Athenæum sciendum est, lib. 4, vbi scribit, ἡς [κιθαρῳδίας] καὶ ὁ ἀπελέσας παρ' ἡμῖν ἰδιώτης, πρεσβύτης καὶ ἀναλφάβητος, οὕτως δεῖ σωιθῆς ὡς πάντα τὰ τοῦ τοὺς κρούσεις ἀμυδρότηματα γινόμενα.

Ἄλφα καὶ Ω μέγα quo sensu vsurpentur in Apocalypsi, dicetur in litera Ω.

Ἄλφα (vt ad alteram illam deriuationem veniam, de qua, licet vana, dicturum me promisi) deductum esse à verbo Ἀλφω, significante Inuenio, testatur Etymologus: eam ob causam quòd prima literarum inuenta fuerit. Moschopulus quoque (sicut & alii nonnulli) Ἄλφα vult ab Ἀλφω habere originem, sed aliam ob rationem: quòd nimirum ex Ἄλφα primo elemento inuenta fuerint & cætera. Eius enim in sua grammatica (eam dico quæ nondum excusa fuit) hæc sunt verba, Ἄλφα πρῶτον τὸ Ἀλφω τὸ εὑρίσκω. ἐξ αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα. At Euripidis scholiastes contrà vult Ἀλφαίνω (idem significans quod Ἀλφω) ab Ἄλφα ortum habere. Ego verò non quidem Ἀλφαίνω, sed Ἀλφω, ex quo deinde factum illud fuit, ex Ἄλφα oriundum esse arbitror. Quum enim literarum inuentio, quarum prima est Ἄλφα, supra quanuis aliam celebrata & nobilitata fuerit, eos qui nomen primæ illius literæ audirent, inuentionis omnium recordari solitos, (vt ii qui Ἄλφα καὶ Βῆτα vocabant quod vulgò alphabetũ dicitur, sub duabus illis Ἄλφα καὶ Βῆτα omnes comprehendebant) hinc tandem verbum Ἀλφω deduxisse, non absimile vero esse videtur. Quod meum commentum tamen non ita mihi placet vt aliud probabilius non desiderem. Sed qualecunque illud est, plus fidei saltem mereri existimo quàm duo illa quibus deriuationis literæ Ἄλφα à verbo Ἀλφω ratio redditur. Vt enim demus (quod dandum non est) Ἄλφα non esse ab Hebraico אלף, sed aliam ei quærendam esse originem, nõ video quomodo rationi consentanea loquatur qui dicit Ἄλφα esse ab Ἀλφω, quòd primum omnium elementorum inuentum fuerit. quod enim secundum est, inuentum & ipsum fuit: itidémque quod tertium, atque ita deinceps. Nec video quomodo excusari commentum istud possit, nisi (si hic iocari licet) prouerbii valde triti autoritate defendatur, quo dimidium facti habere dicitur qui cœpit. At causam quam Moschopulus reddit, quo patrocinio tuebimur? Ἄλφα, inquit, ab ἀλφω, significante Inuenio: quoniam ex eo & cætera elementa inuenta fuerunt. Hoc certè si verum est, si inquam primæ literæ inuentio cæterarum inuentionem præbuerit, consentaneum id quoque veteri illi prouerbio esse respondebimus. Sed vereor ne potius ipse Cadmus nobis sit aduocandus si scire velimus quomodo ex prima litera cæteras inuenerit.

Ἄλφα primo loco positum à Cadmo (nam & hæc commenta me commemoraturum sum pollicitus, quanuis ipsa quoque, stante vera illa literæ Ἄλφα deriuatione, concidant) censet Ammonius, apud Plut. Sympos. 9, quòd Phœnices Ἄλφα nominent bouẽ: cui

quidem non secundus aut tertius, iuxta Hesiodum, sed primus inter necessarias res locus debeatur. Moschopulus autem primam sedẽ obtinuisse illud tradit quòd à seipso incipiat pariter & desinat: quum elementa cætera à seipsis inchoentur, sed non itidem finiantur.

Quos vsus habeat α præfixum vocabulis.

A στερητικὸν in quibusdam vocabulis, in nonnullis contrà ὀπταπικὸν, in quibusdam ἀφοιστικὸν à grammaticis appellatur. Præfixum enim illis per compositionem (loquor autem de nominibus præsertim) & hos & alios quoque vsus habet. Occurrit autem frequenter στερητικὸν, id est priuatiuum, seu priuandi vim obtinens: (quẽadmodum apud Latinos frequenter particula In, nonnunquam De, vel Ex: interdum verò itidem hæc ipsa litera, vt in Amens & Auius) Exemplo sunt, βέβαιος, Stabilis: ἀβέβαιος, Instabilis. Sic σοφὸς, Sapiens, Doctus, Scitus: ἄσοφος, Insipiẽs, (si, exempli causa, sic interpretari liceat) Indoctus, Inscitus. Sic κακὸς, Malus: ἄκακος, Minimè malus. Item, ἡδὺς, Iucũdus: ἀηδὴς, Iniucundus. (In quo obserua obiter, accedente per compositionem α, mutari scripturam, verso υ in η. quod in aliis quoque nonnullis vsueuit. Hoc autem ignorans aliquis mendosam scripturam esse putet) Sed quum vocabulum cui α præfigitur, à vocali initium habet, inter ipsum & sequentem vocalem interiicitur ν, euphoniæ gratia. vt ἄξιος, Dignus: ἀνάξιος, Indignus. ἴσος, Æqualis: ἄνισος, Inæqualis. ἐρασὸς, Amabilis: ἀνέρασος, Inamabilis. Quinetiam in illis quæ ex substantiuis fiunt, vt ἄνολβος, ex ὄλβος: ἄνιππος, ex ἵππος. Excipiuntur quædam: non tamẽ quæ reiicere literam ν dicenda sint, (vt vulgò tradunt) sed potius ea posse carere, posse etiam illam admittere. Nam hæc quæ in exemplum afferuntur, ab ο incipientia, Ἄνομος, Ἄνοικος, Ἄνολος, minimè reiiciunt ν: quum alicubi quidem hanc scripturam habeant, alicubi verò & istam cum ν, Ἀνόμος, Ἀνοίκος, Ἀνολος. His autem addo Ἄνυλος: pro quo reperiri itidem & Ἄυυλος cum ν, dico. Aliquando autem hæc litera eodem officio fungens opponitur particulæ δυ. vt quum dicitur δύμορφος, Formosus: ἄμορφος, Deformis. Itidémque, δύχαρις, Venustus, Lepidus: ἄχαρις, Inuenustus, Illepidus. Atque hæc quidem, sicut & præcedentia, ex adiectiuis adiectiua fiunt: verùm ex substantiuis quoque adiectiua fieri quædam sciẽdum est. vt ex νοῦς substantiuo, quod est Mens, fit adiectiuum ἄνους, Amens. (Vbi obserua quomodo Latini in cõponenda voce ista Amẽs, exemplar Græcæ ἄνους sibi proposuisse videãtur, vel potius proposuerint. Vtrobiq; enim vna eadémq; litera vim eandem, nimirũ priuãdi, obtinet: vtrobique substantiuũ nomen in adiectiuum absq; vlla mutatione transit) Itidẽ ex substãtiuo νόσος, Morbus, fit adiect. ἄνοσος, Morbo carens, Morbi expers. Eodémq; modo ex substantiuo γάμος quo Nuptiæ significantur, fit adiectiuum ἄγαμος, Nuptiarum expers. Pariter ex substãt. πόνος, quo significatur Labor, fit ἄπονος, id est Illaboriosus. Et in his quidem quatuor adiectiuis, sicut & in aliis plerisque, integrum atque immutatum retinetur substantiuum: sed sunt etiã quamplurima in quibus adiectiuum aliam terminationem accipit. Sic ex substãtiuo φρὴν, quod & ipsum mentem significat, fit adiectiuum ἄφρων, quo itidem declaratur Amens, Insipiens. Ex substantiuo κέρδος quod est Quæstus seu Lucrum, fit ἀκερδὴς, Inquæstuosus, Illucrosus. (hæc enim aliquando dicta fuisse aut putemus aut certè fingamus) Ex substantiuo βουλὴ, quod est Consilium, fit ἄβουλος, Consilio carens, Inconsultus. Ex substant. γραφὴ fit ἄγραφος: ex γάμη, ἀγώμων: ex ἀκοὴ, ἀήκοος: (vbi obserua etiam mutationem vocalis) ex γράμμα, ἀγράμματος: ex αἷμα, ἀναίμαστος, & ἄναιμος, & ἀναίμων: id est Exanguis, particula Ex στέρησιν indicante.

A est στερητικὸν non solùm in eiusmodi nominibus qualia sunt præcedentia adiectiua, quæ vel ex aliis adiectiuis itidem, vel ex substantiuis (aut cum mutatione, aut citra mutationem) sunt facta: verumetiam in quamplurimis eorum quæ verbalia dicuntur. Cuiusmodi sunt, φθαρτὸς, Corruptibilis: ἄφθαρτος, Incorruptibilis. Sic τρεπτὸς, Mutabilis: ἄτρεπτος, Immutabilis. Sic λυτὸς, Solubilis: ἄλυτος, Insolubilis. Sic κλητὸς, Vocatus: ἄκλητος, Inuocatus. id est Non vocatus. Sic πλαστὸς, Fictus: ἄπλαστος, Non fictus. Sic βαπτὸς, Tinctus: ἄβαπτος, Non tinctus. Iam verò & non præcedente simplici reperitur sæpe compositum verbalis formam habens: id est, cui per compositionem hoc στερητικὸν α præfixum est. Talia sunt, Ἀήττητος, Ἀνίκητος, Ἀκόλαστος, Ἀβασάνιστος, Ἀβασίλευτος, Ἀγύμναστος, Ἀδύκτυος, Ἄδραστος, Ἀμάντες, Ἀμόλυντος, aliáque propè innumera. Horum certè vix vllum esse puto quod absque isto priuatiuo α inueniatur: nec memini me vel Ἡττητὸς, vel Νικητὸς, vel Κολαστὸς, vel Βασανιστὸς, vel Βασιλευτὸς, vel Γυμναστὸς, vel aliud ex sequentibus legere: sed dicitur potius Ἡττημένος, Νενικημένος, Βεβασανισμένος, Βεβασιλευμένος, vel Βασιλεύμενος, Γεγυμασμένος, itidémq; in cæteris. Præfigitur porro α istud priuatiuum iis etiam quæ non simplicia sed cum præpositione sunt composita. Cuiusmodi est Ἀδιάτρεπτος, (& quidem non præcedente Διάτρεπτος, sicut alteram vocem Ἄτρεπτος antecedit Τρεπτὸς) cuiusmodi etiam est Ἀνεξέπαστος, Ἀνέκφραστος, Ἀδιήγητος. Deniq; & iis quæ bicomposita sunt (liceat enim mihi meis verbis breuitatis causa vti) præfigitur α στερητικόν. qualia sunt, Ἀδιέξοδος, Ἀδιεξίπτωτος, Ἀδιεξήγητος, Ἀδιεκδίκητος, Ἀναυπαπόδοτος. Et hæc quidem omnia quibus α στερητικὸν præfixum est, verbalium formam habent ex præterito passiuo formatorum, nimirum ex tertia eius persona singulari: sed inueniri sciendum est præfixum nõnullis etiam nominibus quæ & ipsa originem à verbis sed aliam tamen formam atque adeo formationem habent. Cuius generis est ἄαπτος apud poetas. Sed vereor ne ista subtilius persequi sit infinitum.

A est στερητικὸν in multis etiam verbis, sed ita vt prius præfixum fuerit nominibus vnde fiũt. Exemplo sunt, Ἀδοξῶ, Ἀπροῶ, Ἀχαρεισῶ, Ἀγνωμονῶ: necnon passiuæ horum voces Ἀδοξοῦμαι, Ἀπροῦμαι, Ἀγνωμονοῦμαι: (omitto Ἀκοσμοῦμαι, quòd nullum eius vsum extare existimem) præcedentibus nominibus Ἄδοξος, Ἄπρος, Ἀχάρεισος, Ἀγνώμων. Nonnunquã compositis etiam verbis præfigitur, veluti in Ἀναξιοπαθῶ, quod fit ex Ἀνάξιος. Sed de hoc admonẽdus mihi est lector, contingere nonnunquam vt verbum nominis significationem non sequatur. Ecce enim ἄβουλος quod consilio carentem seu inconsultum ac minimè circunspectum significat: at ecce Ἀβουλῶ, quo declaratur Nolo non semel à Platone, itidémque à Demosthene. Cuius autoritas facit vt eo magis Suidæ fides derogetur, scribẽti, Ἀβουλεῖν, μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, Πλάτων. In iis certè exemplis quæ ex hoc scriptore deprompta inuenies, aliisq; aliquot quæ depromi possunt, non illam sed hanc significationem apertè obtinet. Cæterùm quum talia sint verba quibus α στερητικὸν præfigitur, ex nominibus præfixum itidem illud habentibus facta, non possum quin valde mirer participium ἀμορφωθέντος, quod apud Eustathiũ legitur. Esse enim verbi ἀμορφοῦμαι, clarum est: at quo exemplo id dictum fuerit aut dici potuerit, cogitare nequeo. Nam si ex ἄμορφος verbum ἀμορφῶ (præcedat enim hæc vox actiua passiuam illã ἀμορφοῦμαι necesse est) facere possumus, quidni vicissim ὀμορφόω ex ὄμορφος, quidni & alia ex aliis itidẽ facere licebit? Si tamen Eustathiũ aliquis non sine exẽplo vocẽ illam vsurpasse existimat, eam & ipse vsurpare non dubitet: sed ego crediderim potius eum hîc quod & aliis plerisque locis, in vocabulis etiam contra analogiam fingendis sibi permisisse.

A geminatum in quorũdam nominum principio, στερητικὸν est in posteriore loco, quũ in priore significationi vim addat. Cuius vsus exemplum proferam vbi de α quod ὀπταπικὸν appellatur disseram.

A in ἄκοιτος quoque & in ἄλοχος est στερητικὸν, si Porphyrio credimus: quum pro ὁμοῦ in vocibus illis poni vulgò credatur. Qua de re plura dicam infrà.

A non omnino στερητικὸν, & ex toto (vt ita dicam) sed ex parte duntaxat esse censetur in quibusdam vo-

cabulis:vtpote in quibus ὀλίγον significet. sicut in nomine ἀμαθής. Hoc enim interdum sonare ὀλιγομαθὴς testatur etiam Eustath. Atque ita ἀμαθὴς non solùm erit Indoctus,sed interdum Parum doctus. Idem ἀκέφαλον eodem modo pro βραχυκέφαλον dictum testatur.

Tale est & α quod μικρὸν indicat:vt ἀφυὴς dicitur interdum sonare μικροφυής. Ad hunc autem locũ pertinere mihi videtur & illud α quod significationẽ particulæ δυς obtinere existimatur.vt in ἄβατος,pro δυςβατος,& ἀπέρατος pro δυςπέρατος,item ἀδάμας quasi δυςδάμαστος,si scholiastæ Hesiodi credimus. Ad ἄβατος quidem quod attinet, ficut quum propriè Inaccessus significet, sonat interdum Accessu difficilis : ita etiam Latinè Auius locus, quũ propriè sit Ad quem nulla est via,interdum de illo dicitur ad quẽ difficilis patet via.

A in vna eadémque voce interdum στερητικὸν est, interdum κακὸν significat: vt docebo in nomine ἀκηρδής.

A ὑποστερητικὸν, non simpliciter στερητικὸν, vocatur à grammaticis in voce ἀάατος. Homer. Iliad.ξ, Ἄλγεα νῶῖ μοι ὄμοσσον ἀάατον συνὸς ὕδωρ. in quem locum hæc Eustath.annotat, Vocabulum ἀάατον tribus α profertur, quorum duo sunt στερητικά. ideóque ὑποστερητικὸν vocatur ab antiquis, tanquam geminans στέρησιν. Est autem secundum, στερητικὸν vocis ἄτη : at primum hanc στέρησιν tollit. Vnde ἀάατον est τὸ μὴ στερῶν ἄτης τινὸς ὁποιοῦν, sed quod maximè causam affert ἄτης. Tale est Ἀνάπηρος,& in Odyssea Ἀνάπυστα. Nam Ἄπηρος est ὁ μὴ ἔχων πήρωσιν: at verò Ἀνάπηρος dicitur ὁ ἐστερημένος τῆς τοιαύτης στερήσεως. Itidémque Ἄπυστος est ὁ στερηθεὶς τοῦ ἀκουσθῆναι: at Ἀνάπυστος est ὁ ἀκουσθεὶς,nimirum στερηθεὶς τῆς τοῦ ἀπύστου στερήσεως. Obserua autem obiter vsum huius NOMINIS ὑποστερητικὸν : quo fuisse appellatum vocabulum illud ἀάατον innuere videtur Eustath. quum dicit geminare στέρησιν:sed α quod στέρησιν tollit, meritò dicetur ὑποστερητικὸν, tanquam sua στέρησις illam στέρησιν transcendens & exuperans.

Hactenus de α priuandi vim habente. Quot enim modis eam obtineat, multo hic à me exactius & fusius quàm alibi vsquam traditum habes. Duo his addenda sunt,de spiritu nimirum quem accipit, quum hoc officio fungitur, itémque de quantitate eius syllabica. Sciendum est igitur α στερητικὸν tenuem spiritum accipere, vt videre est in præcedentibus ἄσοφος, ἄλυτος, ἄτρεπτος, aliisque infinitis : sed duo à grammaticis excipi, videlicet ἄδης & ἄλυσις. nam & quod his duobus nominibus præfixum est α, volunt esse στερητικόν: licet non ita præfigatur vt in præcedentibus, sed maiori cum mutatione. Sed considerandum est, ex nomine POETICO Ἀΐδης factum esse hoc ἄδης, in quo ἀΐδης manifestior est illius α στερητικοῦ vsus,præfixi videlicet verbo ἰδεῖν,quod est videre: quoniam illo nomine Orcus, (qui locus est noctis profundæ Maroni : vocarique tenebrosus ac niger à cæteris poetis consueuit) significatur. Verùm de hac deriuatione quidam grãmatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Placet enim quibusdam ab ὕδω deductum esse, per antiphrasin hunc locum, quem Latini Orcum appellant : sicut ETIAM Χάρων, qui ianitor necnon portitor Orci à Virgilio vocatur, per antiphrasin nomine isto donatus fuit. Sunt verò & qui ab ἀΐω factum esse contendant: sed hanc deductionem sequẽdo,eandem spiritus mutationem fateri necesse foret. Quam certè & ipse admitto, illi à verbo ἰδεῖν deductioni vt aliis simpliciori acquiescens. Alterius autem nominis Ἄλυσις deductionem minus controuersam esse puto, à verbo λῦσαι videlicet, seu verbali eius λύσις,præfixo α illo priuatiuo : vt videlicet catena dicta sit ἄλυσις,ex eo quòd constrictum aliquem teneat ita vt solui non possit. Nunc quod ad quantitatem syllabicam huius α στερητικοῦ attinet, corripi certè ipsum multi passim poetarum loci ostendunt:sed annotatur excipiendum esse ἀθάνατος, quippe quod metri gratia, vel potius,vt metrum heroicum ingredi possit, productam primam habet. Huic autem addo ἀκάμαντος & ἀνέφελος, de quibus idem planè dicendum est. Sed pro ἀνέφελος quibusdam ἀνήφελος ad producendũ α scribere placuit,

A Est contrà ὑπερβατικὸν in quibusdam vocabulis:quod sonat quasi dicas intensiuum: id est, intendens significationem vocis cui præfigitur,& vim ei addẽs.Hoc porro fit interdum magnitudinem, interdum multitudinem denotando:id est, significãdo τὸ μέγα, vel τὸ πολύ, vt grammatici loquũtur. Magnitudinẽ denotare existimat Hesych. in voce Ἀχανὲς, quũ dicitur ἀχανὲς πίλαγος:multitudinem in Ἄξυλος,quum ὕλη appellatur ἄξυλος.Sic NOMEN Ἀχωΐτον vult Nicãdri scholiastes esse πολύχυτον,quòd α sit ὑπερβατικὸν:in isto Nicandri versu,Πῦρ μὲν ἀείζωον καὶ ἀχωΐτεον ἔστρεσεν ὕδωρ Ἀργίστας. Quã expositionem habet & vnum ex meis vet.lexicis. Est autem πολύχυτον, Per multum spatium fusum, Latè fusum.Apud Hesych.extat eadem illa vox ἀχωΐτον,exposita πολύ:sed non dubito quin potius & ipse scriptum reliquerit πολύχυτον. Saltem πολὺ in πολὺ mutandum fuerit, vt huic Nicandri loco conuenire possit. Itidem apud Apoll.Rhodium schol. ἀστυγὲς scribit habere α ὑπερβατικὸν,& significare πολυστυγὲς. Ita verò & in ἀφρόνιστος apud Theocritum,α denotat ὑπέρ, si eius enarratori credimus, valétque ἀφρόνιστος idem quod πολυφρόνιστος. Itidem ἄβιος apud Antiphontem est ὁ πολὺν βίον κεκτημένος,vt tradit Harpocratiõ. Quæ & Suidas habet,ex eo sumpta. Idem verò & in illo ἀχανὲς vult α hunc ipsum vsum habere : exponit enim τὸ ὑπὲρ πολὺ κεχηνός:quæ expositio & apud alios inuenitur: quum tamen Hesychius (vt suprà docui) tradens α nonnunquam denotare τὸ μέγα, in exemplum afferat hoc vocabulum. Verùm eodem res redit, quum τὸ ὑπὲρ πολὺ κεχηνὸς, esse μέγα necesse sit. Quod autem ad ἄξυλος attinet, iunctum cum nomine ὕλη apud Homerum, quanuis Harpocration, dicens ἄβιον esse τὸν πολὺν βίον κεκτημένον, addat,tale esse quale est ἄξυλος ὕλη apud Homerum pro πολύξυλος, quãuis item scholiastes Apollonii ἀστυγὲς esse dicat pro πολυστυγὲς, sicut ἄξυλος pro πολύξυλος,quanuis denique alii quoque scholiastæ ὑπερβατικοῦ α mentionem facientes, hoc ἄξυλος, tanquam & peruulgatum & minimè dubium eius significationis exẽplum afferant : aliam tamen huic vocabulo significationem quosdam tribuisse sciendum est: & in eorum numero esse Porphyrium, vt docebo suo loco, id est, inter vocabula quæ ex nomine ξύλον per compositionem sunt facta.

A geminatum in voce ἀάατος, priore quidem loco ὑπερβατικὸν, posteriore autem στερητικὸν esse existimatur. In hac voce (inquit Eustath.) τὸ μὲν πρῶτον α ὑπερτίνει, τὸ δὲ δεύτερον στερεῖ· ὡς δηλοῦν τὸ ἄγαν ἀκατάσχετον. Hesych. tamen ἄσχετον & ἀάσχετον itidem exponit ἀκατάσχετον.

A in quibusdam vocibus vel ὑπερβατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse cẽsetur. Exemplum autem vide in iis quæ proximè sequuntur.

F A ἀθροιστικὸν etiam in quibusdam vocibus appellatur. q.d. coaceruatiuum, seu collectiuum, veluti in ἅπας, id est omnis. quod α alioqui vacare hoc in nomine dici potest,quum illo omisso dicatur πᾶς eadem significatione. (Scio tamẽ posse etiam videri prius esse ὅπας quàm πᾶς,& hoc ex illo factum,detracto α. sed id minimè fit mihi verisimile) Eustath.tradens Atticos ἀθροιστικὰ vocabula aspirare solitos, in exemplum affert ἅλα, & ἅπας,& ἅλις. vnde etiam quosdam nomen ἅδης (sed hoc ridiculum mihi videtur) existimasse aspirari, facta ex ἀΐδης contractione, διὸ καὶ ἐν αὐτῷ ἄθροισιν ἔχει ψιλῶν. Quod autem α semper aspirari dicitur quum est ἀθροιστικὸν, id in nomine ἀολλέες nequaquam verum comperitur : quare vel excipiendum hoc fuerit, vel dicendum α in eo non ἀθροιστικὸν esse,sed ὑπερβατικόν. Addam & alia de hac voce in sequenti sermonis huius tmematio.

A vel ἀθροιστικὸν vel ὑπερβατικὸν in nonnullis vocabulis esse posse existimatur. Eustathius in hunc versum Homeri,Il.ζ,Ἔρχεο σοῦ θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς, annotat,ex eo α quod sit ὑπερβατικὸν, vel ex eo quod ἀθροιστικὸν sit,posse esse nõ solùm ἀολλέες, significans οἱ ὁμοῦ θροισθέντες καὶ συνειλημμένοι, (quo in loco reponendũ esse existimo συνειλημένοι cũ simplici μ) sed etiam verbũ ἀολλίζω.(superuacaneũ tamen fuit verbi ἀολλίζω mentionẽ facere.quum enim ἀολλίζω ex ἀολλέες esse manifestũ sit,

spiritum nominis ἀολλέες in verbo ἀολλίζω,quod ab eo A deriuatur, seruari debere nemo negare posset) Idem alibi ἀολλέες esse annotat Homero quod Herodoto ἀλέες. hoc autem deriuari fortasse à verbo ἀλίζω, vnde esse & ἅλις. Cæterùm annotaui paulo antè ex eodem, Atticos gaudere aspiratione in vocabulis ἀθροιστικοῖς, quibus illud ἅλις annumeratũ fuit. Quod certè pro iis non faciet qui α in voce illa ἀολλέες vocare ἀθροιστικὸν malent. Sed ego vt ἀολλέες,licet tenuatum, posse vocari ἀθροιστικὸν puto non minus quàm ὑπερβατικὸν,ita vicissim ἅπας quanuis aspiratum, non minus ὑπερβατικὸν B quàm ἀθροιστικόν.

A illi ἀθροίσεως significationi vicinam habet eam qua pro ἅμα ponitur.vt in ἄθρομοι pro ἅμα βρόμῳ,& ἄϊαχι siue αὔϊαχοι pro ἅμα ἰαχῇ,apud Homerum: sic tamen vt aliter etiam exponantur hæ voces.

A vt ἅμα in quibusdam vocibus, ita etiam ὁμοῦ in nonnullis significare traditum est.Plato certè huius significationis exempla affert ἀκόλουθος & ἄκοιτις : dicta esse tradens pro ὁμοκέλευθος & ὁμόκοιτος. Eius verba sunt, in Cratylo,vbi de Apollinis nomine differit, κατὰ δὲ τοῦτο μοιστικὴν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὡς ἄρα τινὰ ἀκόλουθόν τε καὶ τοῦ ἀκοίτου, ὅτι τὸ α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τοῦ ὁμοῦ πόλησιν καὶ τοῦ τὴν οὐρανὸν, οὗ δὴ πόλος καλοῦται, καὶ τοῦ τὴν ὠδὶν ἐν τῇ ὠδῖνι δημοτικῶς, ἢ δὴ συμεωνία καλεῖται. Et paucis interiectis,ὥσπερ οὖν τὸν ὁμοκέλευθον καὶ ὁμόκοιτον, ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτον ἐκαλέσαμεν, μεταβάλλοντες αὐτοῦ τὸ ο, α· οὕτω καὶ Ἀπόλλωνα ἐκαλέσαμεν, ὃς ἴσως ὁμοπόλων, ἕτερον λ ἐμβάλλοντες, ὅτι ὁμώνυμον ἐγίγνετο τοῦ χαλεποῦ ὀνόματι. Hæc ille. Sed in his nominibus nihilo minus(meo quidem iudicio) dicere possumus α declarare ὁμοῦ (id est idem) quàm D ὁμοῦ. Vt autem hoc dicam,mouent me cum alia, cum vox ἄλοχος,quæ quũ illi ἄκοιτις synonyma sit, itidémque vxorem significet,in ea tamen α esse potius ἐμὸν quàm ὁμοῦ,vel hic locus Hesiodi testari videtur,– καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν. Rationi enim magis consentaneum videtur vt ὁμόλοχος (pro quo dictum esse aiunt illud ἄλοχος)resoluatur in ὁμὸν λέχος ἔχουσα quàm in ὁμοῦ λέχος ἔχουσα:quòd possit aliqua ὁμοῦ λέχος ἔχῃ,cui alioqui ipsum λέχος minimè commune sit. Quæ tamen non ita dico quasi illud ὁμοῦ excusari non possit. De ἀδελφὸς autem in quo Hesychius vult α significare itidem ὁμοῦ, verba faciam in proximè sequente tmematio. Sed quod ad illa duo vocabula attinet ἄκοιτις & ἄλοχος,sciendum est Porphyrium in lib.quem ὁμηρικὰ ζητήματα inscripsit, ab iis longè dissentire qui in illis α indicare putant ὁμοῦ. Se enim credere ait ἄκοιτιν & ἄλοχον propriè appellatam fuisse eam quæ virgo esset,tanquam videlicet λέχους ἑτέρου μὴ μεταχοῦσα μηδὲ κοίτης:vnde ab Homero dici κουριδίην ἄλοχον. sed postea per catachresin de aliis quoque vxoribus vsurpata hæc nomina fuisse. Ego hæc vero non prorsus absimilia mihi videri dico : quam tamen addit rationem, ex eo quòd Homerus κουριδίην ἄλοχον appellet, infirmam esse nec minus pro altera etymologia facere iudico.Cur enim κουριδίην discriminis causa additum esse minus credibile sit?

A indicat interdum & ὁμοιότητα,id est similitudinem vel ἰσότητα, id est æqualitatem. Eust.ἀπάλαιπτον apud Hom. (vbi Vlyssem vocat Διὶ μήτιν ἀπάλαιπτον) esse dicit τὸν οὐ ἰσοσταθμον. hic enim α denotare ἰσότητα, vt tradiderunt G veteres:vel ὁμοιότητα, sicut in voce ἀδελφός. Quæ quũ scribit Eustath. videtur omnino intellexisse ἀδελφὸς dici tanquã ὁμοδέλφος,non ad ὁμοῦ & δελφὺς, sed ad ὁμὸς & δελφύς respiciens.vt nimirum ἀδελφὸς dictus sit quasi ὁμὸς δελφύς,id est κατὰ τὸν δελφύν:aut certè, quasi cui fuerit ὁμὴ δελφύς. Tunc enim meritò dicetur α declarare ὁμοιότητα,quippe quum ὁμὸς sonet ὅμοιος. Hesychius tamen(vt antea docui) vult α significare ὁμοῦ in isto vocabulo:sicut & in ἄκοιτις,in ἄλοχος,in ἀκόλουθος, significationem hanc illi tribui dictum est. Sed in his vocibus parui referre fateor vtrius vocabuli significationem habere velimus α : at verò ἀδελφὸς si dicatur esse pro ὁμόδελφος ab ὁμοῦ & δελφύς, hac etymologia decipi poterit aliquis,vtpote qui ἀδελφὸν arbitraturus sit vocari eũ non simpliciter qui in eadem matrice(est enim

A propriè δελφὺς matrix)seu qui in eodẽ vtero:sed eum qui vnà cum alio in matrice fuerit, id est gemellum. Idem verò & de ἀγάστωρ dici potest,quod sonare ὁμογάστωρ traditur,estque itidem fratris appellatio, planè eiusdem generis. Quòd si quis tamen in his pertinaciter tueri velit α esse ὁμοῦ, at certè in ἀγάλακτες, quod itidem pro ὁμογάλακτες poni perhibetur, à pertinacia desistere cogetur. Miretur forsan aliquis me has minutias tam accuratè persequi, & subtilius fortasse quàm par sit,examinari à me ista arbitretur: sed sciat quasdam esse grammaticas nugas quæ ad seria nos ducũt. Quasdam dico:quippe qui alioqui multas grammaticorum planè nugatorias minutias tanto prosequar odio vt maiore nullus. Dum verò in illis sunt occupati, alia quæ ad seria ducere nos possunt, vel omnino prætermittunt, vel tam negligenter atque oscitanter tractant, vt multis quæ opponere illis possint, relinquant.Equidem, etiamsi hic longior iam fuisse videri possim,pauca tamen (ne quam rudiori lectori dubitationem relinquam)addere cogor: nimirum, quum dicitur α præfixum huic vel illi voci valere ὁμὸς, sonare potius Latinè Idem quàm Similis. Neque enim ὁμόλοχος vel ὁμόκοιτος (per quod exponũtur ἄλοχος & ἄκοιτις) est quæ simili lecto vtitur,sed quæ eodem.

Quod autem attinet ad α significans ἰσότητα,exemplo illi quod affert Eustathius addi potest ἄπεδον. hoc enim exponi etiam ἰσόπεδον,suo videbis loco.

A illis quæ proximè præcedũt significationibus,ac præsertim illi qua dicitur declarare ἀθροισιν,contrariam habet eam qua μόνωσιν indicat.Huius autem significationis meminit Eustath. comm. in librum Il. ζ, de ἀμαζόνων nomine loquens,& dicens quibusdam placuisse ἀμαζόνας dictas esse tãquam μονομάζους, (cuius etymologiæ meminit etiam in commentariis in Dionysium περιηγητοῦ) quòd seipsas vna ex mammis mutilas redderent (in cõment. illis in Dionys. dicit,quia dextra mãma illis adhuc infantib⁹ adurebatur)ne in emittendis arcu sagittis obstaculo illis esse posset,addit, Literam autem α significare interdum μόνωσιν quoque, apparet etiam ex nomine ἀπλοῦς,quod sonat μόνον πέλον,id est ἓν:quasi quis dicat ἄπελον: ad differentiã eius E quod dicitur διπλοῦς. Hæc ille, cui fidẽ adhibebit qui volet:mihi certè ista etymologiarum commenta parum fide digna videntur : quanuis eas apud etymologum quoque extare non ignorem. Parua enim est apud me eius autoritas, & paruam in plerisque apud alios quoque esse debere,suis locis docebo.

A significans ὀλίγον,vel μικρὸν, vide suprà inter illa quæ περὶ τοῦ στερητικοῦ α differui. Ibidem habes & illud quod particulæ δυς locum obtinere existimatur.

A significans etiam κακὸν in nonnullis vocabulis reperitur:vt in ἄβουλος & ἀβουλία apud Sophoclẽ. hæc enim F in quodam eius loco exponi κακόβουλος & κακοβουλία, docebo quum de illorum significatione agam. Sic & ἄδωρα δῶρα apud eum significare putantur κακόδωρα. Itidémque apud Homerũ ἀμήχανε Ἥρη quidam expos. κακομήχανε:& αἷμα κυβερνᾶν θίασον apud Euripidem,κακοβάκχευτον. Quibus addi potest ἄξενος, ex autoritate enarratoris Apollonii. nam in hac voce α significare τὸ κακὸν scribit:ideóque ἄξενον sonare κακόξενον. Addi denique potest & ἀφυὴς. interdum enim pro κακοφυὴς accipi creditum est. Tunc autem aptè reddetur, Qui est malæ indolis : meliusque vis eius exprimetur quàm interpretando Malus, vel Peruersus. Sed & pro μικροφυὴς accipi, ex Eustathio suprà docui. Cæterùm quemadmodum α priuatiuum (id est, cui alioqui priuandi vis propriè conuenit) interdum τὸ κακὸν significat,ita vicissim apud Latinos aduerbium Malè priuationem nonnunquam indicare sciendum est: præsertimque apud poetas,& ex poetis Ouidium præsertim. hunc enim præ quouis alio ista aduerbii huius significatione gaudere animaduerti.Reperiuntur certè apud alios Malè sanus pro Insanus,(sùntq; & illo solutæ orationis scriptores interdum vsi) Malè fidus pro Infidus, (quibusdam autem Malefidus itidémque Malesanus coniunctim scribere placuit) Malè amicũ,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

pro Inimicum, Malè concordes pro Discordes: apud Ouid. autē leges etiam Malè formosa pro Nō formosa, Deformis, Malè fœcunda pro Infœcūda, Malè firma pro Infirma, Malè fortis pro Non fortis, Malè sobrius pro Non sobrius, & alia quædam. Adhibendum tamen est iudicium iis in locis in quibus aduerbio isto vtitur: quoniam nonnulli sunt vbi hunc vsum habere videri possit, quū longè alium habeat. Hoc quoque ignorandum non est, quibusdam placere in Malè sanus aduerbium Malè sonare Parum. sed vt dem illis, quibusdam aliis adiectiuis iunctum, significationem istam habere: at cum isto non facilè illud significare credidero. Cæterùm (quod mirum alicui fuerit) vt alicubi poni pro Parum, ita vicissim pro Valde aut Nimis vsurpari existimatur: ac certè nō malè quibusdam Horatii præsertim locis significatio ista conuenire videtur. Possitque credi hunc vsum aduerbio Malè tribuisse, exemplo Græci aduerbii κακῶς. Nam & hoc pro Val de positum obseruaui, sed cum verbis potius quàm cum nom inibus. Iam verò (quandoquidem enim in hunc sermonem incidi, progredi longius libet) quemadmodum quum Græcis α priuatiuū (id est, quod propriè vim priuandi obtinet) inte rdū τὸ κακὸν significet, Latinis vicissim aduerbium Malè priuandi vim alicubi habere ostendi: ita quoque quum α, quod alioqui priuatiuū est, nōnunquam Græcis idem valeat quod ὁλίγον, (vt suprà docui de α priuatiuo agēs) Latinos vice versa aduerbio Parum nonnunquam vim priuandi tribuere dico: & quidem tam cum verbis quàm cum nominibus. Exempla proferrem, nisi finem huic sermoni tandem imponendum esse, & lectorem aliqua reperire posse existimarem.

A esse πλεοναστικὸν censetur, (id est superuacaneum) seu poni κᾷ πλεονασμὸν, vbicunque nullum ex præcedentibus vsum habet, vocabulo cuipiam præfixum. Non solùm autem quibusdam nominibus sed & verbis præfixum πλεονάζει. Nominibus, vt Ἄταχις pro τάχις, Ἀταφὶς pro ταφίς. Sic Ἀστεοπὴ pro στεροπὴ poni testatur Eustath. Sic Ἄνησις pro νῆσις vsurpatum à Cratino tradit Athenæus. Sic etiam Ἀσπάλαξ pro σπάλαξ dictū fuisse nonnulli scribunt. Quidam verò & in Ἀσφοδελὸς literam hanc abundare putarunt: dici enim & σφοδελός. Verbis autem præfixum vacat, vt Ἀσαμίρω pro σαμίρω, Ἀλαπάζω pro λαπάζω. Qui verò itidem Ἀμαυρόω pro μαυρόω dici existimant, longè falluntur. non enim est pleonasmus literæ α in ἀμαυρόω, sed eius ellepsis est in μαυρόω: sicut in μαῦρον pro ἀμαυρόν. Idémque fortasse & aliis quibusdam vocibus vsuuenire potest, vt nimirum in iis abundare litera α existimetur, quum potius alteri vocabulo, quod eam nō habet, deesse dicenda sit.

Accentum autem retinent interdū vocabula quibus α præfixum est, (siue πλεοναστικὸν, siue aliquem vsum ex iis habens qui enumerati fuerunt) interdum mutāt. Retinent: vt ἀνάξιος, ἀστεροπὴ, ἀσταφίς: mutant, vt ἀνέρασσος, ἄταχις, ἀνῆσις.

De α vsum præstante vnius ex partibus orationis, & ita quidem vt vna illarum & censeatur & sit.

A interdum, præter eos vsus de quibus dictum est, alios etiam habet. fungitur enim aliquando vice vnius ex partibus orationis, vel potius vna illarum est: sed assumpto accentu cum spiritu, aut saltem spiritu, & eo quidem aspero. Interdum enim articulus est, interdum pronomen, nōnunquam aduerbium. Primùm autem de articulo.

Ἁ articulus est præpositiuus linguæ Doricæ, cum spiritu aspero, additum non habente accentū: pro ἡ, frequens Theocrito. vt initio primi idyllii, ἁ χίμαρος. Sic apud Moschum, Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν ψεα μακρὸν ἐβώσρει. Et apud Bionem, Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἐφ' ἱστωνώντι παρήσα. GENIT. Τᾶς pro τῆς. Itidémque DAT. Τᾷ pro τῇ.

Ἁ autem cum accentu articulus est postpositiuus, neutrius generis, pluralis numeri, pro Quæ. cuius vsus passim exempla occurrunt. Sed interdum ἁ pro ὧν, interdum pro δι' ὧν vsurpatur. Pro ὧν affert Suid. ex Med. Euripidea, Περάσασ' ἁ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἁ βούλομαι. quia dicitur τυγχάνω τοῦτο, non τοῦτο. Verùm ita fortassis excusari possit ille accusatiuus vt dicatur referri ad βούλομαι: at τυχοῦσα iungi cum genitiuo subaudito ἐκείνων: hoc modo, καὶ τυχοῦσα ἐκείνων ἁ βούλομαι. Illud autem ἁ pro δι' ὧν apud Thuc. positū testatur eius schol. in quodam 4 libri loco. Præterea vt dicitur Ἔστι οἱ ad verbum Est qui, pro Sunt qui, id est Aliqui, vel Quidam: sic in gen. NEVTRO Ἔστι ἁ pro Aliqua, Quædam: cum apud alios, tum apud Thucydidem non raro. vt, ἔστιν ἁ εἰπεῖν βουλόμενοι. Et, ἔστιν ἁ παρεχόμενος ἄλλα, apud eundem, Alia quædam. Item, τῆς τι ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἁ χωρία. Item, καὶ ἔστιν ἁ οὐ καλῶς ἐξηγούμενοι. Item particula γὰρ interiecta inter ὅτι & ἁ: vbi scribit, ἔστι γὰρ ἁ καὶ αὐτὸς ὀνεκάλει ἐκείνοις. Dicitur ETIAM Ἔσθ' ἁ. vt à Demosth. in Timocr. ὥς θ' ὁ μὲν Εὐκτήμων εἰς χρήματα ἔσθ' ἁ κακῶς ἔπαθεν. Affertur ἁ redditum & aduerbio: ἁ δὲ ὅτι τῆς ἑορτῆς, Quatenus ad festū attinet.

Quemadmodū item dicitur Ὅς μὲν, ὅς δὲ, pro Alius quidem, Alius veró: in singul. NEVTRO, Ὅ μὲν, ὅ δὲ, Aliud quidem, aliud verò, (vt Matth. 13, ἄλλα δὲ ἔπεσεν ὅτι πλὴν γῆν πλὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα) sic in plur. ἁ μὲν, ἁ δὲ, Alia quidem, alia veró. Interdum redditur etiam, Partim quidem, Partim veró. Phalar in epist. ἀφικόμενος εἰς Ἰμέρεαν αἰαῖ κῆρας ἔνεκα τρεσγματείας, ἥκουσα τοῦ Σπησχόρου θυγατέρων ποιήματα λυειζουσῶν, ἁ μὲν αὐτοῦ Σπησχόρου γεγραφότος, ἁ δὲ τοῦ παρθένων ἴδια. Ex Plut. affertur & ἁ δὲ, præcedente τὰ μὲν: vbi scribit, τὰ μὲν ὀνείδωσιν, ἁ δὲ ὀπτεύειν.

Ἁ pronomen possessiuum, pro ἑά, Sua. vt τὰ ἁ ποδὸς δώματ' ἕκαστος, apud Homerum. Idem Odyss. ξ, — ἐπεί κεν ἐκεῖνος ἰὼν τὰ ἁ δώματ' ἵκηται. Sic ὁς pro ἑός etiam ponitur.

A autem aduerbium non eodem vbique spiritu nec eodem accentu notatur, sed pro significatione modò hunc modò illum spiritum itidémque accentum accipit. Dicam autem primùm de ἁ quod est motus aduerbium.

Ἁ motus est aduerbium apud Dores, significans Quó. Theocr. ὁ δὲ ἁ πόδες ἄγον ἐχώρει, quò pedes ducebant, ibat. Qui Theocr. locus extat in calce idyllii quod inscriptum est Hylas: Ἡρακλῆα μόνοιτο· ὁ δὲ ἁ πόδες ἄγον ἐχώρει, Μαινόμενος. Existimo autem aptissimè redditum iri hoc loquendi genus ex Horatio, — ille pedes ibat quocunque ferebant. Ita enim Latinus hic poeta dixit, Ire pedes quocunque ferent: ad Græcum hoc loquendi genus, vt credibile est, respiciens. Extat hoc ἁ & in alio Theocriti loco, ἁ πόδες ἄγον: nimirum in idyllio quod illud proximè sequitur, éstque Κωμόσκας ἔρως inscriptum: Ὠκυτέρα μαλακᾶς ὑπὸ δίφρακος ἔδραμε πῆνα Ἰθυ δι' ἀμφιθύρου καὶ δικλίδος, ἁ πόδες ἄγον. Vtroque in loco scholiast. ἁ exponit ὅπου. Constat certè significationem hanc in his locis obtinere istud aduerbium ἁ: sed quum alibi, vbi alium vsum habet, dici possit respondere aduerbio ἦ, facta duntaxat mutatione Dorica, non video quomodo idem hìc dicere possimus, quum ἦ talem vsum nusquam habeat, quod sciam. Potius ergo peculiarem illi dialecto hunc vsum esse existimandum est. Ἁ apud eundē poetam longè alium vsum habet, vbi ἁ τάχος pro κατὰ τάχος vsurpat. ita enim exponit eius scholiastes, addens subaudiendum esse imperatiuum ἔρχου. Existimo autē istud ἁ esse pro illo ἦ quod superlatiuo iungi solet. (constat enim interdum dici ἦ τάχιστα, ἦ ῥᾶστα, &c.) atque perinde fuerit, vt opinor, acsi pro ἦ τάχιστα diceretur ἦ τάχος. At verò exponendi alteram lectionem ὦ τάχος (quam editiones quædam habent, & nominatim Aldina atque Germanica) rationem inire nullam possum. Locus ille Theocriti extat in fine idyllii cui titulum fecit Κωμόσκας ἔρως. Quòd autem ibi quædam scholiorum editiones habent καθὰ τάχος, non dubium est quin ex errore id contigerit, & vera lectio sit κᾷ τάχος.

Ἁ est etiam aduerbium similitudinis apud Homerum, Il. ζ, Αἶκε κακὸς ἁ, νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο. Sed hìc pro ἁ vulgares editiones habent ὡς: ac certè vtriusque

lectionis meminit Eustathius. Estque obseruandum, vt hìc quædam exemplaria habent ὡς pro ἁ, sic ὦ τάχος in loco Theocriti pro ἁ τάχος habere, vt modò annotatum fuit.

Ἁ admiratiuum est, vt inquit Suidas, afferens hunc ex Agathiæ epigr. versum, Ἁ μέγα νηλεὴς κηρὸς κἀπλάσατο. qui versus nondum mihi occurrit in Anthologia Græcorum epigrammatum: sed hic (qui à quibusdam sedem illius occupasse creditur) Ἁ μέγα νηλεὴς ἐσβέσεν ἀγλαΐην. Extat autem lib. 3, pag. 259, meæ editionis, in epigrammate quod Agathias in imaginem cuiusdam adolescentis immatura morte prærepti scripsit. Non videtur certè satis conuenire versus ille qui à Suida affertur (quem tamen quidam huius locum obtinere putant, vti dixi) cum præcedentibus epigrammatis verbis. ita enim clauditur, — πᾶς δὲ τεὼ εἰκοι α δερκόωφος Τὼ ἀδίκων μοῖραν κατὰ μέμφεται, οὐώεκα τοῖον Ἁ μέγα νηλεὴς ἐσβέσεν ἀγλαΐην. Præterea, quod Suidas dicit ἁ esse θαυμαστικὸν, huic loco nō quadrat. potius enim ὀρθηλαστικὸν esse liquet. Cæterùm quanuis hoc in loco scripserim ἁ cum spiritu aspero, Suidā sequens, tenuatum tamen esse in omnibus quæ in manus meas venerunt editionibus profiteor. Atque hanc scripturam autoritate Eustathii tueri possumus, vt infrà docebo. Suidas certè hoc disertè tradit, voculam hanc, quum est ἐκπλήξεως, tenuari: at quum est θαυμαστική, aspirari. Verùm & hoc mirum videri possit, quòd vtrobique illam geminat: quum ἁ ἁ nullo modo legi possit in versu quem affert, sed semel tantùm ἁ. Quinetiam meritò suspectam quis habeat in hoc Suidæ loco fidem librarii, quòd ex Aristoph. afferatur ἁ ἁ in significatione ἐκπλήξεως: & paucis interiectis addatur, καὶ τοῦτο μὲν, ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται· τὸ δὲ ἁ ἁ θαυμαστικὸν, δασύεται. Si enim Suidas vocem istam in significatione ἐκπλήξεως accentu illo notasset, post δασύεται addere hic debuisset, (nec dubium est quin addidisset) καὶ περισπᾶται. Circunflexum certè in ipsis quoque editionibus Aristophanis habet.

Ἁ autem cum tenui & circunflexo alios vsus habet. Initium sumam ab eo qui Homero frequentissimus est: nimirum, cum vocatiuis δειλὲ & δειλοί. vbi vocādi aduerbium esse tradit Eustathius. Quoniam porrò frequentissimè apud Homerum occurrunt hæc VERBA, Ἁ δειλὲ, (sed Ἁ δεῖλ' ob sequentem vocalem scribitur) & Ἁ δειλοί, interdum & Ἁ δειλὼ, & diuersum in diuersis locis vsum habent: plusula proferre exempla libet, deinde de horum verborum significatione (vt φιλομήρῳ lectori gratificer) disserere. Legimus igitur Il. λ, v. 441, Ἁ δεῖλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Et paulo pòst, Ἁ δεῖλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὀσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, &c. Atq; vt hìc subiungitur particula οὐ illis verbis, sic alibi οὐδέ. vt Iliad. π, v. 837, Ἁ δεῖλ', οὐδέ τοι ἐσθλὸς ἐὼν χραίσμησεν Ἀχιλλεύς. Item Iliad. ρ, v. 200, Κτήματα ῥα κάρη ποτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, Ἁ δεῖλ', οὐδέ τοι θάνατος καταθυμιός ἐστιν, Ὃς δή τοι ὀχέδον ἐστί. Quinetiam particula illa ἦ, quam habuisti subiunctam hisce duobus verbis, in versu quem primum protuli, in aliis quoque versibus subiuncta itidem reperitur. vt in alio eiusdem poematis loco, Ἁ δεῖλ', ἦ τάχα τοι πελέω κακόν· οἶ' ἀγορεύεις. Alicubi post ἦ ponitur & δή. Il. ω, Ἁ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' αἴσχεο σὸν κᾷ θυμόν. Alicubi subiungitur particula τί. vt Il. ε, Κτήσας δὲ κάρη ποτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, Ἁ δειλὼ, τί σφῶϊ δόμῳ Πηλῆϊ αἴακτι Θνητῷ; Sic Odyss. φ, Ἁ δειλὼ, τί νυ δάκρυ κατείβετι; Itidémq; eiusdem poematis libro υ, v. 350, Ἁ δειλοὶ, τί κακὸν τόδε πάσχετ; νυκτὶ μὲν ὑμέων Εἰλύαται κεφαλαί &c. (Est autem hic versus, ille ipse cuius initiū affert Suidas, sed mendosè scriptum: hoc videlicet modo, Ἁ δειλοὶ τί κακῶν) Sic cū aduerbio interrogatiuo πόσε legitur Od. κ, Ἁ δειλοὶ, πόσ' ἴδω; τί κακῶν ἱμείρετ τόδε; Alicubi post ἁ δειλοὶ positus est alius nominatiuus, seu positi sunt alii nominatiui, & in sequente versu particula ὡς. vt Il. λ, v. 815, Ἁ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Ὡς ἦ ἐμέλλετε τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης Ἄστυ ἐν Τροίῃ τάχεας κιόας ἠδ' οἰωνοῖς. Inuenitur denique ἁ δειλὲ & sequente genitiuo: vt ἁ δειλὲ ξείνων. de quo vsu alius erit dicendi locus: nunc de particula ista ἁ dicendum est, simúlque de nomine quod illi adiungitur in hisce tot versibus quos in exempla attuli. Prius tamen quæ ab Eustathio de hac particula scribuntur, proponam. Vult ille ἁ hìc esse vocandi aduerbium, maiorem habens emphasin magisque poeticum quàm ὦ: & succensentibus atque perterritis, item minitantibus esse frequens. Idem alibi scribit ἁ vocem esse hominis quiritantis, aut admirantis, vel commiserantis. Sed ipsamet illius verba afferam. In hunc igitur Od. ξ, Ἁ δειλὲ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας, Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσσα δὴ πάθες ἠδὲ ἴδοιμι· ἀλήθης, ista annotat, ἰσέον ὅτι τὸ ἁ, κλητικὸν ὀπτήρημα ὄν, καθὰ καὶ τὸ ὦ, ἐχέτω τὸν τῆς κλίσεως, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται, καὶ πινὰ πλείω ἔμφασιν, ὀπτιλασμῷ ἢ θαύματι, κᾷ τοῖς παλαιοῖς, ἢ καὶ ἄλλως οἴκτῳ. Quibus addit, particulam ἁ itidem dici interdum δυσφορικὴν, nonnunquam μεμπτικήν. Idem in istum versum Iliad. ω, Ἁ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' αἴσχεο σὸν κᾷ θυμόν, annotat, ἐν δὲ τῷ, ἁ δειλὲ, κλητικὸν σημαίνοντος ὀπτήρημα τὸ ἁ, οὐ μόνον πιθανώτερον τὸ ὦ, ἀλλὰ καὶ θαυμουμένοις καὶ ἐκπληττομένοις καὶ ἀπειλοῦσι σωύνθες. Ego autem non lubenter hanc particulā aduerbiū vocandi appellauerim (licet casu quem vocatiū grāmatici nominant, itidē iungatur) atque adeo miror Eustathiū, quum illi significationes illas tribueret, hoc nomine appellandum censuisse. quid enim tale significat ὦ, quod vocandi aduerbium esse constat? Nequaquam igitur particula ὁ (quæ Latinis est vocantis aduerbium, vt Græcis ὦ) interpretandum esse censuerim: sed quum est quiritantis aut commiserantis, (nunc enim sequor significationes quas ille grammaticus ei tribuit) aliqua harum interiectionum, Ah, Hei, Hem: quum perterriti ac perturbati, itidem vocula Hem, vel Eho: quum admirantis, Vah, aut rursus Eho. nam hæc interiectio modò perturbationem, modò admirationem indicat. Verùm vt iam non ex Eustathii iudicio pendeamus, sed ipsimet vim huius particulæ perspiciamus, considerandi sunt ii quos attuli Homeri loci. Dico igitur δειλὲ in illis, duobus modis vsurpari, sicut nostrum vocabulum *Miserable*. quum enim propriè hæc vox dicatur de eo cuius vicem dolemus, aut etiam deflemus, (interdum & præfixa voce alia dicentes, *Poure miserable*) sæpe tamen eodem illo verbo compellamus eum quem grauiter increpamus, & quidem minitando etiam nonnunquam. Idémque & de voce *Malheureux* dici potest. At vox Latina Infelix non itidem vsum vtrunq; habet, quod sciam: nec altera illi synonyma, Miser. Vbi igitur ἁ δειλὲ dicitur deflendo sortem alicuius, vt in illo loco Il. λ, Ἁ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες &c. (nam & ipse poeta hæc esse τοῦ ὀλοφυρομένου verba testatur, versu isto qui illum proximè præcedit, Καί ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα) reddi poterit Heu miser, vel Ah miser. (Valla certe vim illorum verborum Ἁ δειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες aliis verbis aliáque orationis forma non malè expressisse videtur: ita interpretans, O indignum casum luctuosamque fortunam principum Achiuorum: hóccine fato venerunt vt &c.) Sic etiam in hoc versu Il. ω, Ἁ δεῖλ', ἦ δὴ πολλὰ κάκ' αἴσχεο σὸν κατὰ θυμόν. Sic & in aliis plerisque locis. At verò quum verba illa sunt eius qui stomachatur, qui temeritatē vel ignauiam hostis sui increpat, qui illi illudit, qui denique illi insultat, tunc ἁ δειλὲ interpretari Heu miser, vel Ah miser, nullo modo rationi consentaneum esset. Talis autem locus ille est, Ἁ δεῖλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὀσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, ἀλλ' οἰωνοὶ Ὠμησταὶ ἑρύσουσι, πάρεξ περὶ πυκνὰ βαλόντες. Nam hæc verba proficisci ab eo qui ἐπεύχεται, ipsemet Homerus testatur hoc hemistichio, — ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ὀδυσεύς. Itidem certè ἐπευχομένου verba erant paulo ante hunc locum, Ἁ δεῖλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Ἦ τοι μὲν ῥ' ἐμ' ἔπαυσας ὅτι Τρώεσσι μάχεσθαι· Σοὶ δ' ἐγὼ ὀνήσαιμι φόνῳ καὶ κῆρι μέλαιναν Ἥματι τῷδ' ἔσεσθαι, &c. In quibus locis interpretandis Valla non itidem vt in illo cuius mentionem feci paulo antè, iudicium adhibuit. In priore enim loco vertit Infelix, in posteriore Miser, omissa interpretatione particulæ ἁ. At ego contrà, si ex duabus vocibus altera prætermittenda fuisses,

vocatiuum quàm illam voculam omittere maluissem. A
Nam vel sola particula Vah stomachantis verba esse indicasset. Sed quoniam prætermittendus ille vocatiuus non est, quo tandem Latino vocabulo in huiusmodi locis eum interpretabimur? Non dubito quin ei ex reliquis duabus significationibus altera dari debeat: nimirum vt reddatur Ignaue, aut Improbe, seu Nequam. (nam δειλὸν improbum etiam significare, suo loco ostendam) Alioqui certè in huiusmodi locis peculiaris quæpiam significatio nomini isti tribuenda esset.

B

Ἆ admirantis est apud Antiphilum Anthol. epigr. lib.1, pag.84, meæ editionis. Ibi enim primi duo versus epigrammatis sunt hi, quibus Antiphilus admiratur simul & laudat apum in conficiendo melle industriam: Ἆ καλὸν αὐτοπόνηπον ἐν αἰθέρι ῥόθυμα μελισσῶν, Αἱ πλάσσαι κηρῶν αὐτοπαγεῖς θαλάμας· Προίκιος ἀνθρώπων βιότῳ χάρις. Sed quædam exemplaria habent ἄ, non ἆ.

Ἆ exclamantis cum gaudio, vel potius præ gaudio, videtur esse apud Agathiam scholasticum, Anthol. epigr. lib.6, pag.419, Εἶπε δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωπόνος, Ἆ τάχα C
Βάκχῳ Λοιβὴς καὶ θυέων μικτὸν ἔδωκα γέρας.

Ἄ exclamantis est, non itidem præ gaudio, sed contrà præ dolore, atque adeo quiritantis, seu commiserantis: vt apud eundem Agathiam, in hoc quem suprà attuli loco, — οὕνεκα τοῖον Ἄ μέγα νηλεὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. Ita enim scriptum esse in omnibus editionibus, (quãuis Suidas cum aspero scribat) admonui antea.

Ἄ sequente particula μή, aduerbium est ὀπτιμητικόν, quod sonat q.d. increpatiuum. Aristoph. in Pluto, Ἄ, μὴ λέγ' ὦ πόνηρε τοῦτ'. vbi schol. ὀπτήρημα ὀπτιμητικὸν D
esse annotat. In vulg. lex. scriptum est ἄ, non ἆ. sed perperam, vt ostendit etiam Platonis locus, eandem scripturam eundémque vsum habens: in Hippia maiore, Ἄ, μὴ μέγα ὦ Ἱππία λέγε· ὁρᾷς ὅσα πρεσβύματα ἡμῖν ἤδη παρέδραμε· μὴ ὀργισθῇς ἡμῖν ἔτι μᾶλλον ἢ ὁρᾷ.

Ἄ est etiam optantis aduerbium, idem valens quod εἴθε, id est Vtinam. vt testantur non solùm Hesychius & Suidas, sed Eustathius quoque non vno in loco: additque veteres huius significationis exempla proferre. Afferunt certè Hesychius quoque & Suidas locum E
Callimachi in huius significationis exemplum: sed ita deprauatũ vt hæc significatio minimè in eo animaduerti possit. Habet enim Hesychius, ἄ· παύσω σωφρονεῖς. (affero scripturam quæ apud eum extat, cum aspero, non cum tenui) Suidas autem, ἄ· παίτως ἵνα γνῶς.

Ἄ est præterea temporis aduerbium, significans Nunc, si Suidæ credimus, ita vsurpasse dicenti quendam Euclum χρησμολόγον. Sed hæc Suidæ verba suspecta sunt: quum scribatur, εἰ δὲ ψιλωθείη πρεσβαδεῖν, τὸ νῦν σημαίνει: tanquam videlicet non facta fuerit prius huius scripturæ mentio. Et tamen paulo antè scriptum est, πρεσβαδεῖν δὲ καὶ ψιλῶς δηλοῖ εἶτε. Quinetiam illis F
quæ de hac vltima significatione tradit, subiuncta ista, βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἐπόφασιν ἀρνητικήν, eiusmodi sunt quæ suspicione non careant. Sed multo magis suspectũ est vel potius apertè mendosum quod apud eum legimus de ἄ significante τὸ πολύ apud Archilochum. Postquam enim dixit ἆ significare etiam ὦ, & attulit Homeri locum, ἆ δειλή τι κακῶν, (pro quibus reponi hæc debent ἆ δειλοὶ τί κακὸν) addit, significare etiam πολὺ & μέγα apud Archilochum: subiungit- G
que hæc verba, ἆ δέκα θώρας. quod exemplum aliter apud Varinum scriptum extat: hoc videlicet modo, ἆ, ἔασι εἷς τε θώρας. Sed non video quid commodi ex hac scripturæ illius mutatione (vndecunque sit) percipere possimus. Equidem literam hanc τὸ μέγα & τὸ πολὺ significare, & ipse antea docui, sed præfixam quibusdam vocabulis. Qualiacunque autem sint ista Suidæ, (quorum nihil extat in ea editione quæ olim Mediolano prodiit) omittenda non existimaui, nequis per incu-
riam potius quàm consultò prætermissa esse putaret. H
Cæterùm quandoquidem in Varini mentionem incidi, addam ex eo quoque de hac particula aliquid, vndecunque sumptum sit. Eius verba sunt, Ἆ ψιλούμενον μὴ καὶ πρεσβαδόμενον, δηλοῖ τὸ ἐν ἴσῳ ὀπτήρημα τῷ ναί, καὶ εἶτε,

ἢ αἴθε· ὡς ἔστιν ἐκ τῆς παλαιῶν δῆλον. Quibus subiungit illum Callimachi locum quem & suprà ex Hesychio & Suida habuisti. His autem Varini verbis (si tamen eius verba vocari debent quæ illum aliunde descripsisse constat) tribuitur alia significatio huic aduerbio præter eas omnes quarum mentio facta in superioribus fuit: videlicet vt ponatur etiam pro ναί. Qua significatio contraria illi erit quam Suidas ei tribuit, quum dicit significare ἀπόφασιν ἀρνητικήν: sed loquẽs de eo quod βραχέως & ψιλῶς scribitur. quæ verba (vti dixi) suspecta esse possint: diuinatione certè indigere videntur. Quinetiam ex Platone affert idem Varinus pro φεῦ. nam post Archilochi locum, addit, καὶ ἔτι σχετλιαστικὸν αὐτὸ τὸ φεῦ, ὡς τοῦδε Πλάτων. Quibus subiungit quæ apud Suidam quoque leguntur, καὶ τὸ νοῦ, ὡς &c. Quum autem hæc de ista significatione velut interiecta sint inter ea quæ apud Suidam habemus, ex veteri quopiã eius exemplari sumpta putarem: nisi quamplurimi eiusdem lexicographi loci, quos ille à se descriptos dedit quales & nos in vulgatis editionibus legimus, id est deprauatissimos, eum veteris codicis auxilio caruisse mihi persuaderent. Quæ ego consultò dico vt quisque quãta Varini esse autoritas debeat, admoneatur. Hoc constat, multos eum locos inemendatos reliquisse in quibus latentia menda non magni ingenii erat deprehendere, deprehensa autem, non magni laboris emendare. Sed nec addidisse de suo quicquam quod ad vocabulorum expositionem faceret, existimo: nihil tale certè ab eo additum legere me memini. Quæcunque enim apud hanc leguntur vltra ea
quæ apud Hesychium, Suidam & Etymologum extant, (ex quo tamen pauca descripsit, quum contrà ex illis duobus omnia quæ ad vocabulorum expositionem pertinent sumpserit: nisi siqua per incuriam præterm. issa fuerunt) ea ex Eustathio, ex enarratore Aristophanis, aliisque qui scholia in poetas scripserunt, sumpta esse constat. Verùm & ex grammaticis non pauca descripsit, & quidem nullo eorum habito delectu. vt videmus statim initio sui operis (post illa quæ de etymologia nominis Ἄλφα traduntur, quæ ex Etymologo sumpta sunt) quædam de literæ huius significationib⁹ afferre, quæ ex Moschopulo petita esse constat, & eiusmodi sunt vt vix alio quàm Moschopulo digna videri possint: vtpote quib⁹ immixta sint quædã quæ si propius intueamur, fide indigna esse cõperiemus. Volẽs enim ille siue grãmaticulus siue grãmatista de suo quoque aliquid addere iis quæ apud alios de illis significationibus leguntur, nõnulla dixit quæ veteres grãmatici non negarẽt solùm (vt opinor) sed riderent etiã. Cuiusmodi est quod de αἴθοχι tradit, nimirũ poeticè significare ἅμα ἰσχ. Mihi certe tam ridiculũ visum est hoc exemplum istius significationis literæ α proponere, vt prætermittendum potius censuerim. Quæ igitur habet Varinus, ex aliis habet, (vti dixi) & quidẽ sine delectu ex quolibet collecta. Quòd si quid de suo adiecit, rarò id fecit: & qualecunque illud est, aliò potius quàm ad expositionem significationis alicuius pertinere comperietur. Illis quidem certè quæ à Suida scribuntur de vsu voculæ ἆ apud Agathiam, videmus adiecta quædam apud hunc esse, quæ de suo illum attulisse, aliaque huiusmodi alibi, credibile est. Vt autem hæc illius esse credam, facit quod annotat pro hoc versu. Ἆ μέγα τολμήεις κηδὸς ἀνεπλάσατο, in aliis scriptum esse, Ἄ μεγα νηλεὴς ἔσβεσεν ἀγλαΐην. quam tamen scripturam non videri posse locum alterius obtinere, docui suprà. Sed de his hactenus. Quod autem ad illam significationem particulæ ἆ attinet, cuius postremo loco facta fuit mentio, & quam à Platone vsurpari dictum est, conuenit certè cum ea quam habet apud Homerum eadem hæc vocula cum illis nominatiuis δειλὲ & δειλοί: cuius multa exempla protuli antea.

Ἆ aduerbium quidam in VOCAB. Ἀθάλε (quod itidem aduerbium est, significans Vtinam) inclusum esse existimant. Vt enim imperatiui ἄγε & φέρε in aduerbia transeunt, sic βάλε imperatiuum verbi βάλλω transire in aduerbium σχετλιαστικὸν, & significare φεῦ,

Heu. Ei autem addi postea ἆ, quasi increpandi & ad- A
mirandi aduerbium, vt in ἆ δειλέ. Sed ego nihil tale apud vllum ex veteribus grammaticis reperio. Ac fortassis vt hanc voculam aduerbio isto inclusam dicerent, eos mouit quòd produci primam eius syllabam viderent. vt Epigr. lib.1, pag.73, meæ editionis, Ἀθάλε χειμερίου με κατέκλυπε κύματα πόντου. Sic quoq; in principio alius cuiusdam epigrammatis, Ἀθάλε μηδ' ἐγγύοντο γάμοι. Id autem epigramma Agathiæ est, si bene memini. Quod si ita est, facilè crediderim hunc versum esse illum ipsum quẽ Suidas protulerat (gaudet enim B
exemplis ex Agathia petitis) quũ dixisset ἀθάλε significare εἴθε. Apud eum enim ita legitur, Ἀθάλε, εἴθε, ἀθάλε. Quod posterius ἀθάλε esse initium vel huius vel alius versus, (quem ille in exemplum afferre voluerit) omnino persuasum habeo. Productio inquam illa primæ syllabæ in ἀθάλε ad comminiscendam hanc deductionem illos fortassis impulerit: sed etiamsi dicamus in ἀθάλε esse α ὀπτατικόν, exemplo ea productio nõ carebit. Eustathius tamen tradens α corripi ante β, addit σεσημειῶσθαι hoc ἀθάλε. C

A A quoque interdum legimus, cum geminatione. sed quemadmodum quum vnicum ponitur, non vno eodémque modo vbique scribitur: quin potius diuersè etiam scriptum in diuersis exemplaribus, vnus idémque locus habet interdum: (vt ex iis quæ proximè dicta fuerunt, satis liquet) ita quum geminatur, variam scripturam accipit. Siquidem cum circunflexo vtrunque spiritum, nec minus cum acuto (qui in grauẽ mutatur propter orationis ἀκολουθίαν) admittit. Quum au- D
tem vtrunque dico, nolim te ita intelligere quasi vtrumlibet recipere possit, sed pro loco modò hũc modò illum admittere. Quatuor igitur modis scribitur hæc vocula in geminatione: videlicet ἆ ἆ: & ἄ ἄ vel ἄ ἄ. sed longè diuersa significatione. De singulis autem eodem ordine dicam.

Ἆ Ἆ aduerbium efficiunt conueniens homini perterrefacto, vel perterrenti aut potius deterrenti. Aristoph. in Pluto, ἆ ἆ, πῶ δᾶδα μή μοι θεῖς φέρε. vbi ipsius poetæ scholiastes ait esse aduerbium ὀκπλήξεως E
& κελεύσεως: Suidas autem (qui multa passim habet quæ ex illo sumpta esse manifestum est) aduerbium μετ' ὀκπλήξεως καὶ θορυβοκελεύστως. Sed quomodo vim κελεύσεως, id est iubendi, vel θορυβοκελεύστως, id est adhortandi, habere possit isto præsertim loco, illi viderint. Multo conuenientius, meo quidem iudicio, fuisset appellare hic aduerbium ἐφεκτικὸν, (vt à scholiaste Euripidis vocari docebo paulo póst) id est, cohibentis, seu reprimentis. Nunc de scriptura huius aduerbii pauca. Sciendum est igitur hic scriptum esse ἆ ἆ cum circun- F
flexo & tenui, non in ipso duntaxat Aristophanis contextu, sed in scholiis quoque. Quinetiam in eiusdem poetæ Vespis extare quendam locum (fortassis autem & alii alibi apud eundem inueniuntur) in quo eandem & significationem & scripturam habet: ἆ ἆ, τί μέλλεις δρᾶν; At Suidas vt de spiritu consentit, ita de accentu dissentit. Legitur enim apud eum, ἄ ἄ παρ' Ἀριστοφάνει, ὀπτήρημα μετ' ὀκπλήξεως καὶ θορυβοκελεύστως. Affértque illum ipsum ex Aristophanis Pluto locum, in quo itidem aduerbium illud scribit. Ne autem hic suspecta G
sit nobis fides exemplariũ eius, prohibent ea quæ verbis Aristophanicis subiũgit. Postquã enim dixit illud ἄ ἄ legendum esse κᾳ' διάρεσιν, non καθ' ἕνωσιν, (quæ verba mox explicabo) & tenuari vtrunque debere: addit, Si enim vna pars orationis essent, non opus haberent duobus accentibus, nimirum duobus acutis. Hæc est de huius aduerbii accentu Suidæ sententia. Ex iis autẽ quæ dicit de hoc scribendo κᾳ' διάρεσιν, id est diuisim, seu disiunctim, non καθ' ἕνωσιν, siue κᾳ' συνάφειαν, (vt paulo pòst loquitur) id est, non coniunctim: colli- H
gere nos posse arbitror fuisse quibus placeret has duas voculas, nullo interiecto spatio, quanuis suum vtriq; dando accentũ, scribere. Nam aliud quàm quod dixi, nõ indicari verbis illis, κᾳ' διάρεσιν αὐαγωγέον, ἢ καθ' ἕνωσιν, ex sequentib⁹ apparet. Si enim (inquit) vnica pars orationis essent, &c. Ex his autem Suidæ verbis, duas

orationis partes esse ἆ ἆ consequetur: duo videlicet A
aduerbia: simúlque hinc, eum sibi non constare, atque adeò (si verum esse id existimandum sit) errare in sui operis limine, vbi dicit esse ὀπτήρημα, non ὀπτήρήματα, arguemus. Adeo nihil in plerisque huiusmodi lexicographorum locis est certi. Hoc verò inde contingit quòd penè omnia ex variis, & quibus varia iudicia erant, sunt consarcinata. Cuius rei euidentissimum hic exemplum habes. ecce enim, verba illa à quibus hic, quicunque sit, Suidas opus suum orditur, ἄ ἄ, παρ' Ἀριστοφάνει ὀπτήρημα μετ' ὀκπλήξεως καὶ θορυ- B
βοκελεύστως, esse ex enarratore Aristophanis deprompta, (sicut alibi passim multa ex iis affert) nemo, vt opinor, negauerit. At quæ subiunguntur de hoc eodem aduerbio, aliunde sumpta sunt: & quidem ex quopiã qui non pro vno aduerbio, sed pro duobus habendas hasce duas literas censuerit. I nunc, & huiusmodi lexicographorum scripta non adhibita magna cautione lege. Apud Hesychium quoque extant quædam quæ faciunt vt suspicer duas hasce voculas in vnum vocabulum conflatas fuisse. In vno enim eius loco legimus, Ἄα, σύσημα ὕδατος: in alio habemus, ἄ ἄ, σχετλιαστικὸν ὀπτφώνημα, ἢ σύσημα ὕδατος: sed quum σύσημα ὕδατος significari non possit illis voculis nisi coniunctim scriptis, suspicari quis possit eum aduerbii quoque significationi scripturã illam dedisse: quæ deinde mutata fuerit à quopiam non animaduertente sequentem expo- C
sitionem, aut certè eius rationem non habente. Alioqui dicendum esset, quum Hesych. scripsisset, ἄ ἄ esse σχετλιαστικὸν ὀπτήρημα, aliquem temerè addidisse ἢ σύσημα ὕδατος, non animaduertentem huic significationi aliam scripturam tribui. Sed hoc mihi parum fit verisimile. Venio ad locum Euripidis in quo scholiastes ἐφεκτικὸν aduerbium esse scribit. is est in Oreste, Ἄ ἄ, τί δῆτα μέλλετ', ἐξακρίζετ' αἰθέρα Πηρεῖς. hic inquam ἐφεκτικὸν esse tradit enarrator, id est cohibentis, seu reprimentis. nam ἐφεκτικὸν ab ἐπέχω deductum esse constat, quod Cohibeo significat: ita vt sonet illud verbale, Cohibendi vim habens: quasi quis dicat Cohibitorium. Magis tamẽ fortasse illi Aristophanis loco quàm isti significatio hæc conuenire dici possit. nisi dicamus hic cohiberi morã: quod alioqui aptius diceretur corripi vel increpari. Sed quãnã Latina particula posse exprimi huius aduerbii vim putabimus? Ego aut particulam Hau, siue Ahu, aut certè nullam esse quæ isti aduerbio in hac significatione respondeat, existimo. Scio scribi à Donato interiectionem esse conturbatæ mentis, nec constantis sibi: in isto Eunuchi loco, actus 4, scena 4, P Y. — An tu hunc credidisti esse obsecro Ad nos deductum? P H. Nanque alium habui nemi- F
nem. P Y. Hau, Ne comparandus hic quidem ad illum est. Sed quem vsum habere dicenda sit hoc loco ista interiectio, necnon in aliquot aliis eiusdem poetæ, sicut & in quibusdam Plautinis, aliis iudicandum relinquo: geminatam certè hanc in quodam Terentii loco reperiri dico, vbi optimè cum ἆ ἆ cohibendi vim habente seu reprimendi, conuenire aio. Locus is in Adelphis legitur, Act.3, scena 2, — hau hau', mi homo, sanusne es? An hoc proferendum tibi vsquam esse videtur? Iam verò & Ahu non absimilem apud G
hunc poetam significationem habet, in isto Eunuchi loco, — ahu, tace obsecro. Videtur certè vnũ ex altero factum esse, permutata literæ aspiratiuæ sede: nisi potius, quoniam altera illa particula Hau multo est vsitatior, hanc illius locũ occupasse aliquis existimet. Non ignoro interim Donatũ velle hic esse interiectionem perturbatæ mulieris: vt apud Græcos ἰού: sed nihil vetat nos simul dicere esse ἐφεκτικὴν, seu ἐφεκτικὸν ὀπτήρημα (loquendo more Græcorum) in isto loco: qui enim dicit Tace, is certè πῶ φωνῶ ἐπέχει, seu τὸν λόγον. Et de isto quidem vsu aduerbii ἆ ἆ (aduerbiorum etiam dici posset, ea sequendo quæ ex Suida paulo antè attuli) hæc disseruisse sit satis.

Ἆ Ἆ, VEL Ἄ Ἄ apud Euripidem quoque alios etiam vsus habere videtur quàm eum quem ex eius Oreste attuli, conuenientem cum eo quem ex Aristo-

phane protuleram. Legimus enim in eadem tragœdia A
hæc Electræ verba, — Ἆ ἆ, σύειγνος ὅπως πνοὰ Λεπτοῦ δόναχος ὦ φίλα φώνει μοι. Legimus ibidem, nō multis pòst versibus, Ἆ ἆ, ἀδίκος ἀδίκα πότ' ἀρ' ἔλακεν &c. Vbi eum accentum his voculis tribuo quem apud scholiastem habent: quum vtrobique nō ἆ ἆ sed ἀ ἀ in textu legatur. Sed quid si in priore quidem horum locorum eundem habere vsum dicamus quem in illo qui primus ex hoc poeta allatus fuit? Certè ἐφεκτικὸν quodāmodo videri ibi possit: vt dicamus, Electrā, quòd hæc verba ἰδοὺ πείθομαι, altiore quàm vellet voce prolata B
fuissent, ostendere hac interiectione illum elatiorē sonum sibi displicere, eūmque ἐπέχειν. At verò in posteriore loco, ἆ ἆ, siue ἀ ἀ, nō aliud esse puto quàm Ah ah. cuius vsus multa passim exempla extant, vt proximè sequente huius sermonis tmematio docebo.

Ἆ Ἆ, vel Ἀ ἀ, sæpe est dolētis atq; adeo ingemiscentis, aut indignantis, seu quiritantis. (eodē modo quo ἀᾶ ἀᾶ) χρηστικὸν ὀπφώνημα, inquit Hesych. & tunc illi cōuenit ea cuius modò mentionē feci interpretatio, videlicet Ah ah: nisi malis Heu heu. Hæc enim particula C
frequentius geminata inuenitur quàm illa. quæ tamē & ipsa apud Plautum geminata reperitur à suspirante: in Milite glorioso: P Y. — habe bonum animū. P A. ah, ah, Quum venit in mentem, mores vt mihi mutandi sient. Sed quoniam particula ista Ah multos alios insuper habet vsus, alteram illam interpretationē adhibere satius esse duco. Hanc porro significationem habens ἆ ἆ siue ἀ ἀ, apud tragicos præsertim frequēs est. Eurip. in Rheso, Ἆ ἆ, ὀδύνη με τέρει. Cui loco addi
potest alter eorum quos suprà ex eius Oreste attulimus, D
mirum posterior, Ἆ ἆ, ἀδίκως ἀδίκα πότ' ἀρ' ἔλακεν. Apud Æschylum quoque extat, cum alibi, tum in Prometheo, duob⁹ in locis, (fortassis & in pluribus) & quidem præfixum alii aduerbio eundem vsum habenti: pag. 12, meæ editionis, ἆ ἆ, ἔα, ἔα, Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπλαμ' ἀφεγγής; Sic pag. 37, initio. Sed hic ἀ ἀ scriptum est, illic autem ἆ ἆ. quæ scripturæ diuersitas ex veteri exemplari profecta est: quo minus mirari eam apud cæteros debemus.

Ἀ ἀ, inquit Hesychius, ὅτι τὸ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ χρηστικὸν ὀπφώνημα. Quibus addit, σωπεῖν δὲ γέλωτα δηλοῖ. E
Vbi quid significare voluerit illis verbis, ὅτι τὸ μεγάλου, non satis liquet. Sed nihil similius vero mihi in mentem venit, quàm vt his verbis declaretur ἀ ἀ dici cum exclamatione de re quapiam magna: quæ videlicet (nam & hoc subaudiendum fuerit) repentè contigerit, aut certè oculis nostris repentè se obtulerit. Hoc autem modo vocabulum ὀπφώνημα, quod sequitur, huc quoque pertinere censebitur. perinde acsi dixisset, ὀπφώνημα ὅτι τὸ μεγάλου. Fateor interim multa fuisse alia verba quibus Hesychius aptius & apertius F
exprimere hæc potuisset. quod facit vt hoc meum cōmentum parum mihimetipsi placeat, vixque illa verba non suspecta mihi esse possint. Quod subiungit, esse etiam χρηστικὸν ὀπφώνημα, ex multis quos attuli locis, satis manifestum est. At vero quod tertio loco de his voculis annotatur, refellitur, quod ad scripturam attinet, tum Hesychii tum Latinorum comicorum testimonio, vt in proximè sequente tmematio manifestum faciam. G

Ἀ ἀ autem longè alium vel potius contrarium vsum habet. est enim ridentis aduerbium. (nisi quis aduerbia vocare malit, vt non coniunctam vim duæ istæ voculæ habere censeantur, sed vnaquæq; seorsum suā. Eodem certè modo ἀ ἀ, vel ἆ ἆ, sequendo alterā scripturam, pro duobus aduerbiis à nonnullis haberi, dictum antea fuit) Testatur autem Eustathius, & quidem ex aliorum obseruatione, ἀ ἀ esse ridentis: testantur idem & Latini comici, Plautus atque Terentius: apud quos frequenter voculis istis Ha ha he, risum indicari videmus. Vnum ex illo, alterum ex hoc exemplum proferre satis habebo. Apud Plautum igitur in Pseudolo legimus, Vt ego te hodie accipiam lepidè, vbi effeceris hoc opus. S. Ha ha he. P. Lepido victu, vnguentis, vino. In Terentii autem loco quem afferam, hoc ipsum dicitur, videlicet voculas istas esse ridentis. Is est in Eunucho, actus 3, scena 2, Quid tibi ego multa dicam? domini similis es. G. Ha ha he. T. Quid rides? G. Istuc quod dixti modó. Faciunt igitur apertè tum hi loci, tum ea quæ traduntur ab Eustathio, aduersus ea quæ leguntur apud Hesychium, videlicet ἀ ἀ cum spiritu tenui, risum declarare. Sed omnino mihi persuadeo non penes eum sed penes librarium residere culpam. ab illo enim scriptum fuisse δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ: non, σωπεῖν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Vel hoc modo, σωπεῖν δὲ καὶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. Sed illo potius quàm hoc modo emendandum esse censuerim, omisso videlicet participio σωπεῖν: quoniam ne apud Latinos quidem comicos coniunctæ hæ particulæ leguntur. Ac profectò siquis vocem vel potius sonum ridentis obseruet, id est sonum quem aliquis ridendo edit, distingendas potius quàm coniungendas esse has voculas cognoscet. Quinetiam aspiratē potius quàm tenuiter efferri animaduertet: quod & ipsum illam meam emendationem confirmat. Neque enim hoc intelligi volo de iis dictum qui aspiratione præ cæteris gaudent: (vt certè in quadam nostræ etiam Galliæ parte sunt qui Catullianum illum Arrium imitentur, qui Chōmoda nō Cōmoda, Hinsidias non Insidias, Hionios fluctus non Ionios, dicebat) sed de iis potius qui ab aspiratione non abhorrēt. Verùm his opponet fortasse quispiā, alio tum modo quàm nunc rideri solitū fuisse: quod ego prorsus ignotū mihi esse fateor, nec vnde probari possit video. Risum quidē certè multo minus quàm ploratum fuisse tunc temporis, vel ex eo colligerem quòd plurima plorantium, aut saltē gementium, seu quiritantium, paucissima ridentium aut alioqui exultantium aduerbia reperiantur: nisi magis varias hodiéque esse gemebundas voces quàm exultabundas perpenderem: siue ex eo quòd maius doloris quàm gaudii sit ingenium, (vt Naso cecinit, Grande doloris ingenium est) siue aliunde id contingat. Sed hæc φθεὶ τὸ γέλωτος sicui φθειρρότερα videbuntur, tanquam γελαστικῶς dicta accipiat.

Ἀ ἀ ἀ vel ridentis, vel saltem exultantis aduerbium (siue interiectionem, si loquar more Latino) efficere manifestum est apud Euripidem in Cyclope. vbi Silenus post præstantissimi vini potum, sibi ab Vlysse donati, erumpit in hæc verba, Βαβαὶ, χορεύσαι φθέγκαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Ἀ, ἀ, ἄ. Ibi tamen legi ἄ, ἆ, ὦ, fateor: verùm quum nemo negare possit eum esse harum particularum quem dixi vsum, itidem retinendam & hic esse scripturam illam quam suprà tum aliunde, tum ex Eustathio confirmaui, nemini, meo quidem iudicio, negandum fuerit. G

Ἀάζω,

Ἀ Ἀ Ζ Ω, Fut. άσω. Præt. αχα, Exhalo, propriè, Calidū A
halitum efflo. Aristoteles in probl. sect. 34, φυσῶσι μὴν ὃ ψυχρόν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. Idem ibidem, ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ δι' ὀλίγου τὸ σῶμα. Paulo pòst, ὁ δὲ ἀάζων, ἀθρόον ἐκπνεῖ, διὸ θερμόν. Crediderim autē deductum esse verbum à sono quem inter exhalandum edimus: quo magis mirū videri possit tenūi spiritu illud notari.

Ἀασμός, ȣ, ὁ, Exhalatio, Halitus, Calidi efflatio. ἔστι δ' ἀασμὸς, ἀθρόου ἐκπνεύσης. Differt autē à φυσασμὸς siue φυσασμὸς, sicut ἀάζω à φυσῶ, in loco proximè præcedente. Bud. B

Ἀ Β Α Ξ, ακος, ὁ, Abacus Latinis, à genitiuo Græco suū
nominatiuum formantibus.

Ἄβαξ, Abacus, Persio, id est Tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasuis figuras seu diagrammata ducunt. Pythagorica mensa, veteribus dicta, secū dū quosdā, qui tamen ex particulari appellatione generalem facere videntur, sed Martiani autoritate nitūtur. σαὶς φιλοσόφοις χρήσιμος εἰς διαγράμματα, inquit Eustathius. ‖ Ἄβαξ generalius etiam pro quauis tabula calculatoria: vide ἀβάκιον. C

Ἄβαξ, Abacus, Macrobio, id est Tabula aleatoria, siue Alueus aleatorius. σαὶς πεπηθυπκὴ, inquit Eustath. quod idē valet ac κυβευτικὴ. Nā & Pollux, inter κυβευτοῦ σκεύη recenset, ἀβακα, ἀβάκιον, κόσκινον, &c. Ath. l. 10, κυβεύοντος δέ πτε αὐτοῦ, καὶ πνος ἀγγείαν τες ὡς Ἀντιπατρος πάρεστι, διαπρήσας ὥστε ὅτι τῶν κλινῶν τὸν ἄβακα.

Ἄβαξ, Tabula siue mensa cui vasa quælibet ad vsum quotidianum comparata imponebantur: quum generaliori etiam voce vtens Ammonius dicat, Ἄβαξ, ἐφ' οὗ τὰ πρόγματα τοποθετοῦσι. Quum tamen in abaco apud Ciceronem, Liuium, & alios, vasa potius ad ornatum quæsita exponantur. D

Ἄβαξ, Canistrum, vt colligit Budæus ex verbis Pollucis p. 232, vbi in mentione κανάστρων, itē κανισκίȣ & καμπίου, ex Cratino affert etiam, βαγάνων ἄβακα. Idē verò p. 388, eadem verba citans, ἄβακα coquinariis vasis siue instrumentis annumerat.

Abacus præterea significat Vitruuio tabulam quadram quæ supponitur epistyliis siue capitulis columnarum. Idem Abacum in podiis vocat planitiē quæ sedilis vicem præbet, inquit Bud. ‖ Cælius Rhod. Solis corpus orbémque inuenio discum quandoque dici. Paulo pòst, Obseruatum & illud, solis latitudinē scienter abacum dici, eadem qua discus notione. E

Ἄβαξ pro ἄλαλος, vide in Βάζω.

Ἀβάκιον, ȣ, τὸ, diminutiui forma, pro Ἄβαξ: id est Tabula calculatoria, siue Tabula in qua supputationes fiunt. ἐφ' οὗ ψηφίζοιτο, Eustathius, & Ammonius. Polyb. quinto, ὄντως γὰρ εἶπεν ὅτι τοσοῦτοι τοῖς ὅτι τοῦ ἀβακίου ψῆφοις. Lysias apud Pollucē, μετ' ἀβακίου δὲ καὶ τραπεζίτης πολλῶν ἑαυτόν. Alexis apud Athenæū, ἀβάκιον ψῆφον λέγε. fortasse pro ἀβακίου. Hinc Plinio Abaculi sunt calculi supputatorii, Hermolao teste. Hinc etiā ortum vt peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacū vulgaris consuetudo vocauerit.

Ἀβάκιον, sicut Ἄβαξ, Abacus, id est Tabula in qua them. &c. vt suprà in Ἄβαξ. Plut. in Catone, καταβὰν ἀβάκιόν τι τοῦ γεωμετρικῶν τοῦ θαμεί ψφον.

Ἀβάκιον, Vas ad ferenda obsonia commodū. ὅτι ὀψοφόρου σκεύος, Pollux.

Ἀβακίσκος, ȣ, ὁ, Tessella pauimenti, Budæus Moschion apud Ath. 5, ἐοῦσα δὲ πᾶσα δάπεδον εἶχεν ὀνἀβακίσκοις συγκείμενον ὀκ παντοίων λίθων. Vbi Eustathius, Ἔνθα ὅρα τὸ ἀβακίσκοις. ἐξ ὧν δῆλον ὡς οὐ μόνον ὅτι σανίδες ὁ ἄβαξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ' ἰδεῦ καὶ ὅτι λίθων, ὁμοιοσχημόνων ξυλίνοις ἄβαξιν.

Ἁβρὸς, οῦ, ὁ, Mollis, Delicatus, Effœminatus. Vel
Luxui deditus, τρυφερός. vt ἁβρόπρος γυναικῶν, Mollior mulieribus, Mollicie vincens mulieres, Lu H
ciano p. 33. Sic quidā apud Suidam, ὁ τρυφερὸς ἐκεῖνος καὶ ἁβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος καταγής. Ἁβρὰ παθεῖν, Deliciis frui, apud Theogn.

Ἁβρὸς, Lautus, Cultus, Elegans, Munditiæ studiosus. Philostr. epist. 40, de Ionia loquens, ἡ τῆς γῆς ἐκείνης ἁβρόπρον; Herodot. Melpomene, Ἀγάθυρσοι δὲ ἁβρόπατοι ἀνδρῶν εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Id est, ἁβρόπατοι ἐσαλ

μῶοι, vt loquitur quidā apud Suidā. Eodē modo & Lucianus p. 53, hæc coniungit καὶ χρυσοφόρων καὶ ἁβρῶν. (Potest tamen & priorem illam significationem in duobus hisce locis habere pro τρυφερὸς, vel ἁβροδίαιτος.) ‖ Dicitur & de re. vt ἁβραὶ κλίναι, Æliano apud Suidam. Idē verò Suidas ἁβρὸς λειμὼν exponit καρπόπρος καὶ ἀθαλής, quoniam prata quo floridiora & viridiora, eo sunt pulchriora. ἁβρὸν autem significare καλὸν apud Herodotū (id est pulchrū,) idem testatur. Ἁβρὰ τράπεζα, Lauta mensa, vel sumptuosa. nā exponitur πολυτελής. B.

Ἁβρὸς, Festiuus, Lepidus. Luc. καὶ μάλιστα ὁπόταν ἄδῃ καὶ ἁβρὸς ᾖ) θέλει, ὄνος αὐτοπυρείων, φασί. Idem in Iudicio dearum, τὰ τοῦ πιαῦπα κρίνειν, ἢ τοῦ ἁβρῶν μᾶλλον καὶ ἀστυκῶν.

Ἁβρὸς, Magnificus, Grauitatem præ se ferens, Elatus. Vnde ἁβρὰ βαίνων exponit Budæus Magnificè sese inferēs, in hoc loco quē Suidas affert, Ἐκεῖνος ὄντως ἁβρὰ βαίνων ἐδίκει, ἔχων πᾶν ὀφρῦς ὑπεῤῥυθμίας αὔω. Sic apud Euripid. in Medea, — ἁβρὸν βαίνουσα παλλυκῶ ποδὶ, Δώροις ὑπερχαίρουσα, &c. Ipse quoque Suidas postquam dixit ἁβρὸν significare καλὸν apud Herodotum, addit αὐθάδες, σεμνόν. ad quā significationē respexisse videtur Budæus, vt sit ἁβρὰ βαίνειν quod Gallicè dicitur *Marcher en grauité*, vel *Marcher en pas d'abbé*. Et Lucianus p. 61, ὑποφθικῶς μεγάλα βαίνειν dicit. Potest tamē ἁβρὰ βαίνειν alicubi ad incessum etiam referri quē Quintilianus fractum vocat, qualis esse solet hominum mollium & effœminatorū. vt Propertius de puella dixit, — vt soleant molliter ire pedes. Hesychius quoque ἁβρὰ βαίνων exponit τρυφερόβους, id est molliter viuens. tanquam videlicet moli incessu mollitiem in toto vitæ genere arguente: vnde Æschylus Persas ἁβροβάτας appellat. Suidas autē non tantùm exponit θρυπτόμενος, sed addit etiam κολακευόμενος, id est, Qui assentatoribus aures patefacit, & se adulari finit, vt loquitur Cicero. Sic autem exponere videtur quòd qui ab assentatoribus inflati fuerint, cū in cæteris rebus magnificè se efferre, tum ipso incessu elationē animi ostendere soleant. Animaduertendū est item ἁβρὰ & ἁβρὸν in hoc loquendi genere (quod velut prouerbiale est) aduerbialiter poni pro ἁβρῶς.

Ἁβρὸς alii ab ἅπτω deducunt, vt sit propriè ὁ ἁπαφής. alii à βαρὸς, præfixo α priuatiuo, vt sit quasi ἄβαρος, ἐκούφως βαίνων. Vtranque deriuationem habet etymologici autor: posteriorem Eustathius, qui etiam admonet Atticè aspirari contra hanc deriuationem. Quare quin aspirari debeat dubitandum non est: quum item passim in libris etiam scriptis hunc spiritum habeat: at de illis etymologiis dubito, & stul. è curiosas potius quàm veras aut verisimiles puto: sicut & alias multas, quas ideo prætermittere in hoc opere statui.

Cōp. Ἁβροσαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Mollitie diffluens, ex ἁβρὸν & σαίζω. Quidam ἀνώνυμος apud Suidam, ᾗ ἁβροσαγὲς ἔχων ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ πᾶς βοσκρύχεις. In vulg. lex. exponitur ἁβροσαγής, crapula diffluens. Ἁβρόβιος, Ἁβροδίαιτος, Ἁβρομήτρης, Ἁβροχαίτης, &c. vide in substantiuis. F

Ἁβρῶς, Molliter, Delicaté. Retinet & cæteras nominis ἁβρὸς significationes, pro Festiuè, & pro Magnificè, &c. Eurip. Medea, Αἰὲ δὴ λαμπρὸν πάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος. Hesychius ἁβρῶς exponit αἰθηρῶς.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, Mollicies, Deliciæ, Luxus. Xenoph. Pæd. lib. 8, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἁβρότητι. Ibidem ἁβρότητα, θρῆψιν, τρυφὴν, μαλακίαν pro eodem vsurpat. Dion hist. pag. 67, τρυφὴν & ἁβρότητα coniungit. Significat & Magnificentiam siue Splendorem. G

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἁβρότης, sed magis poeticum est hoc quàm illud. Eurip. in Oreste, de Menelao, — πολλῇ σὺ ἁβροσύνῃ Δῆλος ὁ σὸς ἐν Ταυρικοῖς ἐξ ἅρματος ὤν. Vbi pro magnificentia & splendore poni videtur. Ab Hesychio & Suida φαιδρότης etiam exponitur.

¶ Ἁβρύνω, Fut. υνῶ (vt καλλύνω à καλὸς) Orno, Splendidū
reddo. Æsch. Agā. p. 204, Καὶ πάλαι μὴ γυναικὸς ὀν θυμὸς ἐμὲ Ἁβρυνε. Vbi schol. exponit καλλύνει. H

Ἁβρύομαι, Ornor, Nitesco, Cultum mihi comparo. Gall. *Ie me brague de quelque chose*, vel *Ie me fay braguard*, κοσμοῦμαι, λαμπρύομαι, Hesych. Cum datiuo rei, Ath. lib. 12, οἷς γοῦν ὁ τοῦ γυναικῶν ἁβρύεται βίος. Itē Glorior, Insolesco, Mihi placeo, Magnificè me & lautè infero,

ἐπιμνησθήσομαι, Hef. Plato Apol. ἐγὼ γε καὶ αὐτὸς ἐκαλλωπισάμην τε καὶ ἠβρυνάμην αἰ εἰ ἠπιστάμην τοῦτο. Id est, Bud. interpretate, Ego quoque, si hæc scirem, nitidè elegantérque me haberem, & gloriarer, mihique ipsi placerem.

C. Ἐναβρύω, idem quod Ἁβρύω: & Ἐναβρύομαι, idem quod Ἁβρύομαι. Dion hist. p. 154. τῷ πρὸ ἐδῆ πρὸ ἀνοτέρα ἐν πᾶσιν ἐνἠβρύετο. Pro quo paulo antè κοσμεῖσθαι dixit. Ἁβρύζομαι, Idem quod ἁβρύομαι, Hef.

Ἄγαν, Nimis, Immodicè, Supra modum, vt ἄγαν λυπεῖσθαι apud Plat. quod Cicero vertit, Nimis mœrere. Vide Cic. Lex. p. 7. interpretationum. ‖ Ponitur & pro Valde, Vehementer. Xenoph. Pæd. 1. περὶ ἀφροδισίων οὐ διαλεγόμεθα τοῖς ἄγαν νέοις. Iungitur & superlatiuo in hoc Chrysostomi περὶ τῆς ἱερωσύνης loco, τοῖς ἄγαν πολεμωτάτοις. Vtranque porro significationem habere videtur ἄγαν in hoc versu, Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Ἄγαν in vtraque significatione eleganter præfixum articulum habet, & tum nominis adiectiui formam induit pro Nimius siue Immodicus, & pro Vehemēs. Frequētius tamen pro Nimius siue Immodicus. Plut. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, Τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον. Plat. Pol. 8, ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν. Sic ἡ ἄγαν πληθυνθεῖσα, Nimia expletio. Apud eundem αἱ ἄγαν σπουδαί, & αἱ ἄγαν φιλοτεχνίαι, Vehementes contentiones, Bud.

Ἄγαν in compositione aliquando ν amittit, aliquando in aliam literā mutat, vt ἀγανακλεής, ἀγάῤῥοος, &c. quæ omnia simul in Indice, singula autem suis locis in hoc opere habes.

Ἀγανακτέω, τῶ. F. τήσω. P. τηκα, Doleo, id est Doloris sensu afficior. B. Dioscor. lib. 5, cap. 76, ἀγανακτεῖν τοῖς ὀδόντας ὑπὸ τῆς γεύσεως. Sic & ἀγανάκτησις verbale à Platone vsurpatur, de dentibus itidem loquente, vt videbis paulo post.

Ἀγανακτῶ, Indignor, Stomachor, Ægrè fero. Item Conqueror. Æsch. in Ctesiphō. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ στεφανωθήσεται, ἀγανακτῶ. Itidem cum his particulis εἰ μὴ, vsus est Isocr. De pace, ἀγανακτοῦσι εἰ μὴ τοῦ αὐτοῦ τοῖς αὐτοῖς τιμῶ ἐχρῶ. Sæpe etiam dicitur ἀγανακτεῖν ὅτι τινι. vt ab eodē in Bus. encomio, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσεν. Idem in Paneg. ἀγανακτῆσαι ὅτι τοῖς παροῦσι. Iūgitur & datiuo sine præpositione, vt apud Plat. Phædo. p. 32, κλίκουσαν ἐκ ἀγανακτῶν τῷ θανάτῳ. Dicitur & ἀγανακτεῖν ὑπὲρ τινος & περί τινος, cum genitiuo rem itidē significante. Idem Isocr. ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς ἀγανακτοῦμεν. Plat. Epist. 7, πολλὰ περὶ τοῦ πάθους τοῦ παραγενομένου ἠγανάκτει. Idem præpositioni ἐπὶ cum accusat. iunxit in eodem Phæd. loco, ὥστε ἐπὶ τούτῳ οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ. Inuenitur & ἀγανακτεῖν τινα, & κατά τινος, sicut & ἀγανακτεῖν τινι. Plut. in Camillo, ἠγανάκτουν τοῖς αὐτοῖς, Cum ipsis expostulabāt. Lucian. in Timone, τί οὖν ἀγανακτῶ κατ' αὐτῶν; ‖ Rarior autem præcedentibus cōstructio est in eadem Phædonis Plat. p. 32, vbi accusatiuo rei iungitur, ἥκιστα δὲ δὴ αὐτό, ἀγανακτεῖν ὁ πάλαι τοῖς θυθυμοῦντο τε καὶ ἐπιτήδευον. Vbi Bud. exponit Egrè ferre vel Queri.

Ἀγανακτῶ, Gemo, στένω, apud Platonem, inquit Hef.

Ἀγανακτήσεσθαι etiam dicitur voce media pro ἀγανακτῆσαι, vnde participium ἀγανακτησάμενος, Luc. in Somnio.

Composita, Συναγανακτῶ, Condoleo. Bud. Ὑπεραγανακτῶ, Supra modū indignor, Vehemētē stomachor, vel cōqueror. Et ὑπεραγανακτῶ πύπτω pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ πύπτω.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, Dolor, Doloris sensus. Plato in Phædro, καὶ ὅσοι τὸ τῆς ὀδόντος φυσιώτατον πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἀρτι φύωσι, κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα.

Ἀγανάκτησις, Indignatio, Stomachatio. Thucydides, καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ.

Compos. Συναγανάκτησις, Condolescentia, Budæus apud Aristot.

Ἀγανακτητός, Adiect. Vnde ἀγανακτητόν, Indignè ferēdum' Querendum. Plato, ἀκοῦσαι καὶ τοῦτο ἀγανακτητόν. Bud.

Ἀγανακτικός, οῦ, ὁ, Querulus, Qui facilè conqueritur & ægrè fert casus incommodos, ὀργίλος. Plat. Pol. 10, ἀκοῦν

πολλὰ μιμήσεσθαι καὶ πικίλα ἔχει τὸ ἀγανακτικὸν τὸ φρόνιμον καὶ ἡσύχιον, ᾧ ἀεὶ αὐτὸ αὐτῷ. Bud.

Ἀγαπάω, ῶ. F. ήσω. P. ησα, Amo, Diligo. Quidā scripserūt ἀγαπῶ, minus esse quàm φιλῶ, vt Diligo minus quàm Amo: sed vt hæc apud Latinos, ita illa apud Græcos differentia confunditur. Et fuerunt qui contrà putauerint ἀγαπῶ plus esse quàm φιλῶ. Isocr. in Hel. encomio, ἢν τοῦτο δείξῃ, ὧν τοὺς ἀγαπήσαι τις καὶ θαυμάσειέν τις ἐκείνου. Xē. Pæd. 7, ὥστε μόνον οὐκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τοῦ φέρομεν αὐτοὺς ἀγαπῶντες. Idē Xenoph. 1, de honesto & de inhonesto amore vsurpauit simul, scribēs, τοὺς πόρνους ἀγαπῶσι μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Hinc etiā ὁ ἀγαπώμενος & ἡ ἀγαπωμένη pro ὁ ἐρώμενος & ἡ ἐρωμένη, vt dicetur infrà. Vsurpatur etiam de amore rerū inanimatarum, vt Isocr. ἀγαπᾶν τὸν πλοῦτον, amare diuitias, dixit. Plato Pol. 2, ἀγαπᾶν τὰ χρήματα & ἀσπάζεσθαι pro eodē ponit: vt Latinè dixeris, Amare pecunias, vel Amplecti pecunias, pro Pecuniarū studio vel amore teneri. Dicitur autem aliquādo ἀγαπῶ τοῦτο αὐτὸ ἐκείνου, vel ἀγαπῶ τοῦτο τοῦ ἐκείνου, pro, Præfero hoc illi, Antepono hoc illi, ad verbū, Amo hoc pro illo, vel loco illius: &, Amo hoc præ illo. Demosthen. Pro corona, ἀγαπᾶν τὰ δόξαντα αὐτοῖς κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφέροντα. Plut. in Camillo, ἀγαπῶσαι τὴν ὅσον τοῦ ἐλευθερίας. Iūgitur & cū μᾶλλον. vt, ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα, Amo magis gloriam quàm pecunias, pro Præfero gloriam pecuniis. Item cum infinitiuo, vt Amo apud Latinos. Arist. Œcon. 2, τοὺς λυπεῖν ὁρῶν ἀγαπῶντας τὴν χώραν φέρειν. ‖ Significat etiam, Amicè & hilariter accipio, Odyss. φ, Οὐκέτ' σ' οὐ τὸ τοῦτον ἐπὶ ἔτος, ὦ γέρον, ἀγάπησα. Vbi Eust. significare dicit ἐφιλοφρονησάμην, & ita sumi vt ἀμφαγαπάζειν. Videtur autem hic vno verbo complecti voluisse Penelope illa beneuolentiæ & amoris signa quæ Vlyssi exhibuerat, manus collo iniciens, & caput deosculans. Vnde autor breuium scholiorum ἀγάπησα exponit hic τοῦτο ἐπυξάμην, amplexata sum expansis vlnis. ‖ Ἀγαπᾶν, item, pro Osculor vt ait Eustathius: qui exponens hæc verba ex fin. Od. χ. Καὶ κύνεον ἀγαπάζοντες, scribit hinc videri sumpsisse Homeri posteros vsum verbi ἀγαπᾶν pro φιλεῖν, & ἀγάπη pro φίλημα.

Ἀγαπᾶν, Contentum esse, Cicerone interprete. quod enim Plato dicit, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἥττον παρέχωμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, interpretatur, Cōtentique esse debetis si probabilia dicentur. Vide Cic. interpret. pag. 14 in meo Lex. Ciceroniano. Sic Isocr. in Panegyrico dixit, ὡς τε καὶ τοῖς ἀφεῖναι τὰς μικρὰ τοῦ ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν. id est, Non iam libertate contenti essent, Non sat haberent esse liberi, Nō boni consulerent libertatem. (Nam malè exponitur in vulg. Lexicis, Vt non iam amplius libertatē affectarent) Sic in φρεσβύτ. Libanius, ἀγαπᾶν τοῖς ὁρκωμοσίαις ὅροις, Contenti esse antiquis finibus. Thuc. lib. 6, οὐκ ἀγαπῶντες τοῦ παρόντος ἡσυχίαν. Demosth. Philipp. 2, οἷς ἐξῆν μὴ πλεονεξίαν τὰ παρόντα ἀγαπᾶν οἴεται, Contentos fore præsenti rerum statu. Pro eodem sæpe etiam datiuo iungitur, vt significationem ita & constructionem habēs verborū ἀρκοῦμαι & στέργω. Sic apud Lysiā, ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τοῦ Εὐφράτου δυνατὸς ἔσεσθαι, &c. Nō rarò & cum particula εἰ vel ἢν siue ἐὰν iungitur. Isocr. οὐδ' ὧν τοῦ τις τοῖς κακοῖς ἠράτισε εἰ τοῖς οἰκείοις τοῖς ἑαυτοῦ δέοιτο πᾶσιν δωνῆθε. Iū. Dion. Hal. ἀρχ. 11, οἵτε ἀγαπῶντες καὶ τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν εἰδότες εἴτε αὐτοὶ εἴα τοῦ ἑαυτῶν ἕνεκα ἀσφαλῶς. id est, Et qui boni cōsulebant. vel, Et qui præclarè secū agi putabant, ac magnam diis gratiam habebāt si, &c. Xen. Pæd. 8, καὶ ἀγαπᾶν ἢν καὶ οὕτως ἱκανοὶ αὐτὸν τρέφειν ἐπιορκοῦντα λαμβάνῃ. Nonnunquam etiā cum infinitiuo. Herod. ἀγαπῶντας αὖθις μάχης ἢν κινδυνεύσω λαβεῖν τοῦτο. Sæpe cum participio. Luc. in Timone, ἀγαπῶ δὲ φέρων τὰ παρὰ σοῦ λόγοις. Idem alibi, ἀγαπῶ σωθεὶς μόλις. Cum particula ὅτι apud Homerū, Odyss. φ, Οὐκ ἀγαπᾷς ὅτ' ἔκηλος ὑφορβίδιος μὴ ἡμῖν Δαίνυσαι; quod imitatus Lucianus dixit, τοὺς ἐν τυχαίοις ἀλλοτρίαις φωνῇ τρεσαγορεύοντας, ἀγαπᾶν αἰξιοῦντες ὅτι μόνον αὐτοὺς τρεσέβλεψαν. Vbi malè putatur (qui error est & in Lexic. vulgar.) ἀγαπᾶν absolutè positum hic esse pro ἱκανὸν εἶναι, satis esse: perinde acsi dixisset ἀγαπητὸν εἶναι. quum Græcè dici non possit τοῦτο ἀγα

πᾶ pro τοῦτο ἀγαπητὸν ἐστι. non igitur ita verti debet vt illic vertitur, Satis esse rati si solùm aspexerint. nam ἀγαπᾶν nō refertur ad eos qui resalutant, sed ad obuios qui salutantur. Et intelligendum est, ἀξιοῦντες τοῖς ἐντυγχάνοντας ἀγαπᾶν: hoc sensu, Æquum esse iudicantes vt obuii contenti sint se fuisse ab ipsis aspectos tantummodo. Ad verbū, Cōtēti sint quòd solùm eos respexerint.

Ἀγαπᾶν. Acquiescere: sed non accipiendo verbum istud pro Cōtentum esse (vt quū hæc Isocr. verba, μηκέτι τοῦ ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, Budæus interpretatur, Non iam acquiescerent in libertate) sed pro Gratum acceptúmque habere, & approbare. Interdum cum datiuo, vt ἀγαπῶ τοῖς δεδιητημένοις, Acquiesco iis quæ statuta sunt ab arbitris, Grata acceptáque habeo quæ, &c. vel Approbo quæ, &c. In qua significatione idē valet ἀγαπῶ quod ἀρέσκομαι, id est Acquiesco, & Mihi satisfit, & Placet conditio: vt Budæus interpretatur, citans hunc Luciani locum ex Menippo, vbi hæc duo verba copulauit, δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφορᾶν οἴεσθαι. Cum accusatiuo autem videtur idem significare in hoc Plutarchi loco, ἠγάπησαι τὸ τρεφθὲν ὑπὸ θηλυμανῶν. perinde acsi dixisset ἀπεδέξαντο. nam pro ἀποδέχεσθαι sumi author est Suidas, ponens etiam optatiuum ἀγαπῴμι.

Ἀγαπάομαι, ῶμαι, Passiuum, Amor, Diligor. Aristoteles Rhetor. 1, τὸ δὲ φιλεῖσθαι, ἀγαπᾶσθαι ἐστὶν αὐτὸν δι' αὐτόν. ‖ Nonnunquam & de amore venereo: vnde participia Ἀγαπώμενος & ἀγαπωμένη, quæ tanquam nomina vsurpantur pro ἐραστὴς & ἐρωμένη. id est amasius & amasia, seu amica. Luc. in Nigr. ἐξαπατῶσι τοὺς ὄσον, ὡς παρόντων σφίσι τοῦ ἀγαπωμένου. Idem, χάριν τοῦ τὰ τοῦ ἀγαπωμένου. Ἀγάπημα, Dilectio, ἀγάπησις. ‖ Item, Res seu persona quæ diligitur. Crates in quodā epigrammate, Χαῖρε θεὰ δέσποινα, αἰδοῖων ἀγαθῶν ἀγάπημα. id est, Virorū bonorum amor. vt Virgil. Nympha, noster amor, Libethrides. τὸ ἡμέτερον ἀγάπημα. Sic Cicero dicit Antonium amores deliciásque suas, Phil. 6.

Ἀγάπησις, Dilectio, pro ἀγάπη, Atticorū est: vt φρέσβυσις pro φρεσβεία, vt inquit Corinthus De Attica dialecto. Plut. in Peri le, ἀγάπησιν ἐρωτικὴν vocat dilectionem amatoriam. id est, ex sagittis cupidineis prouenientem.

Ἀγαπισμός, οῦ, ὁ, Idem quod ἀγάπησις, siue ἀγάπη. Suidas ait ἀγαπισμὸν seu ἀγάπησιν dici etiam πρὸς φιλοφροσύνην. Apud Hesychium per scribitur ἀγαπισμός.

Ἀγαπητός, Dilectus, Charus, vel Amabilis. Aristot. Ethic. li. 9. c. 12, ἀρ' οὖν ὡς τοῦ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητὸ παρέστι, id est gratissimum. ‖ Hieronymus annotat ἀγαπητὸν magis sonare diligibilē, dignum qui diligatur: quàm dilectū, id est ἠγαπημένον. Sed in mentem venisse debuit Hieronymo, quemadmodum γνωστὸν pro ἐγνωσμένον, & κτιστὸν pro ἐκτισμένον, item χριστὸν φάρμακον pro χρισθέν φάρμακον capitur, ita ἀγαπητὸν pro ἠγαπημένον vel ἀγαπώμενον sumi. Suidas quoque ἀγαπητὸν exponit ἠγαπημένον. Idem ἀγαπητὰ ἔθη exponit τὰ καλὰ καὶ ἀγαθά, id est, pulchra siue honesta, & bona. ideo (opinor) quòd consequens sit vt quæ talia sunt, sint amabilia. ‖ Idem addit, ἀγαπητὸν, τὸ ἠγαπημένον, ἢ τὸ μονογενές. Plut. τοῦ ἐν ἐκλεκτῷ. coniungit μονογενῆ & ἀγαπητόν, sic, Αὕτη δέ φησι δεῖν ἕνα τοῦτον εἶναι μονογενῆ τοῦ θεοῦ καὶ ἀγαπητόν. at Hesychius ἀγαπητὸν exponit μονογενῆ, κεχαρισμένον. id est, vnigenitum, gratum. quòd videlicet filius qui vnicus est, magis diligatur. Plutarch. item τοῦ πολυφ. dicit ab Homero vocari ἀγαπητὸν υἱὸν, μεμῶον, τὸν ὑπερον, natum parentibus alium nec habentibus, nec habituris. Locus Homeri est hic, — τοῦ ἐθέλεις ἔνα παῖδα μόνον ὅτι χῆρε Μοῦσα ἔων, ἀγαπητός; vnde apparet distinguendum esse apud Plutarchum post μεῶον, nec coniungendū cum τὸν ὑστερον. Sic apud Xenophontem in Pædia, πᾶς ἀγαπητὸς, & παρθένος ἀγαπητή Arist. quoque Rhet. 1 elegāter vnicum oculum appellat ἀγαπητόν.

Ἀγαπητὸν ὅτι, cum infinitiuo, Satis esse putādum est, Non respuendum est, Boni consulendum est. Xenoph. Pæd. 3, ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ὑπὸ τοῦ δυνατοῦ δυνατὸν ἀνδρὶ ἀγαθοῖ εἶναι). Arist. Ethic. 2, ἀγαπητὸν ἂν εἴη πιστεύειν καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τυπῷ τὰ λεγόμενα ἐνδείκνυσθαι. id est, Satis igitur fuerit ostēdere. Quod Erasmus malè interpreta-

tus est, Gratū igitur fuerit, in prouerbio, Tenuiter diducis. Idē Arist. lib. 9, ἀγαπητὸν καὶ φίλους ὀλίγους εὑρεῖν, id est, Bene nobiscum agi putandū est si vel paucos amicos inuenire possimus. Vel, Boni consulendū est quòd, &c.

— Ἀγαπητῶς, Aduerb. Gratè, Amabiliter. Plat. De fort. R. οὐ πάντως ἀγαπητῶς οὐδ' ἁπλῶς διεξίωσαν, id est, (Bud. interpr.) Haud omnibus vsquequaq; voto cōpetētibus. Interdū, Cupidè & libēter. Demosth. πολὺ εἰρωνεύω ἐπιτίσαι σε ἀγαπητῶς. ‖ Idē, Τὴν πολυπραγμοσύνην δὲ εἴασας ὑπὸ χρηστοῖς ἀλλοτρίοις ὑπὲρ τοῦ πειπαγωνιστεῖν ἀγαπητῶς τοῦ φέρεσθαι. id est, Ita vt præclarè tecū agi putares quòd, &c. Herodianus, δεῖ δὲ ἀγαπητῶς ἕκαστον τὰ αὐτοῦ, Oportet vnumquenque suis finibus contentum esse. pro ἀγαπᾶν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ.

Ἀγαπητικός, οῦ, ὁ, Vim diligendi habens. Habes apud Hesychium in ἀγαπίνωρ, vbi tamē videtur esse mendum.

Ἀγάπη, ης, ἡ, Dilectio, Charitas. φιλίας πυρσόμενον ἀρχὴν καὶ ἀγάπης, Plut. Sympos. 7.

Ἀγάπαι, Cōmunia Christianorū cōuiuia, sic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis & cōiunctionis causa essent instituta. Iudas apost. οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς ἀγάπαις ὑμῶν συνευωχούμενοι. In his autem cōuiuiis sacra etiam Domini cœna solebat vsurpari. Tertull. in libro aduersus Gētes, cœna nostra de nomine rationē suam ostendit. vocatur ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Plura de his apud eundem. ‖ In vulg. lex. citatur ex lib. Cōcil. sacr. ἀγάπας πτωχοῖς pro Cōuiuia pauperibus dare.

Ἀγαπίνωρ, vide in Μιζόρεν.

C. Ἀμφαγαπάω, Deamo, Valde amo, Charissimum habeo, θερμοτῶς ἀγαπῶ, præpositione ἀμφὶ augente significationem. Poeticū est. Hes. in Op. — ἐὼν κακὸ. ἀμφαγαπῶντες. Hesychius tamē ἀμφαγαπῶντες exponit simpliciter ἀσπαζόμενοι, id est amplectentes. Vide Ἀμφαγαπάζομαι.

C. Περιαγαπάω, Valde amo: vnde Περιαγαπάζομαι voce media apud Hesychium: sed hoc mihi suspectum est.

C. Ὑπεραγαπάω, Idē apud oratores quod proximè præcedens ἀμφαγαπάω apud poetas. Herod. lib. 1, ὑπεραγάπα δὲ αὐτὸ Κόμμοδος.

¶ Ἀγαπάζω, apud poetas pro ἀγαπῶ, id est Amo. Item, Comiter & blandè atque hilariter aliquem excipio, Beneuolentiæ signa exhibeo alicui, Amplector seu amplexor, Hom. Odyss. π, circa principiū, Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει, Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ. vbi Didymus ἀγαπάζει exponit περιπλέκεται, id est, amplectitur, brachia collo circundans. Vide suprà ἀγάπησα ex Homero. Gall. vno verbo Caresser.

C. Ἀμφαγαπάζω, idē quod ἀμφαγαπάω. Dicitur & Ἀμφαγαπάζομαι voce media, Ἀμφαγαπαζόμενος ὡσεί τ' εὐνὴ φίλον ἔσται, Vehemēti amore prosequens, Omnia amoris signa exhibens.

Ἀγάασθαι, γῶ. F. ήσω. P. ηκα, & Ἀγάομαι, ῶμαι, Demiror, Cum stupore vel ad stuporem vsque miror, Stupeo. Item Inuideo. Item, Odio prosequor. Homerus Od. π, Τηλέμαχ' οὔ σε ἔοικε φίλον πατέρ' ἔνδον ἐόντα, Οὔτε τι θαυμάζειν τοῖς ἐνθάδε, οὔτ' ἀγάασθαι. Vbi Eust. ἔστι δὲ, inquit, τὸ ἀγάασθαι, θαυμάζεσθαι, ὅθεν τοῦτο τὸ θαυμάζειν. Hesiod. Theog. v. 619, Ἠνορέῃ ὑπέροχον ἀγήοντος ἠδὲ καὶ εἶδος, vbi Tzetzes vult esse pro θαυμάζων vel φθονῶν. Apud eūdē Homerū itidē pro φθονῶ, vel μέμφομαι, Eust. reste, Od. ε, Οἴ τε θεῶν ἀγάασθε παρ' αἰθέρι δῶ ἀλεγεινά. & duobus versibus interiectis, Τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες. Et statim post pro codē ponit ὄγασθε. φ. et iā notat ibi Eustathius. Vnde miror eū alibi ita distinxisse vt ἀγάασθαι esset idem quod ἀγαίειν, id est φθονεῖν ὅ τι ἀγάασθαι autē, ἐκπλήττεσθαι. Idem in illum Od. ε locū, annotat ex veterum autoritate, ἀγάασθαι tria significare, Admirari, Inuidere, Odisse: & ab ἀγάω deriuatum esse ἀγάομαι. quum tamen alibi scribat, (vt modò dictum est) ἀγάασθαι non esse simpliciter θαυμάζειν, sed indicare ὅθεν τινὰ τὸ θαυμάζειν, pro ἐκπλήττεσθαι. Quod, vel ipso tacente, ex illo Homeri loco & aliis colligi posset. Tertium addam de hac eadem voce in quo non satis sibi constare videtur hic alioqui grāmaticorum facilè princeps. Quū in Odyss. θ, non aliunde quàm ab ἀγάζω deducat ἀγασθέν, (& abiecto σ, mutatáque tenui in aspiratā, ἀγαθὸν) sicut ἀγελάζω, inusitato themate, γελασὸν, & ab ἐγείρω, itidem

inusitato, ἔγαστο, & ἐπέγαστο: & quum in Iliad. ψ, itidem ἄγαστο ab ἀγαοὶ ἄνδρες deriuet: addit tamen, posse etiam ab ἄγαμαι proparoxytono fieri ἀγαστόν. Vt autem hic discrepat dissentitque à seipso in iis quæ de hac voce tradit, ita & in aliarum plurimarũ deriuatione vel expositione non solùm hunc à seipso, sed cæteros quoque à seipsis, multo verò etiam magis ipsos inter se dissentire sciẽdum est. Quod quum ita sit, cogitet lector, vbi aliquid apud eos leget non per omnia consonum iis quæ in hoc opere à me scripta fuerint, me diuersorum opiniones, & eiusdẽ etiam diuersos eadem de re locos, inter se contulisse, & ad illã collationem aliqua etiam argumenta à meipso allata, aut certè coniecturas, addidisse: atque ita adhibito tanto quantum in huiusmodi rebus adhiberi à me potuit iudicio, pauca quædam multis reiectis excerpsisse: atq; hoc in toto opere meminerit. Vide & quod annotaui initio verbi Ἄγαμαι de eius formatione.

Ἄγη, ης, ἡ, Admiratio, Stupor, Obstupefactio. Etymol. vel ab ἀγῶ vel ab ἄγω deduci vult, sed ab ἀγῶ deduci constat. Hom. Od. γ, Αἴλω γὰρ μέγα εἶπις· ἄγη μ' ἔχει. id est, θάμβος, vel ἔκπληξις, Hesych. & Etymol. Sic loquitur Homerus & Od. π. Sed in vulg. edit. quæ meam præcesserunt, legitur perperam ἄγημ' vtrobique coniunctim, quasi esset ἄγημα ἔχει, non ἄγη με ἔχει.

Ἄγη apud tragicos, Honor, Veneratio, σεβασμός, Hesych. ‖ Ab eodem exponitur μίασμα.

Ἀγαῖος, ᾱ, ὁ, Admirabilis. Itẽ Inuidiosus. Suidas ab ἀγάομαι deducere videtur, scribẽs, Ἀγάομαι, φθονοῦμαι· ἀγαῖος, ὁ ὀπίφθονος. Ego malim cum Hes. & Etymol. ab ἄγη deducere. Esset tamẽ magis regularis deductio (meo iudicio) si ab ἀγὴ oxytono deduceretur, vt apud illos ἀγαὶ ἡλιώτης, & Ἀγαῖος, simul ponũtur. esset enĩ Ἀγάω, ἀ γῆ, ἀγαῖος, vt Ἀγέω, ἀρῆ, (pro ἀρά) ἀραῖος. Verùm hi ipsi alibi ἄγη scribũt in significatione admirationis siue stuporis: & Suidas hoc nominatim dicit, Ἄγη μὲν οὖν παρὸξυτόνως, ἡ ἔκπληξις· Ἀγὴ δὲ, ἡ κλάσις τῶν κυμάτων. Vnde apparet mẽdose apud eũ scriptũ esse paulo ante, Ἀγή, θαῦμα, &c.

Ἄγημα, ατος, τὸ, Itidem pro Stupor, annotatur in vulgar. lexicis: sed natus fortasse est error ex illis Homeri locis perperam lectis, de quibus modò dictũ est. Quin tamẽ ab ἀγῶ formari possit ἄγημα, minimè dubium est, nimirum à prima persona præt. passiui: vt ἀγῆς (quod proximè sequitur) à tertia formari constat. ‖ Ἄγημα autẽ significans apud Macedones πόμα ὀπολεκτὸν ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν (quod & ipsum Eustathius ad ἀγῶ deduci posse existimat, δῆλα τὸ ἀγῶν ὄν) vide post Ἄγῳ.

Ἀγηπὸς, οῦ, ὁ, Admirabilis, Stuporem excitans. Vel, Cũius præstantia obstupefacit. Od. ξ, εἶδος ἀγηπόν. Il. ε, εἶδος ἀγηπόν. ‖ Legitur apud Hesychium non solùm Ἀγηπὸν, θαυμαστὸν, sed etiam Ἀγηπὸν, itidem expositum θαυμαστόν.

¶ Ἀγήομαι, idem quod ἀγάομαι, Admiror. Ἀγήοῦμαι, θαυμάζοντες, Hesych.

¶ Ἀγαὸς, οῦ, ὁ, ab eodem ἀγάω, pro ἀγαός, interiecto Æolicè υ (secundum alios tamen à γάω) Admirabilis, Præclarus, Illustris, Hes. Itẽ σεμνὸς, Eust. Venerandus, Veneratione dignus. Addit idem Eust. & καλὸς, λαμπρὸς, κόσμιος, ex veterum autoritate. Hom. Od. ε, — ἀγαοῦ Τιθωνοῖο. & Od. ο, Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυόν τε ζωόντων. ‖ Ἀγαυοὶ μνηστῆρες apud eundem Homerum (id est proci Penelopes) superbi, siue arrogãtes, à quibusdam exponitur. ‖ Ἀγαυὸς Hesychio est etiam φωτινὸς, id est lucidus.

Ἀγαύομαι, Admiror. Opp. Hal. 4, Εἶδος ἀγαυόῦμαι πολυήρατον. id est ἀγάῦμαι, vel poeticè ἀγαύῦμαι, siue ἀγαζόῦμαι.

Ἀγαυρὸς, φ ab illo ἀγαυὸς quidã deducũt, vide in Γαῦρος.

¶ Ἀγάω, (ex ἀγάω, vt κεράω ex κεραία) pro θαυμάζω, i. Admiror, inquit Eust. Idẽ alibi exponit ἐκπλήττω. i. Obstupefacio, vel Perterrefacio. ‖ Idẽ vbi significare dixit θαυμάζω, addit & μέμφομαι, Succenseo, Indignor.

Ἀγάομαι vsitatiꝰ est quàm ἀγάω, (vt ἀγάομαι magis est in vsu quam ἀγάω) & inter cætera significat etiam Admiror, θαυμάζω, inquit Etym. Et apud Hom. Od. υ, ἀγαιόῦμαι κακὰ ἔργα, breuiũ schol. autor exponit ἄγαν θαυμάζοντος, ἢ λεπαίνοντος. ‖ Ἀγάομαι pro Succẽseo, Indignor, vel Inuideo, cum datiuo personæ, Hesiod. in Ergois, Τῷ δὴ τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται. id est (inquit Etym.) βασκαίνει, ὀργίζεται, χολοῦται. Eustathius autem in illo Homeri loco quem modò protuli, ἀγαιόῦμαι exponit μεμφόῦμαι, atque ita ἀγαιόῦμαι κακὰ ἔργα, erit, Succensentis & indignantis ob facta improba. Sic & in illo Hesiodi loco ἀγαίεται exponitur etiã μέμφεται, item ὀργίζεται. Illud autem ἀγαιόῦμαι κακὰ ἔργα exponi in breuibus scholiis non solùm ἄνευ θαυμαζόντος, sed etiam χαλεπαίνοντος, modò dixi.

Ἀγάομαι, Inuideor, φθονοῦμαι, Suid. Ἀγαιόῦμον participium Hesych. exponit Inuidiosum, Admirabile. Item Inuidum.

ΑΓΑΜΑΙ, itidem vt præcedentia, & vt sequens ἀγάζομαι, pro Admiror, &c. sed illa themata poetica sũt, hoc prosæ scriptoribus cum poetis commune est. Deducitur autẽ ab ἄγημι inusitato, vt ἔγαμαι ab ἔρημι. Eustathius tamen existimat potius ἄγαμαι passiuũ esse præteritum perfectum, incremento carens, eodem modo factum quo ἔγαμαι ab ἐρῶ. εἰπὼν γὰρ, inquit, ὡς τὸ ὑπάρχ αὐτῶν τὸ ἔρημαι τὸ ἄγημι, ὁμοίως ὦ ἴσημι, ἀμάρτυρόῦσι. Hæc Eustath. in Il. ξ. qui tamen in Iliad. ι, vtranque deriuationẽ vt æquè probabilẽ nobis proponit. Hom. Od. ζ, Ὡς σε γυναῖ ἄγαμαί τε τέθηπά τε, (qui locus videri fortasse possit pro iis facere qui ἄγαμαι præter. perfect. esse putant, quòd copulatum sit cum eiusdem temporis verbo.) Xen. Pæd. 3, ἄγασαι τὸ πᾶθος ὅσσα βεβούλευται ἢ ὅσα πέπρακε. Isocr. ad Phil. καὶ γὰρ ἐκείνων ἄγαντα μᾶλλον ἢ ὅσα πέπρακε. Plat. Pol. 2, ἢ φύσει Γλαύκωνος ἠγάμην. Et in infinit. ἄγασθαι. Xenophon, δι' ὃ τὸ ἄγασθαι αὐτῷ, καὶ ἀνεπιτήδευτον ἔχειν πρὸς αὐτόν. Sic idem Œcon. cũ genit. πολὺ γὰ μᾶλλον ἄγαμαι τῶν καταμετρ. &c. vbi Cic. interpr. Miror. Vide pag. 44. mei lex. Cic. Ἀγαμαι αὖ, Pla. 189. Mirarer. Et partic. ἀγάμενος. Idem ἀπομν. 2, ἀγασθέντες μὲ ἑαυτοὺς, ἐπαινοῦμενοι δὲ καὶ ζηλουμένοι ὑπὸ τῶν ἄλλων.

ἄγαμαι, Laudo, Probo. Plato Polit. 1, πάνυ ἄγαμαι ὅτι οὐκ ὀλιγόβιος μόνον καὶ ἀνόβιος, ἀλλὰ καὶ ὑποκρίνῃ πάνυ καλῶς. Vbi notanda constructio à superioribus diuersa. Idem cum accusatipo, ἄγαμαί σου τὴν ὑπόκρισιν, vbi videtur posse eodẽ modo exponi. Cum accusatiuo personæ & genitiuo rei videtur hanc ipsam significationem habere, apud Iulianum, ἐγὼ δὲ ἐκείνου μὲν, [sub. Δάιδαλον] εἰ καὶ τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Videtur etiam hic ἄγαμαι & ἐπαινῶ pro eodem posuisse. ‖ Exponitur etiam alicubi à nonnullis Oblector, & (quod malim) Mirificè oblector, vt in hoc Plat. loco ex Pol. 1, καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτὸ εἰπόντος τοῦτο. Sed hoc partic. est ab Ἀγάζομαι, quod vide paulo post.

Ἀγαμῶς, aduerb. Mirabiliter, vel Mirificè. θαυμαστῶς, Hesych. A participio Ἀγαμὸς (cujus & antè positum exemplum fuit) significante Admirãs, vel Admiratus, nam Hesychius expon. t θαυμάσας. Arist. Rhet. 3, ἐὰν δὲ ἐπαινεῖτε, ἀγαμῶς [sub. λέγετε] ἐὰν δ' ἐλεεινὰ, ταπεινῶς. Vbi schol. Græcus accepit pro θαυμαστῶς. secundum quam expositionem intelligendum fuerit (vt opinor) de mirifico quodam dicendi genere, & admirationem parente, vel traducente auditores ad magnam admirationem. Admirationem autem excitat grandis oratio, cui aptè opponetur ταπεινὸς λόγος. Quidam tamen doctissimus uir hic interpretatus est ἀγαμῶς Libenter & cum voluptate quadam animi. Sed viderit.

C. Γαθαράμαι, Demiror, Supramodum miror, Vehementer miror. ὑπὲρθαυμάζω, Suid.

ΑΓΑΖΟΜΑΙ, eiusdẽ cũ præcedẽtibus significationis: à quo hæc tempora frequenti in vsu sunt apud poetas (quædam & apud oratores.) Præt. imperfect. ἠγαζόμην, (vnde ἠγάζετο apud Orph. in Arg.) Fut. ἀγάσομαι. Aor. 1, ἠγάσθην. Aor. medius ἠγασάμην. Et participia, ἀγασάμενος, ἀγασθεὶς, ἀγασάμενος (& ἀγαστάμενος apud poetas, sicut & ἀγάσατο pro ἠγάσατο, & ἠγαστάμεθα pro ἠγασάμεθα, item ἀγάστεσθαι pro ἀγάσεσθαι.) Ἀγάζομαι, (pro quo oratores ἄγαμαι) Admiror, Suspicio, Admirationi habeo, vel Admiratione prosequor. Habet accusatiuum rei, vel genitiuũ, vel etiam datiuũ, & quidem interdũ cum præpositione ὅτι: personæ autẽ vel genitiuũ, vel datiuum, vel accusatiuum. Cum accusat. rei, Hom. Il. Φ, v. 29, Μῦθον ἀγασταμένοι· μάλα γὰρ κραπαιῶς ἀγόρευεν, i. θαυμάσαντες, vt schol. exponit. Sic Isocr. Paneg. ἀγαζόμενοι τὴν ἀρετὴν

αὐτῶν. At Demosth. genitiuo iungens dixit Pro corona, πῶς γὰρ οὐκ αὖ ἀγάσαιτο τῶν αὐτῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς; Cum datiuo autem rei, vt apud Xenoph. Pæd. 6, ἀγαζεῖς τοῖς λόγοις. Et cum datiuo iũcto præpositioni ὅτι, apud Suidam, ἀγασθέντος ὅτι τῇ θεραιρέσει. Personæ autẽ genitiuo iungitur, vt apud eundem Xenoph. ἄγασαί τε αὐτὸ καὶ ὅτι θυμεῖς φίλος αὐτῷ εἶ). Sic Plato Pol. 1. καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος τοῦτο. Datiuo personæ, Xen. apud Suidã, ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν τραπωτῶν, pro θαυμάσω τινά, inquit. Sed rara est hæc constructio. At personæ accusat. habet frequẽtissimẽ. Hom. Il. γ, v. 181, Ὡς φάτο. τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο, φώνησέν τε. i. ἐξεπλάγη, Eust. Sic Xen. Pæd. 7, ἀγασθείς τε τὴν γυναῖκα καὶ καταπλουτεῖν ἀπῄει. ‖ Quiẽ autem simul casui rei & personæ iungitur, tum vel personæ accusatiuum, rei genitiuum, vel contrà, rei accusatiuũ personæ genitiuum habet: vt ἠγάσθη αὐτὸν τῆς σοφότητος, vel ἠγάσθη τὴν σοφίστητα αὐτοῦ. Xenoph. Pæd. 2, τοῦτον ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς τῆς τε σοφότητος. Idẽ Symposio, ἀλλ' ἐπὶ σοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Hoc enim posterius exẽplum proponit Budæus vnius constructionis verbi ἄγαμαι, duobus casibus iũcti: (nam mutuatur ἄγαμαι sua tẽpora ab hoc ἀγάζομαι) pro alterius autẽ exẽplo, hæc Iuliani verba, ἐγὼ δὲ εἰ καὶ Δαίδαλον τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Verùm sciendum est, quum dicitur ἠγάσθη αὐτὸν ἡ σοφότητος, & Δαίδαλον τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι, secundum quosdam grãmaticos subaudiri ἕνεκα: (quod & sensisse videtur Suidas.) subaudiẽtes autem ἕνεκα, genitiuum illum rei ab eo regi dicemus. Et sic videri possit in illo quoq; Demosthenis loco paulo ante prolato, πῶς γὰρ οὐκ αὖ ἀγάσαιτο τῶν αὐτῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, iungẽdus esse genitiuus ἀρετῆς cum ἕνεκα subaudito. Quod autẽ ad alteram constructionem attinet, quum dicitur ἠγάσθη τὴν σοφότητα αὐτῷ, σοφότητα quidem ab ἠγάσθη, pronomẽ autem αὐτῷ à σοφότητα regi, non itidem ab ἠγάσθη, existimo. Sic in illo Isocr. loco in Paneg. ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. Sic & in illo quẽ Budæus ex Xenoph. affert loco, ἀλλά τε σοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Atque ita neutra harũ duarum constructionum duplex fuerit. ‖ Interdũ copulantur ἀγασθῆναι & θαυμάσαι. Plut. in Publicola, ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα. Idẽ in Theseo, καὶ τὸ κάλλος ἐθαύμασε, καὶ τὴν τόλμαν ἠγάσθη. Sic Homerus ἄγαμαι & τέθηπα copulauit. vide Ἄγαμαι. ‖ Notãdũ præterea Hesychiũ, sicut vno in loco ἀγάσαι vocem actiuã exponit θαυμάζειν, ita in alio ἀγασθεὶς exponere voce passiua θαυμασθεὶς, id est Admirationi habitus.

Ἀγάζομαι, Veneror. Anth. epigr. lib. 1, — σὲ μὲν χρυσαυγεῖνα θεμις, ἠὲ τὸν ἡμῶν Γάιος ἠγασάμην. Hesychio quoque ἀγάζεται inter cætera est σέβεται. quam significationem Etymol. τοῦ ἀγάζου tribuit.

Ἀγάζομαι, Indignor, Succẽseo, Il. ν, — ἔφασκε Ποσειδάων ἀγάσασθαι Ἡμῖν. & Od. κ, Ἀλλ' ὅτε δὴ μιν πάντες ἀγασσάμεθ' ἐξερέοντες, id est ἐμεμφάμεθα, inquit Eustathius. Legitur autem & ἀγαζόμεθ'. Item Il. ξ, — ἢ μὴ πότῳ ἀγάσασθε ἕκαστος. Et cũ accusatiuo rei, Od. β, — ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα. Sic idem ὕβριν ἀγασσάμενος dixit. Sed in locis huiusmodi δοκεῖ subaudiri grammatici quidam putãt: vt paulo antè dictum est ἕνεκα subaudiri in illo genere loquendi, ἠγάσθη αὐτὸν τῆς σοφότητος. Sic & apud Latinos poetas Indignari accusatiuo iunctũ reperitur. ‖ Hesych. & Etym. has significationes ἀγανακτεῖ & βαρέως φέρει (id est Indignatur, Ægrè fert) tribuunt voci actiuæ Ἀγάζει. Idem Hesych. habet ἀγασμένοι, μεμφόμενοι, fortasse pro μεμφάμενοι.

Ἀγάζομαι, Inuideo. Il. ρ, — εἰ μὴ οἱ ἀγάσσατο φοῖβος Ἀπόλλων. Il. ψ, — ἀγασσάμενοι κεῖνε τίνας. Cum accusatiuo rei, Od. η, Ἀλλὰ τά οἱ πῦρ μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτός. Vide suprà Ἀγάομαι. Hesych. quoque ἀγασσεῦσαι (sicut & ἀγᾶσθαι) vult esse φθονεῖν.

Ἀγάζομαι, Hesychio, præter has significationes, est etiã βλάπτομαι, id est lædor: & κάμνω id est laboro: & λυποῦμαι. i. mœreo: & λιπαρῶ, id est obsecro: & πλοιάζω, id est redundo. Quæ significationes tam differentes inter se, & ab iis etiã discrepantes quæ passim apud Græcos scriptores extant, valde mihi suspectæ sunt. sicut & alia propè infinita apud Græcos lexicographos erroris suspecta, plurima iam cõuicta etiam erroris leguntur. Qua de re semel hoc in opere admonere visum est: ne quis nos, quæcunque huiusmodi sunt, ab eo separasse miretur.

Ἄγασμα, ατος, τὸ, Veneratio, Vel, Quod veneramur. ἀγάσματα, σεβάσματα, Suidas, Hesych. Eust.

Ἀγαστὸς, στὴ, στὸν, Admirabilis, Admiratione summa dignus. Xen. Ἑλλ. 2, ἐκεῖνο δὲ κρίνω τῶν αὐδρῶν ἀγαστόν. Est alioqui rara vox in oratione soluta. ‖ Apud Homerum autem εἶδος ἀγαστὸν, vel ἐκπληκτικὸν, id est Stuporem afferens: vel ὀλιγόφθονον, Inuidiosum, Eustath.

Ἀγαστὴς, οῦς, ὁ, Inuidus, βάσκανος, Hesych.

Ἀγάοιος autem (si mendo caret) à secunda persona ἤγασαι (vt ἀγαστὸς à tertia ἤγασται) fuerit deriuatum. significat autem τὸ ἀγάσιον Hesychio ἔνδοξον, id est celebre.

‖ Apud eundem. Ἀγαστὴς, legitur expositum φθόνος, id est Inuidia. item σωφέρεια, si mendum non est.

¶ Ἀγαθὸς, οῦ, ὁ, ex ἀγαστὸς, (inquit Eustath.) abiecto σ, & mutato τ in θ. Idem tamẽ ἄγαν hac voce includi tradit, vt infra dicetur Ἀγαθὸς ἀνὴρ, Vir bonus, Vir probus. ἀγαθὴ γυνὴ, Mulier proba. Plat. & Xen. Cui opponitur κακὸς, siue πονηρός. Cicero apud Platonẽ ἀγαθὸν vertit Probum, item Virtute præstãtem. Idem Xenophontis hæc verba, ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ ἀδαμοντοῖς, interpretatur, Quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. Vide à me editum Ciceronianum lex. Græcolatinum. Καλὸς κἀγαθὸς, vide in καλός. Ἀγαθὴ τύχη, vide in τύχη. Ἀγαθοῦ δαίμονος, vide in δαίμων.

ὦ ἀγαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, Compellatio quædam illi Latinæ ferè respondens, Bone vir. Nonnunquam (vt & ὦ βέλτιστε, ὦ λῷστε) videtur idem sonare quod Amabo te, Obsecro te.

Ἀγαθὸς, Fortis, Strenuus, αὐδρεῖος, γενναῖος: vt vicissim κακὸς, Ignauus, ἀνάνδρος. Hom. Il. ρ, Τὰν μὲν γὰρ πάντων βάλε κάλλεται ὅσσα ἀφείη, Ἢ κακὸς, ἢ ἀγαθός. In eadẽ significatione opponuntur inter se à Thuc. lib. 2, καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρέσβασιν οὐδενὶ κακῶν ἕνεκα. ὧν δέπος ἀφ' ἂν βουληθῇ, κοσμοῦντα τῇ παρεπόσῃ ξυμφορᾷ· οἱ ἀγαθοὶ μνησόνται τοῖς πρεσβύτοις ἀθλοις ἀρετῆς.

Ἀγαθὸς, Prudens. Suid. Et in hunc Il. τ, versum, Μνησ' οὕτως ἀγαθὸς ὥς ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Eustath. ἀγαθὸς hic vel strenuum vel prudẽtem significare. Sic verò & apud Thucydidẽ βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων quidam ex veteribus intellexerunt dictum pro φρονιμώτατοι.

Ἀγαθὸς, Diues, Opibus potẽs. Od. ο, Οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι πολυδωρόωσι χρῆται.

Ἀγαθὰ πρήγματα, Res secundæ, Res prosperæ. Thuc. lib. 3, ὃν μὲν γὰρ εἰρήνη καὶ τοῖς ἀγαθοῖς πρήγμασι.

Ἀγαθὴ δαὶς, Lautum & opiparũ epulum. Il. ψ, Καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν πολυδωρήσασθαι ἐν κλισίῃσιν. Gall. ad verbum, Vn bon banquet. Eustath. tamen frugale epulum exponit.

Ἀγαθὸς, Præstans, Excellens: sæpe cum accusatiuo, subaudita propositione κατ', vt — βοιὼ ἀγαθὸς Μενέλαος, passim apud Homerũ. Sic ἀγαθοὺς τὰ πεζικὰ, Xen. Pæd. 1. Idem ibidem, τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ, Excellentes in rebus bellicis, id est bellicosi, strenui milites. Pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, Plut. in Themistocle. ‖ Aliquando præpositione εἰς accusatiuo præfixa, vt ὦ ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, Idem Plut. in Publ. ‖ Item cum datiuo, præfixa præpositione ἐν, vt idem ibidẽ, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος.

Ἀγαθὸς, Peritus rei alicuius, vel potius, Bene peritus, Aptus ad rem aliquam. Cum infinitiuo, Ælianus, οἱ Κρῆτες ἐπὶ τοξεύειν ἀγαθοὶ, Cretenses artis sagittandi sunt periti. Polyb. 6, ἀγαθοὶ γὰρ μεταλαβεῖν ἔθη καὶ ζηλῶσαι τὰ βέλτιστα Ῥωμαῖοι. Sic apud Virgiliũ, Boni calamos inflare. pro, Periti inflandorũ calamorum. ‖ Aliquãdo ἀγαθὸς cum substãtiuo idem significat: vt quũ dico ἀγαθὸς σκυτοτόμος, bonus sutor, id est, artis sutoriæ bene peritus: sic ἀγαθὸς, στρατιώτης, bonus miles, id est, artis militaris peritissimus, inquit Eustathius. Item in quodã loco quẽ citat Suidas, ἀγαθοὶ ἀκοντισταὶ, pro ἀγαθοὶ ἀκοντίζειν, id est, Boni iaculatores, pro Bene periti iaculandi: vt vicissim in loco Æliani pro τοξεύειν ἀγαθοὶ dicere possis τοξευταὶ ἀγαθοί. Ita enĩ hæc loquẽdi genera cõuertũtur. Sic Gall. Bõ.

Ἀγαθὸς, Vtilis, cum datiuo personæ, vt apud Homerũ, Αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθὴ φώτ' ἐμμεναι αὐδρὶ νεωτέρῳ. Inter-

dum etiam cum datiuo rei, vt ἀγαθὸς τούτῳ, Vtilis ad hoc. ‖Apud Theophrastum cum genitiuo rei, vt in lib.De hist.plantarum, ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου, & ἐρπετῶν, & σπιλοῦς, & ἐλκῶν, pro Vtilis aduersus comitialē morbum, serpentes, &c. ‖Apud eundem cum accusatiuo, præcedente πρὸς, idem valet, vt ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη.

‖ Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, (substantiuè) Bonum. vt, ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει πρεσγυτόμενος, id est, interprete Cicerone, Ipsũ bonum crescēdi accessionem nullam habet. Interdum & præposito articulo τὸ ἀγαθὸν, vel τἀγαθόν. Epicurus apud Athenæum, οὐδ' ἔγωγε δυνάμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὴ, &c. Quæ verba sic reddit Latinè Cicero, Nec equidē habeo quod intelligã bonum illud, detrahens eas, &c. ‖Tradunt quidam, à Græcis scriptoribus, ac præsertim ab Aristotele, obseruari, vt ἀγαθὸν non præfixo articulo vsurpetur de quoliber bono: at præfixo articulo, de summo illo bono. Quibus fortasse hìc Cicero videri possit ideo pronomen illud addidisse: sed id non perpetuum esse animaduerti.

Ἀγαθὸν, Commodum, Emolumentum, Vtilitas. vt, ὅπως μὴ οὐδὲ μίαν φέροντας, οὐδὲ ἀγαθὸ κτῆσιν οὐδένος, συμφορὰν δὲ τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν, &c. Demosth.

Ἐπ' ἀγαθῷ, Thuc.lib.5, ἐπειδὴ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ὅτι καταδουλώσοιντο Πελοποννήσου ἀποστὰς καὶ ξυμμαχίαν ποιεῖται Ἀθηναίοις τοῖς τότε ἐχθίστοις πεποίηται. id est, ὅθεν συμφέρον τι, vt Schol. exponit. Aliquãdo & genitiuus addit, vt, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν, Xen. Pæd.7. id est, Commodo Cyri & Persarum. Interdum cum datiuo, vt Aristoph. Ranis, Ἐπ' ἀγαθῷ μὲν τοῖς πολίταις. Item, σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ. Xen. Pæd.3, σὺν ᾧ σῷ ἀγαθῷ παῖς πωρείας ποιεῖσθαι, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ. Id est, Cum tuo emolumẽto, aut cum tuo damno, siue detrimento. Opponit enim hìc ἀγαθὸν & ζημίαν.

Ἀγαθὸν cum infinitiuo. Hom. Il. ω, — ἀγαθὸν δὲ γαμεῖν τῷ ἐν φιλότητι μίσγεσθαι. Sub. ἐστί, i. Cõfert, Vtile est, Iuuat.

‖ Ἀγαθὰ (pluraliter) Bona, Opes, Copiæ, Facultates, Fortunæ. Lysias in oratione κατ' Ἀγοράτου ἐνδείξεως, Τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφέλετο ἃ ἐκεῖνος ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά. Significat & cuiusuis generis bona: vt apud Xenophontẽ Pæd.4, πολλὰ μὲν πρόβατα, πολλοὶ δὲ βόες, πολλαὶ δὲ ἄμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί. Id est, Multæ pecudes, multi boues, multa plaustra multis bonis referta.

Ἀγαθὰ, Commoda, Emolumẽta, Beneficia. Xenoph. Pæd.4, πολλοῖς δὲ πολλὰ ὀφείλει ἀνθρωποι προσφέρειν τὸ παντοῖον ἀγαθὰ διεπέπρακτο. Res secundas Cicero interpretatur, quum hanc Stoicorũ definitionem, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit, Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas. Atque hic substãtiuè ponitur ἀγαθοῖς. Interdum additur substantiuum πρᾶγμα, vt in loco Thucydidis modò citato.

Ἀγαθὸν vel ἀγαθὰ πάσχειν, Commodum vel commoda percipere, Beneficio siue beneficiis affici. ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, Beneficia conferre in aliquẽ. Lysias, τίς οὐκ ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τὴν ἀγαθὸν πείσεσθαι; Isocr. in Euag. encomio, καὶ πάσχειν καὶ παθεῖν πλεῖστ' ἀγαθά. Luc. in Toxaride, ἀλλ' ἑπέρ τ' ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο. Id est, Si quod aliud beneficium in vos contulerunt, Si qua in re præterea vobis commodarunt, Si quid præterea de vobis benemeriti sunt.

Ἀγαθὰ φρονεῖν τινι, Alicui cupere, Bene velle alicui. Hom. Od.α, — ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέων. & Il.ω, Οὐ μὲν γὰρ τοι ἐγὼ κακὸν ὀστεοδερὴς τίσ' ἱκάνω, Ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέουσα. Ἀγαθὰ, Virtutes, Dotes. Isocr. De pace, τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, πόνοις κτώμεθα καὶ τοῦ ὠφελείας ὧν δέομεθα τυγχάνομεν. Xen. περὶ ἱππικῆς, Οὕτω καὶ ἵππου πολεμιστέου οὐδὲν αὖ ὄφελος εἴη, οὐδ' εἰ πάντα πάντα ἀγαθὰ ἔχοι, κακόποιος δ' εἴη, id est Etiamsi alias omnes dotes habeat.

Ἀγαθὸς nullum comparatiuum nec superlatiuum habet (inquit Eustathius) propter significationem aduerbii ἄγαν illo inclusam: sicut nec ἥδιος, quia summam excellentiam denotat. nam vt διόπορος aut διόπατος non dicitur, ita apud nullum Græcum scriptorem ἀγαθώτερος aut ἀγαθώτατος inueniri scribit Ælius Dionysius. Citatur tamen ex calce cuiusdam epistolæ Synesii, τὸν ἀγαθώτατον ἑπτάρον πλεῖστά μοι πρέσβυ. Irregulares autẽ comparatiui sunt, βελτίων, ἀμείνων, κρείττων, ἀρείων, λῴων. Superlatiui, βέλτιστος, κράτιστος, ἄριστος, λῷστος. quorum comparatiuorum & superlatiuorum inuenies vnum quenque in βελτίων.

Ἀγαθῶς (aduerb.) Vtiliter, apud Hippocratem. συμφερόντως, Erotian.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, Bonitas, Probitas. vt à κακὸς fit κακότης.

Ἀγαθότης (inquit Bud.) pro θεότης, de Deo dictũ. Greg.155.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, Idem. At in Ecclesiastico nouè pro felicitate & rebus secundis vsurpatur. Scribi autem debet ita, non ἀγαθοσύνη per ο, secundum Moschopuli & aliorum quorundam regulam.

Ἀγαθικὸς, οῦ, ὁ, Adiect. ἀγαθικά Suidas exponit ἀποδεῖξα id est Proba, Rectè & cum virtute facta vel dicta.

C. Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, Boni principium, vel boni principatus. De Deo dicitur à Dionys. Areopagita. Hinc adiectiuum Ἀγαθαρχικός. vnde ἀγαθαρχικὴ τέχνη ab eodem appellatur. Ex ἀγαθὸς & ἀρχή.

C. Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, Bonorum dator, vel boni: ἀγαθοδόσις, fœm. gen. Bonorum datrix, apud Areop.

C. Ἀγαθοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Boni formam habens. Ex ἀγαθὸν & εἶδος.

C. Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, Bonorum delectus. Suid. Ex ἀγαθὸν & θέλω. Vnde ad verbum sonat, Bonorum voluntas. i. Ipsa affectio qua volumus quæ bona sunt.

C. Ἀγαθολογέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Bonum dico, vel Bene dico, siue Bene loquor de aliquo, Laudo aliquem. Cum accusatiuo, Eustath. Huic opponitur κακολογῶ. Ex ἀγαθὸν & λέγω.

D. Ἀγαθοποιέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα. Bene facio alicui, Bene mereor de aliquo, Beneficia confero in aliquem. cum accusatiuo. Aliquando absolutè, pro Rectè vel Recta ago. In vsu est præsertim apud Eccles. scriptores. Ex ἀγαθὸν & ποιῶ.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Bonum vel bona efficiens, Bonorum effector. vt, ἀγαθοποιοὶ ἀποῤῥοιαι, Alex. Aph. Exponitur & munificus, Beneficus, id est liberalis.

Ἀγαθοποιία, ας, ἡ, Boni efficientia, vel Bonorum effectio, seu Beneficiorum collatio.

C. Ἀγαθοπρεπὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Beneficus, Benignus. Ad verbum, Bonum vel bonos decens, Bonis conueniens. Ex ἀγαθὸς & πρέπω. Hinc aduerbium apud Areopagitam, ἀγαθοπρεπῶς, pro Benignè, Vt eum decet qui bonus est. Bud.

C. Ἀγαθοτελὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Bonum efficiens, seu perficiens: aut Perfectè bon⁹, ex ἀγαθὸν, & verbo τελῶ, aut nomine τέλος. ‖Hinc Ἀγαθοτέλεια, Boni efficientia: aut Boni perfectio: seu Bonitas perfecta. Citatur ex Dionys. Areopagita.

C. Ἀγαθουργέω, ῶ. Fut. ήσω. P. ηκα, Compositum verbum ex ἀγαθὸν & ἔργον, eadem formatione qua ἀνεργέω, συνεργέω, ῶ. Significat, Bene facio, Bene operor, Bonum siue bona facio. Item, Beneficus sum, Beneficentia prosequor.

Ἀγαθουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, siue Ἀγαθοεργὸς, Beneficus, Benignus. Areop. Ἀγαθοεργὸς προθυμία, apud Suidam. Promptitudo animi ad beneficentiã. Ἀγαθοεργὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Idẽ, apud Areop. Et ἀγαθουργικὸς apud eũdem sæpe de Deo. ‖Ἀγαθοεργοὶ, Qui ex equitibus exeunt quinque quotannis, vt Herodotus narrat. Sic apud Spartiatas. Hesychius. At Suidas ait esse qui ex ephoris deligũtur strenuitatis ergô. Vide Herodot. lib.1.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ, siue Ἀγαθοεργία, Beneficẽtia, Beneficium, Bonum opus.

C. Ἀγαθοφυὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Natura siue indole bonus. & Ἀγαθοφυία, Bonitas à natura proueniens. Ex ἀγαθὸς & φυή.

¶ Ἀγαθύνω, F. υνῶ. Bonum efficio, Bonum reddo, Beneficio afficio. Dionys. Areopagita. Iũgitur accusatiuo. At in Bibliis vsurpatũ est absolutè eo loco, ἀγάθυνον Κύριε τοῖς ἀγαθοῖς, Bonus vel Beneficus esto Domine erga bonos. Nisi fortè scriptum est malè ἀγάθυνον pro ἀγαθύνου.

Ἀγαθύνομαι, Pass. Bene afficior, vel bene affectus sum. In bonitatem sum pronus, Bonitatis sum particeps. In Bibliis, Nehem. cap.2, ἀγαθύνεσθαι ἐνώπιόν τινος, pro eo quod Hebraica verba sonant, Placere coram facie alicuius. Daniel.6, ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, pro, Gauisus est super eo. Quæ significationes ab etymologia ipsius verbi alienæ sunt. Habetur & aliis locis, sed non cõsensu omnium exemplarium.

Ἀγαλίζομαι, Bona dico, Bona loquor, Hesych. Aristophanes, δεῖ τοὺς ἑπάρους καὶ ἀγαθιζομένους λαθεῖν.

Ἀγάλλω, Fut. λῶ. Præt. αλκα, Orno, Insignio, Decoro. Ex ἀγάω ἀγῶ deductum, vt vult Eustathius, p.867. ideo Ἀγάω cũ toto suo comitatu illi præposui. Plato De leg. l.11, εἰς ὅπερ ἀγάλλει τὴν πομπὴν. Arist. in pace, καί σε θυσίαν ἀγαλῶ ἀεί. Dion hist. p.391, καὶ τοῦτο οἷς τέθεικα ἄθλοις ἀγάλλω. Suid. ἀγάλλων ἑαυτὸν exponit σεμνυνόμενος, id est Magnificè sese efferẽs. Itidẽ Hesychius ἀγάλλει exponit σεμνύνει. Suidæ autem ἀγάλλων ἑαυτὸν est σεμνοποιῶν.

Ἀγάλλομαι, Ornor, Decoror, signif. passiua: sed vsurpatur potius vt deponens, pro Exorno me. Hom. Il.σ, ἀγάλλεσθαι & ἐπαγλαΐζεσθαι pro eodẽ ponit. v.131, — τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὰς ἔχων ὠμοισιν ἀγάλλεται. ἠδὲ ἑῇ μὲν Δηρὸν ἐπαγλαΐεσθαι. i. Quibus se exornat. Vel, Quorũ ornatu se vendicat. Gal. Desquelles il se brague. Greg. in Epit. Basilii, ἀλλὰ μὴν ὅθεν πολεσιν ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσματα. i. Bud. interpr. Visendæ sunt, Visuntur & memorabiles sunt.

Ἀγάλλομαι τούτῳ, vel ὅτι τούτῳ, Glorior hac re, Iacto hanc rẽ. Herodot.1, αἱ δὲ δωδεκα πόλιες αὗται τῷ τεοῦ μαι ἠγάλλοντο. Thuc.3, καὶ τοῦ μὲν ἀξιοῦνται, ὅτι ὑπ' ἀγάλλονται. Xen. Symp. ὅτι νῦν μάλιστα ἀγάλλῃ; Qua potissimùm re gloriaris, & tibi places? Id est, μεγα φρονεῖς, vt ibidẽ loquitur. ¶Idem Xenoph. infinitiuo iũxit Ελλ.6, ἀγαλλόμεθα βοηθῆσαι αὐθράσιν ἀγαθοῖς. Thucyd. autem partic. p.152, τῆς τε πόλεως οὖν ἕκαστος παρεσκευάζετο ὅ τι χρὴ τεοθύμω ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγάλλεται. Quanquam posit etiam participiũ ἔχων à verbo separari. Hes. ἀγάλλεται exponit χαιρεῖ, & τέρπεται. de qua significatione statim dicetur.

Ἀγάλλομαι, Oblecto me re aliqua, Gaudeo, Exulto. cũ dat. rei. Hom. Odyss.ε, ἰῆς ἀγαλλόμενος Διὸς οὔρῳ. Sic de auibus dixit, Ἐνθα καὶ ἐνθα ποτῶντε ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι. Quod exponit Eust. χαίροντα τῇ πτήσει, καὶ ἐνεγρυφῶσα τοῖς πτεροῖς. Id est, Gaudentes volatu, & se oblectãtes pennis, quasi deliciis. Sic Hes. Theog. ἀγαλλόμενα ὁπῇ καλῇ, quod alibi τερπόμενα. Xen. οἱ δὲ γεραίτεροι τῶν νέων τιμᾶς ἀγάλλονται. Ἀγάλλεται & ἥδεται copulat, Pæd.8, ὅθεν τε τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοὶ ἀγάλλεται καὶ ἥδεται. Imitatus autem Gregorius Xenophontem dixit (inuerso tamẽ ordine) θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται καὶ ἀγάλλεται. ‖At nouè iunxit accus. Hoc verbum Apollonides, & ὃς ἀμεπεβάπτου fecit μεπεβαπτὸν lib.3 Epigram. de marito & vxore eodem in loco & eodem fere tempore tumulatis, Ξωὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θαλαμον. Id est, Lætitia prosequentes. ‖Nonnus autem infinitiuo iunxit, — ἰδεῖν ἠγάλλετο θυμῷ.

Ἀγάλλομαι quasi τρὸς ἄγω ἢ ἄγαι ἄλλομαι, ab Eustathio annotatur: quod si verum est, falsum fuerit quod idem alibi dicit, ἀγάλλω ab ἀγάω deriuari. nam ἀγάλλομαι ab ἀγάλλω fieri certum est.

Cõp. Ἐπαγάλλομαι pro simplici Ἀγάλλομαι, Exulto. Phocylides, Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' αὖ ἐπαγάλλεο χρήμ. Vt Lat. Exultare lætitia. Hom. Il.π, Μηδ' ἐπαγάλλου ὠδῖν πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι. Apud Basil. autem pro Superbio, Efferor. μὴ ἐπαγάλλεσθαι δυνασείαις, μὴ ἐπαίρεσθαι πλούτου ἀδηλότητι. Idem, ὅθεν τοῖς μέγα φρονεῖς, καὶ ἐπαγάλλῃ πατρίδι καὶ κάλλει σώματος.

Ἀγαλλότιμος, ου, ὁ, Magnificè honoratus, λαμπρῶς τετιμημένος, Hesych.

Ἄγαλμα, ατος, τὸ, à præterito passiuo ἤγαλμαι formatum, Ornamentum, Oblectamentum, παῖς ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, inquit Eustathius in Hom. Iliad. σ, — βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. Od. φ, Ἠέ σεο μέγ' ἄγαλμα, θεῶν θελκτήριον εἶναι. Id est καλλώπισμα, schol. Et Od.υ, — ἔνθα με θεῖος ἄγαλμα πολλὰ καὶ ἐσθλά. quod de donariis dictum est. Vt autẽ antea ostendi Homerum ἀγάλλεσθαι & ἐπαγλαΐζεσθαι pro eodem dicere, sic ἄγαλμα & ἀγλαΐσμα pro eodem ab Æschylo poni obseruaui in Choephoris, p.235 & 236 meæ editionis.

Ἄγαλμα apud Homeri posteros, Simulacrum, Statua: Herodot. lib.1, loquẽs de Persis, ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ πολυθρύλητοι ἱδρύσασθαι. Plato, ἀλλὰ πάντες ὡς τῶν ἀγαλμάτων ἐθεῶν τεκτονικόν. Ponitur & pro imagine picta. ita enim appellari nõ solùm ἀνδριάντας sed etiã γραφὰς ait Suidas. Arist. tamẽ distinguit, Pol.7. scribens, μηδὲν μήτε ἄγαλμα, μήτε γραφήν. Cicero apud Plat. ἀγάλματα, formas interpretatur. Vide meum Lexicũ Cic. pag. 40. Ἄγαλμα quomodo Ammonius à βρέτας & ξόανον distinguat, vide in ξόανον. ‖Vsurpatur & metaphoricè ἄγαλμα vt Simulacrum & Imago Latinis. Synes. Epist.123, τῆς ἱερᾶς σου καὶ γλυκείας ψυχῆς ὅτι μέσης καρδίας ἄγαλμα τεθέρεκε. Vide Ἄγαλμα τεφορέω.

Ἀγκυλόομαι, ῶμαι, in pass. voce. Recuruor, Incuruor. vt apud Aristophanē, ἠγκυλωμένος ὄνυχας, Recuruatus vngues, id est, Curuatos siue curuos habens vngues. Gal. ad Glauconem, πολλὰ δὲ ἤδη τελέως ἠγκυλωμένα τε καὶ κεκολλωμένα. Dicitur & κατηγκυλωμένος pro ἠγκυλωμένος à Gregorio De homine, εἰ μὴ δέοι σκολιῶν τινῶν ἀπορεῖν ὁ ἄτμος, ἀλοτέρας τε καὶ κατηγκυλωμένας τοὺς τοίχους ἐκφύει. Itē ἠγκυλωμένος, laborans morbo qui dicitur ἀγκύλη aut ἀγκύλωσις. Vide in ἀγκύλη. At ἠγκυλημένος ab Ἀγκυλόομαι vide post ἀγκύλη.

Ἀγκύλωσις, Verbale, Incuruatio, Recuruatio. Item peculiariter ἀγκύλωσις morbus quidam in articulis, apud Paulum Ægineta m, vt dicemus in Ἀγκύλη.

Ἀγκύλομαι, Idem quod ἀγκυλόομαι Hesych.

Composita, Ἀγκυλοβλέφαρον, Ἀγκυλομήτης, Ἀγκυλόπεζος, &c. vide singula suis locis.

ΑΓΚΥΛΗ, ης, ἡ, Iaculi genus. Suid. Hesych. Eust. vnde etiam μεσάγκυλον, ac fortasse idem valet vtrunq; Eustathius. Ita vsus videtur Euripides, videlicet pro iaculo, in Oreste, quum scribit, Ὁ μὴ πέσοις, ὁ σ' ἀγκύλας, Ὁ ὀξύς φέρων ὀνόμασιν χρεῶν ἔχων.

Ἀγκύλῃ fuisse lorum medio iaculo alligatū, (id Latinis amentum dicitur) videtur mihi ex his scholiastæ Euripidis verbis posse colligi. ἀγκύλας, τὰ ἀκόντια, ἀπὸ τῆς ἐπιγκυλίδος. ἢ δίδοται ἀπὸ τῆς κατὰ μέσον ἀγκύλης λαμβανόμενοι ῥίπτουσιν. vbi etiam notandum, existimare illum ἀγκύλην dictum esse ipsum iaculum ab ἀγκύλῃ significante lorū quod ipsi alligatur. Cuius tamen significationis nec Suidas nec Hesychius meminerunt. sed nec Eustathi⁹, quod sciam. licet is qui indicem in eius commētarios collegit, ponat, ἀγκύλη, λαβὴ ἀκοντίου & εἶδος ἀκοντίου, i. Ansa iaculi, & Genus iaculi. quum Eust. in iis, ad quos index remittit, locis, dū taxat dicat iaculi genus esse. Et eum qui indicem illum collegit, alibi quoq; in eo posuisse alia quàm essent in textu, nonnunquam addendo, interdum detrahendo, sæpe mutando, nonnunquā contraria etiam scribendo, non sine magna molestia animaduerti. Sed hîc siue de suo hanc significationem addidit, siue ex aliquo Eustathii loco sumpsit, vera est sanè, vt ex illis schol. Euripidis verbis apparet. Quinetiam ἀγκύλῳ dictam fuisse ansam aliorum iaculorum (id est lorum illis alligatum, quo prehendebantur) ex his Strabonis verbis colligo, lib. 4, ἔστι δὲ πρόσφωνον ἀκόντιον ξύλον, ἐκ χειρὸς ἀνιὸν ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον. Festus amēta esse ait, quibus, vt mitti possint, vinciuntur iacula. Seruius amentum vult esse lorum quo media hasta religatur & iacitur: vbi obserua, quod dicit, media hasta religatur, conuenire cum eo quod ab Euripidis scholiaste dicitur de iaculo, ἀπὸ τῆς κατὰ μέσον ἀγκύλης. Iā verò & Xenophon de collariis canum loquens, dixit, οἱ δὲ ἱμάντες ἀγκύλας ἔχοντες τῇ χειρὶ, id est ansas, lora videlicet quib⁹ digiti inferi possent. Sed & Hesychius ἀγκύλας testatur dictos ἱμάντας ἐν κρηπῖσιν, id est lora in calceis: videlicet per ἱμάντας, id est lora, corrigias intelligens. Et rectius fortasse ac magis propriè verba illa ἱμάντας ἐν κρηπῖσιν interpretabimur, solearū amenta. Denique ἀγκύλη la tè patebat, fortasse & ad lorū quo ligamina seu vincula diuersis rebus fiebant, id est diuersa amenta.

Ἀγκύλη, Incuruatio cubiti, Inflexio cubiti. ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος, inquit Hesychius. Idem paulo pòst, πότε δὲ ἀγκύλη, τὸ ἐν τῷ τῆς (melius legetur τοῦ) ἀγκῶνος, id est, Pars interna cubiti. Hæc ille. Accipitur autem in illa priore significatione in Hippiatria, videlicet pro Curuatione cubiti. Quòd si accipiamus ἀγκύλην pro interiore parte cubiti, ideo, vt opinor, hoc nomen habebitquòd ea sit quæ curuetur. Huc referendū videtur & quod ait Suidas, ἀγκύλῳ significare opus quoddam tabernaculi Moysis. id est, opificium quoddam circa structuram tabernaculi. hoc autem dicit quia LXX Interpr. vocem Hebraicam מזלף transtulerūt ἀγκύλας: Exod. cap. 26, καὶ ποιήσεις ἀγκύλας ὑακινθίνας ὅθεν τοῦ χείλους τῆς αὐλαίας ἡ μιᾶς. quæ vox subinde postea repetitur. Nomen autē Hebraicum, pro quo illi ἀγκύλας posuerunt, à viris linguæ illius peritissimis Gallicè explicatur *lassets*. quæ & ipsa vinculorum genus sunt: ideo huc referendam & hanc Suidæ annotationem putaui.

Ἀγκύλη (inquit in lex. Budæus) pro suffragine accipi videtur apud Basil. vel potius pro poplitis flexu. Sic Theodor. in hist. Eccles. 5, ἄλλοι παῖ ἀγκύλας ἐκκεκομμένοι τὰς δεξιὰς, id est Poplitibus dextris succisis. Est autem vicina hæc significatio proximè præcedenti.

Ἀγκύλη, Genus poculi, inquit Athen. lib. 15. Hesychius ait esse genus poculi cottabis aptum. Item Aristophanis scholiastes ait ἀγκύλῳ appellari ipsam cottabi proiectionem: aliter quàm Athenæus, qui non ἀγκύλῳ sed ἀπ' ἀγκύλης appellari eam tradit. hinc ἀγκυλητὶ κότταβοι apud eundem, pro quo corruptè apud Aristoph. enarratorē ἀγκυλητοί. De his omnibus copiosè tractabimus, Deo fauente, in voce κότταβος, à cuius explicatione pendent hæ significationes: ea autem satis multis verbis indiget.

Ἀγκύλη, media pars hastæ exponitur in vulg. Græcolat. lexicis, etiam in nouissimo: sed falsam esse puto hāc expositionem & per errorem positam, ex verbis scholiastæ Euripidis (quæ paulo antè citauimus) non intellectis. Cæterùm posui nomen hoc ἀγκύλη post ἀγκύλος, quòd quasdam significationes habeat quæ vocis ἀγκύλος apertè significationem retinent. fortasse verò eā & in aliis retinet, vt quū iaculi quoddā genus declarat. Esse autem ἀγκύλος antiquiorem vocem quàm ἀγκύλη, verisimile est.

Ἀγκύλαι præterea dicuntur cōtracti articuli, inquit Celsus lib. 5, his verbis, Igitur Euticlei est & ad articulos, & ad omnem dolorem, & ad vesicæ, & ad recēti cicatrice cōtractos articulos, quas ἀγκύλας Græci nominant. Sic Paulus Ægineta ἀγκύλας & ἀγκυλώσεις vocatas ait articulorū astrictiones, τοὺς ἐξωδυνωμένους ἀρθρῶν καταχάς. Idem, ἀλλὰ τὰ μὴ ἰσχυρῶς θεραπευτικὰ καὶ μαλακτικὰ καὶ τοῖς ἠγκυλωμένοις καὶ στραβωμένοις ἁρμόζει. vbi ἠγκυλωμένοις vocat eos qui huiusmodi ἀγκυλώσεσι vel ἀγκύλαις laborant.

Ἀγκύλη ἐν γλώσσῃ, siue Ἀγκύλιον, vel composita voce, ἀγκυλόγλωσσον, est Ægineta (inquit Bud.) vitium linguæ. vide Ἀγκυλόγλωσσον.

Ἀγκύλιον, ου, τὸ, Diminutiuū, Hamus catenæ. ἀγκύλια, οἱ κρίκοι τῶν ἁλύσεων. Itidē verò LXX interpr. κρίκοις in loco modò citato posuerunt quum vncinos significare vellēt.

Ἀγκύλια, Ancilia, Genus quoddam scutorum seu peltarum, vt Plut. vult in Numa. Vox est Latina Ancile, non Græca: cuius tamen alii etymologiam è Græco sermone, alii è Latino petunt. Vide igitur Latinos grāmaticos, & Plutarchum in Numa.

Ἀγκύλιον, ου, τὸ, Vitium quoddā in lingua, quod & ἀγκύλη dicitur, & ἀγκυλόγλωσσον, vide infrà ī Ἀγκυλόγλωσσον.

Ἀγκυλέομαι, ῶμαι. F. ήσομαι. P. ημαι, vnde ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος, apud Athenæū. ἠγκυλημένος, id est, Budæo interprete, Manu tenens quasi iam vibraturus: vt δινηκυλημένος. Ita in lex. Budæus. Sed notandum est hîc metaphoricè dici κεραυνὸν ἠγκυλημένος. propriè enim dicitur de iaculo quod ἀγκύλῃ (id est amento, vt antea docuimus) est religatum. Frequentius vsurpatur vox composita ἐνηγκυλημένος aut διηγκυλημένος. Plutarchus, ἰδών τινα τοῦ τραπεζοποιοῦ τὸ ἀκόντιον ἐνηγκυλημένον. id est amētantem. & fortasse quod Lucanus dixit, iaculum amentauit habena, Græcè dici possit, τὸ ἀκόντιον ἠγκυλήσατο, vel διηγκυλήσατο, vel ἐνηγκυλήσατο.

Ἀγκυλόομαι, ῶμαι, vnde Ἠγκυλωμένος, qui morbo laborat ἀγκύλῃ & ἀγκύλωσις dicto. vide suprà in Ἀγκύλη.

Ἀγκυλίζομαι, Iaculor. propriè Iaculū ἀγκύλῃ dictū vibro.

Ἀγκυλιστής, οῦ, ὁ, Iaculator, ἀκοντιστής, Etym. Eustath.

Ἀγκυλόγλωσσον, ου, τὸ, Appellat Ægineta vitiū linguæ aut congenitū, astricta lingua infanti nascenti mēbranulis quibusdam duriusculis & breuioribⁿ: aut agnatū id est accidentarium, quum vlcus sub lingua cicatricē duriorem obduxit. Est autem vinculum neruosum quod filum vulgariter nuncupatur. Eximitur autem hoc vitium instrumento chirurgico, quod ἀγκυλοτόμον appellant. Hactenus Bud. Ægineta autē verba sunt ista, ἀγκυλόγλωσσον πάθος ἐν τῇ γλώσσῃ ποτὲ μὲ ἐκ φύσεως γίνεται, καταχομένων πωὶ γλώσσαν ὑμένων σκληροτέρων καὶ κολοβωτέρων ποτὲ ἢ ἐξ ὀδηκτήματος, οἷόν τινα ἰλὺν σκληροτέραν ἐπὶ αὐτῷ ἐξ ἑλκώσεως ἐγκυμανθῆναι. ἔστι δὲ νευρώδης δεσμός. ὀνομάζεται δὲ ἀγκύλαι καὶ ἀγκύλια ἐν γλώσσῃ. Obserua autem hic, perinde esse siue quis dicat ἀγκυλόγλωσσον cōposita vòce, siue separatim ἀγκύλιον, aut ἀγκύλιον ἐν γλώσσῃ. ‖ Dicuntur & ἀγκυλόγλωσσοι ii qui hoc vitio laborāt, appellati etiam μογιλάλοι, quia μόγις διαλέγονται, inquit Actius.

Ἀγκυλοτόμον. q. d. Ancyles incisorium. Instrumentum chirurgicum quo tollitur ἡ ἀγκύλωσις τῆς γλώσσης, & membranæ quæ linguam vinciunt & contrahunt, rescindunturⁿ. ET Ἀγκυλοτόμος genere masc. Bud. ex Ægin. lib. 6.

Ἀγκυλόπεζος, ου, ὁ, Iaculo dicto ἀγκύλῃ, & arcu pariter vtens, secundum quosdam.

Ἀγκυλιδωτὸν, pro ἀγκύλην ἔχον apud Hippocratē, id est, Ansulatum, siue Ansulam vel annulum habens. Dictum est autem de curru. Gor. Sed apud Galenum (vnde postrema hæc verba sumpsit) pro ἁρμαπὸς legendum est κορτώματος, ex vet. cod. quam lectionē in meo dictionario medico habes.

ΑΓΚΥΡΑ, ας, ἡ, Ancora. Hinc ἄγκυραν ἀίρειν, inquit in lex. Budæus, Ancoram soluere, vel potius eximere, euellere, tollere: quod fit quū in altum nauis agitur è littore. Plut. in Pōpeio, ἄγκυραν ἀίρειν καλοῦσας, ἡνίκα δόοιτο, πλεῖν αἰτίας, ἢν οὐκ αἰτίας. Hactenus Budæus. Videtur autem significare idem ἄγκυραν siue ἀγκύρας ἀναιρεῖσθαι, vt apud Athenæū 15, τὰς ἀγκύρας αἰωρομένους, εἰρεσίᾳ τε πάσῃ χρωμένους, ἀπαίρειν οὐ δυνάμενοι. Sic Leonidas in epigr. quodā, Ἀγκύρας αἰνέλοιο χθὼ ἠχούσαμο γύαια. vbi etiam obserua υ in hoc nomine produci. ‖ Metaphoricè etiam vsurpatur pro præsidio. vt apud Euripidem Hecuba filium suum vocat ἄγκυραν οἴκων, præsidiū & quasi columen suæ familiæ. Hinc Aristid. in Panathenaico, πάντες ὅθεν δυεῖν ὁρμεῖν ἔδοξαν οἱ Ἕλληνες, id est, duabus nixi esse ancoris, quasi gemino fulti præsidio, inquit Erasmus. quem etiam vide in prouerbio ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν, id est Sacram ancoram soluere. Lucianus, μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔπι ἄβροχος. quæ verba exponit Erasmus ita, Mihi fortassis vna illa ancora adhuc superest integra. Id est, Illud mihi adhuc superest quò possim confugere. Budæus autem in lex. sic explanat, Nōdum omnia expertus sum, Nondum omnia consumpsi defensionis subsidia. Significāt porro ad verbum illæ Luciani voces, Vna mihi fortasse illa ancora adhuc non madefacta est.

Ἄγκυρα, Vncus. Theophrastus de amputatione loquens, τὰ δὲ χρῶτα ἐν ἀγκύραις ποιοῦντες ἀφαιρεῖν.

Ἄγκυρα, Membrum genitale, apud Epicharmum: Cypriis autem ita dicitur triobolum. Hes.

Ἄγκυρα, In qua ficus capiūt. Hes. At Suidas ἀγκύριον dicit esse σκεῦος ἀγρευτικὸν σύκων.

Ἄγκυρα, Nomen vrbis Galatiæ, aut Phrygiæ, cuius ciuis dicitur Ἀγκυρανός. Steph.

C. Ἀγκυροβόλιον, Ancora, vt Bud. interpretatur. Ait Suidas esse ferrum nauigii. Plutarchus, ἐπιφερομένοις τοῖς πεζοῖς ἀγκυροβόλιον σάλου καὶ πλάνης. Ab ἄγκυρα & βόλος (vnde βόλιον) videtur factum, & ad verbum sonare, Ancoræ iactus. nā & Eustathius annotat, ex Homerico ἄγκυρας βαλέειν, id est Ancoras iacere (accipiendo poetico more ἄγκυρας pro ancoris) compositum fuisse à posteris ἀγκυροβόλιον. vbi etiā obserua ἀγκυροβόλιον legi, nō ἀγκυροβόλιον. sed in hac voce, vt in aliis multis, ι & ο locū habent. Sunt qui ἀγκυροβόλιον esse scribāt instrumentū ad iaciendam vel tenendam ancoram.

C. Ἀγκυρόβολον, ου, τὸ. Phœnices ἀγκυρόβολα vocabant cœnas quas publicanis apparabant, vt inquit Hesychius. Idem addit, esse etiam mercedē quam in portu exigebant. Apud eundem Ἀγκυροβολῶ, δειπνῶ.

C. Ἀγκυροειδής, ἐος, ὁ ἢ ἡ, Ancoræ formam habens. Ex ἄγκυρα & εἶδος.

C. Ἀγκυρομήλη, ης, ἡ, exponunt Galenus & Erotianus ἄγκυρον apud Hippocratem.

C. Ἀγκυρουχία, ας, ἡ, Ancoræ retentio. non retētio qua ancora retinetur, sed actiuè, qua ancora retinet nauem. Æschyl. in Supplic. p. meæ editionis 333, — οὐδὲ ἐν ἀγκυρουχίαις Θαρσοῦσι ναῶν ποιμένες παραυτίκα. vbi schol. exponit πάσῃ ἀσφαλείᾳ, id est præsidiis: & καταχαῖς τοῦ ἀγκυρῶν, id est retētionibus ancoratū, eo (vt opinor) sensu quem dixi.

¶ Ἀγκυρόω, ρῶ. F. ώσω. Ancora siue ancoris firmo, aut fūdo. Vnde per metaphoram ἀγκυρωτὴς λόγος Epiphanii, q. d. ancorata oratio. i. quæ fidei Christianæ ancoræ vicem præbet, ad eam aduersus eius hostium impetū firmandam & fulciendam.

¶ Ἀγκωλίζω. F. ίσω. P. ικα, Supplātio. verbum est palæstricū, id est ad palæstram pertinens, vt inquit Aristoph. scholiastes, in hæc verba quæ leguntur in Equitibus, — δεξιὰν ἀγκωλίσας, Εἶτ' ἀποστρέψας τὸ ὦμον, αὐτὸν ἐνεκολάβησας. Necesse est autē per metaphoram id significet hoc verbum, quam tamen non aperit, sed inter cætera ait, μπακαλεστὰ, ὀμος, ἀπὸ τῆς ἀγκύλης καταλαβὼν, ὅπερ ὁρᾶν ἀκοντίου εἶδος. secundum quam expositionem ἀγκωλίζω diceretur, non ἀγκωλίζω.

Ἀγκώλισμα, ατος, τὸ, Verbale nomen, Supplātatio. Est quoddam genus artificii in lucta, inquit Aristoph. schol. Itē Suid. Addit vterque esse instrumentum ad capiendos ficus.

¶ Ἀγκώλιον, ου, τὸ, Diminutiuum, Ancora parua. Lucianus, ἀγκώλιον αἰαστάσαντας.

Ἀγκώλιον, Nomē vrbis Italiæ, cuius ciuis Ἀγκώλιος aut Ἀγκωλιάς appellatur. Suid. Addit Stephanus his duobus tertium Ἀγκωλιαῖος.

ΑΓΚΩΝ, ῶνος, ὁ, Cubitus, siue Cubitum. Tradunt propriè esse locum curuaturæ seu flexus brachii, ἀπὸ τοῦ ἀγκᾶσθαι (ita enim legendum, pro ἀγκεῖσθαι) ἑτέρῳ ὀστέῳ τὸ ὄστεον. id est, quòd superiaceat vnū os alteri: sed pro toto cubito accipi. Iul. Pollux ait πῆχυν duo habere ossa, alterum crassius, alterum min⁹. & vbi cum lacerto velut compage quadam committuntur, totum vocari ἀγκῶν. Galenus in libro περὶ χρείας μορ. 2, refert Hippocratem dicere ἀγκῶνα esse quo innitimur. Sic apud Homerum legimus Odysseæ ξ, Η', καὶ ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν ἐρείδων. Vbi annotat Eustathius subaudiendum esse & πῆχυν. Perinde est enim, inquit, ac si quis dicat super fundamento esse rectum. vt enim illic parietes tacentur, ita & hîc πῆχυς. Sic idem Hom. Il. κ, Ὀρθωθεὶς ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν ἐπαείρας. Apud Athenæum, l. 4, ὀκνεῖν τὰ ἀγκῶνα ὅθεν τὰ περὶ κεφάλαια ἐρείδεν. Et quoniā vbi nexus est lacerti ac cubiti, ibi nominatur tota iunctura ἀγκών, hinc γαλιάγκονες ab Hippocrate appellantur qui sunt breuibus lacertis, inquit Cam. ex Polluce. Vide infrà γαλιάγκων.

Ἀγκῶν, vt volunt quidā, significat etiam τὸ ὀπισθαμπὲς τῆς χειρὸς, id est curuaturā manus. Ac puto ita accipi apud Hom. Il. λ, Νύξε δὲ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν. adeo vt non rectè verterit illic Valla Subter cubitum. Bud. in lexico suo ita scriptum reliquit, Ἀγκῶν ponitur & pro quocunque flexu membrorum: vt ἡ χεὶρ περιπέπτωκε τῇ πλευρᾷ, πρὸς τὸν ἀγκῶνα τοῦ ὤμου. In equis genuum flexuræ sic appellantur in Hippiatria, ἵππου φλεβοτομεῖν ἐκ τοῦ ἀγκῶνος καὶ βραχίονος.

Ἀγκῶνας Vitruuius appellat conflexum qui rectum angulum describit. Transfertur & ad alia. Vnde Plinius Latinè cubitum appellat, lib. 3, de Ancone vrbe Italica loquens, vulgo nota, In ipso, inquit, flectētis se oræ cubito fita. his verbis significans cur ἀγκῶν dicatur. Et l. 2, Conflexa in cubitos, aut cōfracta in humeros. sic enim Hermol. emendauit. Vt enim in parietibus ἀγκῶνες, ita & in promontoriis dicuntur. Hactenus Bud. in prior. ann. in Pandect. Sciendum est autem ab Hom. ἀγκῶνα πήχεος (ad verbum, cubitum muri) appellari angulum, id est prominentiam angularem, & per hoc formam quandam cubiti habētem: quidam anfractum interpr. Talem autem cubitum alibi apertius exprimit, dicēs πύργῳ ὅθεν περὶ τοῖχον, id est, In turre prominente, hoc est, eminētiā quandam habente angulo similem, qualem cubitus inflexus efficit. Hæc Eustathius in illum Il. ο versum, Τεῖς μὲ ἐπ' ἀγκῶνος βῆ τείχεος ὑψηλοῖο Πάτροκλος. Notandum est autem, non solùm muro, (vt in illo loco) sed etiam flumini dari ἀγκῶνα ab Herodoto. Nam in Euterpe Νείλου ἀγκῶνα, Nili flexum seu brachium appellat: vt in Clione ἀγκῶνας de muri flexibus dicit. Cam. Hic autem Nili ἀγκῶν dedit locum prouerbio, Λυκὸς ἀγκῶν, de quo lege Erasmum.

Α Ἀγκῶνων appellatio transfertur & ad littorum sinus (inquit Camerarius) vt apud Soph. in Aiace mastig. Οἱ δὲ ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' αὐθημίους Ζηπεῖτ' ἰόντες. Schol. τοὺς ἄκρας τοῦ ὁρῶν exponit. Item ἀγκὼν, rupiũ siue petrarũ sinus, apud Apoll. Argon. 2. Item ἀγκὼν, Flexus scorpionum ac catapultarum. Cam. Item ἀγκῶνες cornua citharæ in vulgaribus lexicis exponitur ex Hesychio. Item, secundum eadem vulg. lexica in foribus pars quæ alio nomine θεσσυεὶς appellatur.

Ἀγκὼν item nomen vrbis in agro Picentino: de qua p aulo ante, ex Plinio. Huius ciuis appellatur Ἀγκώνιος, B
siue Ἀγκωνίτης, inquit Steph. Vt autem ab ἀγκὼν dicta est vrbs Ancone, sic & Ancus Martius, secundum Seruium. Ἀγκῶνας præterea vocabant Carthaginienses tenebricosum quoddam domicilium in regia Gelimeris in quod detrudebantur omnes quibus infensus esset hic tyrannus. Festis Suidas: apud quem paulo plura.

Ἀγκωνίσκος, ου, ὁ, Diminutiuum, Paruus cubitus.

Ἀγκωνίσκος, metaphoricè, Exod. 26, δύο ἀγκωνίσκοις τοῦ τόλω τοῦ ἑνὶ ἀντιπίπτοντας ἕτερον τοῦ ἑτέρου. Vbi vetus interpres incastraturas vertit: quidã recẽtiores, dẽticulos: alii cardines: alii, ex Vitruuio cõmissuras & catenationes.

Ἀγκωνίσκοι, inquit Suidas, σκεῦη πυμφρηκτικά, id est, Instrumẽta ad afficiendũ supplicio. Instrumẽta tortoria.

C Γαλιάγκων, Qui est breuibus lacertis. Γαλιάγκωνες ab Hippocrate τοὺς ἐρρῶν vocãtur Qui sunt breuibus lacertis, siue ἀπὸ τοῦ γαλῶν, id est à felibus, siue aliunde ducto nomine, inquit Gal. Apud Poll. γαλιαγκὼν scriptum est, non γαλιάγκων.

Ὑπαγκώνια, Cubitalia, Quæ cubitis supponuntur (vt ὑπαυχένια, Ceruicalia, Quæ ceruici supponuntur) apud Gal. Com. in 2. τοῦ ἀγκῶν. Cam. D

Ἀγκωνίζομαι. F. ισομαι. P. ισμαι, Sinuo me, vel Sinuor, Per sinus quosdam quasi flexus me verto. De fluuio dictum ab Eustathio in Dionysium De situ orbis pag. 139.

C. Ἀπαγκωνίζομαι, Cubitos intendo, Hes.

C. Διαγκωνίζομαι, Cubito innitor, Sedeo in cubitum reclinatus, vel recumbens, vt Suid. διαγκωνισάμενος exponit ἐπὶ ἀγκῶνος καθίσας, hoc in loco, ὁ δὲ διαγκωνισάμενος ὅπερ τὸ ἀκλινοῦς, ἀποβλεψάμενος εἰς, &c. HINC Διαγκωνισμός, Reclinatio in cubitum. E

C. Ἐξαγκωνίζω, Manus lateribus insero, vt cubiti emineãt. Aristoph. in Concionant. ἐξαγκωνιεῖ in Attico fut. dixit, quod schol. exponit τὰς ἀγκῶνας ὑπὸ τὰς πλευρὰς πιέσει.

Quidã (inquit Cam.) interpretantur, Inseram manus lateribus, vt cubiti emineant, quo in gestu quendam afatum Plautus appellat. Quidam maluerunt, Cubitum explicabo & præbebo manum: sed prius verius esse videtur. Hæc Cam. Locus autem Plauti est in Persa, vbi Afatum ambulare & Subnixis alis inferri pro eodem ponuntur. F

C. Ἐπαγκωνίζομαι ab Hesychio exponitur ἐπαναγκάζομαι, si mendo carent exempl.

C. Παραγκωνίζομαι, Cubito repello siue submoueo, aut arceo. Budæus interpr. Importunè cubito propellere, & obuios vel admotos protrudere, citans hunc Luciani locum in Timone, vbi de quodam helluone dicitur, ὥστε παραπαίζων ὡς ἀπὸ ἱππίνου τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνίζοντος. Alciphr. in epist. παραγκωνισάσθαι τοὺς ἑταίρους βουλόμενος, χρυσίον πέμπεις, id est, summouere ab amica & longè amoliri, inquit idem B. Capitur & generalius pro Repudio, vt & διακρούομαι. G

Α Ἀγκοίνη, ης, ἡ, Vlna, ἀγκάλη. Et frequentius Ἀγκοῖναι in plur. idem quod ἀγκάλαι, Vlnæ. Poeticum est. Od. λ, Γείνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μνηστῆσα. Iul. in Epigram. Ἐν χθονὸς ἀγκοίναις ὤλετο μητρὸς ἀναγκαίας. Ex ἀγκὼν fit ἀγκώνη, ex quo ἀγκοίνη, mutato ω in οι. Eust.

Ἀγκοινίζω, Vlnis amplector, ἀγκαλίζομαι.

Α Ἄγκαι, αἱ, Vlnæ, inusitatus nominatiuus, secundum H
quosdam, à quo accusatiuus ἀγκὰς apud Homerũ & alios poetas. vt ἀγκὰς ἑλὼν, Od. η, Αὐτὰρ ἐγὼ θοῦριν ἀγκὰς ἑλὼν νεὸς ἀμφεφίασα. vbi Eust. annotat pro ἀγκὰς ἑλεῖν alibi eum dicere τοῦ πλεξίων αἱ. Sic — ἀγκὰς ἔμαρψε, Κρόνου παῖς ἰωὴ δὲ θόρε κοίτην, Il. ξ. Sic — ἀγκὰς ἑλαβέτο θυγατέρα ἑῆν, Iliad. ε. Dicitur & ἀγκὰς ἔχων, vt Il. ξ, — ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν, Habebat in vlnis, Habebat in amplexu. Et ἀγκὰς

in Romulo, χάρπυ καὶ ὕλης ἀγκαλίδα κοντῷ τοῦ κειμένου αὐέ χων. μανίπλα τοῦτο Λατῖνοι λέγουσιν. Hesychio ἀγκαλίδες sunt αἱ τοῦ φρυγάνου δέσμαι, ἢ μελέτες, vocãti δέσμας fasciculos, non vincula, vt exponitur in vulg. lex. Respõdet Gallicæ Vne brassee. Est enim ἀγκαλὶς fasciculus propriè quem ἐν ἀγκάλαις gestare possis: at Manipulus respondet potius Gallico Poignee. Latius tamen vsurpatur ἀγκαλὶς, vt ex compositis ἀγκαλιδαγωγὸς & ἀγκαλιδοφόρος apparet. Et Eustathius quoq; scribit ἀγκαλίδα esse δεσμὸν non solùm ξύλων (quod habet & Pollux) sed & θιούτων πνοῆς, pag. 1283. Etymolog. scribit quidem ἀγκαλίδας esse φρυγάνων δέσμας, sed addens, ἀγκαλὶς, ἄχθος. Quam expositionem habet & Hesychius. Vide Poll. pag. 179. ‖ Idem Hesychius addit & δρέπανον significare Macedonibus, id est falcem. B

C. Ἀγκαλιδαγωγὸς, ὄ, ὁ ἀγκαλίδας ἄγων, Qui manipulos seu fasciculos (propriè φρυγάνων) vehit nauigio aut super iumento. Et Polluci 279, sunt asini ἀγκαλιδαγωγοί, sicut homines ἀγκαλιδοφόροι. Apud Etymol. autem mẽdosè legitur ἀγκαλιαγωγοί. VNDE Ἀγκαλιδαγωγεῖν, Vehere &c. Eust. ex Pausania. C

C. Ἀγκαλιδοφόρος, siue Ἀγκαλιδηφόρος, Qui manipulos portat, siue fasciculos. Et latiore significatione, Baiulus. Pollux pag. 82 ἀγκαλιδηφόροι habet, at pag. 279 ἀγκαλιδοφόροι, quod malo, & verius esse existimo. HINC Ἀγκαλιδοφορεῖν, Manipulos portare, siue fasciculos, Baiulum esse.

C. Ἀγκαλιδοπώλης, ου, ὁ, Qui vendit illos manipulos, Etymol. Pono autem post ἀγκαλιδοφόρος (quum ordine alphabetico præcedat) ob vicinitatem significationis quæ est τῷ ἀγκαλιδοφόρος cum ἀγκαλιδαγωγὸς, ob quã etiam grammatici vtriusque vocis mentionem simul faciunt. D

C. Παραγκαλίζομαι. Dicũtur ἀγκαλιδοφόροι (de quib? modò dictum est) παραγκαλίζεσθαι quum de onere suo aliquid subducunt. ita enim hæc Pollucis verba interpretatur Camer. παραγκαλίσασθαι δὲ, τὸ τοὺς ἀγκαλιδηφόρους αὐτοὺς τοῦ παραφορτίσασθαι. Cæterùm hoc compositum post ἀγκαλὶς posui quod fasciculum declarat, non post ἀγκάλη (vt reliqua) significationis rationem habens. E

¶ Ἄγκαλος idem quod ἀγκαλὶς, Fasciculus. Homerus hymno in Apollinem, Τῶν πέπ σωθήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης. Vbi obseruandum est σωθήσας, confirmans illud quod dicunt grammatici, ἀγκαλίδα esse δέσμαν seu δεσμὸν ξύλων. Scribitur & ἀγκαλός.

¶ Ἀγκαλίναι (Argiuorum lingua) ἀγκάλαι, Vlnæ. Hes.

Α ΑΓΡΟΣ, οῦ, ὁ, Rus, Ager, quæ vox ab illa deducta est. vt Fabius docet. Hom. Od. α, — ἐπ' ἀγροῦ νίσομαι πόλιος. Aristot. Polit. ς, διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι πόλεις, ἀλλ' ὅτι τοῦ ἀγροῦ οἰκεῖν τὸν δῆμον ἄριστον ὄντα. Prouerbium est, ἀγρὸν πᾶν πόλιν ποιεῖς. Aliquando Ager quẽ quisque poniset, Odyss. ψ, Ἀγρόνδε ἡμέτερον πλυδεῖ δρέον. Sic Latini dicunt Ager meus, Rus meum. Possumus ἀγρὸν etiam fundum siue prædium interpretari. Hesychius exponit χωρίον, χρέμον. B

Ἀγρὸς, Rusticitas. vt ἀγροῦ πάνυ, Plenus rusticitate, Hesychius. Est item prouerbium apud Suidam, οὐδὲν ἀγροῦ λέγεις, Nihil ex agro dicis. pro eo quod est, Nihil vile loqueris, aut, nihil vulgare. C

Ἀγρόθεν, ἀγρόθεν, Ἀγρόνδε, Aduerbia præsertim apud poetas: (Pollux ait esse Atticas formationes) pro quibus in soluta oratione vsurpatur sæpe nomen ἀγρὸς cum præpositionibus ἐν, ἐξ, εἰς. vt ἀγροῖ, In agro, Ruri, ἐν ἀγρῷ. ἀγρόθεν, Ex agro, Rure, ἐξ ἀγροῦ. Ἀγρόνδε, εἰς ἀγρὸν, In agrum, Rus. D

Composita ex ἀγρὸς hic omissa, vide pag. seq. Dici autem ἀγρὸς ait Etym. τοῦ πᾶν ἄγραι (at ego potius ἄγραν dici τοῦ ἀγρεῖν) aut τοῦ πεῖν τὸ ἀγρόπειν, quasi θρὸς, ex quo ἀγρός. E

Ἀγρέδιον, ου, τὸ, Diminutiuum, Agellus, apud Arrianum. Hesychius ait esse & loci cuiusdam nomen apud Ætolos. F

Ἀγρότερος, ου, ὁ, Rusticus, Agrestis vir, accipiendo Rusticũ siue Agrestem in propria significatione. vt in hoc versu, Πλῆθος δ' ἀγροτέρων ἀλίου θοινήσαιτο θύρης, id est, Rusticorum turba. ἀγροτέρα ἐλαία, in epigramm. pro ἀγρία, Latinè Agrestis olea. Homerus ἄγρας, id est capras, ἀγροτέρας dicit ad differentiã τῶν ἡμέρων, id est cicurũ. vt sint ἀγρότεραι quasi ἀγελώτεραι, sicut ex ἀγρὸς fit ἄγριος, vt ait Eustathius: qui alibi ἐλάφους, id est ceruas, ἀγροτέρας dici ait ἁπλῶς, id est simpliciter: hoc est, non ad differentiam: aut ἀγροτέρας quasi ἀγηροτέρας, quòd non citò senescant. Idem in illum Homeri versum, Iliadis β, Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων, annotat, ἀγροτέρας dici quæ non educantur domi ob raritatem, sed in armẽtis, ob multitudinem: alios autem exponere, Quæ non facilè domãtur ob feritatem: alios, Quarum vsus est in agris, siue ad rustica opera idoneas. Hæc Eustathius. At ego existimo αἶγας ἀγροτέρας, vt & ἡμιόνους ἀγροτέρας, eadẽ planè ratione dici ab Homero qua σύας ἀγροτέρους, ad differentiã videlicet τῶν ἡμέρων siue οἰκοτραφῶν: & vt σύας ἀγροτέρας interpretari possumus sues agrestes, ex Latino quodam poeta: ita & αἶγας & ἡμιόνους ἀγροτέρας, capras & mulas agrestes: ceruas autem ἀγροτέρας, nõ, quasi ἀγηροτέρας dici, sed quòd natura agros & syluas colant, (vnde & ceruas syluicultrix apud Catullum) nec inter homines versentur. Quare ἀγρότερος esse dico nomen in terminatione comparatiui, significationem positiui habens, eodem modo quo ὁπλότερος, κουρότερος, & alia. nec esse necesse ἀγροτέρας intelligere quasi ἀγελωτέρας. vt enim ab ὅπλον factum ὁπλότερος, ita & ab ἀγρὸς formatum esse ἀγρότερος.

Ἀγροτέρα, (quasi agrestis, aut potius syluicultrix, seu venatrix) cognomento appellatur Ἄρτεμις, id est Diana, cui Xenophon vota facere vult venatores. Homerus Iliad. φ, — ποτνία θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη. vbi Eustathius ait posse etiam dici ἀγροτέρη θηρῶν, quasi ἀγροῦ πυκὴ θηρῶν, id est Ferarum venationi dedita, vel Ferarum venationis perita. Sed hæc expositio dura & violenta esset. Possit autem meo quidem iudicio ἀγροτέρα Ἄρτεμις exponi syluicultrix Diana. vt ἀγροτέρα ἔλαφος ab Homero dicitur quæ à Catullo ceruas syluicultrix. Certum est enim ἀγροτέραν appellatam Dianã, quatenus venationi præerat: vnde & venatores ei vota nuncupabãt. Possit etiã, opinor, ἀγροτέρα Ἄρτεμις exponi venatrix: vt sit ἀγροτέρα idem quod ἀγρότις. Dicitur autem ἀγρότις κούρα in Epigramm. η Ἄρτεμις, & Hesychius ἀγρότις idem vult esse quod κυνηγός, id est venatrix: & idem valere quod ἀγροτέρα. Dicitur autem non solùm ἀγροτέρα Ἄρτεμις, sed & ἀγροτέρα absolutè, vt apud Aristoph. τῇ ἀγροτέρᾳ εὐξάσθω. G

Ἀγρότης, ητος, ἡ, Rusticitas: at Ἀγρότης, ου, ὁ, Rusticus vir: & Ἀγρότις, Rustica mulier, apud poetas, intelligendo rusticum & rusticam in propria significatione. Odyss. ω, — οἷσί τε τέκνα Ἀγρότιν ὀξέλοντο, id est homines rustici.

Ἀγροῖς κούρα, Agrestis puella, pro Diana, in Epigram. Sic ἀγρότις νύμφη, Apoll. Et ἀγρότις αἰγανέη, it idem in Epigramm. Ἀγρότις præterea exponitur ab Hesychio Venator, & ἀγρότις, venatrix: item ἀγροτέρα, quod esse Dianæ epithetum modò dictum est. Hanc autem dando significationem his nominibus, ab ἄγρα potius deducenda esse videntur. H

Ἀγροιώτης, ου, ὁ, pro ἀγρότης, Homo rusticus. Iliad. λ, — κύνες τε καὶ αὐτοὶ ἀγροιῶται. Fit ab ἀγρότης, per pleonasmum literarum ι & ω. Erant etiam, vt Hesychius ait, ἀγροιῶται Athenis qui distinguebantur τοῦ τοῦ ὑπαιθρείου, sicut & δημιουργοί. erant autem ὑπαιθρεῖοι qui apud Romanos patricii.

Ἀγροῦται, Rustici, inquit Hesychius: aut θεραπευταί.

Ἀγρωικός, Rusticus, Hes.

Ἀγρῶος, Rusticus. Idem significant (inquit Eustathius) ἄγροικος, ἀγρότης, ἀγροιώτης, ἀγρῶος. Suidas ex Aristophane citat πιπτὴν ἰδεῖν ἀγρῶον ὄντα καὶ δασύν. Item, ὡς ἀγρῶος εἶ καὶ σκαιός. vbi tamẽ pro ἀγρῶος ait scribi etiam ἀγροῖκος. Habet idem, ἀγρεία ἀοιδή, η ἀγροικική.

¶ Ἄγροικος, accentu in prima, (vt inquit Eustathius) Rusticus, Qui in agro viuit. Apud Pollucem tamen ἀγροῖκος, penultima circunflexa exponitur ὁ ἐν ἀγρῷ ζῶν. id est in agro viuens, vel Ruri viuens. Alii tradunt ἄγροικος proparoxytonũ, Attica, ἀγροῖκος autẽ cõmuni lingua dici. At ego hic aliud non possũ quã scripturã qualẽ in variis autorum locis reperi, proferre. Arist. Nubibus, ἄγροικος ὤν, ἐξ ἄστεος. vbi dicit Strepsiades, se quũ esset ἄγροικος, i. rusticus, duxisse in vxorẽ neptẽ Megaclis,

quæ ex vrbe erat. hìc ἄγροικος in omnibus vulgatis editionibus legitur, proparoxytonum. Paulo antè dictum erat à poeta ἄγροικος βίος, rustica vita (est enim ἄγροικος etiam adiectiuum) cum eodem accentu. Eodem modo & apud Pollucē ἄγροικον μέλος & ἄγροικον μοῦσαι habes ὠξυπαροξυτόνως, pro Rusticum carmen, Rustica musa. At illum Aristophanis locum quem primum citaui, enarrans scholiastes, habet ἀγροῖκον circunflexa penult. φήσας ἀγροῖκον αὐτὴν εἶ), πῶ δέῃ μαῖκα, πολιτικήν. sedenim apud Suidam, vbi eadem verba extant, ἄγροικον eodem accentu quo in ipso textu Aristophanis legitur.

A Ἀγροῖκος (inquit idē Eustathius) ὠξυπερισπωμένως, Imperitus. Ac pro Eustathio locos qui facerent inueni nonnullos: ex quibus sunt hi duo, Platonis vnus, Suidæ alter. Apud illū enim in Symposio legitur, περὶ σοῦ τι ἐγὼ ἀγροῖκον δοξάζων. apud hunc autem in explicatione vocis ἀληθῆος, citantur hæc Aristophanis verba, ὡς ἀληθὲς εἶ καὶ σκαιός. subiungitúrq; statim scribi etiam ἀληθοῖκος pro ἀληθῆος. At non paulo plures reperi pro iis facientes qui dicunt ἄγροικος, quum imperitum significat, inscitum, illepidum, inurbanū (quod etiam sonat

C vox Rusticus metaphoricè sumpta) esse proparoxytonum. Idem Aristoph. in eadē comœdia, Οὐκ εἶδον οὐπω ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα, Οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιόν, &c. Plut. Artoxerxe, ἐδόξεν ὡῶ ἄκαιρις τοῖς παροῦσιν εἶ) καὶ ἄγροικος. Quidam comicus apud Athenæum, lib. 7, τὴν ἄγροικος, οὔτε παιδείαν ὅλως εἰδῶα. Aristot. Rhet. 1, οὐ γὰρ τῶν τὸ Φ' ὡσαύτως ἄγροικος ἀν καὶ πεπαιδευμένος εἴπειεν. vbi obiter obserua ἄγροικον opponi τῷ πεπαιδευμένῳ, vt in proximè præcedente exemplo copulantur ἄγροικος & ἀπαίδευτος.

D nā id valet, οὔτε παιδείαν ὅλως εἰδῶα. Theophr. in Characteribus, ὁ δὲ ἄγροικος, ποιοῦτός τις εἶος, &c. Sed & in illo ipso Suidæ loco cuius modò memini, statim post ἀγροῖκος sequitur ἄγροικος pro eodem, nulla (opinor) cum ratione. Nisi fortè prius ἀγροῖκος, vtpote in ipso textu poetæ, ὠξυπερισπωμένως scriptum est Atticè. Deniq;, vt vt sit, pro rustico in propria significatione, & pro rustico per metaphoram, multo pluribus in locis reperio ἄγροικος proparoxytonum, quàm ἀγροῖκος properispωmenō. sit igitur penes vetustissima exemplaria fides. Cæterùm in comparatiuo non rarò vsurpant hoc nomen in hac metaphorica significatione sumptum: vt quidā comicus apud Athenæum, ἀγροικότερός εἰμι. ὡς δ' ἁπλῶς μοι δῆλον. Isocrates, εἰ καί τις ἀγροικότερον εἶ) φησὶ τὸ ῥῆμα. Plato in Apologia, εἰ μὴ ἀγροικότερον ὦ εἰπεῖν. Libanius in legatione ad Iulianum, οὐδεὶς ἐκείνων ἀγροικότερόν τι φθέγξεται; Dicunt autem ἀγροικότερον quum non planè rusticum significare volunt, sed duntaxat aliquantum rusticum. Latini Subrusticum & Subagreste dicunt, præpositione Sub diminutionem his in vocibus, vt in

F aliis multis, indicante.

— Ἀγροίκως, Aduerb. Rusticè, Rustico more. Theocr. in Bucolisco, οὐ μεμάθηκα Ἀγροίκως φιλέειν. Itē, Imperitè, Illepidè. Philostratus in quadam epistola, σὺ δὲ ἀγροίκως ἐποίησας, μόνη κοιμηθεῖσα ἐν ῥόδοις. Et ἀγροικοτέρως in cōparatiuo, Subrusticè, Plato Pol. 2, καὶ δὴ κἀν ἀγροικοτέρως λέγηται.

Ἀγροικίας, ου, ὁ, pro ἄγροικος apud Gregorium, p. 203. nisi sit menda, vt scribit Bud. in suo lexico.

G Ἀγροικία, ας, ἡ, Rusticorum habitatio, Locus in quo rustici habitāt, ἡ τῶν ἀγροίκων οἴκησις, inquit Eustathius. Ager, Rus, Villa. Athenæus, εἰς τὸ ὄρος ἐμῴκωθροι, παῖς ἀγροικίας κακοποιοῦσι πολλοὶ σωφροιδέντες. Plutarch⁹, ὁ δὲ δῆμος τῆς ἀγροικίας περιδυόμενος, καὶ παῖσῶμα πῶς παιδὸς ὀντυχών. Idē, ἡ δὲ ὅπῃ τῆς ἀγροικίας ἰῶν, ἐγκύμων τυγχάνουσα. id est, In agris versabatur.

Ἀγροικία, Rusticitas, Inurbanitas. Plut. in Præc. de sanitate, τὸ δὲ ἀγροικίας φοβηθέντα δόξαν, εἰς πλθυεῖπν, ἢ φρενῖτιν ἐμβαθεῖν ἑαυτὸν, ἀγροίκου πρὸς ὡς ἀληθῶς ὄντι. Aristot. in Ethicis ὑπερβολὴν mediam esse dicit inter ἀγροικίαν &

H βωμολοχίαν.

Ἀγροικικός, ου, ὁ, Rusticanus. Vt à Rus fit Rusticus, à Rusticus fit Rusticanus: sic ab ἀγρὸς fit ἄγροικος, ab ἄγροικος deinde ἀγροικικός. Sed rarum est apud veteres scriptores hoc verbum. ἀγρεία ἀοιδὴ Suidas explicat ἡ ἀγροικική. Sic ἀγροικικὴ παροικία, in Canone 17 Chalced. concilii. Apud

A Athenæum lib. 11, pro ἀγροικῆς legendum fortasse ἀγροικικῆς: hoc in loco, τὸ δὲ κιστυβιοῦν, φησὶ, λέγεται ὅθεν σωφόδου ἀγροικῆς. Quòd si errore vacat hæc scriptura, ἀγροικὸς dicemus dici pro Rusticus, siue Rusticanus. nam & Nicandri schol. quodam loco dicit λέξιν ἀγροικήν.

Ἀγροικίζομαι, F. ίσομαι, reponit Bud. αἰσηπαρῶ, Rusticè ago vel loquor, Ineptio. Plato in Theæteto, Οὔπ πω ὦ Θεόδωρε ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι, ὠξυθυμούμενος ὑμᾶς ποιῆσαι δῆλον ἐκείνοθεν; Θ. Οὐχ ἥκιστα ὦ Σώκρατες ὅσοῦτον αὖ ἔτι ἄγροικον.

B Apud Gregorium ἀπαγροικισμένος (participium à verbo composito ἀπαγροικίζομαι) dicitur Qui est ad mores rusticos redactus.

C. Ἄγραυλος, ὁ καὶ ἡ, In agro siue in agris stabulans, ἐν ἀγροῖς αὐλιζόμενος, Hes. In agro pernoctans, idem Hes. Sic ἐνοῖς ἄγραυλος dicitur ab Homero, Od. μ, & Il. ω. Sic ipsi quoque pastores apud Homerum pariter & Hesiodū, ποιμένες ἄγραυλοι. vt apud D. Lucam ποιμένες ἀγραυλοῦντες. Componitur ex ἀγρὸς & αὐλή. quasi habens ἐν ἀγρῷ αὐλὴν, id est habens in agro stabulum. Propriè igitur est In agro stabulās. quæ expositio magis conueniet quū dicitur de bouēat quum Hesych. ἄγραυλοι explicat In agro pernoctātes, respicit, opinor, ad ποιμένες ἄγραυλοι.

Ἄγραυλον Hesychius exponit etiam Quod sub dio est, Desertum.

Ἄγραυλος, pro ἀγλαός, id est, Splendidus, Pulcher, vide in Ἀγλαός.

Ἄγραυλος, vna ex Cecropis filiabus, in cuius templo ephebos iurare mos erat, vt ex Demosthene discimus. Et ita apud Plutarchum in Alcibiade in. elligi debet, καὶ τὸν ἐν ἀγραύλα (vel potius ἀγραύλου in Agraulæ, sub. templo) ὠξεβαλὸν ὅρον ἀεὶ τοῖς ἐφήβοις ὅρκον ἔργα βεβαιοῦν: nō

D vt vertitur in vulg. lex. ἐν ἀγραυλῳ, ruri. quasi videlicet non esset nomen proprium, sed appellatiuum. Quòd si etiam appellatiuum esset, id significare non posset. neque enim ἄγραυλος idem valet quod ἀγρὸς, id est rus.

Ἀγραυλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἄγραυλος. vt ἀγραυλεῖ κοίτῃ, apud Nicādrum, τῇ ἐν ἀγρῷ κινομένῃ, quæ fit in agro. vbi ἀγραυλεῖ non retinet significationem inclusam τῆς αὐλῆς.

E Ἀγραυλία, ας, ἡ, Stabulatio in agro, Pernoctatio in agro.

Ἀγραυλέω, ῶ F. ήσω. P. ηκα. Stabulo in agro, Pernocto in agro. vt ποιμένες ἀγραυλεῶντες, apud D. Lucam, Euang. c. 2. Sues noctu in agris iacentes Strabo ἀγραυλεῖν dixit, αἱ δὲ ὗες καὶ ἀγραυλοῦσι, ὕψει καὶ ἀλκῇ διαφέρουσαι.

Ἀγραυλεῖν, inquit Budæus, vt Συραυλεῖν, pro Rusticari, Ruri esse. ὁ δ' Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἠθέλε.

C. Ἀγροχείτων, ονος, ὁ, Vicinum agrum seu fundum, aut vicinam villam habens, Plut. ἀγροχείτονες καὶ πλεῖχωροι. Synesius, γειτῶνες ἢ ἀγροχείτονες, ἀδαίμονες. Cōponitur ex ἀγρὸς & γείτων.

C. Ἀγροδίαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, In agro vitam agens, aut Agrestē seu rusticam viuendi rationē sectans. Propriè ὁ ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος. ex ἀγρὸς & διαιτα.

Ἀγροδίαιτος à Gellio ponitur pro Rusticus, id est Inscītus, Illepidus (quòd rusticum vitæ genus tale sit) lib. 1, cap. 5, Dionysia malo equidem esse quàm quod tu Tor quate, ἄμουσος, ἀγροδίαιτος, ἀπρέπεστος.

C. Ἀγροδότης, ου, ὁ, Agrorū dator. sed accipitur & pro Venationis dator, deducendo ab ἄγρα. Vide igitur & infrà inter composita ab ἄγρα.

C. Ἀγρόμυθος, ου, ὁ, In agro cōmorās, & in vrbē nō accedēs, vt inquit Hesych. Componitur autē ex ἀγρὸς & μύθω, vt sit ad verbum, In agro manens. vt ἀστυμύθης cōtrà, In vrbe manens. ex quo & nomen proprium factum est.

C. Ἀγρόνομος, ου, ὁ καὶ ἡ, cum accentu in antepenult. In agro commorans, In agro versans. ἀγρόνομοι Suidas explicat οἱ ἐν ἀγροῖς διάγοντες, id est, in agris vitam degentes. sic & Hesychius. Od. ζ, νύμφαι ἀγρόνομοι appellātur αἱ περὶ ἀγρὸς νεμόμεναι, accipiendo νέμεσθαι ἀγροῖ pro Habitare siue Incolere agros, vt Homerus dicit, ἀνθρώπων οἳ πόλιν νέμον). Vel, Ἀγρόνομος, Qui aut quæ in agro pascitur, Sive vbi agrestes agrestiāve pascūtur: accipiendo νέμεσθαι in propria signific. Sic apud Soph. in Œd. tyrāno dicūtur Apollini gratæ esse πάνας ἀγρόνομοι, vbi sch. ἀγρόνομοι explicat ἔνθα τὰ ἄγρια νέμεται), i. vbi agrestia pascūtur,

hoc est fera animalia. Sed in vulgaribus exemplaribus A ἀγρονόμοι malè legitur παροξυτόνως. Apud Suidam autē in versu quē ex Epigr. affert, ἀγρόνομος μοῦσα dicitur cicadæ, tribuēdo eius carmini quod ad eam pertinet. est enim ipsa ἀγρόνομος. id est in agris pascitur, quos etiam incolit. Eust. apud Dion. De situ orbis ἀγρόνομοι Μασυλῆες scribit itidē ὠξυπαροξυτόνως, vt pass. significationē habens, eadē forma qua ὠξυστόμοι παῖδες dicūtur. exponit autem ἀγρόνομοι, qui in agris degunt, aut qui more ferarū bestiarū degunt. Sic enim intelligo κατὰ τὰ ἄγρια.

B Ἀγρονόμος, cum accētu in penult. In agro pascens, aut Agrestia pascēs. vt apud Hom. in loco modò posito, Ἀγρονόμοι νύμφαι (si secū dū alios παροξυτόνως scribatur) In agro pascētes, αἱ ἐν ἀγρῷ νέμουσαι. aut Quæ pascunt agrestia. i. feras, αἱ τὰ ἄγρια νέμουσαι. Atq; ita fortasse exponi possit in illo Soph. loco hoc vocabulū, seruādo eū quē habet in vulg. edit. accentū. Nam quū Apollo sit νόμος, i. pastoralis, meritò amat ea loca quæ pascūt. i. quæ pascua feris suppeditāt. Quanquā si dicamus ei grata esse

C loca in quibus feræ pascuntur, (vt sit ἀγρόνομοι) cōdem res redibit. Sic & ὕλη ἀγρόνομος vel ἀγρονομος scribi volūt, vt sit ἐν ᾗ τὰ ἄγρια νέμονται, vel ἡ τὰ ἄγρια νέμουσα. A quibusdā autē illud ἀγρονόμοι νύμφαι exponitur αἱ νέμουσαι τοῖς ἀγροῖς, id est διοικοῦσαι, vt agrorum præsides.

Ἀγρονόμος, Nomen magistratus quæ ad rura suburbana agrósque vrbi vicinos pertinebāt administrātis: qui & ὑλωρὸς dicebatur. Arist. Pol. 6, ἀλλὰ πᾶσι τὴν χώραν δεῖ καὶ τὰ πρὸς τὰ ἔξω τῶν ἄστεος [ὀχυρ.] καλῶσι ὑλωροὺς τὰς τοῦτο οἱ μὲν ἀγρονόμους, οἱ δὲ ὑλωρούς. Est & in 7. HINC Ἀγρονομία, Administratio quæ ad ἀγρονόμον pertinebat, Ma-

D gistratus quē gerebat ἀγρονόμος. Ita dicuntur vt ἀγροεκνομος ἀγροεκνομία, ἀσυνόμος ἀσυνομία, verbo νέμειν hic significāte gubernare seu administrare.

Ἀγροφύλαξ, ακος, ὁ, Agri custos.

¶ Ἄγριος, ᾳ, ὁ, Agrestis. vt enim adiect. Agrestis apud Lat. interdū pro rustico siue rusticano & rurali, interdū pro fero vsurpatur: sic ἄγριος apud Græcos. Sed rara est illa prior significatio. nec ἄγριος de homine dictū, pro ἄγροικος, siue ἀγρότης, aut ἀγροιώτης (1. Rustic⁹, Agrū incoles)

E adhuc legere me memini, nec à Græcis lexicographis adnotatū reperio. At de rebus dictū, & quidē reb⁹ quas agri producūt, obseruaui. vt apud Ath. maluaἀγρία opponitur hortēsi, l. b. 2. Sic ἄγριος ἐλαία siue ἀγρία, quæ & per cōpositionē ἀγριελαία dicitur: vt ἀγρία μαλαχη (quæ & ἀγριαμαλάχη à Nicādro dicitur) ἀγριομαλάχη. Latini herbas erraticas pro agrestibus dicūt nōnūquam, & satiuas illis opponūt. Paul. in Atticis, σπείροντες μὴ ἰδέν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων. Sic ὕλη ἄγριος apud eundē Ath. & apud Herod. agrestis, quæ & sylue stris dici potest. Sic & animalia quædā ἄγρια dicta obseruaui ad differentiā

F aliorū eiusdē generis quæ inter homines alūtur & velut domestica sunt: οἰκοτρόφα vocant Græci. Sic oues ἄγριοι apud Xen. asini ἄγριοι (qui & ὄναγροι nomine cōposito apud eundē dicūtur. Sic ἄγριοι σύες (qui & σύαγροι cōpositē) & ἄγριοι αἶγες appellātur: & ab Hō. ἀγρόπροι σύες nominantur etiā, & ἀγρότεραι αἶγες. Vtplurimùm verò ἄγρια opponūtur τοῖς ἡμέρεσι, animalia præsertim, nōnūquā & quæ terra gignit: vt apud Xē. in Cynegetico, ὅσα γὰρ ἡ γῆ τρέφει, τὰ μὲν ἡμερα συλλαμόμενα, τὰ δὲ ἄγρια γηράδεα λέλυπται. vbi ἄγρια nō ad differentiā hortensiū, sed agrestia natura. sic quū δρῦς ἄγρια φύλλα) nō ad differētiā τῶν κηπευομένων, sed quæ natura est agrestis. i. in agris nasc. s. Præsertim verò eas quæ in mōtib⁹ nascūtur arbores ἄγριας vocāt. Sic & ἄγριος λέων, aut πάρδαλις, nō ad differētiā, sed natura ἄγριος. i. fer⁹. De qua signif. mox dicā.

Ἄγριος Budæus exponit Rusticus, qui vrbanitatē nō nouit, nec ferre potest. qui & ἀγροικος vocatur. Arist. in Ethic. 4, ὁ δὲ ἄγριος εἰς τὰς ποιότας ὁμιλίας ἀχρεῖος. Ego existimo verti posse hoc loco, Agrestis moribus & incultus, Horridus & incultus vir, vel Subhorridus, ex Cicerone. Ideo autē libēter Inculṭ⁹ & horridus interpretor, quòd & ἄγριος τόπος apud Platonē De legibus is sit

H qui Latinis propriè Incultus & horridus diceretur.

Ἄγριος, Ferus. Quoniā & fructus agrestes aliis acerbiores sunt minúsq; mites, & animalia agrestia domesticis

A vtplurimùm sunt minus mansueta, hinc factum est vt ἄγριος Græcis, vt Latinis agrestis, per metaphoram pro fero sumeretur. Propriè autem ἄγριος dicitur feritatem habens qualis est animaliū quæ fera dicuntur. hoc autem coniicio ex eo quòd ἄγρια dicuntur interdum ab solutè ipsæ feræ & quòd ἀγριοῦσθαι pro θηριοῦσθαι vsurpetur. Alioqui dicitur & ἄγρια θηρία. vt Isocr. in Panath. θηρίων δὲ ἀγελωτάτων καὶ πλείστης ὠμότητος μετεσχῶν.

Ἄγελος de homine dictū, Ferus, Immanis, Immitis, Atrox, & quod apud Latinos sonat nōnū quā Barbar⁹, vt Cic. dixit, Immanis ac fera ac barbara gēs. Od. α, Ἄγελον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα, οὔτε θέμιστας. Od. α, — χαλεπὸς δέ μιν αὐδρὸς ἔναιον Ἄγελοι. Od. ιι, — ἠ ἄγελα φῦλα γιγάντων. Plato imitatus Hom. ἄγελος & χαλεπὸς copulauit in Minoe, τὸν δὴ Μίνω ἄγελόν τινα καὶ χαλεπόν. Apud Xen. Pæd. 1, ἄγελοι & θεῶδοι opponūtur. Interdū Ἄγελος de homine dicitur iūctū alii epitheto: vt Il. ζ, Ἄγελον αἰχμητήν. q. d. Ferocē bellatorē siue atrocē. i. ferociter siue atrociter bellātē. Suid. ait Menādrū, quēdā aleæ supramodū deditū appellasse aleatorē ἄγελον. Sic Latinis immanitas aliquā do nescio quid tale sonat: vt ἄγελος κυβευτὴς dici possit, Aleā immaniter amās, vel Aleā immani studio persequēs. Nā immane studiū loquendi dixit, vt opinor, Ouid. Cæterū Eust. tradēs ἀγέλοις in illo Od. α loco dici prædones, ait Cōœdiū homines ἀγέλους appellare, aliā notādo improbitatē. sed quæ illa sit, non addit. Existimo autē intellexisse de ea significatione qua ἄγελος signif. παιδεραστάς. de qua vide Suid. & Aristo. sch. in illū ex Nub. versū, Ἄγελον πιὰ τὴν λασίων τοῦτον, εἶον περ τὴν Ξενοφάνη.

Ἄγελος de rebus dictū. Cic. apud Plat. τὸ θηλῶδες τι καὶ ἄγελον τῆς ψυχῆς μέρος, vertit, Illa pars animi in qua feritas quædā sit atq; agrestis immanitas. vt videre potes in Cic. lex. à me edito. Ἄγελος πόλεμος, Il. ρ, Atrox bellū: & Ἄγελος μῶλος, eodē l. sicut & ἄγελος αἰχμητής (vt modò dixi) Atrox bellator. Possit etiā ferū bellū dici. Eust. exponit ἀγελοποιόν. i. Feritatem inducens. Ἄγελος θυμός, Il. ι, Ferox animus, vel Crudelis mēs, Ferū pectus: vnde & cōpositū ἀγεληθυμος. Ἄγελος χόλος, apud Hom. Il. η, & alibi itē ἄγελον μθος, Il. χ. & Ἄγελος ὀργὴ apud Phocylidē, & Ἄγελον μῖσος apud Luc. nomine Atrox videntur reddi cōmodè posse, siquis aliud quàm Ferū quærat. At Erasmus hūc Luciani locū exponēs, μῖσος ὃ ἄγελον, φασὶ, ὡδὰ πάντων ἔχις δὴ τὴν βδελυεία, nō intellexit ἄγελον dici in hoc loquēdi genere metaph. sūpta à feris bestiis: sed ἄγελον μῖσος appellari agreste odiū, id est quale esse solet hominū rusticorū: quia rustici plerūq; misanthropi sūt, & acerbi⁹ atque implacabilius oderūt. Vide meā annot. in prouerbium Odiū agreste, quæ cum aliis est in calce Chiliadum Erasm. à patre meo excusarum.

Ἄγελον ἕλκος, Ferū vlcus. Theocr. (aut quisquis est autor epit. Adonidis) Ἄγελον, ἄγελον ἕλκος ἔχει κὴ μικρὸν Ἀδωνις, Μεῖζον δ' ἁ κυθέρεια φέρει πτερκάρδιον ἕλκος. vbi poeta ludit elegāter in cōparatione duorū vlcerū, vnius in corpore, alterius in animo: epithetū ἄγελον ab illo ad hoc transferens. Propriè enim vlcera sunt corporis, de quibus vsitata medicis translatione ἄγελον dicitur: de iis videlicet, quæ talia sunt vt nulla curatione mitescāt, sed quasi recrudescant potius. Huc pertinet ἀγεία ψώρα. Celsus de scabie loquens, Quo asperior est, quóq; prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaq; eā quæ talis est, ἀγείαν (i. feram) Græci vocant. Hesy. h. autem ἀγελοψωρία dicit esse morbum, aliud non addens. ἀγελοψωρία, inquit, νόσος, καὶ ἀγελοκεχῶσα.

Ἄγεια, Feræ. vt enim Latinè Feræ absolutè dicitur, subaudito nomine substant. Bestiæ, aut Belluæ, aut Animātes: sic Græcè ἄγεια interdū subauditū habet ζῶα. Schol. Soph. ἀγρόνομοι, εἴδα τὰ ἄγεια νέμεται. ὅσοι τὰ μὴ ἥμερα θηρία. Eust. exponens ἀγρόνομοι Μασυλῆες apud Diō. De situ orbis, dicit significare etiā posse τοὺς κὴ τὰ ἄγεια νεμομένους. i. ferarum more degentes. Primus autem Homer⁹ ita est vsus, Il. ε, Βοήθειν ἄγεια πάντα τά τε πρέφει οὔρεσιν ὕλη. Apud eundem poetam ἄγεια itidem in plur. genere neutro ponitur etiam pro ἀγειότητα. i. feritates: vel potius ἀγειότητα, feritatem, singulari numero. Il. ω, — λέων δ' ὡς ἄγεια οἶδεν. Item Ἄγεια aduerbialiter pro ἀγείως apud Hesiodum in Aspide, Ἄγεια δερκομένου.

Ἀγρίως, Aduerb. Ferè, Immaniter. A

Ἀγριαί, άδος, ἡ, pro ἀγρία, Agrestis. Nicand. Theriacis, Ἠὲ καὶ ἀγριάδος μαλάχης εἴκωμονα καρπόν. Sic φησὶ ἀγριάδες, Apoll. 1 Argō. & ἀγριαὶ ἄμπελος, Labrusca, l. Epigr. 1, quæ & ἀγριάμπελος.

Ἀγριόεις, εντος, ό, pro ἄγριος, Agrestis. Item pro ἀγριοποιός, id est Ferum siue feros reddens, Feritatem inducens, apud Nicandrum Alexiph. Ὡς δ' ὁπότ' ἀγριόεσσαν ὑποθλίψαντες ὀπώρην. hic enim per ὀπώρην vuam intelligit.

Ἀγριότης, ητος, ἡ, Feritas, Immanitas. opponitur τῇ πραότητι apud Platonem in Symposio, πραότητα μὲν πολὺ πλείω, ἀγριότητα δ' ἐλάττω. B

Ἀγριοσύνη, ης, ἡ, Idem in Epigr.

Ἀγριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ferus, ἄγριος. vel Feritatem præ se ferens.

Ἀγριμᾶος, ου, ὁ, Ferus, Ferinus. Opponūtur enim ἀγριμᾶαι τοῖς πθηνοῖς. vt ostēdit Eustathius ex hoc loco, πολλὰ μὲν θηρῶν ἄγριμάων ἔγκειται πεπνυμένα, πολλὰ δὲ σῖτα καὶ ἠμέρων ὀρνίθων. Citantur autem & ab Athenæo hæc verba. C

C. Ἐπάγριος, pro simplici ἄγριος, Agrestis, Ferus. Citatur ex Anthol. epigr. C

C. Πανάγριος, Omnino ferus. Exponitur & Præferox in hoc Phocylidis loco, — ἀπὰρ σκυλάκων πανάγριος.

C. Ἀγριάμπελος, ου, ἡ, Labrusca. quæ & separatis vocibus dicitur ἄμπελος ἀγρία, item ἀγριαὶ ἄμπελος, Epigr. l. 1.

C. Ἀγριόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fero animo præditus, Ferum & immane pectus habens. Compositum ex duobus nominibus quæ separatim posuit Hom. Il. 1, hoc in versu, Ἄγριον οὐ πίθηκοι θέπ μεγαλήτορα θυμόν.

C. Ἀγριοπηγοί, Carpentarii, Fabri erant plaustrorum artifices, & ex omnibus agrestibus lignis opera conficiētes, Schol. Aristophanis in Equitum versum hunc, Οἴμοι, σὺ δ' οὐδὲν ἐξαμαξουργεῖ λέγεις. addens huiusmodi ἀγριοπηγοὺς Atticis ἁμαξουργοὺς appellari. Carpentarii Latinè à quibusdam dicuntur, quanquam carpentum certum plaustri genus erat. In vulg. lexicis ἀγριοπηγοὶ exponitur Caprarii. Componitur autem ex nomine ἄγριος & verbo πήγνυμι. D

C. Ἀγριοποιός, ό, ὁ καὶ ἡ, Ferum reddens, siue efferatum, Ferus, Feritatem inducens. ἄγριος πολεμικός, inquit Eustathius, dicitur quasi ἀγριοποιός. & schol. Nicandri ait ἀγριόεσσαν ὀπώρην ab eo dici pro ἀγριοποιόν. E

Ἀγριοποιὸς dicitur Æschylus ab Aristophane, quòd faceret heroas feros & immanes. id est, eos induceret immanes. Ita Suidas explicat, citans hæc Aristophanis verba, ἀνθρωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδέστατον, &c. Locus est in Ranis. Compositum ex ἄγριος & ποιέω.

C. Ἀγριόρνιθες, Feræ gallinæ, apud Theophilum, lib. 1 Inst.

C. Ἀγριόφωνος, ου, ό καὶ ἡ, Agrestem seu ferā vocem habēs. Od. θ, Οἵ τε μέγ' ἐς Λῆμνον μετὰ Σίντας ἀγριόφωνοι. Vbi Eustathius ait Lemnios dici ἀγριόφωνοι, eadē ratione qua Caras, βαρβαροφώνους: aut quòd latrocinia exercere, ideóque & agresti sermonis genere de industria vti sint soliti. Compositum nomen ex ἄγριος & φωνή. F

C. Ἀγριοχηνάριον, Feri anseres, apud Theoph. 2 Instit. Ex ἄγριος & χήν, vel potius χηνάριον, diminutiuo. ac propriè ἀγριοχηνάρια sonat Parui anseres feri.

C. Ἀγριωπὸς, ός, ὁ καὶ ἡ, Agrestē aspectū habēs. Qui est agresti vultu aut fero. Plutarchus, de Mario loquens, τὸ ἀρρέναπον τῶν προσώπου. Compositum ex ἄγριος & ὤψ, ωπος. eo modo quo ἀρρέναπός. G

¶ Ἀγριόω. F. ώσω. P. ωκα, Agreste reddo. Item, Effero, id est efferatum reddo. Vel simpliciter, Exasphero. In passiua voce frequentius vsurpatum reperitur ἀγριοῦμαι, apud Theophr. 5 De pl. causis, τὰ ἀγριούμενα, quæ fiunt agrestia. At πρόσωπον ἠγριωμένον, Xen. Pæd. 1, Facies efferata. & eodem modo Eurip. Oreste, Ὡς ἠγρίωσα πλόκαμον αὐχμηρὸν πάλαι. Apud eundem in Electra, ἀγριοῦσθαι videtur dici ferociens, & quem ἄγριος χόλος αἱρεῖ, vt Homerus loquitur. H

Ἀγριωτὸς, ού, ὁ, Efferatus. Nomen verbale factum ex ἠγρίωται tertia persona præteriti τοῦ ἀγριοῦμαι.

C. Ἀπαγριόω & Ἐξαγριόω, & Ἐπαγριόω composita. Ἀπαγριόω, Agreste seu sylueſtre reddo. vnde passiuum ἀπαγριοῦμαι apud Theophr. lib. 8, cap. 8. hist. pl. pro Sylueſtre redditur, aut fit: pro quo Gaza Sylueſtrescit. Item Effero, vel simpliciter, Exaspero, Irrito. Hinc Ἀπαγρίωσις, Ipsa actio qua aliquid sylueſtrescit, Mutatio in sylueſtrem naturam. Gaza sylueſtrem habitum interpretatur lib. 4, cap. 6. Theophr. De hist. pl. δῆλα πλὴν τρυφὴν δὲ καὶ ὀργὴν ἡ ἀπαγρίωσις. Est etiā Efferatio, Exasperatio. SECVNDVM Ἐξαγριόω, idem: à quo itidem fit Ἐξαγρίωσις, idem valēs quod Ἀπαγρίωσις. TERTIVM Ἐπαγριόω, eandem & ipsum significat. habet: sed minus est vsitatum.

¶ Ἀγριαίνω. F. ανῶ. Ἠγρίαινεν vt & ἀγριοῦν, Efferare significat, Efferatum reddere, & interdum simpliciter Exasperare: sed vsitatius est ἀγριοῦν in actiua significatione quàm ἀγριαίνειν. ‖ Item ἀγριαίνω pro Tyrannū facio (inquit Budæus) apud Plutarchum in Galba. Idem valent composita διαγριαίνω & ἐξαγριαίνω.

Ἀγριαίνω, Neuraliter positū. Ferocio, Ferociter ago, Efferor efferaris. Plut. De audiēdo, ἀγριαίνουσαν πρὸς ὀξὺ παρόντας, αὖ δὲ πρὸς χάνταν τὴν λέγοντα. Gregorio, οὐ θυμῶν θαυστέον ἀφ' ἑξοιδεῶντα καὶ ἀγριαίνοντα. Diō. Hal. Archæol. 1, ἡ δὲ λύκαινα ὁ μάλα ἀγριαίνουσα τοῦ ἀνθρώπου τῇ πρεσβυτῇ. Hesychius ἀγριάνειν explicat ἀποίητον, id est Succēsiuit, Iratus est vel irata est. Sed ἀγριαίνειν est pro ἠγρίαινεν.

Ἀγριαίνομαι. F. ανοῦμαι, Passiuū, idem quod ἀγριαίνω neutraliter positum in proximè præcedētibus exemplis. Plut. in Antonio, de tributorum exactione loquēs, πρὸς τὸ ὀφεῖν τὸ ἠγριαίνοντα, πρὸς χρέος ἐκπίπτοντας δὲ ἠσυχάζον.

C. Διαγριαίνω & Ἐξαγριαίνω cōposita, idē signif. Διαγριαίνω, Effero, vel Exasphero, Exacerbo. Vnde passiua Διαγριαίνομαι & Ἐξαγριαίνομαι, Efferor, vel Exasperor, Exacerbor. Plut. De rep. ἀπὸ τοῦ λόγου ἤρξατο ἀγριαίνεσθαι, cœpit oratione exacerbari, vel exasperari. Vsitatior fuit Ἐξαγριαίνω & ἐξαγριαίνομαι quàm διαγριαίνω & διαγριαίνομαι. D

¶ Ἀγριάζω, Ferus sum, vel potius, Ferus fio. Hesychius tamen ἀγριάζε exponit, Ferus esto.

C. Ὑπάγω, Subduco, Clàm eximo. Hom. Il. λ, Ἔκπεσε δ' ἐκ βελέων ὑπαγε Ζεὺς, ἐκ τε κονίης, Ἐκτ' ἀνδροκτασίης. Vbi Eustathius ὕπαγε exponit ὑπεξῆγε. Et vt Subducere aluum dicit Celsus metaphorica significatione, sic ὑπάγειν κοιλίαν Dioscorides: Galenus ὑπαγεῖν πῶν χαστέρα etiam dicit. At in vulgaribus lexicis pro eadem significatione citatur ἐπάγειν κοιλίαν, pro Aluū ciere, deiicere, ex Dioscoride: sed vitiosam esse hanc scripturam plerique alii loci probāt, & illi adeo in quibus ὑπαγωγὴ κοιλίας legitur, & ὑπαγωγός. Apud eundē Homerum ὑπάγειν ζυγὸν ἵππῃς, quod eius posteri dixerūt (vt annotat idem Eustathius) ὑπάγειν ζυγῷ, Ducere sub iugum, Subdere iugo. Iliad. ω, Τῷδε καὶ Αὐτομέδων ὑπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους. Et ψ, Ἵππους δὲ Τρωσὶ ὑπαγε ζυγόν. Esse autem intelligendum ὑπάγειν ζυγὸν, pro ἄγειν ὑπὸ ζυγὸν, ostēdit versus qui statim pòst sequitur. — ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγον ὠκέας ἵππους. Vt autem ὑπάγειν ζυγῷ ἵππους dicitur, & passiuè etiam, ὑπαχθήσομαι τῷ ζυγῷ, apud Lucianum, sic idem ὑπάγειν ἡπαιρὸν τῇ δικέλλῃ dixit in Timone, σὺ δὲ τὸν ἡπαιρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ, p. 18. ‖ Ὑπάγω, Subiicio. Gr. ὑπάγειν τοῦπον πὶ τῆς γλυκύτητος θείας. Aristides, καὶ τὰ δῆλα τοῖς ἀδήλοις ὑπάγειν. Et ὑπάγεσθαι, pro Subiicere sibi, Subiugare. ‖ Ὑπάγω, Clàm induco, vel paulatim, Compello paulatim, Perpello, Perlicio. Xenoph. Hipp. πειρᾶσθαι τοὺς πολεμίους εἰς ἐνέδρας ὑπάγειν. Dē ὑπάγειν ὑμᾶς ὅτι παῦπα. Et ὑπάγεσθαι pro eodem, vt apud Herodianum, αὐτοὺς ἐφ' ἃ ἐβούλετο ὑπηγάγετο. Apud eundem ὑπάγεσθαι εἰς φιλίαν legitur, ἐς τε φιλίαν τοῖς Γερμανοὺς ὑπηγάγετο. Et alibi ὑπάγεσθαι εἰς εὔνοιαν καὶ πίστιν, &c. lib. 2, διαῦτά πνα λέγων, ὑπηγάγετο πολλοὺς εἰς εὔνοιαν καὶ πίστιν ὧν ὑπισχνεῖτο. Isocrates ad Phil. διαῦταις ἐλπίσιν ὑπαγόμενος, quum alliceret seu perliceret proponendo has spes. Demosthenes autem Pro corona dixit εἰς ἔχθραν καὶ μῖσος καὶ ἀπιστίαν τῆς πόλεως ὑπηγμένων ὑπὸ τούτων, pro Impulsis & prouectis, inquit Budæus. Etiam cum infinitiuo citatur ex Demosthene in hac significatione, ὑπαχθῆναι πόλεμον ἐνεφέρειν, impelli ad bellū inferendum. Budæus ὑπάγειν pro Cogere etiam & ὑπάγεσθαι pro Cogi aliquando poni, annotauit. in qua significatione planè Latinis Subigere & Subigi respondent. ideóque per illa interpretari mallem, nisi in hac significatione poetica potius esset. Æschines autem in Timarchū ὑπὸ τῆς ἀπάτης ὑπάγεσθαι dixit pro Dolo adducimini, Fallimini. Significat autem ὑπὸ dolum in hoc verbo ὑπάγομαι, sicut & in ὑφίχομαι. Sed & per se hoc verbū id significat. nam Suid. in hoc quem affert loco γωμαίου ἀκολάσου καὶ τυραννικοῦ δόμβολαῖς ὑπαγόμενος, vult ὑπαγόμενος esse πειθόμενος, vel ἀπατώμενος. Idem apud Plutarchum in Solone ὑπαχθέντες τῇ ὄψει exponitur decepti. Idem Suidas ἀπάγεσθαι ait esse ἐξαπατᾶσθαι vel ὑποπάσεσθαι.

Ὑπάγειν & Ὑπάγειν εἰς δίκην, Deferre, In iudicium adducere. Plato in Apol. ἐπίμαν ὑπὸ ἀδικίας με καὶ ὑπάγειν τῆς ῥητόρων. Xen. ἡμεῖς μὲν οὖν τοῦτον ὑπάγομεν ὡς προδιδόντα ὑμᾶς, Postulamus proditionis, vel Reum facimus. Eodem modo dixit Hermog. ὡς ἱεροσυλος ὑπάγεται, sacrilegii accusatur. Ὑπάγειν εἰς δίκην, Thucyd. 3, καὶ ὑπάγουσιν αὐτὸν οὗτοι οἱ ἄνδρες εἰς δίκην. Ὑπάγειν, inquit Bud. in lex. Obiicere iudicibus damnandum: & exemplum addit ex Xenophōte Hellenicōn 2, καὶ τοὺς ὁμολογουμένοις συκοφάντας ὑπάγεσθαι. Idem Būdæus in comm. pag. 390, Ὑπάγειν εἰς δίκην exponit Deferre & adiudicium exhibere iudicandum. Cæterùm vt Herodotus dixit ὑπάγειν τὸν δῆμον, ita cum eodem genitiuo Xenophon, Hell. 2, συλλαμβάνοντες ὑπῆγον θανάτου. & in 1, ὃς ὑπαγόμενος θανάτου ὕστερον ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Exponitur autem in vulgaribus lexicis ὑπάγειν θανάτου, accusare mortis. quū potius dicendum sit. Accusare criminis capitalis. Porro vt ibi Herodotus adducit ὑπὸ τὸν δῆμον post ὑπάγειν, sic alibi ὑπάγειν ὑπὸ τοὺς ἐφόρους. Lucianus autem ὑπάγειν δικαστηρίοις dixit, quasi Subiicere iudiciis aut Sub iudicia adducere: & Aristides, ὑπάγειν πᾶς πρεσβεύσας ζημίαις. In vulgaribus lexicis legitur etiam ὑπαχθεὶς ὑπὸ δικαστηρίου ex Demosthene.

Ὑπάγειν (neutraliter positum) Se subducere, Retrocedere. Aristoteles de leone, ἀλλ' ἐὰν καὶ δεῖ πλῆθος αἰσχαδὴ ἦν θηρεύοντων ὑπαγαγεῖν. Citatur ex Aristophane, ὑπάγεθ' ὑμεῖς τῆς ὁδοῦ, pro Subducite vos è via. ‖ Ὑπάγειν de animalibus dictum, Subsidere, Demitti, & clunem submittere in coitu, vt tradit Bud. C. p. 388, ex Aristot.

Ὑπάγειν pro προσάγειν, Procedere, Progredi, Bud. ex Plut. Vide pag. 388. Suidas ὑπάγειν pro προσάγειν citat ex Philipp. Demosthenis. Sed & passiua voce ac significatione ὑπῆκται, Productus est, vel adductus, protrusus, exponitur à Budæo in hoc loco Demosth. ὅστε δὲ δμακρυόμενος πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον εἰσελθεῖν, εἰς τοιοῦτον ὑπῆκται καιρόν. ‖ Ὑπάγειν, pro simpliciter Ire. Citatur ex Aristoph. Nub. ὑπαγεῖν μέλλεις; Apud Euang. Matth. & Marcum frequens. Ammonius ex Eupolide affert, σὺ δ' ὕπαγε εἰς πῦμπροσθεν.

Ὑπάγειν, Hesychius exponit ἡσύχως πίνειν, id est Potare quietè aut trāquillè: & sic accipi posse videtur apud Theognin, inquit Bud.

Ὑπάγεσθαι Præter significationes supradictas, Subiugare significat apud Lucianum, teste Budæo. Sic autē & Philo De mūdo, dixit, οὐδὲν πρᾶγμα θεῷ μέλλον, πῶς καὶ τὰ ἦθη χρόνον ὑπηγμένῳ πέφυκε, qui in suam potestatem redegit. In hac autem significatione optimè respōdet Latino verbo Subigere, ficut & quum pro cogi ponitur. ‖ Idem ὑπάγεσθαι pro Suadere affert ex hoc Xenoph. loco, ἀναβάσεως lib. 2, 10 δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο, βουλόμενος, &c. ‖ Item ὑπάγεσθαι sine casu pro Insurgere (vt vult B.) in hoc Xenophontis loco, ἐκπέμψας ὑμᾶς τῆς πρεσβεύσεις ὑπαγομένους ἐς ἡμᾶς, δίκην ὑπόπτεύειν, id est, Insurgentibus in nos. de trigintā tyrannis loquens.

Ὑπαγωγή, Subductio. Et quidem in ea etiam significatione qua dicit Celsus Subducere aluum. nam à Dioscoride ὑπαγωγὴ κοιλίας appellatur cum alibi, tum l. 3, cap. 30, vbi de hyssopo scribit, βιβρώσκεται δὲ καὶ μετὰ χλωρῶν σύκων λείων, πρὸς ὑπαγωγὴν κοιλίας. Et subiungit, σφοδρόπορον δὲ καθαίρει μηθὴν ἀπὸ καρδαμώμου, &c. vbi καθαίρει nihil est aliud quàm κοιλίαν ὑπάγει. Est etiam ἀναχώρησις, quod fit quum receptui canitur. vt apud Thucydidem ἡ ὑπαγωγὴ opponitur τῇ δ. ὠξει. quæ quia interdum subdola est ad pelliciendum hostem in insidias, ideo ὑπαγωγὴ ponitur ἀπὸ ἀπάτης, id est pro deceptiōe. Vel ideo dicta est ὑπαγωγὴ quòd ὑπάγω significat ἐξαπατῶ & pellicio, inquit Bud. ‖ Ὑπαγωγὴ, Submissio & succidua exceptio maris. Vnde ὀχίαν ποιεῖσθαι ἐξ ὑπαγωγῆς. Aristot. de hist. anim. lib. 6.

Ὑπαγωγός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Subductiuus, Vim habens subducendi, vt ὑπαγωγὸς κοιλίας ex Dioscoride citatur (sicut & præcedens ὑπαγωγὴ κοιλίας) pro Vim habens subducendi aluum, vel Vtilis ad subducendam aluum. Pro quo malè alicubi legitur ἐπαγωγός.

Ὑπαγωγεῖς, Instrumentum fabrile, vt volunt Pollux & Aristophanis scholiastes, sed de eius vsu non consentientes. Hunc vide in istos Aristophanis versus in Auibus, Καὶ νὴ δί' ἀμήχανά γε πάσχειν ἐπιθυμῶ. Ἐπιθυμοφόρων· αἴω δὲ τὴν ὑπαγωγία Ἐπέπνυν' ἔχουσα κατέπτην ὥς τοῦ παιδία. Vbi sunt qui tomentum esse putent aut aliud huiusmodi quod cajones oneri supponunt, vt puluini vsum præstet: quale est quod Festus cesticillum appellat. Quod conuenit cum vna ex interpretationibus quam affert, vt videlicet πῖλον significet. nam pro πηλὸν reponendū est πῖλον ex Suida.

c.12. Ἀνθυπάγω Recriminor, Vicissim accuso. Thuc. 3, αἰθυπάγη αὐτῶν τοὺς πλεισταπάτους πέντε ἄνδρας.

Ἄγω cum nominibus compositi exempla sunt hæc. Ἀγήπαιδρος vocatur orcus, tanquam adducens homines ad se, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἀνδρας. Eodémque sensu Ἀγησίλαος vel Ἀγεσίλαος appellatur idem, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς λαούς. Callimachus apud autorem etymologici, φοιτῶσι μεγάλῳ Ἀγεσιλάῳ. Existimo autem Callimachum hoc epitheto siue cognomentum ex Æschylo esse mutuatum, quem eo vsum testatur Athenæus lib. 3. Dicitur etiam Ἀγεσίλας. Est præterea Ἀγήσιλαος, nomen proprium notissimum. ‖ Apud Pindarum ἀγησίχορος, Ductor chori, Ducens chorum vel auspicans, vt ἀγησίχορα θεσίμια, eodem sensu & eadem compositionis forma qua Stesichorus ἀρχήσιμολπον appellauit Musam.

‖ Ἀγέσφατος, Dux exercitus, Mineruæ epithetum apud Hesiodum in Theogonia, Δεινὴ, ἀγχοῦδεσμον, ἀγέσφατον ἀτρυτώνιν. Fit ex ἄγω & σφατός. ‖ Ἀγώνυμος vide in ὄνομα.

¶ Ἀγέομαι, ῶμαι, vnde ἀγεόμενος apud Herodotum, pro ἀγόμενος, Ductus, vel Qui ducitur.

Ἄγημα, ατος, τὸ, Agmen elephantorum, equorum & peditum, quod regem anteibat. Hesychius, Suidas. sed pro ἵππων apud vtrumque melius legeretur fortasse ἱππέων, id est equitum. Ælius Dionysius apud Eustathium ἄγημα exponit cohortem ex selectis equitibus & grauis armaturæ militibus. Plutarchus in Eumene, τοὺς ἐρρωμενεστάτους ἱππεῖς τετρακοσίους εἰς ἄγημα συνταξας. ex quo loco possunt emendari eo modo quo dixi exemplaria Hesychii & Suidæ, reponendo ἱππέων pro ἵππων. nam ἵππος quidem fœminino genere equitatum significat, at ἵπποι in plurali, minimè, quod sciam. Sed & quod dicit Plutarchus, ἐρρωμενεστάτους ἱππεῖς conuenit cũ eo quod est apud Suidam. Plutarchus ibidem, ὅθεν δὲ τοὺς ἄγημα τεῖον οἱ λεγόμενοι τῶν Μακεδόνων. Xenoph. Laced. polit. λαβὼν τὸ ἄγημα τῆς φαλάγγος μόρας ὁ βασιλεύς. Polybius quoque lib. 5, ἄγημα regibus tribuit, scribens, Εὐρύλοχος μὲν ὁ Μάγνης ἠγεῖτο χρόνον αὐθεφαὶ τετρακόσιον, τὸ καλουμένον ἄγημα τοῖς βασιλεῦσιν ἄγημασι. Athenæus etiam elephantorum ἄγημα dicit lib. 12. Eustathius, ἱστορεῖται γάρ που ὡς περ ἄγημα σφαιρωτῶν ἀθανάτων καὶ μηλοφόρων, οὕτω καὶ ἄγημα ἐλεφάντων. Cæterũ quin ab ἄγομαι deductum sit ἄγημα (vel potius ab ἀγέομαι pro ἄγομαι, vt πέσημα formatur à πεσῶ pro πίπτω) minimè dubitãdum puto. licet Eustathius tradat ἄγημα dictum quasi ἀγητόν, id est admirabile, ab ἀγῶ, ἀγήσω.

Ἀγκτήρ, ῆρος, ὁ, Vector. Ἀγκτὴρ dicitur pars colli quæ est inter τραχηλέας & φάρυγγα, à vehendo, vt quidam putant. Vide Iul. Pollucem.

¶ Ἀγνέω, νῶ, (poeticũ pro ἄγω, à quo fit ἄγνῶ, vt εἰχνῶ ex οἴχω: deinde per pleonasmũ literæ ι, ἀγινῶ. Eustathius, ἔστι δ' (inquit) ἀγινεῖν κυείως μὲν τὸ ἄγειν, ὁκ τῆς τοῦ ἄγω φωνῆς) Affero, Apporto, Adueho. Odysseæ ξ, — ἔκασε ἑστὼ ἤματα πάντα ἀγινέοντα. Et Iliadis ω, Ἐννήμαρ μὲν ὄβριμον ἀγινέον ἄσπετον ὕλην. Et Odysseæ χ, — ἰωὴ ἀγινεῖς Αἶγας μνηστήρεσσι. Vbi Eustathius pro futuro ἄξεις poni tradit, vel pro ἀγάγῃς.

C. Ἀπαγινέω, νῶ, Idem quod simplex ἀγινέω, vt ἀπαγινέειν φορτία apud Herodotum. Apud eundem autem ἀπαγινέειν φόρον, vel φόρον, pendere tributum: habente præpositionem ἀπὸ eandem vim quam habet in ἀποφέρω, quum eidem nomini iungitur.

C. Κατεγινέω, νῶ, Deorsum fero, vel Deorsum veho, Deueho, Eloco superiore fero. vt Odyss. κ, — ἠπερ ἄμαξαι Ἀξυσ' ἀπ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλιν.

¶ Ἀγνῶ pro ἄγω, Crescensium esse tradit Hesychius: quod tamen Etymologicus non scribit, quum eius facit mentionem, dicens ex ἄγω fieri ἀγνῶ, deinde ἀγινῶ interiecto ι.

¶ Ἄξω pro ἄγω formatum è futuro, vt οἴσω pro φέρω. Homerus Odysseæ ξ, ἄξεθ' ὑὸν τὸν ἄριστον. Et Iliadis ω, Ἄξετε νῦν Τρῶες ξύλα ἄσυδε. Et Iliad. π, ἀξέμεναι. Et ἄξασθαι, Il. θ. Ἐκ πόλιος δ' ἄξασθε βόας.

C. Ἀνάξω itidem pro ἀνάγω: vnde Ἀναξιδώρα dicitur Ceres, ἡ ἀνάγουσα τὰ δῶρα ἐκ γῆς, quæ munera ex terra subuehit & submittit, id est fruges: ἡ ἀνάγουσα καὶ ἀνιεῖσα

πὶ καρποὺς ἐκ γῆς Δημήτηρ, inquit Hesychius, δῶρα videlicet exponens πὶ καρπούς. Ego autem δῶρα puto dici eo modo quo Latini poetæ has ipsas fruges Cerealia dona vel munera appellant.

Ἀγυιά, ᾶς, ἡ, (ab ἄγω Eustathio & Etymologistæ) Vicus, Via, ea significatione qua dicuntur viæ vt bis pro vicis. Iliad. ε, Ἡλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς. Xenophõ Pædiæ 2, ἐπὶ δὲ καταγόντες πῶς ἀγυιὰ πῶς τοὺς τὸ βασίλειον φέρουσιν στενωτέραν οὖσαν ἢ ὅτι μετώπου πάντας εἶναι. Sunt qui ἀγυιὰ & στενωπὸν idẽ significare velint: sed distingui solent: vt hîc à Theodorito in Ecclesiast. 3, θεῖναι τὰς ἀγυιὰς καὶ τοὺς στενωπούς. Macrobius Saturn. 1, cap. 9, Græci vias quæ intra pomœria sunt, ἀγυιὰς appellant. Hesychius ἀγυιὰ ait appellari ab ἄγειν & γῦα, quod per eam ducamus γῦα id est membra, id est incedamus. Suidas autem ἀγυιὰ exponens αἱ ὁδοὶ μακραὶ ὁδοί, id est longæ viæ: subiungit, quòd non habeant γῦα, id est membra: neque κάμψας, id est flexus, anfractus. Vel ab αἴσω deriuatur, vt Stephanus ex Heracleone refert. Ego illam quam ex Eustathio & Etymologista attuli etymologiã, sequutus sum, vt minus longè petitam & verisimiliorem.

Ἀγυιά, γείτονες, inquit Hesychius, addens ἀγυιὰς à quibusdam exponi etiam στενωπούς. sed distinguuntur, vt modò dictum est. Idem ἀγυιὰ explicat ἀμφοδον, quod & ipsum diuersum est, vt suo loco ostendetur.

C. Εὐρυάγυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Latas vias habens. vt — πόλιν ἀγυιὰ εὐρυάγυια Τρώων, Iliadis β, id est πλατύδρομον (inquit Eustathius) ἀγυιὰ δὲ ἡ κοινῶς λεγομένη ῥύμη. At Hesychius habet, ἀγυιὰ εὐρυάγυια, μεγάλη καὶ πλατεῖα ῥύμη. quasi videlicet ἀγυιὰ εὐρυάγυια idem valeat quod ἀγυιὰ εὐρεῖα ἀγυιά. nisi fortè mẽdosa hic sunt Hesychii exemplaria.

Ἀγυιεύς, έως, ὁ, Ara stans pro foribus, formam columnæ habens, Hesychius. Itidem scholiastes Aristophanis in hunc ex Vespis versum, Ὦ δέσποτ' αὐτὸς, γείτον ἀγυιεὺ τοῦ ἐμοῦ θεοῦ πύρου θεὸς πύλας, annotat ἀγυιεῖς dici apud Atticos, aras quæ pro foribus erant. Idem tamen (sicut & Harpocration, Stephanus, Suidas, & Eustathius) dicit ἀγυιεὺς esse columnam ante fores stantem, in summa parte acutam. Huiusmodi autem columnas ait secundum quosdam Apollinis proprias fuisse, secundum alios, Bacchi: iuxta quosdam verò, illis duobus esse proprias. Eustathius autem, ἀγυιεὺς, inquit, Columna Apollini sacra stans pro foribus. Stephanus ait ἀγυιεῖς Eupolidi esse obeliscos diis dicatos, qui ὀβελίσκους videtur appellare quod ipse (sicut & alii modò nominati) vocat columnas in acumen desinentes. Apollo quoque (inquit idem) dicitur ἀγυιεὺς & ἀγυιάτης, hoc est ἐφόδιος. vbi ἐφόδιος pro simplici ὁδῖος accipere eum puto. vt sic ἐφόδιος qui in viis colitur: quasi Viarius Latinè dicas, à via: vt ab ὁδὸς dicitur ὁδῖος. Item Aristophanis scholiastes ait, Aliquando ipse deus Apollo, ἀγυιεὺς dicitur. Pherecrates, ὦ δέσποτ' ἀγυιεῦ, ἆρα σὺ μέμνησόμου. & ita accipi etiam in illo Aristophanis versu modò citato manifestum est. Macrob. Saturn. cap. 9, Idem Apollo apud illos [Græcos] & ἀγυιεὺς nuncupatur, quasi viis præpositus vrbanis. illi enim vias quæ inter pomœria sunt, ἀγυιὰς appellant. Hæc Macrobius. Habetur autem & hoc cognomẽtum apud Demosth. aduersus Midiã, Ἀπόλλωνι ἀγυιεῖ, Λητοῖ, Ἀρτέμιδι, &c.

Ἀγυιεὺς in accusatiuo plurali ἀγυιέας facit, & ἀγυιᾶς per synæresin, vt inquit Stephanus: Suidas autem dicit per synalœphen, Harpocrationem sequens, qui & Atticis eam in huiusmodi locis ait esse propriam. Aristophanes In equitibus, Τίν' ἔχων φήμιν ἀγαθὴν ἥκεις ἐφ' ὅτῳ κνισῶν ὧν ἀγυιάς; vbi scholiastes ἀγυιὰς exponit ἀγυιοὺς θεοὺς, & stantes ἐν ἀγυιᾶς, id est In viis: atque ita exponens, ostendit se ἀγυιᾶς circunflexa vltima legere. Nã ἀγυιὰς acuta vltima sonaret vias. Harpocration quoque apud Demosthenem κατὰ Μειδίου κνισᾶν ἀγυιᾶς, & in loco quem ex eiusdem Aristophanis Auibus citat, κνισᾶν τ' ἀγυιᾶς, cum circunflexo in ἀγυιᾶς legere mauult, non explicans tamen huius nominis in illis locis significationẽ. Cæterùm vt in Aristophanis textu melì legetur ἀγυιᾶς vltima circũflexa quàm ἀγυιὰς acuta.

ita apud eius scholiasten ἀγυιεῖς rectius quàm ἀγυιοὺς, ni fallor. vt sit ἀγυιεῖς quod paulo pòst dicitur πὶ ὀν ἀγυιᾶς ἱσταμένους. Nam ἀγύιους (cũ acutoin penultima, non in vltima, vt illic legitur) esset potius quasi à γῦον, id est membrũ, præfixo α priuatiuo: vt ἀγύους esset quasi carentes membris. De qua etymologia nihilapud vllum eorum quos citaui reperio.

Ἀγυιάτης, Apollo dictus, eadẽ significatione qua αἰγιδοῦς, vt modò ex Stephano docui.

Ἀγυιάτης, ιδος, ἡ, vt ἀγυιάτιδες θεράπαιναι, ad verbum Agyiatides famulæ, id est Aræ pro foribus in gratiam Agyiei Apollinis erectæ: qui ante portas colebatur, vt ἀλεξίκακος, id est malorum depulsor: inquit Eustathius, ex quo emendandum puto Hesychii exemplar, in quo θεραπεῖαι legitur: & ἀγυιάτιδες, quasi per se significans, αἱ θεοὶ θύρων θεραπεῖαι. At Stephanus dicit propylæa Agyiei dici ἀγυιάτιδας, cui potius assentior.

Ἀγύω, Eo. quasi quis formet verbum Vio, vias, à nomine Via. Coniugatur autem vsque ad præteritum imperfectum duntaxat, vt ὀπύω, & alia eodem modo terminata. Ex vulgaribus lexicis.

Ἄγω, (pro quo ἄγνυμι & ἀγνύω) F. ξω. P. ῆξα. medium autem ῆγα, quorum vtrunque inusitatum: sed hinc formatum Atticum præteritum ἔαγα in vsu est. Aoristus 1 ἔξα, & Atticè ἔαξα: vnde κατέαξα. Significat Frango, Rumpo. Eustath. ait apud Homerum ὕλην ἄγειν exponi posse κλᾶν, id est Frãgere. Hinc & ἄγη, Fractum est (tanquam à passiuo ἄγομαι) Iliad. π, — ἄγη δολιχόσκιον ἔγχος. & ἄγνυ, Il. ο, Τοῦ δ' ὀξὺ κονδύλιον πάλιν ἄγνυ ὀξέες ἄγκοι. pro ἐάγησαν, Fracti sunt: vt στράφεν pro ἐστράφησαν. Il. ρ, Τῆς δ' ὀξὺ αὐχὴν ἔαξε. Grammatici faciunt ἄγνυμι anomalum verbum, quod sua tempora ab ἄγω accipiat: ideo videlicet quòd ἄγω in præsenti tempore vix reperiatur, at ἄγνυμι passim. vnde & ἀγνυμένων, Od. κ, Ἀνδρῶν ἀλλυμένων, νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμένων: à passiuo verbo ἄγνυμαι, id est Frangor. Hesiod. θεὶ δὲ σφίσιν ἄγνυτο ἠχώ. Herodot. πόλεμος θεὶ καμὼν πολλὰς ἀγνύμενος. Dicitur & Ἀγνύω, quod quidẽ ἄγνυμι præcedit, si Eustathio credimus. Ait enim primum esse ἄγω, cui inserto ν ἄγνω, inserto & υ, ἀγνύω: vnde ἄγνυμι. Sed quæcunque sit formatio, hoc saltem constat, Ἄγνυμι & ἀγνύω in prosa vsurpari, & huius imperfectũ quoq; sed ab ἄγω cætera tempora sumi. Vnde & apud Platonem κατέαγα Frangere, & κατέαξεν Fregit, & κατεάγη Frangatur, vt dicetur in κατάγω. Frequentius enim vsurpant compositum. Cæterùm verbalia etiam nomina hinc deriuantur, & ipsa tanquã ab ἄγω non tanquam ab ἄγνυμι formantur, quæ quidem proximè sequuntur.

Ἀγή, ῆς, ἡ, Fractio, Ruptio. Fractio fluctus, inquit Suidas & autor Etymol. ἀγαὶ ἁρμάτων, Curruũ fracturæ siue fractiones, Euripidi.

Ἀαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui vel quæ frangi non potest, Infrangibilis, vel Latinius Infragilis. Homerus Od. λ, Χερσὶ ἔχων ῥόπαλον παγχάλκειον, αἰὲν ἀαγές. Hesychius ἀαγὲς exponit ἄθραυστον, ἰσχυρόν πάνυ, Quod rumpi nõ potest, Validissimum. Etymologicus addit, ἢ τὸ πεπυθραυστον, vt videlicet α vim augendi habeat. Apollonius Rhodius δόρυ ἀαγὲς dixit, vt Homerus ῥόπαλον ἀαγὲς, pro ἄθραυστον: vel (vt scholiastes apud eum exponit) pro ἀκαμπές.

Ἄγμα, ατος, τὸ, Fractio, vel potius Fragmentũ, κλάσμα. Hesychius exponit etiam κόπαμα, id est, τὸ κατειργασμένον ἔριον, lana exculta, vt & Ouidius loquitur. Explicat item κλέμμα, hoc est furtum. Eustathius quoque ex Rhetorico lexico docet ἄγμα esse interdum idem quod κόπαμα, sed illius tertiæ significationis non meminit. Notandum est autem quod ad eam attinet qua pro κόπαμα ponitur, non à verbo ἄγω, i. Frango, tum deriuari (aut ego valde fallor) sed ab ἄγω, id est Duco. Vnde & κατάγω eo sensu quo deduco Latinè: vt κατάγω κρόκην, Filum deduco nendo.

Ἀγμός, οῦ, ὁ, Idem quod ἄγμα, Fractio. vnde Hippocratis liber περὶ ἀγμῶν.

Ἄγμοι, Loca montosa & præcipitium habentia, Suidæ. Abrupta siue prærupta loca, Hesych. Nicander in Ther. — κοίλη τε φάραγξ καὶ τραχέες ἄγμοι. ‖ Apud eun-

dem in Alexiph. ἀγμοί, Littora, Κνώδαλα φυκιόεντα ἀεὶ θεριβόσκεται ἀγμοῖς. Hîc enim scholiastes ἀγμοὺς exponit αἰγιαλοὺς.

Ἀγμιεῖς, idem quod ἀγμοί, Præruptiones aut Præruptura, si dici posset. Hes.

Ἀγμίζω, Frango, Concutio, in vulg. lex.

Ἀγαλέος, ᾶ, ὁ, pro quo dicitur ἠγαλέος. Hesych. ἠγαλέον exponit Mutilum, Fractum, Cauum, Quod facilè frangi potest. Autor etymologici citatis his ex aliquo pentametro verbis, — ἠγαλέῳ κόλπῳ ἀειραμένῳ, vult ἠγαλέω significare ruptam, aut mutilatam, aut excauatam. vt ab ἄγω, id est frango, fit ἄγος ruptio, & inde ἀγαλέος: vt à πάρβος factum est παρβαλέος.

Ἄγανος, (accentu in antepen.) Fractus. Suidæ ξύλον ἄγανον vocatur fractum: vel virgulta quæ facilè franguntur. Sic κάγκανα ξύλα vocantur secundum quosdam τὰ εἰς τὸ καίεσθαι κατεγόμενα, id est κοπήσιμα.

C. Κατάγω (pro quo dicitur καταγνύω & καταγνυμι) vnde κατέαξα pro κατῆξα, sicut ab ἄγω, ἔαξα: itẽ, præteritũ mediũ κατέαγα, vnde participiũ καταγής. Apud Matthæum autem cap. 12, in Esaiæ testimonio legitur etiã futurum habens insertum ε. ibi enim habetur καταξει, quod vix alibi reperiri puto. Significat Confringo, Perfringo, Diffringo: vel simpliciter Frango. Καταγνύναι, à καταγνυμι, apud Platonem in Phædro, καὶ μὴ ὅπη χρεὼν καταγνύναι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου δίκην χρώμενον. Καταγνύουσι autem à καταγνύω dixit Xenophon, περὶ τῶν βαναυσικῶν τεχνῶν ita loquens, ὅπ καὶ τὰ σώματα καταλυμαίνεσθαι δοκοῦσι, καὶ τὰς ψυχὰς καταγνύουσι. vbi hoc verbo metaphoricè vtitur, pro eo quod alibi dicit θηλυνεῖν & ἀρρωστον ποιῆσαι: sicut & Latini Frãgere & Infringere dicũt pro Eneruare & Effœminare. Ab ἄγω autẽ est κατέαγα apud Platonem, & κατέαξει, & ἐὰν καταγῇ, si frangatur: apud Galenũ, καταγῇ ὀστοῦν, & καταγῇς ὀστοῦν: apud Lucianum, κατέαγα τῆς κεφαλῆς: apud Aristophanem καταγῶσι. Sic in participio καταγὼς & καταγῶα: vt apud Philostratum Heroicis, καταγὼς τὰ ὦτα, aures fractus, pro Fractas habens aures. Dicitur & κατέαγμαι, vnde participiũ καταγμένος apud Lucianũ in Timone, καταγμένα γὰρ αὐτοῦ [τοῦ κεραυνοῦ] καὶ ἀπεστομωμένα εἰσὶ δύο ἀκῖνες. ‖ Interdũ καταγὼς ponitur pro fracto, id est effœminato, sicut καταγνύουσι in loco Xenophõtis proximè præcedente.

Καυάξας sunt qui putẽt ab Hesiodo metri causa dictum pro κατάξας, in Op. — οὔτέ κε νῆα Καυάξας. Alii thema faciunt Καυάζω, Frango.

Κάταγμα, ατος, τὸ, Fractura. Apud Dioscoridem ὀστῶν κατάγματα quod Plinius ossa fracta. Idem Dioscorides lib. 2, τὰ ἐν κεφαλῇ τραύματα καὶ κατάγματα. Idem lib. 1, κάταγμα πωροῖ τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων, Decoctum foliorum ossa confracta solidat. Vbi Marcellus annotat τὰ κατάγματα de confractis tantùm ossibus dici. In vulgaribus lexicis, κάταγμα exponitur etiam Fragmen & Fragmẽtum: quæ interpretatio his & similibus locis non conuenit.

Κατακτὸς, οῦ, ὁ, Fragilis: cui opponitur Δις κάτακτος, apud Dioscoridem, Difficilis fractu. ‖ Item Κατακτὸς κόπαβος vide in Κόπαβος.

c. 2. Ἐπικατάγνυμι, pro Insuper frango, ex Aristotele affertur in vulg. lex.

c. 2. Περικατάγνυμι, quasi dicas, Circũfringo, pro Circumquaque frango vel in circuitu. Interdũ pro κατάγνυμι, aut simplici ἄγνυμι. Theophrastus, περικαταγνύμενα ὃ ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα quod Plinius, Quibus fractis inest nucleus oliuæ similis.

C. Περιάγνυμι, vel Περιαγνύω, Circumfringo, Confringo torquendo, Contorquco. Chion in epist. ad Matridem, καὶ πλειστὸν δὴ λακπίζων καὶ περιαγνύων τὸν βραχίονα, ἐξέβαλον αὐτοῦ τὸ ἰξίφος, extortam ei sicam abieci, i. contorto brachio ereptam, Bud. Apud Apollonium lib. 2, Ὅσσις Βιλλαίοιο μέλαν περιάγνυ ὕδωρ expohitur Interrũpit & dirimit. ‖ Περιαγὴς pro circũfracto, citatur ex Anth. epigr. vel (vt alii) περιαγὶς participium.

Ἄκτη, ῆς, ἡ, Littus. fit etiã ab ἄγω, significãte frãgo (vt volũt Græci grãmatici) quòd videlicet vndæ littori allisæ frangantur. Hom. Il. σ, Ἀκτὴν εἰσαπέβαινον.

Od.o, περόπτω ἀκτῶ Ἰθάκης. Distinctè autem ponuntur ab eodem λιμένες & ἀκταί, Il.μ, λιμένσι τε καὶ ἀκταῖς. Actam pro littore dixit & Virgilius Æneid. 5, At procul in sola secretæ Troades acta. Ἀκταί (vt Ammonius tradit) sunt petricosa maris loca, ἕνες autem, arenosa. Est porro hæc vox ἀκτὴ non solùm in carmine, sed & in soluta oratione vsitata. Strabo de littorib⁹ sinus Corinthiaci loquens, dicit, ἐνταῦθα σωαγαγὼν ἀξιόλογον λαμβάνουσιν αἱ ἐκ πέρωθεν ἀκταί. vt itur & Lucianus.

‖ Ἀκτὴ est etiam maritimus locus, vt Hesychius scribit. Apud Herodotum sæpe pro ora, id est littorali regione.

Ἀκτὴ, Fructus vel potiùs fruges, vt Iliad. ν, — καὶ ἔδει Δημήτερος ἀκτῶ, id est Cereris fruges. Sic apud Hesiodum sæpe, — Δημήτερος ἱερὸν ἀκτῶ. vbi ἀκτῶ quidam putant masculino genere poni. Nam profertur etiam ἀκτὴς nominatiuus, vt Eustathius tradit: qui tamẽ alibi eos reprehendit qui apud Hesiodum masculinum esse censuerint ἀκτῶ. quæ tamen fuit Tzetzis postea sententia. declinauit enim ἀκτὴς, ἀκτοῦ, & δῶρημα interpretatus est, illũ Hesiodi locũ exponẽs. Alibi idẽ Eust. dicit Δημήτερος ἀκτὴ esse cibũ ex tritico & triticeis, siue frumẽto & frumẽtaceis. aliter enim vertere non possũ ἢ ἀπὸ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν τροφήν. Et fit (inquit) ab ἄγω, id est frango. nam molitum frumentum aptũ ad esum. vt sit ἀκτὴ Δήμητος fragmentum panis. Quanquam non video cur hoc dicat, ἀκτῶ Δήμητος esse panis fragmentũ, ex eo quòd molatur frumentũ. molendo enim fit farina, non autem panis fragmenta. Legitur autẽ apud eundem poetam ἀλφίτου ἀκτὴ, Od. ξ, — παλαιὰς ἀλφίτου ἀκτῆ. Od. β, Εἴκοσι δ' ἔστω μέτρα μυλοφάτου ἀλφίτου ἀκτῆς. vbi Eustathius ἀκτῶ ἀλφίτου ait, iuxta veteres, esse farinæ munus, τῶν τὸ τρωτάγεσθαι ἢ τρωτάγεσθαι: aut κλάσμα, ab ἄγω. Idem Homerus Iliad. λ, — πάρα δ' ἀλφίτου ἱερὸν ἀκτῶ. vbi ille ait, ἀκτὴ est δωρεὰ (id est munus) quam quis alicunde ἄγεται, id est apportat siue accipit. Sunt (inquit) & qui Δήμητος ἀκτὴ velint dictam διὰ τὸ τρεῦχθαι ὑπὸ ἄλλων, i. quòd prælata sit aliis. Idẽ verò exponẽs hunc Il. ν locum, — καὶ ἔδει Δημήτερος ἀκτῶ, nõ dicit ἀκτὴν significare δωρεὰν (i. munꝰ) sed subaudi ipsi ἀκτὴν: vt perfecta oratio sit Δημήτερος ἀκτῶ δωρεά: vt (inquit) quũ dicitur ξυσὸν, subintelligitur δόρυ: & quũ δίπτυον subauditur χλαῖνα. Tã parũ sibi cõstat in expositione huius vocabuli hic grãmaticus. Certè nec illud perpetuò verũ reperietur, dici ἀκτῶ Δήμητερος, fruges, aut ipsum panem, ex eo quòd frangatur & cõminuatur frumentum molendo: quum & segetes ipsas Hesiodus Δήμητερος ἀκτῶ appellet.

Ἀκτὴ, Sambucus, de qua Dioscorides lib. 4, c. 174, ἀκτὴ δενδρόν ἐστιν. ἡ μὲν γάρ τις ὀθνεῖον δενδρώδης, κλάδεις καλαμοειδεῖς ἔχουσα, &c. Dicitur & Ἀκτὴς ab eodem Dioscoride, qui lib. 2, cap. 187, loquens περὶ δράβης, scribit, ἐπ' ἄκρου δὲ ὀξύδιον, καθάπερ ἀκτής. Vocatur eadem & Ἀκτέος, si mendosæ non sunt Theophrasti vulg. editiones. legitur enim apud eum lib. 3, De historia pl. cap. 6, περόλα ἐν δὲ, καὶ κερύα, καὶ δρῖς, καὶ ἀκτέος.

Ἀκτὴ Attica fuit dicta ab Actæo rege (vt tradit Stephanus) aut Actæone, vt Suidas: vel quòd eius bona pars sit littoralis, & maritima. Vide Stephanũ. Est Ἀκτὴ & aliorum locorum nomen proprium, vt te idem docebit. Vide Ἄκπος quod proximè sequitur. ‖ Ἀκτὴς etiam dictæ sunt Athenæ primò, vt tradit Seruius.

Ἄκτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Littoralis. Ἄκτιος Pan apud Theocritũ, ὁ ὅθεν τᾶς ἀκτᾶς ὑπὸ τῶν ἁλιέων ἱδρυμένος. Vel pro Venator. nam & ἐπακτῆρες appellãtur venatores. Vel qui Athenis colitur. Etymol. ‖ Item ἄκπος & ἐπάκτιος Apollo à loco quodam Magneziæ dicto ἀκτή. autor Stephanus. Vide Ἐπάκτιος.

Ἀκτίτης, ου, ὁ, Littoralis, Commorans in littore. vt apud Phaniam in Anthologia epigrammatum ἀκτίτης καλαμόθυτος, hoc in versu, Ἀκτίτα καλαμῶν τὸν ξερὸν ἔλθ' ὑπὸ πέτρης. Ἀκτίτης, Atticus. vnde Ἀκτὴ τοῦ πέτρα, i. Ἀτικὴ τῆς inquit Stephanus.

Ἀκταῖος, ου, ὁ, Littoralis, Maritimus. nam ἀκταίου Hesychius explicat τῶν θαλασσίου. Apud eundem ἀκταῖοι ἰχθύες, littorales pisces. Virgilius vt substantiuum acta, ita & adiectiuum actæus pro littorali vsurpat, Ecl. 2, Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Nam Seruius in hunc versum scribit, Sane Aracynthus mons est Thebanus: vnde actæo littorali debemus accipere. vt, At procul in sola secretæ Troades acta.

Ἀκταῖος, Atticus, Athenienſis. vnde, vt idem Seruius tradit, Actæo (in proximè præcedente Virgilii loco) pro Athenienſi plerique accipiunt: non quòd Aracynthus apud Athenas est, sed vt ostẽdatur rustici imperitia. ‖ Ἀκταία, Vestis genus. ‖ Item, Nereis quædam ita dicta. vtrunque apud Eustath.

C. Ἀκταωρέω, ῶ, Littora custodio, Sum custos littorum, Hesychius. Idem Ἀκτωρεῖ trisyllabè scribit, & explicat τὰ τῶν θαλάσσαν φυλάττει, id est maritima custodit, quod eodem modo Etymologicus habet, nisi quòd infinitiuus est ἀκτωρεῖν apud eum.

Ἀκταώρος, Littorum custos, ab ἀκτὴ & οὐρεῖν, mutato ου in ω, vt habet idem Etymologicus. Hesychius autem scribit ἀκτωροὺς trisyllabè, exponens γεωργοὺς ἢ φύλακας, id est agricolas aut custodes. Sic & Etymol. in ἀκταώρος, sed sine particulaꝫ.

C. Ἐπακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi ἐπ' ἀκτῆς ὤν, Ad littus situs, Littoreus, Littoralis, Maritimus. vt apud Sophoclem Trachiniis ἐπακτία Τίρυνθι scholiastes exponit τῶν θαλασσία. Sic ἐπακτος οἶκος, quæ à Martiale Littorea domus, id est ad littus sita. At ἐπάκτια πώεα, oues iuxta littus pascentes, exponitur. Apollo autem ἐπάκτιος, ὁ ἐν τῇ ἀκτῇ νεμόμενος, apud Apollonium Rhodium Arg. lib. 1, Νήσον αὐ ἐξ βωμὸν ἐπακτίου ἀπόλλωνος. Sed quod dicit ibi scholiastes, ὁ ἐν τῇ ἀκτῇ πρόμυρος, non videtur intelligendum vt in vulgaribus lexicis exponitur, Qui in littore colitur, sed Qui colitur in quodam loco Magneziæ qui Acte nominatur: vt ex Stephano annotaui in Ἄκπος.

C. Παραθάλασσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἐπάκτιος, Littoreus, Littoralis, Maritimus. Æschyl. Prom. pag. 51, Ἐντοῦθεν οἰσηνέσασα πλεῖν θαλάσσαν Κελεύθου. Sic Sophocles θαλάσσιος λειμῶνας dixit.

C. Παραθαλάσσιος pro θαλάσσιος (eodem modo quo θαλασσίδιος dicitur pro θαλασσίδιος) vt θαλασσίδιον κῦμα in Anthol. epigr. Littoreus fluctus, id est qui ferit littus, vt loquitur Virgilius.

Ἀκτίνη, ῖνος, ἡ, (itidem ab ἄγω, frango, secundum quosdam) Radius solis. Luc. in Anacharside, οὐκέτι πίλου δεόμεθα, ὃς τῶν ἀκτῖνα κωλύσει καταικεῖν τῆς κεφαλῆς. Id est, Non amplius galero indigemus, qui radium solis ad nostrum caput pertingere prohibeat. Apud Homerum pluralis datiuus ἀκτῖσι & ἀκτίνεσι: vt Odyss. ε, Οὐδέπτ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν. Iliad. κ, Αἰνῶς ἀκτίνεσιν ἐοικότες ἠελίοιο. Hesiodus in Theogonia, — οὐδέπτ' αὖτις Ἠέλιος φαέθων ποτιδέρκεται ἀκτίνεσιν. ‖ Capitur & pro radio κεραυνοῦ, id est fulminis. Luc. in Timone, καταχαμένας τὸ ὠτὸ [τὸ κεραυνοῦ] καὶ ἀπεσκωμμένας ἐστὸ δύο ἀκτῖνες αἱ μεγίστας.

Ἀκτὶς etiam dicitur in nominatiuo. Antiphilus in Anthologia epigrammatum, Ἤδη σβεννυμένας με νέα καταφώπτει ἀκτίς. Seruius in Virgilium, Græci, inquit, ἀκτὶν & ἀκτὶς dicunt, δελφὶν & δελφίς, Ἐλθὶν & Ἐλθίς: sed verius in ν desinunt, quod in obliquis habent, vt ἀκτῖνος, Ἐλθῖνος & δελφῖνος.

Ἀκτὶς habet & alias significationes. nam & sambucꝰ apud Dioscoridem exponitur, lib. 2, ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδιον, καθάπερ ἀκτίς. & ita ἀκτὶς idem fuerit quod ἀκτή. ‖ Sic etiam vocatur (teste Pausania apud Eustathium) vas in quod coniiciuntur oboli. ‖ Est & οἰκέτου ὄνομα, id est serui nomen, vt idem ibidem testatur. Apud Xenophontem autem in Cyneg. canis est nomen.

Ἀκτινωτὶς, οδ, ὁ, Radiatus. tanquam à verbo ἀκτινόω.

Ἀκτινιδὸν, A duetbium, In formam radiorum, vel radii, apud Lucianum.

C. Ἀκτινοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Radiorum formam habens. Ex ἀκτὶν & εἶδος.

C. Ἀκτινοβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Radios iaciens, Radiis eiaculans. Vnde Ἀκτινοβολία, Radiorum eiaculatio, apud Plutarchum. Ex ἀκτὶν & βάλλω.

C. Ἀκτινοβολέω, ῶ. F. ήσω, Radios iacio, Radios eiaculor, Radio. Et pass. Ἀκτινοβολέομαι, οδμαι, apud Athenæum, Irradior. libro 4, ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτινοβολεῖσθαι, A sole irradiari.

Ἄξων, ονος, ὁ, (ab ἄξαι aor. 1 verbi ἄγω) Axis rotæ. Hom. Il. λ, — ἅμαρτε δ' ἄξων Νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ αὐτυγὲς αἰὲν ἔφορον. & Il. ν, — οὐδ' ὑπὸ ἑνέρθε διαίνετο χαλκὸς ἄξων. Xenoph. Pæd. 6, de bellicis curribus loquẽs, ἁρματοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ σωτεύεσθαι, ἀξόσι τε μακροῖς. Per metaphoram itidem ἄξων τοῦ κόσμου vocatur axis mundi. Proclus enim ita (post Aristotelem De mundo) scribit, ἄξων καλεῖται τοῦ κόσμου ἡ διάμετρος αὐτοῦ, περὶ ἣν στρέφεται, id est, Axis mundi appellatur eius dimetiens, circa quam voluitur.

Ἄξων vocatur spõdylorum secundus qui est immobilis. τοῦ δὲ σπονδύλων (inquit Pollux) ὁ δεύτερος ἀκίνητος ὤν, ἄξων ὀνομάζεται.

Ἄξονες erant apud Athenienses, velut apud Romanos, leges duodecim tabularum. nam ἄξονες erant axes ligneæ in quas leges Solonis incisæ erant. Gellius libri 2 sic orditur 12 caput, In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quásq; latas ab eo Athenienses, vt sempiternæ manerent, pœnis & religionibus sanxerunt, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam, Si ob dis. ordiam, &c.

Ἄξων pro decem tabulis, inquit Budæus, citans hunc ex Demosthene aduersus Aristocratem locum, ὡς ἐν τοῖς ἄξοσι εἴρηται. Plut. in Solone, ὁ δὲ πεισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὴν ὄγδοον ἔχει νόμον οὕτως γεγραμμένον. Idem in Numa, ἐν τῇ τοῦ τοῦ ἄξόνων τοῦ Σόλωνος ἀνιγραφῇ. Solent autẽ vulgò ἄξονας Σόλωνος tabulas Solonis interpretari: vt in modò citato Plutarchi loco, ὁ πεισκαιδέκατος ἄξων, decimatertia tabula. Idem verò testatur leges illas Solonis inscriptas fuisse εἰς ξυλίνους ἄξονας, in ipsius Solonis vita. Hos autem ἄξονας quadratam figurã habuisse autor est Suidas, qui itidem ab iis ipsas quoque leges in eos inscriptas nomen accepisse testatur. Pollux verò ante Suidam annotauit quadrata fuisse forma, sed ait fuisse χαλκοῦς, id est æneos. Quæ sit autem differentia inter ἄξονας & κύρβεις, videbis in κύρβεις.

Ἄξων, in Solomonis parabolis bis legitur pro tramite & orbita: vbi semita Latinè habetur. Alibi, τοὺς ὁ ἄξονας τοῦ ἰδίου γεωργίου πεπλάνηται, id est, Aberrauit à sulcis suæ segetis. Bud.

Ἀξόνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad axem pertinens. Ex Anthologia epigr. citatur ἀξονίοις δεσμοῖς pro Vinculis axi alligatis.

C. Ἀκραξόνιον, ου, τὸ. i. τὸ ἄκρον τοῦ ἄξονος, Sũma pars axis, apud interpr. Apollonii. Apud Poll. autem legitur ἀκροξόνια.

C. Παραξόνιος vide in Ἐπίβολος.

Ἀ Γ Ω N, ῶνος, ὁ, Certamen, Solennes ludi, vel simpliciter Ludi. Nam ita quoque exponitur ἀγῶν. Sed malim ἀγῶνας aut simpliciter Certamina: aut Certamina ludorum interpretari, ex Ouidio: ad restringendam, quæ paulo alioqui latius patet, ludorum significationem. Ἀγῶνας possumus etiam cõmissiones ex Suetonio interpretari, vt opinor. Athen. 5, ὅθεν τὰ ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν μονομαχῶν. Dem. Epit. τῷ θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἐξιωμένοις ἄθλα ἄπαν. Intelligit autẽ de iis qui ἀγῶνες ὀθνεῖοι vocabãtur, quasi dicas certamina funebria (eo sensu quo dicũtur laudationes funebres, & orationes funebres) qualibꝰ apud Hom. ornatur Patrocli funus. Varia autẽ ἀγώνων genera (de quibus dicũtur ἀγωνοθέτης & ἀγωνοθετεῖν) distinguũtur additis adiectiuis, vt γυμνικοὶ ἀγῶνες, & μουσικοὶ, & ἱππικοὶ, (qui & ἱππῶν ἀγῶνες Dem. in Midiã) vt apud Xen. Hell. 3, ἀγῶν ἱππικὸς καὶ γυμνικὸς, certamen equestre & gymnicũ. Aristoph. Pluto, ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς. quẽ locũ vide & in ἀναγώνιος. Notandus est autẽ vel ob id quod Pollux scribit, Atticos vix dicere αἰῶνας μουσικοὺς, sed potiꝰ αἰῶνας μουσικῆς. De his autẽ Plutarchus in Alex. πλείστοις γὰρ θεὶς ἀγῶνας οὐ μόνον ῥαψῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, &c. Apud eundẽ Plutarchũ in eodẽ Alex. memoratur αἰῶν ἀκραιπποσίας: sic apud Athenæũ lib. 10, ἀγῶν πολυποσίας & ἀγῶν πολυφαγίας. Interdũ autem per αἰῶνας intelligũtur peculiariter ἀγῶνες cognominati ἱεροὶ, i. certamina sacra, quæ quatuor erãt, Nemeæa, Pythia, Isthmia, Olympia: vel Pythica, Isthmica, Olympica. Inter ἀγῶνας alii (vt docet Poll. l. 3) στεφανῖται & φυλλίναι fuerunt appellati, alii ἀργυεῖται, ex iis videlicet qui nominabantur θηραικοί. Quò alludẽs Plutarchus in Pol. præceptis dixit, ὥσπερ οὐκ ἀργυρίτλω οὐδὲ δωρίτλω ἀγῶνα πολιτείας ἀγωνιζομένης, ἀλλὰ ἱερὸν ὡς ἀληθῶς καὶ στεφανίτην. De his quatuor certaminibus extat epigrãma Archiæ, quod primum est in Anthol. epigr. Ἔξω τοῦ ἀγῶνος apud Lucianum in Anach. metaphoricè, Quæ aliena sunt à re de qua agitur, siue à sermone instituto. pro quo dicit ἔξω τοῦ πράγματος eodem in loco: κατὰ τὸν ἔξω τοῦ ἀξῶνος ἴσως τοῦπα. οὐ γὰρ, &c. Paulo post, ὃς ὑπ' αὐδοῦς, οἶμαι, αἰέχη λιποιῶτα ἤδη τοιοῦτα ἔξω τοῦ πράγματος. Idem alibi composita voce ἐξαγώνια in eodem signif. vsus est, adiungens καὶ πόρρω τοῦ πράγματος. De huius autem nominis etymo vide sectionem sequentem.

Ἀγὼν non solùm τὸν ἆθλον significat, id est ipsum certamẽ, (pro quo malè apud Etymol. legitur τὸ ἆθλον) verumetiam locum in quo certamen ipsum editur. Imò verò & alia multa declarat, si Eustathio crèdimus hæc ex vet. gramm. afferenti, ἀγὼν, ὅμιλος, κύκλος, μάχη, ἔρις, ἀγορά, συναγωγὴ, καὶ ὀπτάδειξις. Idem verò ναὸν hac voce significari, alibi scribit. Etymol. autẽ tradit ἀγῶνα esse τὸν τόπον, item τὸ πλῆθος τῶν θεατῶν, item τὸ ἄθροισμα, præterea τὸν ἆθλον, (sed ibi mendosè legitur τὸ ἆθλον in nominat. pro ὁ ἆθλος) necnon τὸν ναόν. Inuenio præterea ex quopiã grammatico citatũ, ἀγῶνα significare τὸ ἄθροισμα, τὸν ἆθλον, τὸν τόπον, τὸ πλῆθος, τὸν κίνδυνον, τὴν κρίσιν. Quæ significationes, septem quidẽ sunt numero, vt & apud Eustathiũ, sed nõ omnes eædem. Ego autẽ quomodo hæ tot significat. ad paucas restringi possint ostendam, lectorẽ simul admonens, in aliis itidẽ multis vocabulis id me fecisse, nec huiusmodi tantùm sed & aliis multis grammaticorũ tricis in hoc opere eum exoluisse. Dico igitur ἀγῶνα esse in vna eadémq; prima significatione, τὸν ἆθλον, & τὴν μάχην, & τὴν ἔριν, necnon τὴν ὀπτάδειξιν. quia ὁ ἀγωνιζόμενος, is μάχεται, is ἐρίζει, is ὀπτάδεικνυται, id est Qui certat, is pugnat, is contendit, is specimen suarum virtũ aut suæ industriæ edit. Huius autem primæ significationis velut appendicẽ esse illũ vsum quo τὸν κίνδυνον & τὴν κρίσιν declarat, vt infrà docebimus. quemadmodũ autẽ ἀγορὰ nõ tantùm significat cõcionem, sed & turbam hominum ad illam audiendam congregatorum, necnon illũ in quẽ congregati sunt locum, ita & ἀγῶνα non certamen duntaxat, sed & ipsam spectantium certamen multitudinẽ, & locum præterea in quem ad spectandũ conueniunt, in quo videlicet certamen editur, declarare. ab hac autem significatione qua pro multitudine congregatorum spectatorum ponitur, manare has expositiones, τὸ ἄθροισμα, τὴν συναγωγὴν, τὸ πλῆθος, atque adeo τὴν ἀγορὰν. at locum in quem coacti sunt, esse quod dicunt τὸν τόπον: & ab hoc significato illas etiam duas expositiones pendere, τὸν ναὸν & τὸν κύκλον, necnõ & tertiã Hesychii τὸ στάδιον. Nunc ad exempla veniendũ est. Ἀγὼν pro multitudine spectantium certamen: vt probat Etymol. ex hoc versu qui est initio Il. ω, Λοῦτο δ' ἀσῶν, λαοὶ δ' θοαὶ ὀπὶ νῆας ἕκαστοι Ἐσείδνεντ' ἴέναι. vbi Eust. annotat ἀγῶνα esse τὸ πλῆθος, addens, ex veterum autoritate, ἀγορὰν à Bœotis appellatam esse ἀγῶνα. Ἀγὼν pro multitudine, de nauibus etiã dictũ est. vt Il. π, Αὐτὰρ μὲν ἐγὼ μνήσω νηῶν ἐν ἀγῶνι. vbi ἀγῶνα Eustath. esse ait ἄθροισμα, quod interpretor Congregationẽ nauiũ, vel potius Multitudinem congregatarũ nauium. Pro qua signif. ab Etymol. affertur hic eiusdem Homeri versus, Ἤρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν καὶ παλλὰς Ἀθήνη. At Il. ο, vbi legitur νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα, tradit idem Eustathiꝰ posse hic ἀγῶνα accipi & pro ipsa concertatione quæ fit in prælio: rectius tamen, sequẽdo veteres, sumi pro multitudine & congregatione. Hæc illi. Quibus addo, posse (meo iudicio) ἀγῶνα hìc quoque exponi τὸν τόπον, vt mox docebo. ‖ Ἀγὼν, Locus in quo spectatores certaminis congregantur, in quo videlicet editur ipsum certamen. Ita tamen vt aliquando ad spatium illud quod certantibus relinquitur, restringi videatur. id est, ad ipsum στάδιον, vt Hesychius exponit.

Od.θ, Λέσχην δὲ χρόνον, καλὸν δ' ἐρύσαν ἀγῶνα. Sic Il.ψ, Ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι ἑστηότες ἄθε Ἴππους. Hesiodus, — πρὸς νίκην μέγας πέπτε ἐν τῇ ἀγῶνος. Suidas quoque ἀγῶνα dicit locum significare in quo certatur, proferēs hunc ex Thucyd.5, locum, προελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐδήσατο τὸν ἡνίοχον. Vt autem in his locis ἀγὼν de loco dicitur congregatorum hominum, ita & paulo antè ἀγὼν νεῶν videtur ita significare congregatarū nauium multitudinem, vt simul intelligamus locū in quo illa multitudo erat. Ἀγὼν autem pro templo in hoc eiusdem poetæ versū ponitur (vt volunt Etymol. & Eustathius) Il.η, Αἴ τέ μοι ἀγχόθι θεῶν δύσιν) ἀγῶνα. Sed hanc significationem sub proximè præcedente cōprehendi, tanquam speciē sub genere, vel ex eo apparet quod ipsemet Eustathius addit, videlicet ἀγῶνα hîc accipi αὐτὸ τοῦ ναοῦ, quatenus hîc sit θεῖον καταγώγιον καὶ ἀθροιστήριον, οἷον τὰ ἐν ἀστεῖ ἀγάλματα. Iam verò & quum ἀγῶνα vet. interpretati sunt κύκλον, deloco intellexisse vocem κύκλον credibile est, quum alioqui ἀγὼν putetur hoc etymum habere vt sit ὁ γονίαν οὐκ ἔχων τόπος, & proinde κυκλοπερής: præfixo videlicet α priuatiuo. Cuius etymi Eustathius quoque meminit pag. 1335: ponens & alia duo, videlicet vel τοῦ ἄγω, vel ἀπὸ Ἀγόνου, ἡνιόχου Πέλοπος. Sed ego aut primitiuam esse hanc vocem ἀγὼν, (vnde & literis maiusculis eam hic scripsi) aut non aliunde quàm à γονία deductam existimo. Κύκλον tamen pro loco rotundam habente formā legere me non memini: sed videat lector an iuuare nos possit quòd locus Romæ dictus circus Flaminius, vocatus est ἀγών. nam scio & aliam huius appellationis causam reddi.

Ἀγὼν, Bellum, Belli certamen (vt loquuntur interdū Latini) Item, Concertatio quæuis, aut Contentio. Poll. lib.1, c.10, χρηστέον δὲ πότε καὶ τῷ αὐτὰ παλαι, εἴγε καὶ τὸν πόλεμον ἀγῶνα καλητέον. Demosth. Pro corona, πρὸς τὸν Φίλιππον οὐν ἡμῖν ὁ ἀγών. Ibidē ἀγῶνα ποιεῖσθαι dicit, καὶ γὰρ τὸν ἀγῶνα μᾶλλον ἢ πρὸς ὑμᾶς ἐνόμιζον ποιήσασθαι. In qua signif. (videlicet pro belli certamine) sumi ἀγῶνα quidam volunt in his prouerbiis, ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις, & ἀγὼν πρέφασιν οὐκ ἀναμένει. quorum meminit Suidas, & post eum Erasmus, qui exponit Certamen. In vulg. tamen lex. annotatur ἀγῶνα hîc pro discrimine accipi posse, vt sit sensus, Quū agitur de periculo, nō licet ter giuersari, aut, nō oportet expectare occasionē. Sed ego ἀγῶνα existimo pro Discrimine nōnisi certa cū cōstructione poni, & referenda hæc prouerbia ad id quod Curtius dixit, Bellum rarò permittit tempora legere. Cæterùm quoniam ἀγὼν de variis certaminū generibus dicitur, interdum addito adiectiuo πολεμικός ad belli significationem restringitur. vt apud Synesiū epist. 40, χρήσῃ δὲ ὅταν δοκῇ θήσειν ἐξάγης καὶ ἐν ἀστοῖς πολεμικοῖς. Est ἀγὼν & generaliter Concertatio quæuis seu cōtentio, Studium & Contentio vehemens circa rem quampiam. Qua in significatione Isocrates pluralem etiam numerum vsurpat, siue pro conatibus qui summa contentione fiunt. Demosth. Pro cor. τὸν δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι τοιοῦτα ἀγῶνα ἕτεροι χωρεῖς ἡμῶν ἥσαν πεποιημένοι. Quod ita dictum puto vt Lat. Pugnaui ne hoc fieret, vel Contēdi ne, &c. Et εἰς ἀγῶνα καθίσταθαι τοῦ τινος, quod Cic. In contentionē venire de re aliqua. Plut. in Symp. sap. de vulpe loquēs, ἐκείνη μὲν γὰρ εἰς ἀγῶνα ποικιλίας καθεστᾶσα πρὸς τὸν πάρδαλιν. vbi etiam obseruandū ποικιλίας pro τοῦ ποικιλίας. Dicitur & ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι. Cicero ἀγῶνα studiū contentionis interpretatus est: ad Atticū lib. 1, Cætera non possunt habere eandem neque vim, neque venustatem, remoto illo studio contentionis, quē ἀγῶνα vos appellatis.

Ἀγὼν, Actio fabulæ in scena. quæ significatio ad primam reduci potest. Non enim est simpliciter Actio fabulæ, sed de qua certatur in theatro. Aristot. De poetica, ἡ γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις καὶ αὐτὴ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν ἐστι.

Ἀγὼν, Actio forensis. ἀγῶνες, inquit Bud. dicuntur à Plutarcho Actiones forenses, id est δίκαι. Sed exemplū non profert. puto autem hunc ipsius Plutarchi locum in Alcibiade pro exemplo nobis esse posse, ὀνητικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δύνασθαι. Sic Isocr. in Paneg. ὥστε οὐ τοῖς τοῦς ὑπὲρ βολὴν πεπονηκόσι [λόγοις] τοῦς τοῖς ἀγῶνας τοῖς τοῦ ἰδίων συμβολαίων σκοποῦσι. ‖ Ἀγὼν (inquit Bud.) Iudiciū, Periculum: vt καταστῆσαι εἰς ἀγῶνα: & καταστὰς εἰς ἀγῶνα, Postulatus, Reus, Qui in reatu est (vt periculum Latinè reatū significat.) Dem. aduersus Neæram 245. & alibi. Sic & Lys. Apud Plat. Pol. 6, εἰς ἀγῶνα καθιστάναι, Periculū creare, In discrimen vocare, Accusare. quum dicit, καὶ ἰδίᾳ ὀπτβουλεύοντες, καὶ δημοσίᾳ εἰς ἀγῶνα καθιστάντες. Hactenus Budæus, qui interpretatur etiam Negotium facessere: sed hanc interpretationem omisi, vt quæ significationem det his verbis nimislatè patentem. Libanius ἀγῶνα τοῦ τρανόμων ἀπαγγέλλειν dicit. Notandū est autem ἀγῶνα & κρίσιν ab Isocrate, itidem ἀγῶνας & κρίσεις à Demosthene popularis quum dicit in orat. Pro corona, εἰ τὸ μοι τοῦ πάντων, καὶ πρόφασιν, καὶ ἀγῶνες, καὶ κρίσεις πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσι τὰ ὀπτήματα. Isocr. in Panath. εἰς ἀγῶνα καὶ κρίσιν καταστάντων. Idem Demosth. contra Midiam ἀγῶνα & κίνδυνον copulat: dicens, εἰ μηδ' εἷς ἐπὶν ἀγὼν μηδὲ κίνδυνος. ‖ Sciendū est & hoc, ἀγῶνα nō significare periculum eo duntaxat sensu quo pro reatu vsurpatur à Latinis, sed & secundum primā vocabuli ipsius significationem: vt apud Xen. Pæd. 3, νοῦ γὰρ τοῦ ψυχῶν τοῦ ὑμετέρων ὁ ἀγών. Id est, Nunc enim vita vniuscuiusque vestrûm adducitur in periculū, Nunc quisque vestrûm venit in discrimen de vita. Sic & apud Euripidē in Medea, Κἀν τῷδ' ἀγῶν μέγιστος ἢ κακὸν λαβεῖν, Ἢ χρηστόν, &c. Id est, Et hac in re magnum discrimen est. vel potius (vt ego alibi interpretatus sum) Res est plena aleæ & periculi. Eodem modo vsus est Thucydides hoc nomine, cum duobus infinitiuis, præfixam habentibus particulam ἢ, lib. 2, ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τῶν ἐναντίων, ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι, &c. Existimo Ciceronem ad istam significationem vocis huius alludentem, certamen & discrimen aliquando copulasse. Sed & dimicationem eodem sensu & eodē respiciens vsurpasse mihi videtur, quum dixit, Qui me amor subuenire olim coegit impendentibus periculis, maxima cum dimicatione capitis. ‖ Ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις pro Molestiam exhibere hominibus, citatur ex Esaiæ cap. 7.

C. Προαγὼν, (q.d. Præcertamē) Præludium certaminis, vt Plut. δεῖ τὸ γυμνάζειν τοῦ προαγῶνος, οὐκ ἔχειν ὁ ἀγὼν τέλος ὅπερ ἐκείνου. Idem in Bruto προαγῶνες, excursiones ante pugnā, inquit Bud. ‖ Προαγὼν, Præludio actionis oratoriæ, inquit idem Bud. Sic δίκης προαγῶνες, Plut. in Pompeio, ἐκβάντος δὲ ἀπὸ τῆς δίκης προαγῶνες οὐκ ὀλίγοι πρὸς τὸν κατήγορον. Æsch. 61, Demosth. 255 κ' Ἀνδροτίωνος. Erant autem προαγῶνες apud θεσμοθέτας καὶ τοῦ εἰσάγοντας τοὺς γραφαὶ, τοῦ προδιαγινώσκοντας, vt notatur apud Demosthenem 203. Vulgaria lexica testantur in priore illo Plutarchi loco προάγωνος legi, non προαγῶνος: sed mendosa est illa scriptura.

C. Ἀγωνάρχης, ου, ὁ, Certaminū præses. Sophocles in Aiace, Καὶ πέμα τύχη μήτ' ἀγωνάρχαι πτὲς Θηπυσ' Ἀχαιοῖς. Suidas ἀγωνάρχαι exponit per ἀγωνοθέται, quod nomē paulo pòst declarabitur. Eustathius ait Bœotis ἀγῶνα dici ἀγοραί. vnde ἀγορανόμος qui ἀγωνάρχης.

C. Ἀγωνοδίκης, ου, ὁ, Designator. nam ἀγωνοδίκας Hesychio exponit βραβευταί. Designatores, inquit Vlpian, quos Græci βραβευταὶ appellant. Videtur autem ἀγωνοδίκης ex ἀγὼν & δίκη esse cōpositum: vt sit iudex certaminū. βραβευτὴς tamen potius respondet τῷ ἀθλοθέτῃ, id est Munerarius. Vide aliud compositum ἀγωνοθέτης quod proximè sequitur.

C. Ἀγωνοθέτης, ου, ὁ, Agonum præses & iudex, i. certaminū, Certaminum arbiter, Certaminum moderator. Componitur ex ἀγὼν & θέτης, quod in compositione tantùm vsurpatur, & positorem significat, vt in νομοθέτης: sed hîc dispositorem potius sonat. nam Eustathius ἀγωνοθέτας exponit οἱ τοῦ ἀγῶνας διοικοῦντες, id est, qui certamina bene disponunt & administrāt. hoc est, omnia quæ ad certamina pertinent. Luc. in Nigrino, λαμβάνοντα μόγις πνα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαθὺν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει, i. iudicem ludis præsidentē. B. Ἀγωνοθέτην, inquit Valla, Græci vocant eū qui certamini præsidet propositis præmiis, vt apud Homerum Achilles, & apud Virgilium Æneas. Idem Valla munerarium vertit. Sed munerarius potius est ἀθλοθέτης. siquidem ἀθλοθέτης ex ἆθλον & θέτης est factū, quasi Præmii aut præmiorum positor. Ait autē Suid. ἀγωνοθέτης esse in scenicis (sub. certaminibus:) ἀθλοθέτης in gymnicis. Hesychius ex Nicandro eandem differentiam affert, musica vocans quæ Suidas scenica.

Ἀγωνοθετέω, ῶ. Fut. ήσω. Perf. κα, Præsum certaminibus, Omnia moderor & rego in certaminibus. Thucydides, ἄλλοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετήσωτε. id est, Qui perperam hæc certamina constituitis, vt vertit Bud.

Ἀγωνοθεσία, ας, ἡ, Agonothetarum munus, siue officium. Constitutio & ordinatio certaminis, id est eorum quæ ad certamen pertinent. ‖ Ἀγωνοθέτης per ι citatur ex Sophocle pro ἀγωνοθεσία.

¶ Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad certamen pertinens. Pindarus in Isthm. hym. 4, ἀγώνιοις ἀέθλοις vocat labores certaminū, qui sunt circa certamina, periphrasticè pro ἀγῶνας, vt opinor, alioquin enim ἄεθλος & ἀγὼν itidem certamē significant. Ἀγώνια ἀγαθὰ vocat Gregorius Nazian. in lib. De vita in solit. transl. Bona contentione summa comparanda, Bud. interprete.

Ἀγώνιος Mercurius à Pindaro dicitur in Isthm. hym. 2, certaminū præses: παῖζα δ' ἐξειπεῖν ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς Ἡροδότῳ ἔπορεν, &c. Eodem sensu ἐναγώνιον eum appellat in Pythiis. Hesychio quoq; ἀγώνιοι θεοὶ sunt certaminū præsides. At Eustathius ἀγωνίοις θεοῖς vult esse apud Æschylum τοῖς ἀγοραίοις, id est fori præsides, aut qui in foro coluntur: vt Suidas ἀγοραῖον Mercurium appellari ait ex eo quòd colatur ἐν ἀγορᾷ, id est in foro.

Ἀγώνιος, Angulo carens, vide infrà. item Ἀγώνιος ab ἀγωνία, vide post ἀγωνία.

C. Ἐναγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad certamina pertinens, Certaminibus conueniens, seu ludis aut spectaculis. vt Plut. Symposio dixit de Arione, τὴν δ' ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ornatū certaminum, siue commissionum. id est, quo solebat vti in certaminibus & commissionibus. Lucianus autem ἐναγώνιον νόμον dixit legem athletica, vbi scribit, μονομαχοῦντες τοῦ νόμον τὸν ἐναγώνιον. Sic & ἐναγώνιος appellatur Mercurius ab Aristoph. in Pluto, tanquam certaminum præfectus & ἀγωνοθέτης, vel ἀγῶνας ποιῶν, sequendo genus loquendi quo ibidē vtitur. ‖ Ἐναγώνιος, Qui in certamine versatur. B. ex Chrysost. in epist. ad Titū, cap. 1, τοῖς μὲν παλαισταῖς ἀνδράσιν ἅπας ὁ βίος ἐστὶν ἐνεργὸς καὶ ἐναγώνιος, ἡμῖν δὲ ῥαθυμίας μεστός. Item Ἐναγώνιος Ad certamen compositus & cōparatus, Certamini accinctus. Synes. epist. 67, ἥκειν ἡμῶν ἐναγώνιος, καὶ ὁ δῆμος παρῶν πάλιν ἐνεστάτης καὶ ἐναγώνιος. A Plut. ἐναγώνιος ἑαυτὸς appellatur quæ & σφαιρικὴ, (Lat. paludamentum) quæ in prælio gestabatur. q.d. Vestis militaris. In v. lex. ex B. epist. post. citatur ἐναγώνια ὄργανα, pro instrumentis quibus in bello vtūtur. Et ex Polybio, τοῦ σκευοφόρου ἐξ ἀμφοῖν ἐναγώνιος, pro Certatim vtrinque adhortatio. At Budæus apud eundem Polybium κ' τὰς ἐναγωνίους πτωσεις interpr. In pugna conferta. ‖ Et quia ἀγὼν vocatur interdum actio forensis, ἐναγώνιος pro forensi ponitur nonnunquam, vt à Dionys. Halic. qui etiam ἐναγώνιον ac δικανικὸν pro eodem interdum vsurpat, vt B. obseruauit. In vulgaribus lexicis ex Sulpitio Victorino ἐναγώνιος λόγος exponitur Certatiua oratio, vt idem sit quod γωνιστικός.

Ἐναγώνιος, Trepidus, vide post Ἀγωνία.

Ἀοιδὴ, Incantatio, sed frequentius ἐπαοιδή. & apud Homerum Odysseæ τ, non ἐπ' ἀοιδῇ legendum est (vt in multis editionibus habetur) sed ἐπαοιδῇ vno verbo: quum dicit, — ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν Ἐσχεθον. In prosa dicitur ἐπῳδή.

C. Ἀοιδοπόλος, ου, ὁ, Poeta. ὁ περὶ τὰς ἀοιδὰς πολυμαθὴς, id est, ὁ περὶ τὰς ᾠδὰς ἀσχολούμενος, vt habet Hesychius, Qui versatur circa carmina. Idem valet μουσοπόλος, ex μοῦσα & πολέω: vt illud ex ἀοιδὴ & πολέω. Eustathius & Hesychius ὀνειροπόλος (quod ab eadem est origine) exponunt ὁ περὶ τὰς ὀνείρους πολυμαθὴς, id est, Qui circa somnia versatur & voluitur. accipiendo versatur, passiuè. Quod si esset, ὁ τοὺς ὀνείρους πολῶν significaret Qui versat & volutat somnia. Ac videri possit hoc nomen exprimere voluisse poeta (Properti⁹, si bene memini) quum dicit, Quæ mea non decies somnia versat anus? Sic igitur ἀοιδοπόλος esset qui versat carmina. Hesychi⁹ autem quum exponit, ὁ περὶ τὰς ᾠδὰς ἀσχολούμενος, intelligit Qui versatur circa carmina: vt dicimur Latinè Versari circa negotium aliquod, vel in aliquo negotio.

Ἀοιδὸς, οῦ, ὁ, Cantor. ἀοιδοὶ καὶ κιθαρῳδοὶ sunt à Musis & Apolline, inquit in Theog. Hesiodus. Od. ψ, Αὐτὰρ θεῖος ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν. & Od. θ, Μῶν' ἄρ' ἀοιδὸν αἵμεν ἀείδεμεν καὶ κλέα ἀνδρῶν.

Ἀοιδὸς, Poeta. Apoll. Argon. 1, οἱ πρόσθεν ἀοιδοὶ, Antiqui poetæ, superiorum temporum poetæ.

Ἀοιδὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Adiectiuum nomen, Canorus, de auibus: vt in prosa dicuntur ᾠδικοὶ & ᾠδοὶ. Hesiodus in Ergois, Τῇ δ' ἐς ἥσ' αὐλῇ τὰρ ἄγχι καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν. verba sunt accipitris ad ἀηδόνα, id est luscíniam. id est, Vadis quà mihi libeat te ducere, quanuis canoram: vel, vt alii cantricem seu cantatricem. Callimachus hymno in Delum vsus est superlatiuo, Μουσάων ὄρνιθες ἀοιδόπαται πτερόεσσαι, id est maximè canoræ inter aues. Et in illo quoque Hesiodi loco ἀοιδὸν malim exponere Canoram, quòd luscíniæ optimè conueniat hoc epithetum, & videatur Hesiodus, ἀηδόνα appellans ἀοιδὸν, ad ipsius nominis etymologiam allusisse.

Ἀοιδὸς, Celeber, Magni nominis. nam ἀοιδοὶ Hesychius exponit περιβόητοι, ὀνομαστοί. Igitur & in hac significatione ἀοιδὸς adiectiuum nomẽ erit, idẽ valẽs quod ἀοίδιμος.

Ἀοιδὸς in vulgar. lexicis exponitur etiam philosoph⁹. quæ interpretatio nata est ex eo quod tradit Athenæus, apud veteres ἀοιδοὺς aliquid habuisse commune cum philosophis, præsertim quod ad temperantiam attinet. Aut huic interpretationi occasionem præbuit quod ait Eust. ἀοιδὸν Clytemnestræ custodẽ apud Hom.

nonnullos accepisse pro philosopho, vt qui à musis omnium rerum cognitione instructus esset. Sed nequaquam putandum est tamen ἀοιδὸν generaliter pro philosopho vsurpari.

Ἀοιδός, οῦ, ὁ, Eunuchus, inquit Hes. Ἀοιδὸν (inquit Eust.) nonnulli apud Hom. sinistrè intellexerunt dici eunuchum: videlicet ἀοιδὸν quasi non habentem αἰδδία, i. verenda. Hæc Eust. Sed hanc sequendo significationem nō ab ἄδω deriuaretur hoc nomen, sed ab ᾠδὴ: vnde & ᾠδεῖον.

Ἀοιδοσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἀοιδή.

Ἀοίδιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Decātatus, Carminibus celebratus, vel celeber. vt nomen reddatur nomine, potius quàm participio. Sed accipitur generaliter pro eo qui quouismodò celebratur, vel celebris factus est: & cuius clarum est nomen. ET tam de re quàm de persona dicitur. vt apud Plut. ἀοιδιμώτατον ἔργον, factum celeberrimum. ‖ Apud Hom. in malā partem vsurpatur ἀοίδιμος, Il. ζ, Ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι. i. famosi. Sic & nobilis apud Latinos in vtranque partem sonat.

Ἀοιδίαω, ῶ, Idem quod ἀείδω, Od. κ, Κάλον ἀοιδιάει. — & Od. ε, — ἡ δ' ἔνδον ἀοιδίουσ' ὀπὶ καλῇ.

Ἄδ Ω, F. ᾄσω, & ᾄσομαι. P. ᾖκα. Ex ἀείδω factum (quod retinuerūt poetæ) vnde & α habet ι subscriptum. Significat Cāto, Cano. Lucianus, ὦ Ἀπόλλων κιθαρίζοντι τῇ τῶν μούσων ἀδούσας, Apollini citharam pulsanti, aut musis canentibus. ἄδειν πρὸς αὐλὸν, canere ad tibiam, apud Athenæum, lib. 4. ‖ Item cum accusatiuo, nonnunquam pro Cano: interdum verò pro Decanto, id est celebro. ἄδειν τὰ ἐλεγεῖα, apud Demosth. Cantare elegos versus. Sic Plut. Sympos. 9, ἅπαντος ᾖδε τὰ πρόσφατα τοῦ ἔργου. vbi ἔργον significat libri Hesiodi qui inscribitur ἔργα. Sic ἄδειν ἐγκώμιον. Aristoph. in Nub. Canere carmen de laudibus alicuius. Pro celebro autem in passiua præsertim voce ponitur. vt Luc. in Somnio, ὁρᾷς τὸν Σωκράτη ὡς ᾄδεται ὑπὸ πάντων ἄδεται; Sic apud Gregorium ᾠδόμενον & μνημονευόμενον pro eodē. Propriè autē ἄδεσθαι dicitur quod à poetis celebratur, & quod versibus decantatur. vt apud Pausaniam in Corinth. de Atreo, καὶ τὸ Θυέστου παιδὸν σφαγὰς καὶ τὰ ἀδόμενα δεῖπνα ἐξεγράσατο.

Ἄδειν dicuntur etiam galli gallinacei. vnde & πρὶν ἀλεκτρυόνων ᾠδαὶ dicunt Græci Circa gallicinium. id est circa id tempus quo galli solent cantare. Latini quoq; cantum dant gallo. Ouid. Iam dederat cantus lucis præ nuntius ales.

Ἄσεον, Aduerb. positionis, Canere oportet, Canēdum est. Aristoph. Nub. ἀσεόν ἐστι κώμου.

Ἆσμα, τος, τὸ, Canticum, Cantio, Cantilena, Carmen. vt ἆσμα ἐρωτικὸν, Luciano, Cātilena amatoria, αἱ ᾠδαὶ ἀσμῷ πιπτοῦσαι, Dem. μαχθηρὰν ἀσμάτων πιπτοῦσαν, Athen. 14. ἄδειν ἆσμα, vt Latinè Canere cantilenam. Plut. in Pericle, πολλοὶ δὲ ᾔδον ἄσματα καὶ σκώμματα. Non solùm autem ἆσμα dicitur ἄδεσθαι, sed & αὐλεῖσθαι, & κιθαρίζεσθαι ab Aristot. vt etiam modò citaui ex Athenæo, ἄδειν πρὸς αὐλόν. Fit ab ᾄσομαι prima præteriti τοῦ ἄδομαι. vt ἀσεόν aduerb. proximè præcedens à tertia ᾄσομαι.

Ἄσμα Suid. ait significare etiam δίασμα: sed tū ab ἄπειν videtur existimasse deduci: quod pro δίψαν ait à Sophrone vsurpari.

Ἀσμάτιον, ου, τὸ, Dimin. Cantiuncula.

Ἀσματοκάμπης, ου, ὁ, vide in κάμπη.

Ἀσματοποιός, οῦ, ὁ, Cantilenas faciens, Cantilenarū seu canticorum artifex. Athen. 14, ὁ γοῦν Ὀδυσσεὺς πρὸς τοῖς Φαίακων ἀσματοποιοῖς. Ex ἆσμα & ποιέω.

¶ ὨΙδή, ῆς, ἡ, Carmen, Cantio, Cantilena. Idē quod ᾆσμα. ᾠδαὶ Dion. Hal. interpr. carmina. ait enim Arch. 1, p. 20 edit. paternæ, παῖς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα. Xenoph. Pæd. 1, διδάσκαλος εἶχεν καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν ᾠδαῖς. Ath. 14, ἐπεὶ γὰρ αἱ καπυρωτέραι ᾠδαὶ ἀσκεῖσθαι μᾶλλον τοῦ ἔσω κοσμοῦσιν, οἷαί εἰσιν αἱ Λοκρίαι καλούμεναι. Dicuntur & ᾠδαὶ ἀλεκτρυόνων, galloru cantus: vt paulo antè dixi in Ἄδω.

ὨΙδός, οῦ, ὁ, Cantor. Plato De leg. 7, ποιᾷ Διονύσου ἐξικοντιστὴς ᾠδοῖς. Idē in Phædro, de cicadis loquens, οἱ ὑπὲρ κεφαλῆς ᾠδοί, quæ super capita nostra canunt.

Ab ᾠδὸς Compositum κιθαρῳδὸς (à quo verbum κιθαρῳδέω) vide in κιθάρα, itidem λυρῳδὸς in λύρα, & ὑμνῳδὸς

in ὕμνος: sic τραγῳδὸς, &c. in τράγος, vt κωμῳδὸς, &c. in κῶμος. Sic & cætera composita suis locis quære.

ὨΙδὸς dicebatur poculum quod pro scolio (id est cantilenæ genus) dabatur. Tryphon apud Athen. libr. 11.

ὨΙδικός, οῦ, ὁ, Canorus. vt ᾠδικώτερος τῶν κύκνων, apud Lucianū magis canorus cycnis. ‖ ὨΙδικὸς cantandi peritus, mu sices peritus. Athen. 12, ἑταῖραι δὲ ταῖς μὲν ᾠδικαῖς, ταῖς δὲ ὀρχηστικαί. vbi obserua ὀρχηστικαὶ itidem significare saltādi peritas. Apud Plut. quoq; videtur ita sumi ᾠδικός, Symp. 1, ὥσπερ ἅπαντας τοὺς ᾠδικοῖς ἆσαι, ῥητορικοῖς εἰπεῖν.

ὨΙδικῶς, Aduerb. Canorè. Aristot.

ὨΙδεῖον, ου, τὸ, ad verbum, Cātilenariū. Locus (inquit Hes.) in quo rhapsodorū commissiones fiebant, item citharœdorum, priusquam theatrum esset cōstructum. Suidas autem ait, ᾠδεῖον Athenis velut theatrum quod cōstruxit Pericles musicis. vnde & ᾠδεῖον dictus fuit ἀπὸ τοῦ ᾠδῆς. Ibi autē iudicium exercebat is qui ἄρχων appellatur. Mensurabātur etiam ibi farinæ. Aristoph. in Vespis, Οἱ μὲν ἡμῶν οὗτοι ἄρχων, οἱ δὲ πρὸς τοῖς ἕνδεκα, Οἱ δ' ἐν τῷ ᾠδείῳ, δικάζουσ', οἱ δὲ πρὸς τοῖς πυρίοις. vbi schol. Aristoph. ait, ᾠδεῖον locus est formam theatri habens, in quo solēt poetæ sua poemata recitare, antequam in theatro recitent. Nec addit quod apud Suidam habetur, ibi tribunal esse archontis (quod ex hoc Aristoph. loco fortassis collegit) sed subiūgit, perinde esse ac si dixisset Aristoh. In omnibus Atticæ locis inueniūtur iudices. Cæterùm quod Suidas ait mensurari solitas in Odeo farinas, id verò ex Demosthene sumpsit, vt opinor: cuius in oratione πρὸς Φορμίωνα hæc sunt verba, οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ ᾠδείῳ. Pausanias Atticis, τὸ θέατρον δὲ ὁ καλοῦσιν ᾠδεῖον, αὐδριαῦτες, &c. Id est, Theatri quod appellant Odeum. Plut. De audiendo, μεμνημένον ὡς οὐκ εἰς θέατρον οὐδὲ ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφῖκται. id est, recordantem se nō in theatrum nec odeum, sed in scholam & didascaleum venisse. Idē in Pericle, ᾠδεῖον πολύεδρον καὶ πολύστυλον, id est, Odeum multa sedilia & multas columnas habens. Xen. Hell. 2, ἐξεκάθευδον ὑπὸ καὶ οἱ ἱππεῖς ἐν τῷ ᾠδείῳ, id est, somnum capiebant etiam equites in Odeo.

C. ΑΝτάδω, Contrà cano, Occino. Apud Lucianum, teste Budæo, capitur etiam pro Compono carmen aduersus aliquem. Hesych. αἰντάδεται exponit ὀνειδίζει.

Ἀντῳδή, Cantus quo alteri occinitur, Cantus alteri respōdens. In vulg. lexicis exponitur ex Quintiliano, Canticum alternis modulatum. Apud comicos autem sic vocatur ἀντιῳδή, inquit Suidas.

Ἀντῳδός, Qui cantu mutuò respondet, Qui occinit. Suidas καπήλιον exponit, subiungens ex epigr. αὐτῳδοῖς χείλεσιν. Locus integer est apud eum.

C. ΑΠάδω, In cantu discrepo, Dissono, Sū absonus. quod Gaza vno verbo dicit Absono. Aristot. in Probl. διαφέρει τῶν ἀδόντων οἱ βαρύτερον ἄδοντες τοῦ ὀξὺ ἀδόντων, ἐὰν ἀπάδωσι, μᾶλλον καπάδηλοι γίνονται. Vbi sine casu ponitur. Apud Platonem cum datiuo, De leg. l. 7, δεινὸν γὰρ ὅλῃ τῇ ἁρμονίᾳ ἀπάδειν, ῥυθμῷ ἀρρυθμεῖν. Sic apud Dionys. Areop. pro Discrepo, Dissētio, ἔστι γὰρ οὖν οὐκ ἀπαδούσας αἰωπλάσαι τοῖς οὐρανίοις μορφὰς κἀκ τοῦ ἀπιστοτάτου τῆς ὕλης μερῶν. Idē ἀπεμφαινούσας μορφὰς pro eodē dixit. Iungitur & genitiuo apud Iustinum martyrem, τῆς Ὀρφέως ἀπάδει ποιήσεως, Ab Orphei poesi discrepat, vel dissentit. Plut. in Lycurgo præpositioni πρὸς iungit habenti accusatiuū, ἀπαδούσας πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ὥς φησιν ἁρμονίαν. Apud Lucianum autem ἐν εἰκόσιν ἀπάδων sine casu ponitur pro Abhorrens, ὅπως ἐκ τοσούτων μίαν πνὰ σωθεῖς οὐκ ἀπάδουσαν ἀπῴκήσεται. Hes. Itidem ἀπάδοντα exponit ἀλλότρια, id est Aliena, Abhorrentia.

Ἀπάδω citatur ex Aristotele & in illa significatione, in Problematis, Διὰ τί ὅτι τὸ ὀξὺ ἀπάδουσιν οἱ πλεῖστοι, id est, Cur plurimi in acuti cantū desinunt. Vel, vt Gaza interpretatur, Cur in acutum magna ex parte vox aberrare consueuit. Sed enim ἐπάδουσιν in vulgatis exemplaribus legitur, non ἀπάδουσιν. Licet videatur desinentia (vt ita loquar) aptius præpositione ἀπὸ quàm ὅτι significari.

Ἀπῳδός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Absonus, Dissonus. Item Abhorrens. Suidæ melos ἀπῳδὸν est τὸ τῆς ᾠδῆς ἀλλότριον. Item τὸ μὴ

ἀρέσκον, quod non placet. Item ἀπῳδὸς is dicitur qui est κακόφωνος, id est, malum sonum edit. Adnotant præterea quidam ἀπῳδὸν dictum cantum gallorum immaturum. Ab hoc nomine fit verbum ἀπῳδέω, δῶ, idē valēs quod ἀπάδω.

C. Διάδω, itidem pro ἀπάδω, Dissono. vt Heracl. apud Aristotelem, συμφωνίας συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, σωφρόνων καὶ διάφορον.

C. ΕΞάδω, Excanto, i. Incantatione libero, Carmine obligatum alio carmine soluo. (in qua significatione opponitur τῷ ἐπάδω) Itē, Incantationibus siue cantibus eiicio aut expello. Luc. τί δὲ πρὸς πύπυρφῆς ἐστι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττοντες τῷ δεῦρο, ὅτου σκῶρ ἐξάδοντες καὶ τὰ φάσματα; Εξάδω, Percanto, Decanto, vt exponit Bud. in hoc Plut. loco in Symp. vbi de Arione loquēs, scribit, ἐξάσας δὲ καὶ παρὰ βίῳ πελθεῖν, καὶ μὴ φθονεῖν κατὰ τὸν τῶν κύκνων ἀγῶνα. Idem hunc locum Platonis affert, in Phædro, οἱ τῶν κύκνων καταφθόδοντες, καὶ φασὶ αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξάδειν. id est (inquit) Occinere, vel Canere. suprà enim ἄδειν dixerat.

C. ΕΠάδω (& poeticè Ἐπαείδω) Accino. Luc. in fine dialogi Plutonis, Menippi, & Croesi, ἐγὼ δὲ τὸν Γνῶθι σαυτὸν πολλάκις σωείρων, ἐπάσομαι ὑμῖν. ὥστε πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα οἰμωγάς ἐπάδοιμον. Sic apud Xen. ἀ μὲν αἱ Σειρῆνες ἐπῴδουν τῷ Ὀδυσσεῖ, ἤκουσας Ὁμήρου. Idem, ἀλλὰ τοῖς ἐπ' ἀρετῇ φιλοπονοῦσι ἐπῴδουσι αἱ Σειρῆνες ἐπῴδουν. Apud eundem ἐπῳδὰς ἐπάδειν τινί. Plut. in Romulo dixit τὸν Ὑμέναιον ἐπάδουσι τοῖς γάμοις pro Cantando inuocant. Apud Plat. in Theæteto ἐπάδουσι μαῖαι, Incantationibus vtentes, & (vt Camer. exponit) Carminibus lenientes dolores, atque accelerantes partum grauidarum mulierum. ‖ Ἐπάδειν, Incantare. Chrysost. κἂν μυρίακις ἡμῶν ἐπάδῃ τὰ ἀκεά. Qua in signif. ἐπάδειν & ἐξάδειν proximè præcedens opponuntur. ET pass. Ἐπάδομαι, Incantor, Carmine illicior, vt ὥστε μὴ ἀπεῖναι ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ἐπαδόμενοι.

Ἐπάδω σοι τοῦτο, pro Inculco tibi hoc, Bud ex Plat. 298 & 351. Et pag. 266 pro Admoneo frequenter & insto adhortando, vt vult idē. Sic & Gall. dicitur, *Ie luy chante tous les iours ceste lecon*, pro Quotidie hoc præceptum illi inculco, vel hanc admonitionē. In Phædro autē præfixit particulā ὥς ὅτι, p. 61, ὦ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὥς ὅτι ἐπάδειν ἑαυτῷ.

Ἐπασμα, pro ἐπῳδή, Incantamentum Greg. μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα ὡς ἀσὶς πρὸς τὰ ἐπάσματα. Idē alibi, de baptismo, οὐδὲν δεῖ σοι πρὸς ἀμμάτων καὶ ἐπασμάτων οἷς ὁ πονηρὸς σωφρόνει τὴν καθαρσεῖ σφραγίδη. Vocantur item ἐπάσματα cātilenæ quales pueris nutrices canunt. In vulg. lex.

Ἐπῳδή, (& apud poetas Ἐποιδή, & Ἐπαοιδία) Incātatio, (Cic. Cantio, & Gell Incentio) Incantamentum. Carmen ad amoliendum aliquid noxium, vel simpliciter Carmen. Od. τ, — ἐπαοιδὴ δ' ἄρα κελαινὸν Ἐρεβεννὸν. vbi Eustath. ἐπαοιδὴ scribit πρόσωπον esse τῆς ἐπῳδῆς. Hes. ἐπαοιδίαν exponit φαρμακείαν & γοητείαν. Soph. Aiace, — οὐ πρὸς ἰατρὸν σοφὸν θορεῖν ἐπῳδαὶ πρὸς πυρὸν πτήματι. Vbi notādum est sicut & in illo Homeri loco, ἐπῳδεῖν pro medicina adhiberi. Polyb. apud Suid. πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ πρὸς ἁμάματος πίστιν ἐλάμβανον. Et οἱ περὶ τὰς ἐπῳδὰς, professores artis incantamentorum. Chrysost. De off. episc. αὐτῆς μόνης ἐπῳδαὶ, matris blanditiæ, quæ videlicet illiciunt sicut incantamenta.

Ἐπῳδή, versus intercalaris, qui & ὑπομελῴδημα, & πρόσφαμα, vt scribit schol. Theocr. apud quē talis est versus Idyll. 1, Ἄρχετε βωκολικᾶς μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. Apud Virgilium autem talis hic, Incipe Mænalios mecū mea tibia versus. & hic, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim. Gall. *Le refrein de la balade*. In lyricis autē versibus post στροφὴν & ἀντιστροφὴν accinitur ἐπῳδή.

Ἐπῳδίον, ab ἐπῳδή, forma diminutiui, Quod odæ accinitur: vt ἐφύμνιον, quod hymno. Vulgò versiculum vocāt, Bud. ann. in Epist.

Ἐπῳδός, Incantator. Eurip. Hippolyto, Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυκ' ὅδε; vbi animaduerte copulari ἐπῳδὸν, & γόητα, sicut ἐπῳδὴν & γοητείας in Polyb. loco paulò antè citato.

Ἐπῳδός, Lyrici carminis pars, apud Pind. inquit Bud. ‖ Ἐπῳδῶν librum Diomedes & Marius Victorinus aliique veteres grammatici ab Horatio appellatum putant quòd singulis longioribus versibus singuli breuiores

accinātur, qui ἐπῳδοὶ vocantur. Docent enim carminis vnum genus esse in quo versus ita inter se connexi vt alter sine altero audiri nō possit: quorum prior, πρωῳδικὸς. i. præcinens: posterior, ἐπῳδικὸς, quasi succinens, vocatur: vt in elegis lōgus & hexameter, est πρωῳδικός: breuior & pentameter, ἐπῳδικός. ‖ Apud Herm. autē sumitur etiā aliter ἐπῳδός. vt Εὐρέσεων tomo 4, οἱ δέ φασι καὶ τὴν ἐπῳδὸν κῶλον εἶναι, τὸ δὲ ὑποκάτω, κόμμα. Vide ibidem plura.

c. 2. Καππάδω, Incanto. Pla. Gor. 429, πύπτεις ὁκνέων λαμβάνοντες ὥς φασι λέοντας, καὶ καππάδοντές τι καὶ γοητεύοντες, καταδουλούμεθα. Itē, Mulceo vt incantatores solent, sic tamen vt in bonam partem accipiatur nonnunquā, vt apud Greg. 251, ἐγὼ δὲ τὴν λύπης ἀφίωσι τὸ πλεῖστον, καὶ λογικῶς συγγνόοντος, καὶ καππάδων τοῖς λογισμοῖς, i. rationib' mulcens, inquit B. Ego reddere malim (ad exprimendā vim huius verbi) Rationibus tanquā carmine siue carminibus mulcens, aut deliniens. Potest autem & in illo Plat. loco metaphoricè accipi. ‖ Dicitur & καππάδω σοί, pro Cātu te oppugno, vel Cātu expello, vt apud eūdem Gr. p. 231, τὸ τὸ πτόδυμα αὐ πιμφῶα λάβῃ, φαλτῷ ποιεῖ πτόδυματων πυρῶν καππάδοντα. ET Καππάδομαι, pass. vt apud Basil ῥῆμα καππαδόμενον τῇ καρδίᾳ, quod, tanquā delinitorium carmen, cordi accinitur: εἰς τὸ Πρόσεχε σεαυτῷ, 249, τοῦτό σοι τὸ ῥῆμα ὑπὸ τοῦ πατέρος πιεζόμενον ἐν καμίνῳ αὐ γλυκὺ τῇ καρδίᾳ καππαδόμενον.

c. 2. Συνεπάδω, Simul incanto, Vnà cum alio incanto. Et τὸ συνεπάδω, Hoc simul accino.

C. Κατάδω, Occino, Cantu obstrepo, Eurip. Vnde καταδόμενον dixit Luc. pro eo cui cantu obstrepitur, vel pro eo qui cantoribus est comitatus. ‖ Apud Herodotum autē καταιδεῖν ἀνέμου (quod est pro καταδεῖν) pro Incātare ventum, Carminibus afficere mulceréque. Vide B. Comm pag. 1079.

C. Παρᾴδω, vt πρᾴδω σοί, Cano apud te. Od. χ, ἐοῖκα δέ τοι πρᾴδειν Ὡς περ ἠώ. Sed & diuidi etiam possit fortasse & scribi παρ' ᾄδειν.

C. Περᾴδω. Circunquaq; cano. (q. d. Circūcino, ea forma qua dicitur, Accino, Occino) vnde Περᾴδομαι. Plut. κωνωπῶν χορὸν πρᾴδομενον, culicum turba perstrepens.

C. Προσᾴδω, Accino. vt προσᾴδω τοῦ μούσαις, accino musis apud Aristoph. Sic Soph. Philoct. καί μοι προσᾴδετε, mihi accinitis.

Προσῳδός, Qui musicis instrumentis accinit, vt προσῳδία est ἡ μετ' ὀργάνου ᾠδή. Pollux ex Aristoph. προσῳδὸς & μελῳδὸς vt synonyma ponere videtur. Προσῳδὰ ὄργανα, Polluci τὰ κρεμαστὰ (ad differentiam τῶν ἐμπνεομένων) instrumenta musica quæ pulsantur. quia solet illis vox accinere. ‖ Προσῳδὸς, Congruens, Non discrepans. Quasi, Cantu congruens, vel Cantum congruentem habēs (vt Consonus metaph. dicitur à Lat.) apud Plut. Sed frequentius est in hac signif. σύμφωνος.

Προσῳδία, ας, ἡ, Accētus, apud grām. Modulatio quæ syllabis adhibetur. Gell. veteres προσῳδίαν, tū notas vocū, tū moderamēta, tū accētiūculas, tū voculationes appellasse scribit. ‖ Προσῳδίας appellauit Critias (teste Poll.) τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδάς, i. Cātus ad citharā, Cātus qui citharæ accinebātur. Hesychio quoq; προσῳδία est μετ' ὀργάνου ᾠδή. Suidæ autē ὕμνος, sicut & προσῳδίον. HINC adiect. Προσῳδιακός, κή, κόν, Ad accētū pertinēs. vt προσῳδιακοὶ κανόνες apud grām. Est præterea προσῳδιακὸς ῥυθμὸς schol. Aristoph. in Nub. qui & ἐνόπλιος. Apud eūdē in Ranas quoddā μέτρον ἀκατάληκτον, vocatur προσῳδιακόν.

Προσῳδίον, Cāticulū quod diis canitur. A Suida exponitur ὕμνος: ab Hes. ᾠδὴ θεῶν ὕμνοι πρὸς τὸ ἔχουσα: ab Etym. autē λιτανεία μετὰ ὕμνων, qui addit τὸ πρὸς τὸ πρόσεστι μετὰ τοῦ τῶν τῶν θεῶν. secundū quā etymologiā scribēdū esset προσῴδιον. quam etiā scripturā habet alibi Suidas: & sanè apud Hesych. quātuis προσῴδιον scribatur per ω, est tamen in ordine alphabetico τὸ προσῴδιον per ο. Sic autem & apud Athenæum scribitur, vt docebo in προσῴδιον.

C. Συνᾴδω, Concino, Consono, Consonum cantum edo. Cui opponitur διᾴδω, vt in illo Heracliti loco qui citatus fuit in διᾴδω. Metaphoricè ponitur pro Consentio, Astipulor. vnde Aristot. συνᾴδειν & διαφωνεῖν opponit, καὶ συνᾴδοντων μὲν τῶν ἔργοις ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ

λόγοις ὑποκρίνεσθαι, id est (Bud. interpr.) Et ii probãdi sunt quorum opera dictis consentanea sunt.

Σωφωδός, Concinens, Consonus. Cantus socius. Ælianus apud Suidam, ὁ δὲ ἀλεκτρυὼν σωφωδεῖν ἐπιχειρῶν τῷ ὀρνιθείῳ μέλει, σωφωδόν τε καὶ συμμελὲς αἰαμέλπων ὠδὴν ἀρχὴν τοῦ ἐπῶν. Lucianus, ὡς καὶ λέσωντες τὰς μούσας σωφωδούς. Apud Aristot. Ethic. 1, σωφωδός, Non absonus, Congruus. Apud Aristophanem, σωφῳδά σοι φροντῶ, pro tibi astipulor, σωφῳδῶ σοι.

Σωφωδία, Concentus, Luc. Icaromenippo. A Suida exponitur ψαλμῳδία. Hesychius autem habet σωφωδεία cum ει, quod exponit συγχορεία.

C. Υπῳδῶ, Succino, quo vtitur Horatius. Pollux, ὡς σοφόδην, ἐπῳδεῖν, ὑπῳδεῖν, σωφῳδεῖν, coniungit, de sonis musicis loquens. Luc. ὡς ἀν ὅτι μισθῷ σωφόντων, ὑπῳδεῖν, & περιῳδεῖν coniunxit, quæ Erasmus reddit Cantillare & garrire.

Composita alia, quæ non ex ᾄδω sed ex eius verbali ᾠδὴ deducta sunt,

Κιθαρῳδός & Κιθαρῳδέω, in κιθάρα, vt Λυρῳδός & Λυρῳδέω in λύρα, & Υμνῳδός atque Υμνῳδέω, in ὕμνος. Itidem Μαγῳδός in μάγος, Μονῳδός & Μονῳδέω, & Μοιῳδία in μόνος. Sic & in cæteris quæ hic posita non fuerint. Sed Ἀρνῳδός & Σπιχῳδός vide in Ῥαψῳδός.

C. Παλινῳδέω, δῶ, Recanto, Horat. Pro quo dicitur prouerbialiter Palinodiam cano. Est παλινῳδεῖν (inquit Eras.) Palinodiam canere, Diuersum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Translatum est à Stesichori lyrici poetæ facto, qui quum Helénam carmine vituperasset, & inde oculis orbatus esset palinodiam cecinit, Helenámque prius vituperatam laudauit, atque ita visum recepit. Hactenus Erasmus. quibus addo ex Isocrate, ipsum Stesichori poema παλινῳδίαν vocatum fuisse. Cicero (inquit Bud.) Retexere orationẽ in eodem fermè sensu dixit in Philipp. quo Græci παλινῳδεῖν dicunt. ‖ Luc. metaphoricè vsus est, καὶ παλινῳδῶν ὡς τὸ χεῖρον, de iis qui à virtutib⁹ in vitia collabuntur, velut vitam bene actam retractantes vitiis se dedendo.

Παλινῳδία, Recãtatio. Vel Cãtus priori contrarius (inquit Hes.) vel Sententia priori contraria. In qua expositione ponitur propria, deinde metaphorica significatio. Suidas autem dicit, ἐναντία ᾠδὴ, ἢ τὸ τὰ ἐναντία εἰπεῖν ὅσις ὡσ πέρ οἱς. Sed quum Hes. dicit Sententia priori contraria, possunt & dicta prioribus cõtraria sub hac expositione intelligi, quibus videlicet sententiã nostram aperire soliti sumus. Ponit Suidas & prouerbium ᾀδων παλινῳδίαν canens palinodiã. quod Græcum loquendi genus non adscripsit Erasmus illi Latino. Plut. in Alex. οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα ὡς παλινῳδίαν τρατόμενον, πολλὰ παῤῥησάσασθαι κατὰ Μακεδόνων. Plato in fine epist. tertiæ quæ ad Dionysium, εἰς ὁμολογίας, τὸ μετὰ τοῦ τυράννου ἔτι πρὸς τὸν Σπεύσιππον, τὴν παλινῳδίαν αὐτὸ μιμησάμενος, ὃν τῶν ψευδοῦς εἰς τὴν ἀληθῆ λόγον μετάστασιν. Vbi παλινῳδία Stesichori intelligi potest vel eius recantatio de vituperatione Helenæ, vel eius liber qua illa continebatur, ab Isocrate ita vocatus, vt modò dictum est: malo tamen in priore illo sensu accipere. Isocratis locus est in Helenes encomio, vbi de Stesichoro loquens, & narrãs historiam paulo antè memoratam (cuius & Plato meminit) scribit, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε.

C. Παρῳδέω, δῶ, Canticum vel carmen ad alterius imitationem compono. Sic autem compositũ canticum vel carmen παρῳδὴ & παρῳδία appellatur. vnde παρῳδεῖν exponitur Parodias scribere. Laertius in Bione, ἀφοῖς δὲ τοῦ παρῳδῆσαι, οἷά ἐστιν αὐτοῦ τὰ τοῦτα, Ὦ πέπον Ἀρχέα ψαλληφυές, ὀλβιόπυφε. Eustathius in primum versum Iliadis, ἰστέον δὲ ὅτι Ὁμήρου γράψαντος Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, τινὲς ὕστερον σκωπτικῶς παρῳδήσαντες ἔγραψε, Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύκροτον. Vbi animaduertere quod dicit σκωπτικῶς. hoc enim conuenit cum eo quod Aristoxenus apud Athenæum lib. 14. refert, ex versibus hexametris parodias ioci gratia & ad captandũ risũ fieri solitas: vbi & nomine παρῳδῆ vtitur. ὡς ἔφη (inquit) τῶν Ἑξαμέτρων τινὲς ὅτι τὸ γελοῖον παρὰ δὲ βόρον, οὕτω καὶ τῆς κιθαρῳδίας τοῦ τῆς Οἰνώπας. Ab Athenæo l. 1, citatur Μάρων ὁ παρῳδήσας.

δαῖς. Dicitur tamen παρῳδὴ generalius. Quintil. lib. 9, cap. 2, Incipit esse quodammodo παρῳδή. quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiuè etiã in versificationis ac sermonum imitatione seruatur. ‖ Hesych. παρῳδεῖν inter cætera vult esse χλευάζειν: quæ significatio referenda est ad id quod modò dixi, ex parodiarum videlicet scriptione risum captari solitum.

Παρῳδός, Parodiarum scriptor, vt Sopater apud Athen. & Matron, cuius etiam opus vocatum παρῳδαὶ ab eo citatur.

Παρῳδία, idẽ quod παρῳδὴ proximè præcedens: vnde παρῳδίαν ποιηταὶ, Athen. lib. 15. & τοὺς παῖς παρῳδίας γράψαντας, ibidem. Παρῳδία est (inquit Camer.) quùm alterius poetæ versus iocosè in aliud argumentũ transferuntur: vt illud ex Alcestide, Χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Aristoph. in suas Nebulas transtulit ita, Κλαίοισι πᾶς δὲς, πατέρα δ' οὐ κλαίειν δοκεῖς; Alia exempla affert idem Cam. quæ apud eum videnda relinquo, col. 165, Comm. vtr. linguæ. Est autem hic id genus παρῳδίας cuius meminit Suidas, videlicet quũ verba tragœdiæ ad comœdiam transferuntur, quale esse, inquit, ἄξιον δ' Ἑλλάδι ab Eurip. & ab Aristoph. dictũ. ‖ Est præterea παρῳδία Hermogeni (vbi δεινότητος methodum tradit) ὅταν ὁ λέγων μέρος τοῦ ἔπους, τὸ λοιπὸν παρ' αὐτοῦ πεζῶς ἐρμηνεύσῃ. id est, quũ quis vbi partem aliquam versus protulit, reliquum à se (id est de suo, oratione soluta eloquitur. Dicitur & ἀθροκή, vbi exemplum vide.

Παρῳδικός adiect. Ad parodiam pertinens, Parodiæ formã habens. ‖ Item παρῳδικὰ μέλη apud schol. Aristoph. in Vespis: nisi forte παρῳδικὰ legendum est: vt & ἐξῳδικὰ ibidem scriptum esse constat pro ἐξῳδικὰ, quũ exponat ἄσμα ὅτι τῇ ἐξόδῳ τῶν δράματος ᾄδεται.

C. Περιῳδέω, δῶ, Incantamentis & magica arte circumuenio & obtundo, Budæus ex Luciano, cuius hæc verba citantur in vulgaribus lexicis, ἐπεριῳδήσας τῷ Γοργόνα ἐπαοιδίαις.

C. Ῥαψῳδέω, δῶ (vnde Ῥαψῳδός & Ῥαψῳδία: pro quibus nõ nulli Ῥαβδῳδός & Ῥαβδῳδία scribendũ putauerunt) Carmina contexo, & quasi consuo aut consarcino. nã quũ ῥαψῳδεῖν fit ῥάπτειν ᾠδάς.) ad quod etymum alludens Pindarus rhapsodum vocauit ῥαπῶν ἐπέων ἀοιδὸν) consuendi aut consarcinandi vocabulum hic conuenire existimo, ad declarandam verbi Græci originem. Sed Eustathius ῥαψῳδίας vocari ait ὅτι ἀπὸ τοῦ συνῆκεν τὴν ῥάψῳδίαν, οἷον τὴν ᾠδήν. ego autem existimo ῥαψῳδίας initiò dictas fuisse poemata longiuscula, & quidem hexametris versibus scripta, quòd multos versus veluti consutos haberẽt: postea verò latiorem fuisse datam huic verbo significationem: sic tamen vt de scriptione heroicorum versuum potius dictum sit, & quidem de Homericis etiam interdum peculiariter. vnde etiam peculiariter singuli eius Iliadis & Odysseæ libri ῥαψῳδίαι appellantur. Vide infra Ῥαψῳδία.

Ῥαψῳδῶ, non tantùm pro Carmina contexo & quasi consuo, sed & pro Carminibus decãto, siue celebro: propriè autem, carminibus heroicis & quidem ita contextis. Q. d. Rhapsodia versuum celebro. Aristophanes, ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς πυδαλείοις τοῖς αἰθρείοις ἐν τῷ πολέμῳ. Lucian⁹ in dial. Achillis & Antilochi, νῦν δὲ σωίημι ἤδη ὡς ἐκείνη μὲν αἰνῶ φελῆς εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἱ αὖν ῥαψῳδήσουσι, μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοπμία. Æschines autem ῥαψῳδεῖ ἐποιοῦν ἐπαινοῦντες dixit epist. 11. ‖ Interdum etiam significat Carmine heroico perscribo, vel trado, vt apud eũdem Lucianũ, εἰπὸ οὖν μοι εἰ ἀληθῆ ὅτιν ἄρα Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος ὡδὶ ἐμμαρμῴνῃς ἐῤῥαψῳδήκασιν. ‖ Frequentissimè autem vsurpatur ῥαψῳδῶ pro Rhapsodias recito, vel Carmina recito alicuius poetæ, ex eorum videlicet numero qui rhapsodi vocantur. Isoc. in Panath. ῥαψῳδοῦντας τὰ ἐκείνων, de Homeri & aliorum poesi loquens. Et apud Luc. Alexander dicitur Ὅμηρον ῥαψῳδεῖν. Athen. 264, τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπιάσι Κλεοφῶν ὁ ῥαψῳδός. Sed & ipsimet autores sua poemata ῥαψῳδεῖν dicuntur, vt apud Platonem Homerus & Hesiodus, Politicõn 10, pag. 121. Lucianus autem quendam Homeri versus sermoni suo accommodantem, ῥαψῳδεῖν itidem

dicit. nam quum Menippus Philonidi dixisset, Ὦ φιλότης, χρεώ με καταῤῥαψῳ εἰς αἴδαο ψυχῆ χρηστόμυθον Θεσσαλοῦ Τειρεσίαο, (qui versus sunt Homerici) respõdet Philonides, ἐπεὶ ῥαψῳδαίεις. ἢ δὲ αὖ ὅτως ἐμμέτρως ἐῤῥαψῳδεῖς ὡς ἀνδρὰς φίλους. vbi ἐμμέτρως abũdat, quũ in ἐῤῥαψῳδεῖς cõprehendatur. Inuenio ῥαψῳδεῖν nõ solùm de recitatione versuum, sed & de recitatione scriptorũ historicorum dictum. vt apud eundem Lucianũ ὡδὶ ἀν ὅτι τὸ μ. &c. ἰοῦ ἦ ποιητικὸς αὐτὸς ἢ συγγραφικὸς πλούσιος ἢ, παρὰ τὸ δεῖπνον τὰ αὐτὰ ῥαψῳδῶν, τότε &c. ‖ Item Ῥαψῳδεῖν, Loquaciter aliquid recensere, Oratione redundãti vti, vt inquit Bud. hæc ex Greg. epist. citans, ἡμῖν γε χολὴ μακρότερα τῆς παρούσης ὑποθέσεως ῥαψῳδεῖν. HINC Ῥαψῴδημα, Mendaciũ, Nugæ, Hesychio & Suidæ. Hic verò etiam verbo ῥαψῳδῆσαι similem dat expositionem: ait enim esse τὸ φλυαρῆσαι, aut τὸ ἁπλῶς λαλεῖν καὶ ἀπαλγεῖλαι χωρὶς ἔργου τινός.

Ῥαψῳδός, Carminum contextor & quasi cõsutor, Qui ea poemata quæ rhapsodiæ appellantur, cõponit. Hoc nomine appellatur Hesiodus à Luciano, ὡς δὲ ὑμεῖς φατέ, σύ τε καὶ Ἡσίοδος ὁ ῥαψῳδός. Secundum hanc significationem Sphinx quoque appellata est ῥαψῳδὸς à Sophocle in Œdipode tyrãno, videlicet ἡ ῥάπτουσα τὰς ᾠδάς. Vide pag. 168. ‖ Ῥαψῳδὸς frequentius pro rhapsodiarum recitatore. Budæus ῥαψῳδοὺς interpretatur carminis heroici recitatores, in hoc Platonis loco, De republica 3, οὐδὲ ῥαψῳδοί τε ἅμα καὶ ὑποκριταὶ εἶεν δυνάσται. Ibidem citat ex Athenæo, pag. 223, μετὰ δὲ τοὺς σωματοποιοὺς ἐπεδείξατο ῥαψῳδὸς Ἀλέξις Τραγανῖνος. vbi ῥαψῳδὸν pro acroamate ponit ait. Vocabantur autem ῥαψῳδοὶ, etiã Ὁμηρισταὶ, vt scribit idẽ Athenæus lib. 14. ideo autem fortasse quòd Homeri præsertim recitare versus solerẽt. Quò pertinet expositio quã Suidas & Hesychius dant huic nomini. Cæterùm notandum est ῥαψῳδοὺς dictos non simpliciter qui carmina recitarent, sed qui ea recitarent in publicis conuentibus. Vide Ῥαβδῳδὸς paulo póst.

Ῥαψῳδία, Cõtextura carminum (hexametrorum præsertim) & quasi consarcinatio: de qua lege quæ modò dixi in Ῥαψῳδῶ. Aristoteles De poetica, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν ἱππικὸν Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων. Idem Rhetoricõn 3, καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν οὐ παρῆλθεν. Athen. 6, λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία. Sunt qui ῥαψῳδίαν propriè dictam putent Homeri poesin, in vnum quasi corpus consutam, quum antea eius membra diuulsa à quibusdam circulatoribus poetis recitarentur: (& citatur ex Luciano ῥαψῳδία τῆς ἰλιάδος, ac testatur Eustathius veteres totam Homeri poesin eo nomine appellasse) sed videmus non solùm totam poesin ita inscribi, sed singulos etiam libros. Quò crediderim respexisse Hesychium quum ῥαψῳδίαν esse dixit μέρος ποιήματος. Quam tamen significationem posteriorẽ esse puto. ‖ Ῥαψῳδία est etiam inanis loquacitas. Vide Suid. & Hes.

c. 2. Ἀπορραψῳδῶ, Verba fundito. Xenophon Pæd. 3, εἰ δέ τινι ἰόντων εἰς μάχην σὺν ὅπλοις, ὃν πύτῳ δ' ὠνήσεται τις ἀπορραψῳδήσας, ὡδὶ χρῆμα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, πάντων ἀνᾷστον εἶναι καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι τὸν μεγίστην τῶν ἀνθρώπων ἀρετήν. Quæ verba, sunt Cyri eleuantis autoritatem imperatoris aduersarum partium, qui dicebatur castrensi oratione suos pulchrè animasse ad prælium, vt inquit Bud. qui etiam exponit hic ἀπορραψῳδεῖν, Verba fundere, Loquitari sophisticè, vel Inaniter multa proloqui.

c. 2. Ἐπιῤῥαψῳδῶ, Recito more eorum qui ῥαψῳδοὶ appellantur. Luc. ὁ μὲν αὐτῶν παρῆνει πονεῖν τὰ πάντα καὶ μοχθεῖν, καὶ τὸ σῶμα καταναλίσκειν, σωνεχὲς ὅπῤῥαψῳδῶν τὰ πάνδημα ἑκεῖνα τῶ Ἡσίοδου ὡδὶ τῆς ἀρετῆς ἐπι .ι. (Budæo interprete) Carmina illa allegans & velut accinens, vel Carmina illa suis sermonibus accommodans. Ego existimo ὅπῤῥαψῳδῶν esse (vt vis verbi exprimatur) Recitans, velut assuendo ea suis sermonibus. Citatur ex Philone in vulg. lexicis, τὸ ἔπος αὐτοῦ ἐπῤῥαψῳδῶ, pro Carmen in ipsum canebat.

C. Ῥαβδῳδοὶ, pro ῥαψῳδοὶ, & Ῥαβδῳδία pro ῥαψῳδία quidam scribendum putauerunt, quòd in componendis vel recitandis rhapsodiis virgam lauri manu tenerent.

Vide Eustathium pag. 6.

C. Σπιχῳδοὶ, Idem qui & ῥαβδῳδοὶ, Qui inter componendum vel recitandum carmina virgam lauri seu ramum manu tenebant: vt per στίχον intelligamus ῥάβδον. Eustath.

C. Ἀρνῳδοὶ, Sic dicti iidem rhapsodi, vtpote quibus agnus proponeretur præmiũ recitationis versuũ. Eust.

C. Προῳδικός, vide suprà cum Ἐπῳδικὸς in Ἐπῳδός.

Α Ἠ Δ Ὢ Ν, όνος, ἡ, Luscinia. ab ἀείδω, Æolica mutatione diphthongi ει in η. Hesiodus ad etymologiam huius nominis alludens videtur ἀηδόνα vocasse ὅτι θεπικῶς ἀοιδὸν, vt dixi antea in ἀοιδός. Idem eodem loco ἀηδόνα appellat ποικιλόδιρον. Odyss. τ, — χλωρηῒς ἀηδὼν. Lycophron sirenas appellat ἀηδόνας, ὡς καλὸν ἀείδουσας, inquit Eustathius, id est festiuè canentes. ‖ Hesych. ait ἀηδόνα esse tibiarum lingulam, & λωτίνας ἀηδόνας, tibias. Item ἀηδόνα vocari Mineruam à Pamphyliis. Sunt qui ab ἀεὶ & ᾄδω deriuari velint, quòd luscinia sẽper cãtet, vbi semel inceperit. sed lõgè tutius est alterã etymologiam sequi, quam sequendo, & ι subscribi debet ipsi η.

Ἀηδὼ, όος, & οῦς, per contractionem, idem quod ἀηδών. Sophocles in Aiace, Οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς Ἡσῳ δύσμορος. vbi scholiastes ait, η ἀηδὼ, secundum Mitylenæos. & Suidas ait, ἀηδὼν & ἀηδοῦς, vt Σαπφὼ, secundum Mitylenæos. Eustathius quoque nominatiuum ponit ἀηδὼ, vt Λητὼ, vnde reperiri ait ἀηδοῦς genitiuum, & ἀηδοῖ datiuum. In vulg. tamen lexicis Græc. scriptum est ἀηδὼς.

Ἀηδονὶς, Luscíniola, vel Luscinia, vt diminutiui formam habeat, non etiam significationem. Theocritus Idyll. η, -αἴθ' ὅμοιον Μοισόδει Δάφνις τᾶσν ἀηδονίσν. Id est, Si tam vocalis sit Daphnis in sua musica, quàm sunt lusciniæ. Callimachus, Μάτηρ μὲν γοερὰν οἶτον ἀηδονίδων Ἄγε βαρὺ κλαίουσα, in hymno in laud. Pall.

Ἀηδονὶς, Locus vbi canebant, inquit Hesych. addens, καὶ ἐργαστήριον.

Ἀηδονιεύς, έως, ὁ, Idem quod ἀηδών, sed masculina terminatione, quasi dicas Luscinius, aut Lusciniolus. Theocritus, Οἷοι ἀηδονιῆες ἐφιζόμενοι δόνι δένδρων. Videtur esse factum ex ἀηδονὶς.

Ἀηδόνειος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad luscíniam pertinens. ἀηδόνειος ᾠδὴ, Luscíniæ cantio, & pro eodem ἀηδόνειον μέλος. Var.

Ἀηδόνος, Hesychius exponit νεοσσὸς, id est Pullus. Nisi fortè legendum est νεοσσοῦ, i. Pulli. vt sit ἀηδόνος genitiuus quem exponat itidem per genitiuum. Eodem nomine vocari ait pudendum muliebre ab Archilocho.

Α Ἴ Ζ Ω, Veneror, cuius tamen passiua vox ἄζομαι est potius in vsu. Eustathius postquam dixit ἄζω spiritu tenui notatum significare ξηραίνω, subiungit, ἄζεσθαι significans σέβεσθαι, aspirari, à χάζω quod est ὑποχωρῶ. At Etymologicus, vel potius Orion apud Etym. vocem actiuam ἄζω ponit, quæ prout vel aspero vel tenui spiritu notabitur, vel σέβομαι vel ξηραίνω declaret. Cur autem ἄζω pro Veneror à χάζω deducatur, hanc reddit rationẽ, quòd quẽ veneramur, via ei cedim⁹ (vbi pro τῶν ὑποχωρῶ ὦν malo τούτῳ ὑποχωρῶ ὦν.) Ego autẽ quãuis in deriuatione τοῦ ἄζω pro ξηραίνω, illis subscribã, in deductione tamẽ τοῦ ἄζω, vel potius ἄζομαι pro σέβομαι, vt lõgius petita, ab iisdem differtio: atq; adeo prototypi locũ ei tribuo. Multo tamẽ placet minus Herodiani sententia, qui ab ἄγος format ἀγίζω, ex quo per syncopẽ ἄζω, vt ex σκέλος fit σκελίζω, ex πῖχος fit πιχίζω. & pro suæ sentẽtiæ cõfirmatione affert ex Alcmane ἀγίσθεο pro ἄζεο. Quæ quidẽ spiritu tenui scribo, nõ meã opinionem, sed ea vnde hæc sumpsi exemplaria sequens. Quæ tamen in ἄγος, scriptum habent ἄγοι in ea tantùm significatione qua pro μαροὶ ponitur: vt dicetur in Ἄγος.

Ἄζομαι, Veneror, Colo, Reuereor, poti⁹ in vsu est (vt dixi) quàm ἄζω. Vtũtur autẽ τοῦ ἄζομαι cũ alii poetæ, tũ Hõ. aliquoties. vt Il. ε, Ἀλλ' ὅγ' ἀρ' ἀνδὲ θεὸν μέγαν ἄζετο. Et Il. α, circa principiũ, Ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα. vbi ἀζόμενοι exponitur Venerãtes, Veneratione prosequẽtes: sed malo Reuerẽtes. Itidẽ Od. ρ, Μήτ' οὖν μητέρ' ἐμὴν ἄζου τόγε, μήτέ τιν' ἄλλον Δμώων, Ne reuerearis meã matrẽ. i. Nullã rationẽ habeas eorum quæ tibi hac de re mater-

mea mandauerit. Cæterũ pro Veneror siue Colo, non solùm accusatiuo sed & genitiuo iungi à Gregorio, scribitur in vulgaribus lexicis. Hesychius ait ἄζομαι esse & αἰσχύνομαι: necnõ apud Euripidem poni pro ἀγανακτῶν, id est indignari. In vulgaribus lexicis addit ἄζεσθαι pro Minari, apud Sophoclem.

Ἅγος, εος, τὸ, Res venerationẽ habens, Res quã venemur, Res sacra. Exponitur præterea ab Hes. ἁγισμα, i. purificatio. itẽ ἅγισμα θυσίας, id est lustratio. nã lustratio exponitur sacrificium expiationis. Explicatur ab eodem πέλδρος, id est delubrum. quæ duæ significationes à prima non recedunt. nam lustratio ad venerationem pertinet: item delubra veneratione dignamur. Fit enim ἅγος ἀπὸ τοῦ ἅζω, (vt vult Eustathius) quod veneror significat. At Sophoclis scholiastes ab ἄγαμαι videtur velle deducere. Hesychius & Suidas exponunt σεβάσματα, id est venerationes: & hic addit à Sophocle ita vsurpari. sed per ἀφημισμὸν (inquit scholiastes Sophoclis) ἁγὴ dicuntur etiam μιάσματα, id est piacula. At Etymol. autor ait, Ἅγος duo significat, propriè mundum siue purum: at per antiphrasin, sordidum. In qua expositione duo miror, & quòd purum vel contrà sordidum significari velit nomine ἅγος, & quòd per adiectiua exponat. Potius enim per substantiua explicare debuerat Munditiẽ siue puritatem, & Sordes. Sed neque illi priori etymo ab ἁζω, neq; posteriori ab ἄγαμαι, cõgruit hæc significatio puritatis, quam propriam esse dicit. Fortasse autem Etymologici autorem impulit in errorem illa recepta passim expositio, vt ἅγος significet μίασμα: quæ vox μίασμα ab illis accipitur pro scelere siue potius piaculo, vt & passim vsurpatur: ita tamen vt propriè sonet Inquinamẽtum, à μαίνω quod Inquino, siue Polluo significat. quo etiam modo Latini Polluere se scelere, & Impurum hominem dicunt. Sed qua metaphora μίασμα sumitur, non item ῥυπαρότης, Vel (vt illic legitur) ῥυπαρόν. Præterea ἅγος non significat μίασμα nisi quatenus per antiphrasin, vel potius ἀφημισμὸν vsurpatur. Sed vt in pauca quæ de ἅγος dici posse videtur, conferam: primùm quod ad significationem attinet, dico ἅγος propriè venerationem declarare, aut rem veneratione dignam: significare & puritatem, (quemadmodum & ἅγιος ab ἅγος deductum, venerandum seu venerabilem aut veneratione dignum, itémq; purum, Hesychio teste, significat) vel purificationem & lustrationem. quia idem ἁγὼν exponit ἁγισμάτων. Præterea ἅγος declarare sanctitatem: vt ex ἅγιος inde ducto apparet. Quod autem ad etymologiam attinet, ἅγος ab ἁζω deducit Eustathius, vt dixi: à quo verbo ἁγνὸς Etymol. format. at hoc nomen ἁγνὸς, sicut & ἅγιος, ab ἅγος fieri constat: quare ab ἁζω immediatè (vt ita loquar) deriuari dicendũ non est: sed ἅγος ab ἁζω deduci, ab ἅγος autem, ἅγιος & ἁγνός. ex quibus multa formata sunt alia cum nomina, tum verba. Sed alia etymologia videtur Sophocl. scholiastæ placuisse, videlicet ab ἄγαμαι. siquidem postquam dixit ἅγος esse τὸ ἱερὸν σέβας, citat hosce duos Homeri locos, ἁγὴ μ' ἔχει: &, ὥς σε γυῶμαι ἄγαμαι. Pro qua etymologia posset facere etiam ἄγασμα, quod nomen itidẽ pro veneratione accipitur. Sed & ἁγνὸς ab ἀγάζω deducere Etymol (aut Orionem apud eum) vno in loco, (quum in altero deducat ab ἁζω) docebo in Ἁγνός. Verùm deducendo ab ἄγαμαι, scribendum esset ἀγνὸς cum tenui spiritu. Eo porrò nomine magis placeat fortasse deductio ab ἄγαμαι, quòd facilior & minus longè petita videatur quàm ab ἁζω. Malo tamen cum Etymol. autore, & cum Eustathio (quem puto veteres grammaticos hìc sequutum esse) ab ἁζω deducere: tum quòd ἁζω, vel potius ἁζομαι, propriè Veneror significet (quum verbi ἄγαμαι propria & vsitatissima non sit hæc significatio) tum quòd ἁζω spiritu aspero notetur. quo & ἅγος notari debere, non solùm ex deriuatis ἅγιος & ἁγνὸς, sed & ex verbo ἁγηλαπῶν probare possum: quod aspirandũ esse, si pro ἅγος ἐλαύνειν sumatur, Suidas, Sophoclis scholiastes & Eustathius testantur.

Ἅγος, Piaculum, Scelus. (siue per αὐτοφασὶν, vt dicitur de ὑμνεῖν & ὠιδάζειν pro κακολογεῖν, siue λοιδορεῖν: siue per ἀφημισμὸν, vt ex Soph. schol. retuli) Valla nõ malè, meo iudicio, Piaculare crimen interpretatur apud Herodotũ: vt lib. 6, αὐτὸν ὀν τῷ ἄγει ἐνέχεσθαι, eũ piaculari crimine teneri. Ἅγος ἐλαύνειν, ad verbum, Piaculum expellere, pro Scelus expiare, id est, sceleratos ipsos qui piaculum admiserunt exterminare. Thucyd. 1, ἐκέλευον τοὺς Ἀθηναίους τὸ ἅγος ἐλαύνειν τῆς θεοῦ. Vtitur hoc loquẽdi genere & aliis aliquot locis. Greg. περὶ φιλοπ. plurali numero vtens dixit, οὐδὲ ἀνῶσιν, ὡς ἀχὴ ἀπελαύνομεν. Sophocles ἀγηλαπῶν vno verbo pro eodẽ dixit (sequẽdo quorundam expositionem in Œdip. Tyrãno, Κλαίων δικαῖς μοι καὶ σὺ χὠ σωθεὶς τάδε Ἀγηλαπῶν. vbi scholiastes scribit, si cum aspero legatur, significare τὸ ἅγος ἀπελάσας τὸ θεῖ τ' Λαΐου: si cum tenui, esse pro ἐξαγιάσας. Vide Eust. pag. 437 & 1704. Quanuis autẽ scribam ἅγος cum spiritu aspero, tãquam ab ἁζω (vt antea dictum est) passim tamen ἅγος pro piaculo seu scelere scriptum inueniri fateor: (excipio grãmaticos, & præsertim Eustathium, cum alibi, tum pag. 647 & 1356) vt aut temere & ex errore hanc scripturam inualuisse, aut aliam huic voci deriuationem datam fuisse putandum sit. quod posterius confirmat quod apud Etymol. legitur in Ἅγιος: videlicet ἅγιοι scribi quum pro μαρτὶ ponitur.

Nominis ἅγος venerationem declarantis retinent significationem plurima, quædam verò & alteram. Primùm autem de ἁγὴς, ἀναγὴς, παναγὴς, cæterisque deriuatis eiusdem formæ, deinde de cæteris tractabo. nam ἁγὴς, ἀναγὴς, ἀναγὴς, παναγὴς, ex ἅγος facta esse cõstat: at originem nominum ἅγιος & ἁγνὸς (quæ suam & ipsa sobolem habent) ab eodem verbo repetunt grammatici à quo & nominis ἅγος, videlicet ab ἁζω. à quibus tamen dissentio.

¶ Ἁγὴς, έος, ὁ ἡ, (pro quo frequentius vsurpatur compositum ἀναγὴς) Scelestus, Deuotus, Sacer, Qui piaculũ commisit, vt in hoc versu Hipponactis, quem scholiastes Lycophronis affert, Ὡς οἱ μὲ ἀγεῖ δεσπότω κατηρώτι.

Ἁγίζω, F. ίσω. P. ικα. Idem quod ἁγιάζω, Sanctifico, Consecro. Item Adoleo. Aristoph. Pluto, Ἔπειτα τοῦθ' ἥγιζεν εἰς σάκταν πυρί. vbi schol. indicat, pro eo quod dicendum erat ἥγιζεν εἰς ἔθνων, dictum esse ἥγιζεν εἰς σάκταν: & ἥγιζεν positum pro Sanctè recõdebat. ἥγιζεν, inquit, pro ἁγίως ἀπέθετο. addit autẽ ἁγίως, (opinor) quia propriè ἁγίζειν est ἁγίως καῦσαι, id est, Sãctè vrere: quod Latini Adolere dicũt. In vulg. lex. scribitur, ἁγίζω dici pro ἁγιάζω. quod videtur ex Suidæ verbis non attentè consideratis sumptum esse. exponit enim ἁγίζων pro ἁγιάζων, sed non ita vt ἁγίζων dicatur pro ἁγιάζων, quasi facta syncope. Etymol. tamẽ ἁγιστία itidem pro ἁγιστία dictum existimat, vt paulo pòst docebo. Quod autem ad composita attinet, Ἐναγίζω quære post ἐναγὴς: at καθαγίζω hic subiungam, quia non est nomen quod præcedat.

Ἁγιστεύω. F. σω. P. κα, pro ἁγιάζω, inquit Suidas. Idem exponit, Perago quæ ad sacrificium pertinent. Hesychius, Veneror. Item, Pietatẽ colo. intellige autem pietatem in deos. & ita fortasse exponi in hoc Platonis loco possit, ἁγιστεύω περὶ τὰ θεῖα. Item, Castimoniam seruo. in qua significatione videtur sumi apud Demosthenem κατὰ Νεαίρας: vbi tale est iusiurandum sacerdotis Bacchi, ἁγιστεύω, καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων καθαρεύοντων καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς συνουσίας. Scribitur & Ἁγιστέω, ῶ, vnde ἁγιστεῖν infinitiuus apud Hesychium.

Ἁγιστεία, ας, ἡ, ab Ἁγιστεύω (Ἁγιστία autem esset aliunde, vt mox dicetur) Sanctimonia, Puritas. Item, Cultus deorũ, inquit Suidas. Idem exponit ἱεροπελεστίαν, id est, sacrorum vel rerum ad sacra pertinentium peractionem: aut breuius, ceremoniarum peractionem. Possumus & sacrum vno verbo interpretari. Plut. in Romulo, ἡ περὶ τὸ πῦρ ἁγιστεία. Sed & ipsæ ceremoniæ ἁγιστεῖαι dicuntur ab Isocrate in Busiride: vbi de Pythagora dicit, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ὁσιωτάτους παρὰ πολλοὺς ἐποιήσατο. Plato Axiocho (aut quicũque huius dialogi est autor) ἐν τούτοις τοῖς μεμυημένοις ὁσίας τινὰς ποιεῖσθαι, καὶ τὰς ὁσίας ἁγιστείας κατὰ τὴν πόλιν σωτηρίας. id est, Rem diuinam obeunt, Sacra faciunt. Chrysostomus eucharistiã ἁγιστείαν appellat, sicut & τελετὴν. Quanquam apud eum ἁγιστεία legitur. & fortasse idem vtrunque valet: estque error in Suidæ exemplaribus, vbi scribitur, ἁγιστία, ἡ

ἁγιωσύνη· ἁγιστεία δὲ, ἡ ἱεροπελεστία, δίφθογγον. Nam Suidas cum diphthongo scribi ait posterius, ostendit se hoc vnum discrimen statuere: adeo vt legẽdũ sit & hoc posterius cũ α, ἁγιαστία. Varinus tamen ἁγιστεία ex eo deseri psit. Etymol. ἁγιστία habet sine diphthongo, quod ita format, Ἁγιάζω, ἁγιάσω, ἡγίακα, ἡγίασμαι, ἡγίασται, ἡγίασται, ἁγιασὸς, ἁγιαστία, & per syncopen ἁγιστία. exponit autem ἁγιαστίαν per ἁγιωσύνη. Verùm illi non assentior: sed si ἁγιστία sine diphthongo scriberetur, ab ἥγιστα tertia persona singul. præteriti verbi ἁγίζομαι, aut ab ἁγιστῶ contracto (cuius infinit. ἁγιστῶν apud Hes.) deduci putarem.

Καθαγίζω, Consecro, συμπελῶ καὶ καθιερῶ, Hes. Exponitur etiam, Soluo iusta, Perago exequias, Offero mortuo sacrificiũ aut epulum super sepulcro. Luc. De luctu, τοιαῦτα τοῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὅσα τοῦ πάθους. Ponitur sæpe pro Adoleo, sicut & Valla vertit apud Herodotũ. Plutarchus καθαγίζειν & καθαγιάζειν τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος, dixit Cremare corpus Cæsaris. Apud Pausaniam autem, pro Vrere ad odorem excitandum: τοῦ ἱερείων τοῖς μηροῖς θύουσι, τἆλλα δὲ ἀρκεῖν ξύλοις καθαγίζουσι. καρπῶσις ὁμοῦ τοῖς μηροῖς φύλλον τῶν παιδέρωτος συν καθαγίζουσι. ¶ Apud Soph. Καθαγίζω contraria significatione pro Polluo, teste Hesychio. HINC Καθαγισμὸς, Consecratio. Item, Parentatio. Erasmus Parentalia vertit in hoc Luciani loco in libello De luctu, τὰ μὲν δὴ τοῦ καθαγισμοῦ, καὶ αὐτοῖ, &c. Idem illa eiusdẽ opusculi verba, modò citata, τοῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὅσα τοῦ πάθους, interpr. Nostris libationibus interiisq; quæ sepulcris inferuntur: sed vtrobiq; de iis quæ adolentur, intelligi, videntur ostendere quæ sequũtur apud Lucianum verba post illud καθαγισμῶν. vt sit καθαγισμὸς ipse adolendi actus.

c. 2. Συγκαθαγίζω, Vnà consecro, Vnà adoleo. Item, Vnà vro, vt in loco illo Pausaniæ, qui modò citatus fuit, συγκαθαγίζουσι. vbi καθαγίζειν quod ibidem habetur, est simpliciter vrere ad odorem excitandum, vt scribit Bud.

C. Ἐναγὴς, Idẽ quod ἁγὴς. Bud. hæc synonyma, ἐναγὴς, & ἀλιτήριος, & ἐξάγιστος, & ἐπάρατος, & τῇ ὁρᾷ ἔνοχος, exponit, Execrabilis, Deuotus manibus, Impurus & sacer. Hæc Budæus: quibus addo Piacularis. nam vt ἅγος Piaculum dicitur, sic ἐναγὴς commodè Piacularis posse reddi existimo, quod & de persona nonnunquam dicitur. Idem Budæus ex Thucydide affert, καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦ τῶν φόνου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκαλοῦντο, quasi quorum capita deuota deæ atque sacrata essent. Citat & ex Æschine, ἐναγὴς ἔστω τῷ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀθηνᾶς τῶν ἱερῶν. In quorũ locorum vtroque genitiuum habet: sed & sine illo sæpe ponitur: vt Plutarch. περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. vocat Φιλιππίδου ἐναγῆ.

Ἐναγὴς in contraria significatione ab ἅγος significãte venerationem, vide in sequente aduerbio Ἐναγῶς.

Ἐναγῶς, Piè, Cũ veneratione, Sanctè. Philo De vita Mos. l. 3, οὗτ' ὁσιοπρεπέστατος, ἐναγῶς ἀχθεῖς καὶ κεκοῦφ μόγον καὶ κρίνοντο. Vbi Turnebus exponit Ritè. Potest autem & cum ὁσιοπρεπέστατος iũgi hoc aduerbium. Cæterùm si non mendosè legitur hic ἐναγῶς pro ἀναγῶς (quod aliquando suspicatus sum) nomen itidem ἐναγὴς pro pio & sancto sumi posse constat.

Ἐναγικὸς, κὴ, κὸν, Piacularis. de re dicitur, vt ἐναγὴς de persona. Plut. Pol. præc. ἐκ τῆς χρημάτων ἐναγικῶν πρεσβυτέρων τοῖς κάτω γένοις ἐνῳκοδόμησαν.

C. Ἀναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Impurus, Suidæ: at Hesychio, Purus. quas expositiones ita posse inter se conciliari existimo, vt dicamus ἀναγὴς impurum significans esse ex α priuatiuo & ἁγὴς significante purũ: at verò ἀναγὴς pro puro, esse ex ἁγὴς significante impurum. Quam tamen posteriorem expositionem solam posui in Ἁγὴς, quòd exemplum alterius non haberem.

Ἐναγίζω, Sacra mortuis facio, Parento. Pausanias pag. 231, πότε δὲ ὁ Ἐπαμινώνδας Σκεδάσω καὶ τοῖς πᾶσιν ἐνηγίζε τε ἐνηνοχε. Et cum accusatiuo, pro Immolare vel pro simpliciter Offerre parentandi causa, siue pro parentatione. vt apud Plut. in Solone, ἐναγίζειν ζῶσι. Idem in Catone, ζῶντα χρὴ τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν, οὐκ ὀρνεα οὐδ' ἐρίφους, ἀλλ' ἐχθρὰν δάκρυα καὶ παρρησίας. Citatur ex eodẽ Plut. in Numa, τοῖς φυτοῖς ἐναγίζουσι τοῖς. quod exponitur, Germinibus tũc parentant. ¶ Etymol. vult inter cætera significare φονεύειν, id est occidere.

Ἐναγισμὸς, οῦ, ὁ, Parẽtatio. vt apud Plut. ποιεῖσθαι ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, parentare mortuis. Herod. 4, ἑκατόμβας τε ὁσίας κελεύειν τοῦ θεοῦ κατεσκευασθῆναι, ἐναγισμοὺς τε πανταχοῦ ποιεῖν, id est, parentationis omne genus, vt Pol. interpr. DICITVR & Ἐναγίσμα pro ἐναγισμὸς, vel pro libamine quod parentationis gratia offertur. Exponitur etiam ἐναγίσματα, Inferiæ. Hesychio ἐναγίσματα, sicut & ἐναγισμοὶ, sunt ὁλοκαυτώματα.

C. Εὐαγὴς, ὲς, ὁ ἡ, Sãctus, Sacer, Purus. vt εὐαγέεσι θυσιαῖς, Sacris victimis, & εὐαγέων ἱερεῖων μόσσον λύμων, citatur ex Nõno. Εὐαγὴς παῖς χεῖρας, Purus manibus, Puras manus habens, id est cæde non contaminatas. Et Philo De vita Mosis lib. 2, πράξεις οὐκ εὐαγεῖς appellat impuras actiones, id est flagitiosas. Interdũ ἐναγὴς ὅσιος exponitur Fas est. vt apud Plut. Lycurgo, ὅπως εὐαγὲς ἦ τὸ αἰνεῖν. Apud Aristot. autem De mundo κόσμος λαμπρότητι εὐαγέστατος exponitur Mundus claritate syncerissima præditus.

Εὐαγὲς μέλισσαι, Anthol. epigr. lib. 1, Agiles apes, quòd per aerem citò ferantur & facilè, vt in vulg. lex. exponitur ex Iani Lascaris viri doctissimi sententia, deducẽtis ab εὖ & ἄγω. Sic & apud Suidam εὐαγὴς exponitur εὖ πεφυκημένος. Ad hãc autẽ deductionẽ ἀπὸ τοῦ εὖ & ἄγω referri etiã posse existimo ἀναγὲς πνεῦμα ad Herodotum pro vento secundo, in Euterpe, ἀναγέ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ, vt sit εὐαγὲς πνεῦμα τὸ εὖ ἄγον, vt dicũtur venti ferentes pro secundis. Sed malo vet. exẽpl. sequi in quibus reperi ἀναγὲ, ab ἀνω. ¶ Εὐαγὴς πύργος ex eorundem epigr. libro 4 citatur pro turri patente & aperta, id est liberum prospectum habente. Quæ significatio aliam rursus deductionem poscere videtur. Non malè autem fortasse ibi quoque ἀναγὴς legeretur: quia quæ in patenti loco sita sunt, ventis magis sunt exposita. Vult tamẽ Hesychius quoque ἀναγὲς inter cætera significare εὔσεβον. ¶ Est & Εὐαγὲς, Quod facilè frangi potest, (ita enim malo quàm cum Suida exponere καλῶς κεκλασμένον) ab ἄγω, frango.

Εὐάγνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purus, Splendidus. Aristoph. Nub. ipsis nubibus tribuit δροσηρὰν φύσιν· ἁγνὸν, quod Suidas exponit καθαρὰν & λαμπρὰν: schol. autẽ, nõ solùm λαμπρὰν, sed & πανταχοῦ φερομένην. secundum quam expositionẽ erit ab εὖ & ἄγω, vt & de ἁγνὸς dictum est: in altera autem significat. sunt qui ab αὐγὴ deducant.

C. Παναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Omnino sanctus, vel purus, Sanctissimus, Purissimus, Hes. Apud Suidã παναγὶς γυναῖκες. ET Παναγὶς, ίδος, ἡ, Dies sacra, in vulg. lex. ET Παναγίας Hes. exponit παναγίας.

C. Ἐξάγιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Scelestissimus, Impurissimus. habet enim quandam superlatiui formam, meo iudicio: vnde & λίαν ἐναγὴς à Suida exponitur. Et cum nomine superlat. iungitur à Demosthene in Aristog. τοὺς δὲ πονηροτάτους καὶ τοὺς ἐξαγίστους ὀνομαζομένους τοὺς συμφορᾶς σωφρονίζειν λέγουσι. Iungitur tamen & cum positiuo: vt apud Æschinem, λιμένα ὁ νῦν ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὠνομασμένος. id est, Sceleratus portus & nefastus, inquit Bud. Sic apud eundem, τοὺς ἐξαγίστους καὶ ἐπαράτους χρημάτων. Quinetiam præpositio ἐξ significationẽ intendere videtur. Exponitur & ἀκαθαρτος atque πονηρὸς ab eodem Suida, apud quem legimus ἐξάγιστον ἡδονάς. &, τὸ ψῆφος ἀπεστρέφετο καθαρὸν ἀλλὰ τοῦ ἐξαγίστου. Citatur & ex Plut. in Public. πρὸς πατέρα Βροῦτον οὐδὲν ἐξάγιστα κατηγορεῖν.

ΑΓΙΟΣ, Sãctus. vt ἁγιωτάτη νυκτὸς, Call. in hymno in Delũ. Plut. in Probl. τῇ ὁ πρῶτη ποιοῦσιν αὐτὸν ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. vbi ἱερὸν καὶ ἅγιον, pro sacrũ & sanctũ ponit, quod vocabulo cõposito Latini sacrosanctũ appellãt. & hoc nomen exprimere fortasse voluit Plutarchus, de Romanorum tribuno hìc loquens. Ἅγιος fœminino genere dixit Isocrates, pro ἁγία, id est sancta, in Hel. enc. θυσίας ἁγίους καὶ παντείους. si modò caret mendo locus. Cæterùm Etym. vult. ἅγιος ab ἁζω esse, à quo factum sit ἅζιος, deinde ἅγιος. sed ab ἁζω fieri fatendum est, immediatè ab eo fieri negandum est. nam ex ἁζω fit ἅγος, ex ἅγος autem ἅγιος, & ἁγνός. quod posterius tamen minus vsitatam formationem habet: quam non considerans Orion inepta quædam de alia huius vocabuli origine at-

tulit:vt in eo dicetur.

Ἅγιος ab Hesychio exponitur etiam καθαρὸς, id est purus:& σεβάσμιος, id est venerandus seu venerabilis:& εὐσεβὴς, id est pius, pietatem colēs. Idē ἅγια in plur. neutro exponit τίμια, hoc est honorata, siue honorabilia.

Ἅγιον, τὸ, Substantiuē positum: vt ἅγια ἁγίων, Sancta sanctorum, locus templi sanctissimus. Sic autores ecclesiastici appellarunt, sequuti LXX interpretes. Gregor. οὕτω μὴ σὺ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τῆς σεκφίμ συσκαλύπτεται, καὶ, &c. Apud D. Paulum ἅγια etiam dicitur pro ἅγια ἁγίων.

C. Παναγίος, ου, ὁ, Omnino sanctus, Sanctissimus. vt & dicitur παναγής.

C. Ἁγιόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad verbum Sanctoscriptus, si ferrē posset Latinitas adiectiuum nomen ita compositū. vt ἁγιόγραφοι πλύχες, apud Dion. Areopagitam, Sanctoscripti libri, id est Sanctæ scripturæ libri.

Ἁγιόγραφα, τά, Sācta scripta. Hac appellatione comprehenduntur certi quidam Bibliorum libri: de qua lege Hieronymum, Damascenum, & alios.

Ἁγίως, Aduerb. Sanctē.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. pro quo & Ἁγιωσύνη dicitur.

Ἁγιοσύνη, vel potius Ἁγιωσύνη, Idem. Apud D. Paulum superioris temporis editiones ἁγιοσύνη per ο habebāt: at in editione patris mei ἁγιωσύνη per ω positum fuit, ex consensu veterum exemplarium in quibus omnibus (saltem in antiquioribus & fide dignioribus) ipse hanc scripturam inueni. Quinetiā regula est quædam apud grammaticos secundum quam vt ἱερωσύνη, ἀγαθωσύνη, ita & ἁγιωσύνη scribi debet. Non ignoro tamen ἁγιοσύνη multis in locis scriptum reperiri. Vide ἁγιόω, quod proximè sequitur.

¶ Ἁγιόω, ῶ, Sanctifico, Sanctum reddo. pro quo frequentius est ἁγιάζω. Cæterùm si ab ἁγιόω formetur ἁγιωσύνη, erit Sanctificatio: sed pro ἁγιότης potius ponitur, vt dictum est.

¶ Ἁγιάζω. F. άσω. P. ασα, Sanctum reddo, Sanctifico, vel Purifico. Et passiuum Ἁγιάζομαι, Sanctificor, passim In Nouo Testamēto. Significat etiam Consecro & Cōsecror. Hesych. ἁγιάζειν exponit etiam Venerari. Item, In ara adolere. Suidas dicit, Sanctè vrere. Est etiam Victimas comedere, secundum quosdam, vt ait idem Hesychius. Suidas ἁγιάσαι exponit etiam περιθιτρεπίσαι τε, & κηρύξαι. Hesychius habet tantùm κηρύξαι. quod verbū accipiendum videtur in ea significatione quæ ad sacra pertinet: de qua vide suo loco.

Ἁγιασμὸς, οῦ, ὁ, vel Ἁγίασμα, ατος, τὸ, Sanctificatio, Purificatio. ab ἡγίασμαι prima præteriti ab ἁγιάζομαι. Gregorius Nazianzenus, ἁγιασμὸς, ὡς καθαρότης, ἵνα χωρῆσαι τὸ καθαρὸν καθαρότητι. Ab Hes. exponitur etiam ἁγιστεία. Vtitur D. Paulus nomine ἁγιασμὸς, non item altero.

Ἁγιασία, ας, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. Chrysostomus, βούλῃ καὶ ἐξ ἑτέρου θαύματος τῆς ἁγιασίας ζώσης ἰδεῖν τὴν ὑφ' ἡμῶν; At ἁγιστεία significat ἱεροτελεστίαν, vt ex Suida paulo post docebitur.

Ἁγιαστήριον, ου, τὸ, Sāctuarium, vt vertunt scriptores Ecclesiastici.

C. Καθαγιάζω, Cōsecro, ἀφιερῶ. Suid. Item pro καθαγίζω significante Cremo. vide in Καθαγίζω.

Ἁγνὸς, ου, ὁ, Castus, Purus, Pudicus. Plut. in Artoxerxe fœminam ἁγνὴν hoc sensu vocauit, ὅπως ἁγνὴ διάγῃ τὸν ὑπόλοιπον βίον. Naumachius δέμας ἁγνὸν, corpus castum virginis appellauit. Corpus impollutum vel non pollutum vertere possumus, Catulli exemplo, qui de puella dixit, Quum castum amisit polluto corpore florem: castum florem vocans virginitatem. Aliquando in eadem significatione additur genitiuus ἀφροδισίων. vt ἁγνὴ τῶν ἀφροδισίων, puræ à rebus venereis, Plut. κεφ. ῥωμ. Sic ἁγνὸς γάμων, purus à nuptiis, Plato De legibus. Apud Demosthenem Aduersus Neæram, Bacchi sacerdos ita iurat, ἁγιεύω, καὶ εἰ μὴ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας. Sic apud Homerum Diana dicitur ἁγνὴ, vtpote virgo.

Ἁγνὸς, Purus, Nullo scelere contaminatus, καθαρὸς, ἀναγής. Sophocl. Antigone, Ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοῦδε τοῦ πόλει πόλει κόρῳ, id est, Nos enim puri sumus quod ad hanc puellam attinet. hoc est, nullum scelus siue piaculum admisimus. οὐδὲν ἀναγὲς ἐπεφάξαμεν, inquit scholiastes. Dicitur autem hoc à Creonte apud poetam, quòd eam manibus suis non occideret. Sic Latinè puræ manus absolutè dicuntur aliquando pro puræ à cæde. Aliquando additur genitiuus φόνου, vt ἁγνὸς φόνου, Purus à cæde, Nō pollutus homicidio. Dicitur item ἁγνὸς qui alio quouis modo pollutus non est: vt quum dicit ἐν κεφ. ῥωμ. Plut. ἁγνοὶς non esse eos quorum funus curatū fuisset, & quibus structum sepulcrum, tanquam mortuis. Qua in significatione ἁγνὸς (vt opinor) possumus interpretari, Non funestatus. nam funestæ seu funestatæ domus pro pollutis habebantur. Huc pertinet quod ἁγνίζειν (quod declarat ἁγνὸν εἶναι) dicit significare Purum esse à rebus venereis & à mortuo. Dicitur ἁγνὸς & aliis modis. vt ἁγνὴ ἑορτὴ, Purum festum, ob purificationes & expiationes quæ in eo fierent: & Proserpina ἁγνὴ, ob purificationem & lustrationem mortuorum quæ fit igne. Cæterùm si Orionem sequeremur, ἁγνὸς scriberemus. Is enim apud Etymol. ἁγνὸν esse dicit ab ἁγάζω: facto inde ἁγανὸς, à quo per syncopen ἁγνὸς: vt à παίζω fit παιδιός. Sed apud eundem tamen Etymol. legitur paulo antè ἁγνὸς ab ἅζω deductum: vt sit ἁγὸς, ἁγανὸς, & ἁγνός. Vide suprà in ἅγιος.

Ἁγνὸς cum genitiuo de aliis etiam rebus dicitur: vt, ἁγνὸς Δήμητρος, apud Eurip. Panis expers. ad verbū, Purus à Cerere, id est à pane. Sic ἁγνὸς θήρης, Purus à venatione, pro, Qui non attigit venationem, in Anthologia epigrammatum.

C. Ἄναγνος, Non castus, Impudicus, Impurus. Gregorius in Enc. Maccab. ὡς αἱ μηδὲ στόμα φαίνειν ἄναγνον ἀγνοῦ τῆς γυναίου στόματος.

C. Παίσαγνος, Omnino castus, Castissimus, Purissimus. Hesychius παναγὴς exponit κυρίως ἁγνός.

C. Ἁγνοπόλος pro simplici ἁγνὸς, Orph. Argon. ἁγνοπόλον τε καθαρμόν.

Ἁγνὴς, ῆος, ὁ καὶ ἡ, Pro ἁγνὸς siue ἁγνὴ etiam dicitur apud poetas. Ἁγνᾶον item Purum Hesych. exponit.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, Castitas, Castimonia. pro quo ἁγνεία sæpius vsurpatur.

Ἁγνεῶν, ῶνος, ὁ, Locus vbi virginibus pudicitia eripiebatur: per antiphrasin sic dictus, apud Athenæum, lib. 12, qui tamen dicit ex ipso facto nomen hoc inditum loco fuisse. Sed videtur intelligendum per antiphrasin, quasi ex contrario eius quod illic fiebat.

¶ Ἁγνεύω. F. σω. P. κα. Castus sum, Castitatem siue castimoniam colo. Purus & impollutus viuo, vt faciunt sacerdotes. Sic in κεφ. ῥωμ. Plut. δεδιαπεπονημένοις τοὺς ἁγνεύοντας ὁσιωτέρους ἀπέχεσθαι. Plinius apud Dioscoridē ἁγνεύοντας γυναῖκας interpr. Castitatem custodientes: quem locum citaui in Ἁγνός. Hesychius ἁγνεύειν significare ait, Purum esse à rebus venereis & à mortuo. id est (opinor) quum quis non attingit cadauer, aut nō interest funeri, alióve modo funestatur. Æschylus ἁγνεύειν de aue etiam dixit, Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; His autem in locis neutrum est, absolutè positum.

Ἁγνεύω, cum genitiuo, Purus sum, Impollutus sum hac vel illa re (pro significatione genitiui qui illi subiūgitur) Abstineo hac vel illa re, castitatis gratia. Plutarchus, ἐνιαυτὸν ἀφροδισίων ἁγνεύσας καὶ οἴνου καὶ ψευδολογίας. Lucianus, ὁ δὲ ἁγνεύων ἔρωτος ἄρρενος, εἰς γυναῖκας ἐπόθει. Demosthenes aduersus Timocratem, τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τῶν βιούντων ἐπιτηδευμάτων. Synesius. ἡμῖν δὲ ἀπόχρη ἁγνεῦσαι ἀκοὰς βλασφημοσυνῆς ἀλεγεινῆς. Iūgitur etiam infinitiuo apud Herodotum lib. 1, οἱ μὲν γὰρ ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. pro, Puros se conseruant & impollutos in eo quòd non occidunt, &c. ‖ Ἁγνεύω cū genit. in actiua significatione, pro ἁγνίζω, Purū reddo, Expio Lustro. vt ἁγνεύετε τὴν πόλιν, Ciuitatem lustrate, expiate ab homicidio, apud Antiphontem. Idem de eo qui cædem admiserat, loquens, ἁγνεύσει τε ἑαυτὸν, καὶ, &c.

Ἁγνεία, ας, ἡ, Puritas, Castitas, Castimonia, apud Isocratem in Busiride. Sic Antiphon, οὔτε εἰς τὰ τεμένη εἰσιόντες, τὴν ἁγνείαν τῶν θεῶν μιαίνω, vtpote qui non sim cædis reus. Phocylides, Ἁγνεῖαι ψυχαῖς, σωστήματός εἰσι καθαρμοί. Soph.

δύσεπον ἁγνείαν λόγων ἔργον τε πάντων. Sumitur etiam in actiua significatione pro Expiatio, Lustratio: sicut ἁγνεύειν pro Expiare, vt modò dictum est.

Ἁγνεύμα, ατος, τὸ, pro ἁγνεία, apud Euripidem.

Ἁγνευτικὸς, οῦ, ὁ, Castitatis aliquid habens. Castitatē aliquatenus seruans. ita verti posse existimo per periphrasin, quum vno verbo reddi nullo modo possit. Ἁγνευτικὰ ζῶα Aristot. opponit τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς. erunt igitur animalia ἁγνευτικά, Min' libidinosa, Minus in venerem procliuia. Gaza vertit, Quæ minus venere valent.

Ἁγνευτήριον, ου, τὸ, Bud. interprete, Locus in quo mens expiari debet & à contagione vitæ ciuilis expurgari. vel, Locus religiosus in quo animi à contagione vitæ ciuilis purgantur. Gregorius aduersus Iulianum, ἐπὶ δὲ καταγώγια πτίξαθαι, καὶ ξενῶνας, ἁγνευτήρια τε καὶ παρθενῶνας καὶ φροντιστήρια.

Ἁγνίζω, F. ίσω. P. ισα, Purifico, Lustro, Expio. Plut. in Romulo, καθαρμοῖς ἡγνισε πᾶσαν τὴν πόλιν. Vnde Ἁγνίζομαι passiuum. vtroque simul vtitur Apollonii Rhodii schol. in librum 4, χιερίδιον μικρὸν ὅσσοι οἱ ἁγνίζοντες θύουσιν, παῖ χεῖρας τῷ ἁγνιζομένῳ τῷ αἵματι αὐτοῦ βρεχόντων. Et ἡγνισμένος, Expiatus, Purificatus. apud Greg.

Ἁγνίζω, Adoleo. Apollonius Rhodius, — ἡγνισαν ἔντεμα μήλων. id est, ἐκάρπωσαν καὶ ἔκαυσαν. Hes.

Ἁγνίσαι, Sacrificare. Item Corrumpere, apud Soph.

Ἁγνισμὸς, οῦ, ὁ, Purificatio, Expiatio, Lustratio, Plut. κεφ. ῥωμαϊκοῖς, Καὶ τοῖς μιάσμασι σκυλακίοις τοὺς ἁγνισμοὺς δεόμενοι. Item Adolitio, ab Adoleo, Pro eodem dicitur etiam ἁγνισμα, ατος, τὸ.

Ἁγνιστικὸς, οῦ, ὁ, Expiandi siue lustrandi vim habens, Expiandi facultate præditus. vt ἁγνιστικὸν πῦρ, Eustathio in Horn.

Ἁγνιστήριον, ου, τὸ, Locus vbi fit expiatio. vel, Id quo fit expiatio. Hes. ἁγνιστήριον salem esse dicit.

Ἁγνίτης, ου, ὁ, Expiatus à scelere. aut, Qui expiauit aliquem, vt ait Hesychius. ἁγνίτης ἅλς, Diuinum sal, apud Lycophronem. Eust.

C. Ἀφαγνίζω, Purifico, Expio. Suidas ἀφοσιῶ exponit ἀποκαθαίρω & ἀφαγνίζω. Gregor. de Iuliano loquens, ἅμα τῇ μὴ οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορρύπτεται, καὶ τὰς χεῖρας ἀφαγνίζεται id est, ἀποκαθαίρεται, vt ibidem.

¶ Ἄγνος, ου, ἡ, Frutex quidam in arborem assurgens, qui Latinè Vitex. Quanuis autem ἄγνος non solùm accentus sedem mutauerit, sed & spiritum, dicitur tamen ἄγνος tanquā ἁγνὸς, vt colligere possumus ex his Dioscoridis verbis, lib. 1. cap. 136, ὠνόμασται δὲ ἄγνος διὰ τὸ παῖδας τῆς θεσμοφόρου ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑποστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. Pro quibus Plinius hæc, Alii ἄγνον vocant quoniam matronæ Thesmophoriis Atheniēsium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. At scholiastes Nicandri agnoscit quidē & ipse ἄγνου in Thesmophoriis vsum, sed tamen ἄγνον tanquam ἄγνευον dictum tradit: ac certè pro eo facit spiritus tenuis quo passim hæc vox notatur. Apud Theophrastum ἄγνος exponitur à Gaza Amerina. Dioscorides in illo loco addit, ἄγνον dictam esse etiam λύγον, διὰ τὸ θεῖ ταῖς ῥάβδοις αὐτῇ δύπνον. HINC

Ἁγνώδης q. d. Viticeus. vt αἱ ἁγῶδες φύλλον apud Theophr. Viticeum folium, Viticis folium.

Ἄγνος, auis cuiusdam nomen apud Suidam, εἶδος ὀρνέου.

Ἄγνος, ex Athen. lib. 8. affertur pro pisce Vranoscopo, qui Callionymus a Plinio dictus sit, atque ab ipso Athenæo.

ΑΗΡ,

ἀέρος, ὁ, Aer, vnum ex quatuor elemētis. ἀέρος ἀκρασία, apud Athenæum 8, Aeris temperies, vel Cæli temperies. Nam in hoc genere loquendi vsurpatur interdum cælum pro aere. Apud eundem lib. 2, μαλακὸς ἀὴρ, Mollis aer: cui opponitur σκληρὸς ἀὴρ lib. 14. Apud Theophrastum De caus. plant. 2, cap. 10, ἀὴρ ὑγρότερος, aer humidior. ἀστὴν τὸν ἀέρα, dicit quidam poeta apud Plutarchum, id est aerem attrahere: sed Latini dicunt potius Haurire vel carpere aerem. ‖ Πρὸς τὸν ἀέρα διαγεῖν, apud Aristophanem, Sub dio commorari. id est ὑπαίθριος διαγρίβειν. Plutarchus autem τὸν ὑπαιθρον ἀέρα dicit qui vndique patet, & nulla parte clausus est. ‖ Vsurpatur etiam in plurali numero, τοὺς ἀέρων φθορὰς, Aerum corruptiones, Pestilentiæ. sic ἀέρων ἀκρασίας, apud Chrysostomū. Vtitur & Plutarchus plurali in Solone, & in Præceptis de valetudine tuenda. Itidem aeres plurali numero dixit Vitruuius. ‖ Quidam malè tradunt communis esse generis apud Homerum. quum enim in fœmininо ponitur, caligineм significat. ‖ Etymol. vult ἀὴρ deriuatum esse vel ex ἄῤῥω, quia in eo animalia quædam ἀίρονται, id est sursum attolluntur (vel quòd fit κοῦφος, id est leuis, quia ἀίρειν est κουφίζειν, & αἴρεσθαι, κουφίζεσθαι) aut ex ἄω, id est spiro, flo: quòd eius motus vētum efficiat. Apud Platonem habentur tres etymologiæ, vel quia ἀίρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, vel quia sēper fluit, vel quia ex eo fluente fit spiritus. In vulg. lex. Græc. ponitur vnica, & ea quidem falsissima, vt ἀὴρ sit factus ex α priuatiua & ὁρᾶν. cui' etymologiæ occasionē dedit ea significatio qua pro tenebris ponitur & ἀόρασία. Ego à spirando dictum esse aerem facilè crediderim: sed malim ab ἄημι quàm ab ἄω formare. Quid si verò dicat aliquis ἄημι ex ἀὴρ esse deductum? Ei sanè nō valde repugnabo. nam facilè crediderim non aliunde deriuatum esse nomen ἀὴρ, ab eo autem multa esse deducta. Quod enim vocabulum non deriuatum esse dicendum est, si & huic deriuationem tribuamus? ‖ Habet autem ἀὴρ longum α passim apud poetas. Greg. tamen corripit (licentia vtēs nescio an concessa) quum dicit in enumeratione plagarum Ægypti, Τὸ πρίν οὐ σκιπτοῦν ἀὴρ καὶ γαῖα καλύπτῃ.

Ἀὴρ, fœm. genere, Caligo, Aer tenebrosus, Aer nubilus: vt contra αἰθρία, Aer serenus. Exponitur etiam ἀόρασία. hoc est inuisibilitas, ad verbum. Il. ε, Οἴη δ' ἐκ νεφέων ἐνεβεβήνει φαίνεται ἀὴρ. Od. ι, Ἀὴρ δὲ κατέκρυψε βαθεῖ νυκτί. Cuius loci meminit Gellius, lib. 13, cap. 19, scribens, Contra verò idem Ennius in Annali duodeuicesimo, Aere fulua dicit, non fuluo. non ob id solùm quòd Homerus ἀέρα βαθεῖαν dicit: sed quòd hi' fonus, opinor, vocalior est vi sus & amœnior. ‖ Apud Theocritum Idyl. 17 sunt qui ἀέρα pro infernis tenebris accipiant, hoc in loco, — τὰ δ' μωεία κεῖτα ὅσσα μέγας Πελόμοιο δόμον κτεάτεσσι κόρυσσε, Ἀέρι τὰ κεκρυφάν, ὅθεν παλιν οὐκέτι νοῦς. atque hic citant illud ex Virgilio Æneid. 6, Aeris in cāpis, & locū ex Ausonio in Cupidine afflicto. Sed potest & generaliter pro tenebris accipi, atque ita exponi hic Theocriti locus, At infinita illa quæ compararunt [Atridæ] ampla regia Priami euersa, tenebris condita iacent, vnde reditus minimè patet. Sic poetæ quæcunque perierunt, dicunt tenebris esse condita, seu caligine, vel cæca nocte: ac præsertim metaphoricè hoc de iis dicunt quorum memoria periit ac planè abolita est. Fateor tamen posse & de infernis tenebris intelligi, iuxta illud eiusdem Theocriti (vulgò enim autor putatur) in Adonidis epitaphio ad Proserpinam, - τὸ δὲ παῦ καλὸν ἔς σε καὶ ἀδ ἰων. ita enim illic legere nonnulli malunt quàm Ἀΐδη aut ἔρρει: harum lectionum mendosam vtranque esse existimantes. Illā autem sequendo, videri possit Catullus in epigr. de passere ad vtrunque locum Theocriti à me citatum allusisse. nam iter tenebricosum, vnde nemo redit, est ἀὴρ ὅθεν πάλιν οὐκέτι νοῦς. Quod autem sequitur apud Catullum, malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis, meritò videri possit ex hoc Theocritico expressū, - τὸ δὲ παῦ καλὸν ἔς σε καὶ ἀδ ἰων. Hos autem locos inter se confero, vt ostendam posse ἀέρα in illo Theocriti versu, itidem pro infernis tenebris accipi.

Ἀὴρ, iuxta Erotianum in suo lexico, pag. 14 meæ editionis, est etiam noster spiritus, τὸ ἐν ἡμῖν πνεῦμα. id est opinor, ἀὴρ ὁ ἐν πνεόμενος. id est, Aer quem efflamus. nam aer in prima significatione est ὁ ἐκπνεόμενος. Sophoclis autem schol. dicit ἀὴρ ὁ ἀναπνεόμενος. ‖ Ibidem ait esse πλὴν δι' ἕδραν δυσάδη πνεῦμα, id est, Graueolētem halitum per sedem, siue anum.

Ἀὴρ, notatum est etiam poni pro balnei parte: ex hoc loco Galeni ad Glauconem lib. 1. ἐν τῷ ἀέρι τῷ βαλανείου χρονίσαι.

C. Ἀεροβατέω, F. ήσω, P. ησα, Incedo per aerem, Gradior per aerem. Lucianus, ἀῤῥῶ μὲν ἀεροβατοῦντας δεινοῦσι καὶ νεφέλαις σωόντας. quod sumpsit ex hoc loco Aristophanis in nubibus, ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. Id est, interprete Hieronymo, Scando per aerem, & pluris me esse puto

quàm solem. Bud. scribit Ciceronem pro ἀεροβατεῖν dicere in summa inanitate versari. Ex ἀήρ, & βατέω (quod βατέω in compositione tantùm vsurpatur) factum est βάτης, quod & ipsum à βάω deductum est. Sic dicitur καὶ ἀεροβατῶ.

C. Ἀεροβλέω, ῶ, Tendo, Extendo. ἀεροβλεῖ Hesychius exponit πτύει. In quo verbo ἀεροβλεῖ videtur βλεῖ dictũ eadem syncope qua βλεῖο apud Homerum.

Ἀεροδρομέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Per aerem curro. Lucian. De vera historia, ἐπὰ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες. Ex ἀήρ & δρομέω, quod in compositione solùm vsurpatur, pro τρέχω.

C. Ἀεροειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Aerius, Aeris speciem seu formam habens. Et ἀὴρ & εἶδος. Vide ἠεροειδὴς.

C. Ἀερολέσχης, ου, ὁ, Sublimiloquus, Grandiloquus, Altiloquus. ὑψηλὸς ὢν τῷ λέγειν, inquit Hesychius: id est, Elatus in loquendo. hoc est, elato sermone vtens. Exponitur ab eo & κομπηρόρος, id est, Cum iactatione loquẽs. vel, Iactabundè loquens. Potest fortasse significare & eum qui inania quædã loquitur, vel potius de rebus quibusdam inanibus, & quæ in imaginatione duntaxat positæ sunt. Possumus etiam pro Qui loquitur, dicere, Qui sermocinatur, Qui verba funditat. Ex ἀήρ, & λέσχη, vnde & ἀδόλεσχος.

C. Ἀερομαχέω, F. ήσω, Aeriam quandam pugnam pugno. (vt σκιομαχῶ, vmbratilem pugnam pugno) vel, In aere pugno. VNDE Ἀερομαχία, Aeria pugna, id est, inanis quædam & imaginaria. Item, Pugna in aere, vt apud Lucianum περὶ ἀληθοῦς ἰσοτίας.

C. Ἀερόμελι, ιτος, τὸ, Aerium mel. Quidam esse putãt quod in Bibliis manna dicitur. Athen. lib. 11.

C. Ἀερομετρέω, ῶ. F. ήσω, P. ηκα, Aerem metior. Apud Xenophontem Socrates ita loquitur, ὃς ἀδολεσχεῖν τε δοκῶν καὶ ἀερομετρεῖν. Quasi videlicet Socrates non reliquorum hominũ more vellet χωμετρεῖν, sed ἀερομετρεῖν. & per hoc generaliter intelligitur rerum nimis sublimium & captum humanum excedentiũ inanis consectatio. quod & per ἀεροβατεῖν exprimitur. Fit autem ἀερομετρέω ex ἀήρ & μετρέω, ῶ.

C. Ἀερομιγὴς, ές, ὁ ἡ ἡ, Aeri permixt⁹. Ex ἀήρ & μιγὴς, quod in compositione tantùm vsurpatur, factum ex μίγω: ex eius videlicet passiui aoristi posterioris persona tertia ἐμίγη.

C. Ἀερονηχὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, In aere natans. Ex ἀήρ & νήχομαι. Aristophanes Nubibus nubes ἀερονηχεῖς appellat, in aere natantes: quum ait, Εἶτ' ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀεροονηχεῖς.

C. Ἀεροπετὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, in omnib. vulg. l. Græcol. exponitur In aere volans. sed perperam: quũ exponi debuerit, Ex aere delapsus. vt οὐρανοπετὴς, Ex cælo delapsus. Sic Διοπετὴς, à Ioue delapsus: vt διοπετὲς παλλάδιον. Fit autem ἀεροπετὴς ex ἀήρ, & πίπτω, quod in compositione tãtùm ponitur, factum ex πίπτω. Quod si scriberetur ἀεροπέτης accẽtu in penultima, tum significare posset In aere volans, vt ὑψιπέτης, Altè volans, In alto volans.

C. Ἀεροπόρος, Aerigradus. vt ναῦς ποντοπόρος, nauis pontigrada. Potest ἀεροπόρος exponi etiam Aeriuagus Cicero apud Platonem πλοῦν καὶ ἀεροπόρον vertit Pennigerum & aereum: vt inuenies in Cic. lex. Græcol. ame edito. Ex ἀήρ & πόρος. HINC & verbũ Ἀεροπορέω, ῶ, Per aerem gradior. vt aues à Basilio dicuntur ἀεροπορεῖν.

C. Ἀεροτὸς exponitur ab Hesychio κοχλίας, Limax. De cuius nominis compositione vix quicquam certi afferri potest. propinquum esset τῷ ἀέρα & ὄπα. sed quorsum? Fortasse γλωσσοκομεῖον est vocabulum, ideóq; in eo non quærenda compositio. ‖ Ponitur & Ἀεροτος in vulg. l. Græc. tanquã nomẽ propriũ viri: sed perperam illic ponitur ἀεροτος tanquam nominatiuus, quũ sit genitiuus à nominatiuo ἀεροψ. ‖ Item Ἀεροτες, apud eundem Hesychium, gentis nomen Trœzenem incolentis: & in Macedonia Aeropes familia quædam. ‖ Præterea ἀεροτες, aues quædam. ‖ Est & Ἀεροτη nomen proprium mulieris, videlicet vxoris Atrei.

C. Ἀεροφοίτης, ου, ὁ, Aerem frequentans, Ad aerem vẽtitans. Ex ἀήρ & φοιτάω, ῶ. vt dicitur οὐρανοφοίτης.

C. Ἀεροχροὴς, οῦς, ὁ καὶ ἡ, Colorem aeris habens, ἀερίζων. πλὴν χρόαν.

Ἀερίπους, Aerios pedes habens, AEripes apud Virgilium. A Suida autem ἀερίπους exponitur, Qui in altum pedes erigit, quæ significatio conuenit potius nomini ἀερόπους, quod vide inter composita ab ἀείρω, quæ ipsum sequuntur.

Ἀέριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aerius. Ἀέριον ὕδωρ, inquit Suidas, Aqua quæ est in aere. & ἀέριος, qui est in aere. Apud Aristotelem De mundo, ἀέριος φύσις, Aeria natura. Ibidem ἀέρια ζῶα, Animantia aeria, id est in aere viuentia. Lucianus ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. id est, res ad aerem pertinentes. Gregorius De theologia, loquens de araneis, αἱ δὲ δι' ἀραχνῶν οὕτω καὶ ἀερίων ἡδὺν ἠνιμάτων πολυειδῶς διαπεταμένων πολυπλόκοις τοῖς ἱστοῖς ἐξυφαίνουσι. Id est, Hæ autẽ per adeo tenuia & propemodum aeria stamina multifariam extensa, telas multiplices texunt. Sed in vulg. lex. Græc. hìc ἀεείχων legitur non ἀερίων, & quidem citatur hic locus ob hoc ipsum nomen ἀεείχων, ex non deprehẽso videlicet errore (alioqui tamen manifestissimo) exemplaris habentis ἀεείχων pro ἀερίων.

C. Διαέριος, pro ἀέριος, à Luciano noue & iocosè dictum ad imitationem Homerici vocabuli διήερος, in Icaromen. μὴ θαυμάσῃς εἰ μετεωρεῖς καὶ διαέρια δοκῶ σοι λέγειν.

Ἀερία, substantiuum, Caligo. apud Ætolos: vt inquit Hesychius: addens, insulam Thasum, Ægyptum, Libyam & Cretam, Siciliam, Æthiopiam, & Cyprum dictam fuisse aeriam. Gellius quoq; l. 14, c. 6, Ægyptum, sicut & Cretam, ἀερίαν nuncupatam tradit. Stephanus autem ita scribit, Aeria, Ægyptus ab aere dicta. nã ἠερόεσσα eam vocant. Homines, Aerii. Et ἀερίτης ex genitiuo ἀέρος factum est. Item Celtica vrbs ἀερία, vt scribit Apollodorus Chronicorum quarto. Est & alia vrbs Cretæ non ignobilis, quæ appellabatur ἀερία, item ἰδαία, itẽ δολιχή, propter longitudinem.

Ἀερώδης, Idẽ quod ἀέριος, aerius. Dicitur & Ἀερώδης pro eodem. vt Dioſc. 5, ἀερώδης πλὴν χρόαν. Apud Aristotelẽ De mundo ἀερώδης, Aeriam naturam habens, vel naturam spirabilem, vt quidam exponunt. ‖ Ἀερώδης significat etiã Obscur⁹, Caliginosus. (vnde & Hes. ἀερωδέστερα exponit ἀφανέστερα) iuxta id quod dictum est ἀέρα esse aliquando caliginem & ἀορασίαν.

Ἀερῶιος, ῶ, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀερώδης. Item, Multus, Immẽsus, Hesych.

Ἀερὶς, ίδος, ἡ, Apis. ἀερίδες, μέλισσαι, Hesych.

Ἀερόεις, εντος, ὁ, Obscurus, Caliginosus. Est autem poeticũ ἀερόεις. quãquam sæpius vsurpant poetæ ἠερόεις (de quo paulo pòst) mutato α in η. Fœmininum est ἀεροεσσα, Neutrum ἀερόεν, Explicat autem ἀερόεν Hesychius, Nigrum, Profundum. Magnum. A Suida explicatur duntaxat μέγα, id est magnum.

Ἀερίζω, Aerius sum, aut Aeria natura sum præditus. Dioſcor. lib. 1, οὐ γὰρ κατ' ἴσον θυμιαθήσεται ἀερίζοντα τῷ ἀτμῷ, ἀναβολώδεις δὲ καὶ οὐ καθαρῷ. Hic ἀερίζοντα Budæus exponit aereo & puro. Item, Qui purus est aeris modo, nõ crassus. Dicitur autem ἀερίζω, eadem forma qua κυανίζω vt κυανίζω πλὴν χρόαν.

¶ Ἠὴρ, ερος, ὁ, vel ἡ, Pro ἀήρ apud poetas. quãquã pro Tenebris, Caligine, seu Nubilo aere vt plurimum vsurpatur (quo modo & ἀήρ accipitur) non pro aere. qua in significatione opponitur τῇ αἰθρῃ apud Homerum, Iliad. ρ, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν, Ποίησον δ' αἴθριον. Interdum ἠέρα & νεφέλιον coniungit. vt Od. θ, Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. Nonnunquã ἠέρα & ὁμίχλιον, vt Il. ρ, Αὐτὰρ δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν καὶ ἀπῶσεν ὁμίχλιον. Esse autem tã masculini quàm fœmININI generis hoc nomen, ex his eiusdem locis apparet. Masculini, vt Il. ε, ὣς δ' ἠέρα πυλὼ ἔχευε. FœmININI, vt Od. η, — ἀμφὶ δ' Ἀθήνη Πολλὴν ἠέρα χεῦε. Ac certè frequentius vsurpat in hoc genere. nã sic & Il. π, Ἠέρι δὲ πολλῇ κεκαλυμμένος αὐτοβόλησε. & Il. φ, — κεκάλυπτο δ' ἀρ' ἠέρι πολλῇ. Ibidem aliquanto pòst, — κάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ. Sic ibidem ἠέρα βαθεῖαν dicit; item Iliad. υ. Deniq; videtur Homerus magis probasse genus fœmININum, nam in illo loco vbi posuit ἠέρα πυκνὴν, ponere ἠέρα πολλὴν nõ permisit ei metrum. Hesiodus tamen vtroque genere & ipse vtitur. apud eum enim in Theogonia legitur, — κεκαλυμμένα ἠέρι πολλῇ. & ibidem, ἠέρα δῖαν. Eustathius in illum locus Odyss. η, Πολλὴν ἠέρα χεῦε, annotat ἠέρα significare ἀορασίαν (q. d. Inuisibilitatem) & fœminini nominis formam ei dari ab Homero, more Ionico. ‖ Ἠέρα quidam exponunt Nimbum quo dii inuisibiles homines efficiunt, ex aliquot Homeri locis hanc expositionem colligentes. sed ἠέρα quanuis caliginem significare, etiam composita ex eo nomina satis declarant. Eustathius exponens ἠερόεις, dicit significare σκοτεινὸν, id est tenebrosũ. quòd natura niger sit aer: vnde & ἠέρα pro tenebris accipi.

C. Ἠεροδινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Aerem agitans, vt vulgò exponitur: sed potest & in passiua significatione accipi, pro Qui in aere agitatur. vt in Anthol. epigr. ἠεροδινὴς αἰετὸς, Aquila per aerem agitata, aut Quæ agitatur per aerem. vt sit ἠεροδινὴς pro ἠεροδίνητος, eo modo quo dicitur ab Æschylo οἰστροδίνητος. Est enim ἠεροδινὴς ab ἠὴρ & δινέω.

Ἠεροειδὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, ad verbum, Aeris formam habens, ex ἠὴρ & εἶδος, vt ἀεροειδὴς ex ἀὴρ & εἶδος. Eustathius tradit ex Porphyrio, antrum ἠεροειδὲς vocari Odyss. ν, mũdum allegoricè διὰ τὸ τῆς ἀρχαίου ὕλης ἀόρατον καὶ ἀνείδεον. Sed vtplurimum exponitur simpliciter Tenebrosus, Caliginosus, Præ profunditate caliginosus. vt ἠεροειδὴς πόντος, Od. β, — ἐπὶ ἠεροειδέα πόντον. vbi tamẽ Eust. vult ἠεροειδέα significare secũdum veteres, vel Nigrum aeris modo: vel Profundum, aut Patentem & Latum ex quo solus aer cõspicitur nauigantibus. Idem alibi κοῖλον πόντον ait idem esse quod πόντος ἠεροειδὲς. siquidem, quæ profunda sunt, aeris nigrore tenebrosa reddi. Hesychius quoq; ἠεροειδέα exponit Nigra, Tenebrosa. Item Patentia, eo sensu videlicet quo campi patentes dicuntur.

C. Ἠερόπομπος, ου, ὁ καὶ ἡ, In aere apparens. si emendatè legitur apud Hesychium, ἠερόπομπα, κατὰ τὸν ἀέρα φαινόμενα. Mihi enim videtur significare potius τὰ κατὰ τὸν ἀέρα πεμπόμενα.

C. Ἠεροφοίτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Per aerem itans, Aerem frequentans. Componitur enim ex ἠὴρ & φοιτάω, quod non simpliciter Ire significat, sed Ire sæpius, id est Itare, ventitare, Frequentare locum aliquem. Sic ἠεροφοίτης dicitur apis à Phocylide, hoc in versu, Κάμνει δ' ἠεροφοίτης ἀρίστου πόνος τε μέλισσα. Idem, Ὅπλον ἑκάστῳ δῶκε θεὸς φύσιν ἠεροφοίτων. Ὄρνισι μὲν πολλὰ πεκυπτότ', ἀλκὴν τε λέοισι. vbi si ἠεροφοίτων iungamus cum versu sequente, dicemus datam naturam aeriuagam auibus. & Bud. ita videtur intellexisse, scribens in lexico, ἠεροφοῖτος, epithetum volucrum Phocylidi. Durè tamen videtur iungi cum sequenti versu: sed nisi cum eo iungatur, vicissim dura quæpiã explicatio quærenda erit. Vulgò exponunt naturam aeripetam, dicentes aeripetam significare diuinam.

Ἠεροφοῖτις, pro ἠεροφοίτης dicitur ab Homero, mutata declinatione, Il. β, — τῆς δ' ἠεροφοῖτις ἐειπνὴ Ἔκλυεν ἐξ ἑῆς μητρὸς φίλον υἱόν. & Iliad. τ, Ἀλλ' Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς. Id est, Furia per aerem itans, seu vagũs. vel, Inuisibiliter contra hos vel illos itans. Hesychius enim inter cæteras explicationes ponit hanc, ἠεροφάτως φοιτῶσα: Eustathius addit κατὰ πνεῦμα. Scribit enim, ἡ ἀεροφάτως φοιτῶσα κατὰ πνεῦμα. Potest etiam intelligi ἠεροφοῖτις, quæ per infernas tenebras ambulat & vagatur.

C. Ἠερόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex ἠὴρ & φωνή. Apud Homerum præcones vocantur ἠερόφωνοι, id est, vt ait Hesychius (non dubium est enim quin ἠερόφωνοι ex hoc Il. σ versu sumpserit, Σκῆπτρα δ' κηρύκων ἐν χερσὶ ἔχον ἠεροφώνων) Elatã vocem habentes, seu altam. vel, Voce aerem replentes. Quæ posterior explicatio mihi valde placet, quòd simul etymologiam vocis ostendat. Eustathius in Iliad. ε, huius nominis proprii Ἠείβοια etymologiam declarans, Ἠείβοια, inquit, si fit à nomine ἠοῦς, ita vocari dicetur tanquam altiloqua: eo modo quo dicuntur ἠερόφωνοι.

Ἠερόθεν, abuerb. Ab aere, Ex aere. pro ἀπ' ἀέρος, in Anthol. epigramm.

Ἠερόεις, εντος, ὁ, Tenebrosus, Caliginosus. vt πάρπαρος ἠερόεις apud Homerum: & πάρπαρα ἠερόεντα, apud Hesiodum. Hom. Iliad. θ, circa initium, Ἠμὲν ἐλὼν ῥίψω ἐς πάρπαρον ἠερόεντα. Hesiodus παρπαρά τ' ἠερόεντα. Eustathius ait ἠερόεντα κάλεῖσθαι vocari ab Hom. vel viam ad inferos, seu

per inferos: vel simpliciter, iter per aerẽ. Quo in sensu cõmodè ἠερόεντα κέλευθα ad verbũ exponeremus Vias aerias, ex Ouidio.

Ἠέριος, ου, ὁ, Aerius, per aerem gradiens, aut potius volãs. Qui est in aere. Il. γ, de gruibus loquens, Ἠέριαι δ' ἄρα τε γε κακὴν ἔριδα πεσφέρονται, Id est, Aeriæ grues, ex Ouidio, qui aeriam auem dicit in aere volantem. Aerias grues Seruius vult esse Virgilio vel aerii coloris, vel altùm volantes. ‖ Ἠέριος est etiam Matutinus, πρωϊνὸς, ὀρθρινός. vt Iliad. α, Ἠέριος δ' αὖτε βῆ μέγαν οὐρανὸν οὐλυμπόν τε. id est Matutina, Manè profecta, vel Manè iter faciens. vel simpliciter, Ascẽdit cælum matutina, id est manè. Sed & hìc pro Aeria sumi potest ἠείη: vt vicissim in illo Il γ, loco, ἠέριαι accipi pro πρῆσται volunt quidam. At Odyss. ι, ἠέριοι vnico modo exponitur, videlicet Matutini. vbi dicitur, Ἦλθον ἐπὶ θ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ, Ἠέριοι. vbi tamen aliter posse legi, & aliam expositionem inueniri, dicam in ἠὴρ, vnde deducitur ἠέριος. quum hanc significationem habet.

C. Διήέριος pro simplici ἠέριος, Aerius. vnde διηέριαι ποτέονται, Apoll. Arg. 2, pro ἠέριαι, vel quasi δι' ἠέρος.

Ἀ Θ Η Ρ,

ἔρος, Arista, pars spicæ acuta. A Galeno ἀθὴρ exponitur Quod in hordeo acuminatum est. ab Erotiano autem ἀθῆρες (pag. 19 meæ editionis) Illa tenuissima quæ sũt in summitate hordei. Et sic Dioſcorides quoque ἀθῆρας de auena vsurpat. ‖ Sciendum est tamen ἀθὴρ generale esse. nam certè & de frumenti aristis (quæ propriè dicuntur Latinis aristæ) à Xenoph. vsurpatur, quum dicit, πλοῦν τοὺς ἀθῆρας διαλεγόμενος. Sic & à Luciano in Anacharside, πλὴν μὴ ἄχυρα καὶ τοὺς ἀθῆρας ἀποφυσῶντα. Vnde & generaliter ἀθῆρες exposuerunt quidã veteres grammatici, τάχυς ἀγρωστῆς (q. d. spicæ degeneres) quæ explicatio habetur & apud Eustathium. Gaza quoq; quas Cicero vocat aristas in libro De senectute, loquens de tritico, vertit ἀθῆρας. Sciendum est autẽ ab Eustathio poni hanc etymologiam nominis ἀθῆρες significantis τοὺς ἀγρωστῆς τάχυας, vt sint ita dicti quasi οὐκ ἐσθιείζειν. Vide in Ἀθειζω.

Ἀθὴρ (inquit Gal.) significat apud Hippocratem non solùm quod in hordeo acutum est, vt in lib. 1 De morbis: sed & eius partis summum quæ in cuspide sagittæ πώγων (hoc est barba) appellatur, vt ἀθὴρ ὀϊστοῦ. l. 5. Citatur ex Plut. ἀθὴρ pro Mucrone gladii, in hoc ex Catone loco, τὸ ἐγχειρίδιον λαβὼν ἔπαισε τὴν καὶ κατέπεσεν. ὡς δ' εἶδεν ἑστῶτα τὸν ἀθέρα καὶ πρὸς ἀκμὴν ἐξαμβλύνοντα. vbi tamen alii rectius aliquid particularius esse putãt ἀθέρα, quum addat ἀκμήν. Hesychius Æschylum ait ἀθέρα vocasse τὴν ὀξυδορκίδα, id est lanceæ cuspidem.

Ἀθερώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Aristatus. vt ἀθερώδης τάχυς, Aristata spica, Gazæ.

Ἀθεριηφὺς (siue ἀθεριηφὴς) Aristas generans, siue producens. Aristas habens, Aristatus. Nicander Theriacis, Ἐν δ' ἀθεριηφὺς καρπὸν κέρσαιο κυμίνου. vbi schol. scribit, ὑπὸ τῷ κυμίνου ὁ τάχυς ἀθέρας ἔχει, καθάπερ καὶ ἡ κριθή.

Ἀθηριλοιγὸς, οῦ, ὁ, Ventilabrum. Hõ. Od. λ, Φίν ἀθηριλοιγὸν ἔχεν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ. Ita dicitur quasi quòd sit aristarũ pernicies & exitium, pro ἀθηριλοιγὸν. ab ἀθὴρ & λοιγός. vt dicitur βροτολοιγός. ‖ Apud Hesychiũ Ἀθηρολοῦν etiã legitur, & exponitur τὸν τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικόν. quibus verbis Eust. & alii explicant ἀθηριλοιγὸν. Ipse autem Hesychius τὸν ἀθηριλοιγὸν quoque dat hanc expositionẽ τὸ τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικόν. sed mendose apud eum legitur ὃ ἀθερολόγον pro ὃ ἀθερολοιγὸν, si rationem habeamus sequentis etymi. Sed aliquando suspicatus sum deesse aliqua verba ante τὸ τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικόν: & Hesychiũ posuisse alteram etiam etymologiam ab Orione traditam, vt videlicet ἀθηριλοιγὸν dictum sit, τὸ πλοῦν quasi τὸ τοὺς ἀθέρας διαλέγον καὶ διαχωρίζον. secundũ quam deriuationem dixerit Hesychius ἀθηρολοιγὸν quasi ἀθερολόγον (non ἀθερόλογον, vt apud eum legitur.) De altera autẽ significatione quæ datur huic vocabulo, dicam in nomine ἀθηρόβρωτον, quod proximè sequitur.

Ἀθηρόβρωτον ὄργανον, Sophocles vocauit quod Hom. ἀθηριλοιγὸν, vt inquit Eustathius. qui ait Homericorum verborum esse hãc Sophocleam paraphrasin, Ὁμοῖος ἀθηρόβρωτον ὄρον φέρεγανον. At Hes. scribit ἀθηρόβρωτον ὄργα-

νον esse τρωΐλω ἢ τὴν ἀθηραν ἀκακινοῦσι. quam Eustathius dicit esse alteram expositionem vocis ἀθηρηλοιγὸς apud Homerũ. sed ἀθήρλω habet, non ἀθήραν, vt videlicet sit rudes aut cochlear quo agitatur in olla puls quædam ἀθήρη dicta siue ἀθηρά. Eustathius certè ibi τρωΐλω & δοί δυκα pro eodem ponit, quæ tamen distingui solent.

¶ Ἀθηρίζω. F. ίσω, Vilipendo, Paruipendo, Contemno. Pro prié. Contemno tanquam ἀθέρας. Quanquam & alia etymologia datur, vt sit videlicet ex α priuatiuo & verbo θερίζω, id est meto: ducta metaphora (inquit Etymolog.) à fructibus qui meti non possunt, qui ex area abiiciuntur, & ad vsum non colliguntur. nam qui ventilant, abiiciunt ἀθέρας. Quæ ab Etymol. confusè dicuntur. Eust. autem dicit ἀθερίζειν dici sumpta translatione ἀπὸ τῶν ἀθέρων, quas agricola οὐκ ἀξιοῖ θερίζειν, id est metere dedignatur. Sed non dubium est quin sequi potius oporteat priorem etymologiam. vt ἀθερίζω sit Cõtemno quasi ἀθέρα. sicut Floccifacio Latini pro Contemno dicunt. Iungitur autem accusatiuo hoc verbũ, vt Il. α, — καὶ οὔ ποτέ μ' οἴγ' ἀθερίζον. Od. θ, Τῶν δ' ἄλλων ἔ πῶς τιν' ἀϊάνομαι, οὐδὲ ἀθερίζω. Apud Apollonium Rhod. Arg. 2, genitiuo iungitur, - νύμφης ἀθερίζε λιπέων. Sic & in 4, Πθυθόῶ Αἰσονίδαο λιλαιομένοιο ἀθερίσαι.

C. Ἐξαθερίζω compositum idem quod simplex ἀθερίζω.

Ἀθερίνη, ης, ἡ, Atherina, piscis: Arista, Gaza interprete apud Aristotelem lib. 6. De historia anim. c. 17. Apud eundẽ inter pisces gregatiles enumerantur ἀθερίνοι, lib. 9. cap. 2, vbi Aristulæ ab eodem forma diminutiua exponuntur. Fortasse autem legendum est ἀθερίναι non ἀθερίνοι. Apud Eustathium certè legitur ἀθερίνα in recto: dicentem ἀφύλω misellum esse pisciculum, magis etiã quàm sit qui apud Athenæum habetur ἀθερίνα. Et alibi ab ἀθερίζω deductum videri ait. Athæneus lib. 8, ὃς παῖ ἀκαίνας ἀεὶ ὀκλέγλ ἐψητῶν τε καὶ ἀθερινῶν.

¶ Ἀθήρη, ET Ἀθηρά, ET Ἀθάρα, (quæ & ipsa ab ἀθὴρ quidã putant deriuata) Pultis seu polentæ quoddam genus. Eustathius dicit ἀθήρλω esse τὴν ἐψημένην σεμίδαλιν, quæ à comico (id est Aristophane) vocetur ἀθάρα. Hesychius ἀθηραν esse vult apud Ægyptios quoddam edulium ex tritico quod cum lacte sit coctum. In vulgar. lexicis Ἀθήρα ex Dioscoride affertur lib. 2, & exponitur Sorbitio seu medicamentum ex zea minutissimè molita confectum: vel puls triticea, aut ex alia fruge. vnde Ἀθήρωμα, q. d. Pultatio. (de quo vide paulo pòst) Quod autem ad Ἀθάρα attinet, in hunc Aristophanis versum in Pluto, - ἀλλά με Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπλησε κειμένη, annotat schol. ἀθάραν esse μόνῳ σεμίδαλιν, & ab Atticis ἀθάρης, ab Æolib. ἀθήρας, at cõmuni lingua ἀθάρας dici. (vbi fortasse legendum est ἀθάρη, ἀθήρα, ἀθάρα) Idem schol. alibi scribit τὸν κοῖλον ἄρτον μυστίλω vocari, ἤτοι ἀθάραν. Galenus ad Glauc. lib. 2, scribit multos apud Alexandriã inter alia ἀθάραν edere. quod facit pro Hesyc. in eo quòd ἀθαρᾶς esum tribuit Ægyptiis. Galeni verba sunt, ὁ Ἀλεξανδρεῖς πάμπολλοι δι' ὅλου τοῦ βίου τὴν ἐλεφαντῶν. ἀθάραν δὲ ἐσθίουσι, καὶ φακῆν καὶ κοχλίας, &c. Apud Plinium quoque ἀθάρα legitur, qui hanc vocem Ægyptium esse tradit. quod si verum est, ab ἀθὴρ deriuata falsò existimatur.

Ἀθήρωμα (quod & ἀθέρωμα) Tuberculum in capite nasci solitum, cui subest aliquid pulticulæ simile, vt scribit Celsus lib. 7 cap. 6. Affertur & ex Galeno hæc definitio, esse neruosam tunicam in qua pulta ceus humor continetur. Quum autem ab ἀθήρα deduci appareat, rectius scribitur ἀθήρωμα.

Ἀ Θ Ε Ρ Ι Ξ, & per pleonasmum literæ ν, Ἀ Ν Θ Ε Ρ Ι Ξ, ικος, ὁ, idem quod ἀθὴρ, Arista. Apud Hesychium ambo leguntur. sed αἰθέρικας inter cætera significare ait non solùm τὰ τῶν σταχύων ἄκρα, sed etiam τὰ ἐν τῇς τάχυσι κέντρα. Hesiodus de Iphiclo loquens, Ἄκρον ἐπ' αἰθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλα, Ἀλλ' ὅθι περ μίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι, &c. quò alludisse Virgilium credibile est in his versibus quibus clauditur Æneidis liber 7, Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Sic autem & apud Hõ. quidam exposuerunt αἰθερίκων, in hoc versu qui illi similis est, Il. υ, Ἄκρον ἐπ' αἰθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.

autem expositionem vide in iis quæ proximè sequuntur.

Ἀνθέρικος, ου, ὁ, Asphodeli fructus & secundũ alios, Asphodeli caulis. Eustathius in dubio ponit, scribens, Ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός. At Theocriti schol. in hũc eius versum qui est Idyllio 1, Αὐτὰρ ὅγ' αὐθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήκαν Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων, scribit, αἰθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς, ἧς τὰ φύλλα ὡς θερόσου ἀγείω, μείζω δὲ καὶ πλατύτερα. ὁ δὲ καυλὸς αὐθέρικ καλεῖται, ὅσον πηχυαῖος ὤν, καὶ μείζων. Quod & à Theophrasto tradi addit. Apollodorus autem Dorienfis (vt idem subiungit) negauit asphodeli fructum sic appellari. Neoptolemus autẽ ridiculè putauit ita vocari τὸν ἀθέρα τῆς τάχυος. (nã ibi mendosè αἰθέρα) Sed alia ibidem sequitur expositio, vt δι' αὐθερίκων sit δι' ὁ καλάμης. In vulg. lexicis habetur, αἰθέρικος, Albucum, herba est quã Græci ἀσφόδελον nominant: Latinorum quidam sandaracham, quidam hastulam regiam. Theophrastus pro planta asphodeli posuit: at Plinius pro caule tantùm, vt in iisdem scriptum est. Dioscorid. autem lib. 2, cap. 199, asphodelum describens, dicit, φύλλα ἔχον θερόσῳ μεγάλῳ ὅμοια, καυλὸν δὲ λεῖον, ἔχοντα ἐπ' ἄκρου αὐτῆς καλοῦμενον αὐθέρικον. Vide Eustathiũ pag. 1206. Hesychius αἰθέρικας non solùm esse dicit τὸν ἀσφοδέλου καρπὸν, sed & βοτάνης εἶδος. Fortasse autem de illa intelligit herba quam quidam eiusmodi esse tradiderunt vt manibus velli, sicut linum, necesse habeat, quòd meti non queat: déque ea factum esse prouerbium αὐθέρικον θερίζειν. quod & Gorr. annotauit. HINC αὐθερικώδης, Antherici formam referens.

Ἀ Θ Ρ Ε Ω͂,

ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Video, Cerno, Intueor. Item, Dispicio, Circunspicio, Considero, Perpendo. Obseruaui, ἀθρῆν apud poetas ad oculos cor poris magis referri: apud scriptores orationis solutæ, magis ad oculos mentis, vt ita dicam. quod & de νοῶ dici potest, præsertim vt ab Homero vsurpatur. Pro intueor interdum accusatiuo iungitur sine præpositione, interdum cum præpositione εἰς. vt Iliadis κ, Ἠτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσαιμι. Pro Considero, Perpendo, accusatiuo sine præpositione vt apud Isocratem, εἴ τις ἀθρήσειε καὶ σκέψαιτο τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς, siquis cõsideret & perpendat aliorum calamitates. Interdum sine casu cum ὅπως, vel πότερον, vel μή. Xenoph. Sympos. ἀθρῆσον δὲ καὶ πῶς ποτε, &c. Plato in Critone, οὐκ ἀθρεῖς πότερον, &c, Idem in Gorgia, ἄθρει μὴ οὐ τοῦτο ἦ τὸ ἀγαθὸν, &c. Vbi vertendum potius, Vide ne, quùm Considera ne. Sic apud eũ sæpe ἄθρει δὴ pro σκόπει δή, vide. Cæterùm & pro Intueor aliquando ab Atticis etiam vsurpatur. Aristoph. Nubibus, ἀθρήσω θεῶν τοῦ, τὸ δρᾶ. ‖ Hoc verbum si deriuatum esse dicendum est, à verbo θεωρῶ per syncopen, præfixo α epitatico, vel à δρῶ, id est Cerno, præfixo α itidem epitatico, & η verso in θ, deductum esse putatur. Vtranque etymologiam habent Etymol. & Eustathius: & iuxta vtranque α denotat epitasin: eam si exprimere velimus, poterimus exponere ἀθρῶ, Oculis peruestigo, Oculis intentis cerno, Peruideo. vt Horatius, Quũ tua peruideas oculis, &c. Aspirari autem illud α secundum Atticos, tradit idem Eustathius, exponens θεωρεῖν & μετ' ὀπτάσεως ὁρᾶν.

C. Ἀναθρέω, ῶ, Perspicio, Attentè considero. Apud Thucydidem autem lib. 4. pag. 149. αἱ ἀθρούμενα exponitur à scholiaste φανερὰ γινόμενα, vbi dicit τὰ ἔργα οὐκ τῶν λόγων αὐξανόμενα.

C. Διαθρέω, ῶ, Dispicio. Themistus in Sophista, fol. 115. καὶ διαθρῆσαι εἰ δή τινες εἶεν φαρμάκῳ ἀλειλιμμένοι. Apud Aristophanem in Nebulis Socrates discipulo dicit, φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει.

C. Ἐσαθρέω, ῶ, Conspicio, Conspicor. Il. γ, Εἴπου ἐσαθρήσειεν Ἀλέξανδρον.

C. Περιαθρέω, ῶ, Circunspicio, Attentè siue diligenter considero, θεωρεῖν σκοπῶ, Hesych. HINC Περιάθρησις, Circumspectio, Diligens consideratio.

Ἀ Θ Ρ Ό Ο Σ,

ου, ὁ, Confertus, In vnum collectus, Coaceruatus: aut per nomina, Densus, Frequens interpretari debemus, pro loco. Nec malè alicubi Simul totus verti poterit, vel Simul omnis. vt ἀθρόα πόλις, apud Thucydidẽ, & σύμπασα pro eodem

eodem, Tota ciuitas, Simul omnis, vel, Vniuersa ciuitas, vt Curtius dixit Vniuersus fluuius. Sic ἀθρόος ὁ λαὸς, Vniuersus populus, In vnum collectus, Simul omnis. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τὸ ἀθρόον τῆς πολεμίων. Alciphr. in epistolis, καὶ πλοῦτον ἀθρόον ἀγαθῶν ἐδείξεν, confertas & cumulatas bonorum diuitias. id est, conferta & cumulata bona. vel magis propriè, Magnam bonorum congeriẽ. Bianor in epigrãm. Ἤειπεν δὲ ἄκρης δέμος ἀθρόος, Ruit à tecto domus tota simul. id est vniuersa, nõ paulatim. itidem apud Theocritum, — κατήειπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ Ἀθρόος, simul toto corpore. Alii exponũt, Vno ictu. μεῖζόν τε καὶ ἀθρωόπεον, Xen. Hellenicõn 5, κένωσις ἀθροωτέρα, effusior euacuatio, vide paulo post. ‖ Frequenter in plurali numero vsurpatur. Iliad. τ, — ἀλλ' ἀθρόοι ὁρμηθέντες, Simul omnes, Vniuersi. quod & Cuncti sonat propriè Latinis. Lucianus in Pseud. δημωφελῶν πολὺν ἀθρόων ἀπολυθέντων. Plato in epist. Οὕτω τοῦ ὅλου πόλιν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγκῶναι χρὴ, μάλιστα μὲν ἀθρόους· εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύο κοινῇ. id est Omnino, si fieri potest, simul omnes. vel in vnũ congregatos. nam ἀθρόοι opponuntur aliquando τοῖς διεσπεδασμένοις, id est dispersis. Xenophõ Hellenicõn 1, πρῶτον μὲν ἀθρόοι, ἔπειτα δὲ διεσκεδασμένοι. Imitatur autem Homerum, Iliad. ο, — ἔμειναν Ἀθρόοι, οὐδὲ ἐκέδασθεν. Sic ex Homeri imitatione dictum est illud, ἀθρόα πάντα αὐτοῦ τοῦ εἰστήκασι. nam ἀθρόα πάντα sæpe dicit. vt Odyss. α, — νοῦ δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέπασι. Iliad. χ, νοῦ δ' ἀθρόα πάντ' ἀπόπασις. Odyss. β, — τὰ δ' ἀθρόα πάντα πεύθω. vbi tamen ἀθρόα sunt qui aliter exponant: vt dicã in aduerbio Ἀθρόως. ἀθρόα ποιεῖν, vniuersa & simul omnia: cui opponitur κατὰ μέρος. Apud Galenum ad Glauconem 1, ἀθρόαι κενώσεις, effusæ euacuationes. vt & κένωσις ἀθροωτέρα, ibidem.

Ἀθρόον, aduerbialiter positum pro ἀθρόως, exponitur à Valla Identidem, vbi dicit Thucydides, ἀθρόον ἐμβοήσαντες. Idem alibi, ἀθρόον ἐμβοήσαντα τρατόν. sed verti etiã potest (& melius fortasse) Cõfertim, Simul. vel in prio re loco, Simul omnes vociferati: in posteriore, Exercitũ simul omnem vociferatum, vel vniuersum. aut aduerbialiter, Vniuersé.

Ἀθρόον aiunt Eustathius & Etymologicus significare etiam αἰφνίδιον, id est repentinum. Sed apud Etymologi cum error est. ait enim θροῖς θροὸς significare αἰφνίδιον, id est repentinũ: & præfixo α epitatico fieri ἀθρόοι, pro αὐθυ θρόῳ καὶ ψόφου, id est absque strepitu: ἀψόφητοι, strepitum non facientes. At quomodo α erit epitaticum in ἀθρόος, si αὐθυ θρόου significet? Imò verò erit priuatiuum. Deinde hæc etymologia ostendit significare strepitum non facientem, vel Strepitu carentem: non autem Repentinum. Sed videtur intellexisse Strepitu carentẽ pro Repentino accipiendum. nam & Eustathius ait, ὅθεν μὴ τὸ αἰφνιδίου, οἱονεὶ τὸ δίχαθρου. tradens Atticos hac in significatione solitos tenuare, ob α priuatiuum: at quum significat ὁμοῦ, tunc aspirari (vt moris est α collectiuum) quòd fit ἀθρόον quasi ἅμα θρῷ, id est vnà cum strepitu: vel ἀθρόον dicatur quasi ἅμα θρόον, id est πανδημεί. Quanquam miror cur velit Eustath. quod fit sine strepitu, esse repentinum, non autem quod cum strepitu. Ait præterea Etymologicus hanc vocem pro repentino θεωπαροξυνέσθαι, pro collecto παροξυνέσθαι, simul & δασυνέσθαι. Suidas postquam ἀθροι καταρρέοντες exposuit ὁμοῦ, addit oportere θεωπαροξυνεῖν hoc nomen, & aspirare primam syllabam Attico more. sed hoc de ἀθρόοι non de ἄθροι videtur dixisse: ac fortasse ἀθρόοι reponendum est. neque enim diceret acuendum in antepenultima nomen disyllabum. At rursum ἄθροι hac in significatione θεωπαροξυνέσθαι mirum si dixerit Suidas. nam ἄθροος est ὁ ἀθροίβος, vt etiam Eustathius docet: ἀθρόος, Collectus. Puto igitur apud Suidam legendum ἀθρόοι pro ἄθροι, & παροξυνέσθαι pro θεωπαροξυνέσθαι, vt vera comperiantur quæ dicit. Nam & Arcadius (cuius librum de accẽtibus in Regia bibliotheca vidi) ἀθρόος quũ est παροξύτονον significare ait ἅμα: at θεωπαροξύτονον, esse ἄφωνον. (de qua significatione dicam & in Θρόος) Sed illum in eo non sequor quod ait ἀθρόος significare ἅμα. Quinetiam Eustathium miror dixisse ἀθρόον interdum pro αἰφνίδιον poni, interdum pro ὁμοῦ.

Neque enim ipsa vox ὁμοῦ significat, sed α duntaxat quod in principio est, denotat ὁμοῦ, vt in aliis multisvocabulis. Nisi dicamus ὁμοῦ exponi, respiciẽdo certos locos in quibus aduerbio ὁμοῦ explicatur, vt apud Homerum Iliad. β, ἀθρόοι εἴομεν, id est ὁμοῦ. Sic apud Suidam ἀθρόοι καταρρέοντες, id est, ὁμοῦ. Verùm malim ὁμοῦ πάντες, vt Hesychius habet. Porro notandum est quod Eustathius subiungit iis quæ modò protulimus ex eo, solitum suo tẽpore tenuari α in ἀθρόος pro vtraque significatione, eo quòd præfixum esset literæ aspiratæ. ‖ Ἀθρόον autem aduerbialiter pro αἰφνιδίως, id est repentè, sunt qui exponant in hoc Apollonidis versu, libro epigrãmatum primo, Τοὶ δὲ θεωφείξας ἐχθρὸς ῥόος ἀθρόον ἄφνω. vt videlicet ἀθρόον & ἄφνω posita sint ὁμοῦ πάντων. sed videtur & aliter posse accipi, videlicet pro Vniuersè, vel Simul omnes.

Ἀθρόως, Aduerbiũ. Cõfertim, Vniuersè, Cicero, Vniuersim: Gellius, Summatim, vniuersimque. Oppositum habet aliquando κατὰ βραχύ, id est Paulatim. ‖ Suidas exponit ταχέως, id est Confestim. & sic apud Homerum in loco paulo antè citato quidam ἀθρόα πεύχθω exponunt Confestim fiant.

Ἀθροότης, ητος, ἡ, Vniuersitas: eo sensu quo Vniuersus dicitur pro Simul omnis, vel confertus. Sunt qui ἀθροότητα verterint Confertitudinem, vt ἀθρόος confertus, ἀθρόως confertim solet verti. sed nimis durum est illud. Vtitur autem nomine hoc ἀθροότης Alexand. Aphrod. in Probl.

¶ Ἄθρος (non ἄθρος, vt in vulgaribus lexicis Græcolatinis idem valet quod ἀθρόος. & est factum ex eo per synæresin. quoniam autem ἄθρος in ἀθρόος resoluitur, sunt qui cum circunflexo scribendũ putauerint ἀθροῖς: sed consuetudo obtinuit vt cũ acuta prior eproferretur, quẽadmodum & vt tenui spiritu notaretur, licet Atticè aspiretur. In Rhetoricis autem lexicis proferuntur hæc exẽpla, ἄθροις ἐπελθὼν ὁ τρατηγὸς, Vniuersus imperator pro, cum vniuerso exercitu. Aristophanes, ἐτῶν ὡς ἄθροις ὀρεωκόμοις ἄθροις. ‖ Habet & comparatiuum ἀθρούτερος, apud Athenæum lib. 3, καὶ τὸν δίφρον χώρησιν ἀθρουτέραν, καὶ δίφρεχυμένῳ.

¶ Ἀθροίζω. F. σω. P. κα, Congrego, Colligo, Congero, Coaceruo. Plato epistola 7, εἰς μιαν πόλιν πᾶσαν Σικελίαν ἀθροίζειν, in vnam ciuitatem congregare totã Siciliam. Isocrates De pace, μὴ ἐξ ἀπάντων ἀνθρώπων οἰκῆν πολλοὺς πολίτας ἀθροίζουσαν, non ex omnibus hominibus temerè multos ciues colligentem. ἀθροίζειν πυραὶ, Struere rogum. quod & νῆσαι πυραὶ dicitur.

Ἀθροίζομαι, Passiuũ, Congregor, Colligor, ἀθροιζόμενοι πρὸς αὐτοὺς, Confluentes ad illos, Multi simul conuenientes. ἠθροισμένοι ὅθεν θύραις, Congregati. ‖ Budæus in suo lexico, ἀθροίζεσθαι εἰς ἑαυτὸν, apud Platonem in Phædro significare Contrahi in seipsum, hoc est, apud se esse: & sic sæpe eum vti ait. Vide in verbo Συναθροίζω, ex eodem Platonis dialogo citatum σωηθροισμένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὐτὴν quomodo ex Ccerone exponatur.

Ἀθροιστὴς, οῦ, ὁ, Congregator, Collector, à tertia ἠθροισται. HINC Ἀθροιστήριον, Locus cõgregationis. vt θεῖον ἀθροιστήριον, apud Eustathium, Locus in quo dii sunt cõgregati. ITEM Ἀθροιστικὸς, Congregatiuus, Collectiuus, vel Vim congregandi habens. Ab Eustathio aliisque nonnullis grammaticis ἀθροιστικὸν α fuit appellatum illud à quo incipientia vocabula congregandi siue colligendi vim habent. vt quum dicunt τὸ ἀθροιστικὸν α δασυνέσθαι in ἅπας. Sed & vocabula quæ congregãdi significationem habent, ἀθροιστικὰ nuncupantur, cu iusmodi sunt ἅπας & ἅλις.

Ἄθροισμα, τος, τὸ, ET Ἀθροισμὸς, οῦ, ὁ, ET Ἄθροισις, εως, ἡ, Coactio, Congregatio. ἄθροισμα & ἀθροισμὸς ab ἠθροισμαι prima præteriti ab ἀθροίζομαι: ἄθροισις ab ἠθροισται secunda. sed ἄθροισις, ac vtplurimum ἀθροισμὸς etiam, ipsam congregationem, id est ipsam congregandi actionem, ἄθροισμα ipsam congregationem, id est rem congregatam, cœtum, vel aceruum seu congeriem significat. Suidas ἄθροισμα exponit σώρευμα, id est cumulum, siue congeriem: Hesychius πλῆθος, id est multitudinem. ἄθροισμα νεῶν, in quodam

huius libri loco Multitudinem nauium congregatarum seu coactarum interpretatus sum. A B Ἀθροισμὸς fit & Ἀθροίσμος, vt ἀθροίσμος ἡμέρα, dies quo populus congregatur. quasi dicas Dies congregatoria, siue congregatiua. Greg. ἦν δὲ ἡμέρα τῆς ὀπφανίων καὶ ἀθροίσμος.

C. ΣΥΝαθροίζω, Coaceruo, Colligo. Synes. ep. 141, ἐπὶ πόνῳ ὅπῃ τῆς μνήμης αὐτὸ συναθροίσῃ. Platoni in Phædone, συνηθροισμένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὑτὴν, videtur esse quod Cicero dicit Tusc. 1, Animus à negotio omni seuocat, & se cum esse coactus. Sunt qui ex Claudiano, initio libri 1 De raptu Pros. interpretentur Mens congesta. Vbi tamen congesta aliam etiam expositionem admittit.

Συνάθροισις, εως, ἡ, E T Συναθροισμὸς, οῦ, ὁ, Coaceruatio, Congeries. Est tamen Συνάθροισις potius ipse coaceruãdi actus, at Συναθροισμὸς declarat & id quod coaceruatum est, ideóque rectè exponitur Congeries. ‖ Συναθροισμὸς est etiam nomen figuræ apud rhetores. Quintilianus libro 8 cap. 4, postquam dixit, Potest adscribi amplificationi congeries quoque verborum ac sententiarum idem significantium, & exemplum attulit, subiungit, Simile est hoc figuræ quam συναθροισμὸν vocant: sed illic plurium rerum est congeries, hic vnius multiplicatio. Vide ibi exemplum: vide & apud Rutilium Lupum.

AI, pro εἰ, si. Vtuntur autem hac particula Dores. Theocritus, Αἰ τοι πιστεύσαιμι. Apud Thucydidem, Dorico sermone, καὶ αἱ πνα τοῖ Λακεδαιμόνιοι πᾶδα ἔχεντι. Plutarch' in Lycurgo, αἱ δὲ λῆς, πῖραν λάβε. Item ἄκα Doricè. D vt apud Thucydidem, eodem libro, statim post verba modò citata, ἄκα αὐτῖς δοκῇ. Apud Homerũ frequẽter cũ particula κε siue κεν. Iliad. ψ, & ω, — αἴ κε πίθηαι, si parueris, si pareas. Iliad. Φ, — αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι. Et αἴ κέν πως apud eundem, Siquo modo, Siquo pacto, Si fortè aliqua ratione. vt Iliad. β, Ἀλλ' ἄγετ' αἴ κέν πως θωρήξομεν ὑῖας Ἀχαιῶν. & α, — αἴ κέν πως θέλεται. Apud eũdem αἴ κέ ποθι, vacante ποθι. ‖ Αἰ μὴ, Nisi, εἰ μὴ, apud Theocritum Idyll. ς, Αἰ μὴ τὸ φλάσαιμι. Nonnulli αἰμὴ coniũctim scribunt. ‖ Vt autem εἰ pro εἴθε interdum ponitur, sic & αἴ, & quidem frequentius quàm εἰ. Ferè autem subiungitur γὲ particulæ αἴ. vt Iliad. β, Αἴ γὲ Ζεύς τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων, Ἡ ῥῶ τ' ὤς, & c. Odyss. υ, Αἴ γὲ τῶτο ξεῖνε ἔπος τελέσειε Κρονίων. Vtitur & Herodotus lib. 1, αἴ γὲ τῶτο θεοὶ ποιήσειαν ὅθεν νόον νῦν τῆνδε ἐλθεῖν. Gregorius Nazianzenus iunxit aoristo indicatiui, Αἴθαλον, οὔ τέ με μηθὲς ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἔδησας. Est autẽ αἴ pro αἴθε, per apocopen, vt Suidas tradit. qui tamen (vt & Hesychius) in hac significatione vult tenuari & circunflecti. sed apud Homerum passim in omnibus exemplaribus tenuatur & acuitur: & ita habetur etiam apud Eustathium. Etymologicus autem vult αἴ dici pro εἰ significante εἴθε, id est Vtinam, mutatò ε in α.

AI' vel AÎ, Hei, Heu, Eheu. Αἴ (inquit Eustathius) est etiam δυσφορικὸν, id est, quo vtimur nos aliquid ægrè ferre significãtes. itẽ μεμπτικὸν, id est quo vtimur alicui succensentes. vt apud Aristoph. αἴ πάλαι, Hei miser. Suidas autẽ scribit, αἴ cũ tenui & circũflexo esse θρηνητικὸν ὀπόρρημα, id est aduerbium (Latinis interiectio diceretur) luctus significationem habens, vel, luctui aptũ. Itidem scholiastes Euripidis ex Herodiano annotat hac in significatione circunflecti. At Eustathius, αἴ pro εἴθε, vtinã: & pro εἰ, si: item quum est θρηνητικὸν, δυσφορικὸν, μεμπτικὸν, eodẽ accentu, acuto videlicet, notat. Ac reuera multo pluribus in locis αἴ pro Heu cum acuto reperio quàm cum circunflexo, passim in omnibus exemplaribus. Rarò autem solum positum, frequenter geminatum reperitur hoc aduerbium. In Adonidis epitaphio inuenitur & solũ & geminatum. vt Κάτθανε δὴ ἁ μορφὰ σεῦ Ἀδώνιδι Κύθηρίδος. αἴ αἴ. in versu sequenti, Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες, αἴ τὸν Ἄδωνιν. Ibidem circa finẽ, γᾶ μαῦ οὐκέτ' ἀείδόιμον μέλος ἄδεται, αἴ αἴ. Αἴ αἴ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἐπ' πλέον, αἴ ὀρθίαιον. Vtrobique autem obseruãdum αἴ non geminatum, cum accusatiuo. Sic Heu Latini accusatiuo iungunt, vt Heu me miserum. Sic Heu dementiam. Interdum datiuo: vt apud Plautum in Milite; Heu mihi: nequeo quin fleam. Idẽ in Mercatore, Heu misero mihi. Notandum etiam, quum absque casu ponitur Heu, ferè geminari solere, vt αἴ apud Græcos. In Bionis epitaphio, Αἴ αἴ τᾶς μαλάκας μ' ἐπαν κῦ νᾶπον ὄλωντα. Ibidẽ, Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἴ αἴ Λάμβανε σῖς πεπάλοισι. id est, Nũc hyacinthe eloquere tuas literas, & amplius quàm antea accipe αἴ αἴ in tuis foliis. Hoc autem ideo dicitur quòd florem hyacinthum poetæ fabularentur ex Aiacis sanguine productum esse, vnde & αἴ seruasse primas nominis Aiacis (qui Αἴας Græcis) literas. Sophocles Aiace, Αἴ αἴ, τίς αἴ ποτ', &c. vbi animaduertendum est in textu quidem esse αἴ αἴ cum circunflexo, apud scholiasten autem cum acuto αἴ. Aristophanes Acharn. Αἴ αἴ, οἵαν ὁ κῆρυξ ἀγγελίαν ἤγγειλέ μοι. Apud Antipatrum tamen in epigramm. circunflexum habet in editionibus vulgatis, Πολλάκι δ' ἐξ ἐμέων ἐπιμένον ὠλέσατ', αἴ αἴ. ‖ Non solùm geminatur, sed terque quaterque repetitur interdum, vt apud Lucianum in dial. qui Philopatris inscribitur, αἴ αἴ αἴ αἴ τῆς κενεᾶς ἐλπίδων.

¶ Αἰάζω. F. ξω, Lugeo, Lamentor. Fit ab αἴ, id est Heu, vt docent grammatici. Et Aiax apud Sophoclem quum exclamasset αἴ αἴ, subiungit, Quis vnquam putasset fore vt nomen meum congruam meis malis significationem haberet: nunc enim mihi est vnde debeam terque quaterque αἰάζειν. Vbi αἰάζειν suspicor ipsum accipere pro clamare αἴ: eodem videlicet modo quo ὀιάζειν, est clamare ὀιαῖ: οἰμωζῆν est (ni fallor) clamare οἴμοι. Iungitur autem accusatiuo αἰάζω, vt in epitaphio Adonidis, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες. Anthol. l. 2, Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πεταῳσι κεῖται, Id est, Diotimi sortẽ deploro. Ἐπαιάζω autẽ datiuo iungitur, vi præpositionis ὀπί: vt apud Lucianum, ἐπαιάζω τῷ νεκρῷ.

Αἴαγμα, τος, τὸ, Gemitus, Lamentatio. Eustathius Αἴαγμα dictum ait ὡσεὶ τὶ ἄξιον αἰαγμάτων παθεῖν. id est, ex eo quòd passus esset digna gemitibus.

Αἰακτὸς, οῦ, ὁ, Deflendus, Gemitu dignus, Lamentabilis, Luctuosus, Lugubris. Citatur ex Aristoph.

C. Διςαίακτος, ος, ὁ καὶ ἡ, Grauiter aut miserabiliter defletus. id enĩ puto hic significare δις. Exponitur tamẽ & Qui non facilè lugetur. vt δις difficultatem indicet: secundum quem sensum interpretarer, Cui vix luctus vllus par esse potest, Qui vix satis lugeri potest. Citatur ex Maccabæorum tertio, αἰ τι πικρὸ καὶ δισαίακτο θανάτου. Simili etiam voce exponitur, videlicet δυσθρήνητος. Reditur & Lugubris, vt sit pro simplici αἰακτός. ‖ Item significatione actiua, Qui non facilè luget, ἀσυμπαθὴς.

C. Ἐπαιάζω, Allamentor, Illacrymor. Lucianus de hyacintho loquens, ὥςτε ἀπὸ τῶν αἱμάτων αὐτῆς αὐαδυῶσα πολὺ γλῶ ἐπίησα, ἐπ καὶ γράμματα ἔχον ἐπαιάζοντα ὦ νεκρῷ. Idẽ in libro De luctu, ὅπαι αὐ ἑκάστος ὀδαρῇ, ὡς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες. In epitaphio Adonidis, cuius autor putatur Bion, repetitur aliquoties hic versus, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.

¶ Αἰανὸς, οῦ, ὁ, vel Αἰανὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Grauis & acerbus. vel, Luctuosus. Nam Pindari scholiastes vult esse αἰανὸς ab αἴ αἴ factum. quem sequutus, pono hoc in ordine hanc vocem. Ponit & aliam etymologiam, videlicet ab αἰέν. nam exponens hæc Pindari verba, χαρὶ δὲ πᾶς τις αἰῶνα λιμὸν αἰανῆ τέξεται, ait λιμὸν αἰανῆ appellari vel famẽ grauem & molestam, ab αἴ αἴ: vel perpetuam, ab αἰέν. At Sophoclis scholiastes in hæc ex Electra verba, ὡς ἔμολες αἰανὴ τᾷ γᾷ, vult contrà ex hoc nomine factam esse illã particulam αἴ: & esse hic αἰανὴ pro θρηνητικὴ, id est Lamentabilis, Luctuosa. Idem tamen in hoc Aiacis hemistichium, -- νυκτὸς αἰανὴς κύκλος, ait αἰανὴς κύκλος sonare ὁ σκοτεινὸς vel ἀδιάλειπτος, id est, tenebrosus, vel perpetuus. nullam etymologiam ponens. In qua expositione obiter animaduertendum est, illum non αἰανῆς legere, vt sit genitiuus fœmininus ab αἰανὸς qui iungatur cum νύκτος: sed αἰανὴς in nominatiuo, primæ declinationis nominum contractorum. Hesychius habet duntaxat αἰανὸν, χαλεπὸν, αἰνόν. fortasse intelligens αἰανὸν esse id nomen vnde per syncopen factum fuerit αἰνόν.

AI'ΓΛΗ, ης, ἡ, Fulgor, Splendor, Nitor. χαλκοῦ αἴγλη, apud Homerum, Iliadis β, χαλκοῦ θεσπεσίοιο Αἴγλη παμφαιώσα. Item αἴγλη solis aut lunæ, Odyssea ο, Ὥςτε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης. quiversus repetitur & Odyssea η. Cicero αἴγλω interpretatur lumen. quum ὀλίγη αἴγλη de stellis dictum ab Arato, reddit — tenui cum lumine. Est autem poeticum vocabulũ, vsurpatum tamen & in prosa, vt ab Aristide in Romæ encomio, πόλεις τε οὐῶ ἤδη λάμπουσιν αἴγλῃ καὶ χάεσι.

Αἴγλη est etiam placẽtæ genus. Itẽ sacrificiũ quoddam quod Delphos mittebatur. Itẽ iactus alearius. vt B ex Pausania Eustathius refert. Hesychius ait esse nomẽ mali iactus alearii.

Αἴγλη, Proprium nomen filiæ Panopei, quam sibi Theseus, Ariadne relicta, adiunxit: vt Plut. in Theseo. Item, Ægle Naiadum pulcherrima, apud Virgilium.

Αἰγλήεις, εντος, ὁ, Splendidus, Fulgens, Coruscus. vt αἰγλήεντος ὀλύμπου. In fœminino genere αἰγλήεσσα, Splendida.

C. Σπερχεπαίγλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fulgorem auertens. Aristophanes in Nebulis ex Philoxeno, νεφελᾶν σφεπαίγλαν δαΐον ὁρμάν, Doricè pro νεφελῶν σφεπαίγλων, id est πολὺ αἴγλῳ σφεφουσῶν, quod sumatur pro ὑποσφεφουσῶν. Apud Suidam malè exponitur σφεπαίγλαν per accusatiuum singularem.

ΑΓΛΑΟΣ, οῦ, ὁ, Splẽdidus, Clarus, Fulgens, Illustris. Aratus, Αὐτὰρ μὰν αἰνέφελόν τε καὶ ἀγλαόν. id est, Fulgentem sine nubibus atris, Cicerone interprete. Apud eundem ἀγλαὴ interpretatur, -illustri prædita signo. vbi in propria significatione sumitur vocabulum Illustris. Sic D Homerus ἀγλαὸν ὕδωρ dixit Odyss. γ, Aquam splendidam: quæ propriè dicitur limpida. Ab αἴγλη, quod splẽdorem significat, vel ab ἀγάλλω per metathesin literarum factum volunt. nam Eustathius ἀγλαΐζεσθαι ab ἀγάλλω deducit. est autẽ ἀγλαΐζεσθαι ab ἀγλαός. Significationi quam diximus, magis conuenit vt sit ab αἴγλη, quod vicinum est: & inde factum adiectiuum αἰγλήεις significat itidem Splendidus, Clarus. Sed quum ἀγλαία pro ornatu ponitur, item pro lætitia, tum verò aptior videtur esse ab ἀγάλλω etymologia. Sed malè deducitur ab ἄγαν ἄλλεσθαι. nã hoc etymũ non est nominis ἀγλαὸς aut verbi ἀγλαΐζεσθαι: sed verbi ἀγάλλεσθαι, vnde factum ἀγλαΐζεσθαι.

Ἀγλαὸς, metaphoricè, Splẽdidus, Clarus, Illustris, Insignis. Item, Pulcher. vt ἀγλαὰ τέκνα, Odyss. ξ, — ἀγλαὰ ἄπτινα, Iliadis α, — ἀγλαὰ μηνία, Hesiod. Erg.

Ἀγλαὸν, teste Hesychio, Cretensibus & Cypriis idem quod γλαφυρὸν, id est Scitum, Festiuum & elegans.

Ἀγραυλος, pro ἀγλαὸς, Splendidus, Pulcher. Nicander in Theriacis, Ἤτοι ὅγ' ἄγραυλός γε ἐέδεπα. Sed & hîc & in F alio eiusdem poetæ loco lego ἀγλαυρὸς, ex vet. cod. vt admonui in annot. meæ editioni adiunctis.

Ἀγλαΐα, ας, ἡ, Splendor, Nitor. Hesiodus in Scuto, -- αἱ δ' ἀγλαΐαν πεπαλῦται, id est vestimentorũ splẽdore, vt schol. ait. Sic Odyssea τ, videtur significare nitorẽ circa vestitum, non lætitiam, vt vertit Valla, Ἀγλαΐῃ, τῇ νῦν γε μετὰ δμωῇσι κέκασται. Sic & Odyssea ρ, ἀγλαΐας φορέειν accipi puto pro Vestimenta gestare nitorem habentia & munditiẽ. ‖ Item ἀγλαΐη, Pulchritudo, κάλλος. Odyss. σ, Ἀγλαΐῃ γὰρ ἔμοιγε θεοὶ ἐν Ὀλυμπον ἔχουσιν Ὠλεσαν. id est, τὸ κάλλος, inquit scholiastes. Possit tamen fortasse & aliter exponi. ‖ Item Ornatus, Decus. Homerus Odyssea ρ, -- ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέοντο ἄνακτες. vbi ὡδὶ ἡ τραπεζῆωκωνᾶν loquitur. quam significationem ex Homero mutuatus Xenophon, dixit equo datam à Deo iubam ἀγλαΐας ἕνεκα. Hesychius ἀγλαΐας plurali numero exponit, Delicias, Decoramenta, Ornamenta.

Ἀγλαΐα etiam exponitur à scholiaste Sophoclis, ἡδονὴ, & δόξα, id est Voluptas (siue Lætitia) & Gloria: in H hoc Electræ loco, Μηδέπτ' ἀγλαΐας ὑπορναίειν Τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα. Apud Hesiodũ plurali numero ἀγλαΐαι itidem vsurpatur, pro voluptatibus siue gaudiis, & hilaritatibus, si Latinè dici posset. In Scuto, — Τοὶ δ' αὖ ἄνδρες ὀν ἀγλαΐαις τε χοροῖς τε Τέρψιν ἔχον. & paulo pòst, -πᾶσαν δὲ πόλιν θαλίαι τε χοροί τε, Ἀγλαΐαι τ' εἶχον.

Ἀγλαΐη, nomen vnius ex tribus Gratiis, Vulcani vxor, apud Hesiodũ in Theogonia, Ἀγλαΐῃ τε καὶ Εὐφροσύνῃ, Θαλίῃ τ' ἐρατεινῇ. cuius nominis meminit & Plutarchus. Vocata fuit Ἀγλαΐη & Nirei mater, teste Homero, Iliad. β.

Ἀγλαΐζω. F. ίσω. P. ίσα, Illustro, id est, Illustrem & splendidum reddo, Splendescere facio. Theophylactus, ἐν ταῖς μυρμυρυγαῖς τῶν ὀκλάμψεων πολὺ παλαίφραν ἀκτίνων ἤγλαΐζεν, id est, Illustrabat radiorum more. Vno verbo, Irradiabat. Quod significat & apud Dionysium Areopagitam. ‖ Item, Honesto, Orno, Decoro. Eustathius in Odyss. ς, οὗ πρὸς ὀρέσκειαν ἔμμενε ἑαυτῷ ἀγλαΐζειν. Apud Hesychiũ ἀγλαΐζει exponitur θάλλει, id est Floret. & ita neutram significationem haberet.

Ἀγλαΐζομαι, Pass. Splendeo, vel Splendesco, Niteo, Splendidus reddor. Apud Dionysium Areopagitam pro Irradior. Item, Illustror, Illustris reddor, Ornor, Decoror. Iliadis κ, — ἀλλά σε φημὶ δίγαμπρὲς ἀγλαΐεσθαι. Pindarus Ode Olymp. 1, ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικῆς ἐν ἀώτῳ. Hinc participium ἠγλαϊσμένος, Illustratus siue Illustris, Lucidus, Splendidus. nam ἠγλαϊσμένον explicat Hesychius φωτεινὸν, λαμπρεῖν, videlicet participio significationem nominis tribuens. Item ἠγλαϊσμένος, Ornatus, Decoratus. Suidas ἠγλαϊσμένη exponit etiam χαίρουσα, id est Gaudens. & ita ἀγλαΐζομαι inter cætera significabit & Gaudeo.

Ἀγλαΐσμα, ατος, τὸ, Nomen verbale, formatum ab ἠγλαΐσμαι, prima persona præteriti τῶ ἀγλαΐζομαι. Significat Ornamentum, Honestamentũ, Æschylo pag. 217, & 235, meæ editionis. A tertia autem eiusdem præteriti persona ἠγλαΐσται formatum videtur ἀγλαΐστος, id est Optabilis, Pretiosus. Nam Hesychius ἀγλαΐστη exponit ἄκπτη, τιμία.

C. Ἀγλαόγυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchra membra habens. vt ἀγλαόγυμος ἥβα, apud Pindarum. ex ἀγλαὸν & γῦον.

C. Ἀγλαόθριξ, ος, ὁ καὶ ἡ, Pulchricomus, Splendidam seu nitidam comam habens. Ex ἀγλαὸς & ἔθειρα.

C. Ἀγλαοθηλὲς, ἐος, τὸ, Tenerum. Hes. Ex ἀγλαὸς & θῆλυς: vel certè ex ἀγλαὸς & πέθηλα præterito verbi θάλλω. vnde etiam deducitur.

E C. Ἀγλαόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum fructum habens. Odysseæ η, — καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Cuius epitheti ratio nem vide apud Plutarchum Sympos. Nonnus θέρος (id est æstatem) ἀγλαόκαρπον vocat: id est, Pulchros fructus ferentem, vel Pulchrorum fructuũ datricem. Ex ἀγλαὸς & καρπός.

C. Ἀγλαόκοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum cubile habens. Ex ἀγλαὸς & κοῖτος vel κοίτη, id est Cubile, Lectus. Exponitur tamen ἀγλαόκοιτος à Suida, Valde honoratus. quæ significatio aliquam etymologiam exigit, & aliam fortasse scripturam.

C. Ἀγλαόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendens & quasi florens iuuenibus, Pulchros iuuenes habens. Corinthum ἀγλαόκουρον appellat Pindarus, Olympiorũ Ode 13. Ex ἀγλαὸς & κοῦρος.

C. Ἀγλαόκωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram choream habens. Pindarus Olymp. Ode 3, φωναὶ ἀγλαόκωμον vocat canticũ pulchram choream instituens. Ex ἀγλαὸς & κῶμος.

C. Ἀγλαομήτης, ου, ὁ, Consilio clarus: & Ἀγλαόμητις, ιος, ἡ, Consilio clara, vt legitur in vulgaribus lexicis Græcolatinis: & hæc compositio analogiam seruat. Apud Suidam autem & Etymologici autorem Ἀγλαομητία legitur, & exponitur ἡ μεγάλη βουλὴ, id est magnum consilium. Apud Hesychium quoque habetur: sed is exponit λαμπρόβουλον, pro λαμπρὰ βουλὴ, vt opinor: id est, Præclarum & illustre consilium. Componitur autem ex ἀγλαὸν & μῆτις, vt Etymologicus ait. Rara tamen est hæc terminatio deriuatorum à μῆτις, id est consilium: at frequens altera, ἀγλαομήτης, siue ἀγλαόμητις. Talia sunt enim quæ in μῆτις habebimus ἀγκυλομήτης & ἀγκυλόμητις: talia ποικιλομήτης & ποικιλόμητις. Quod autem dicitur de ἀγκυλομήτης (ex quorundam grammaticorum opinione) à verbo μήδω deriuatum esse: at ἀγκυλόμητις, à μῆτις: idem & de ἀγλαομήτης dici potest.

C. Ἀγλαόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram formam siue faciem habens, libro Epigrammatum 1, de Apolline, Ἄβροτον,

ἀΐλαόμορφον, ἀκερσεκόμην, ἀβροχαίτην. Ibidē tribuitur Baccho hoc epithetum. Ex ἀΐλαος & μορφή.

C. Ἀΐλαόπους, δος, ὁ καὶ ἡ, Pulchros liberos habēs, aut pueros. Nonnus. Ex ἀΐλαος & ποῦς.

C. Ἀΐλαόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclarè fidelis. Hes. Ex ἀγλαὸς & πιστός.

C. Ἀΐλαόπμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendidè vel pulchrè honoratus. Sic Hesychius, qui antea ἀγλαόπμον eodem modo exposuit. Orpheus in thymiamate Herculis, Εἰρήνην ποθέων κουροτρόφον, ἀΐλαόπμον. Ex ἀΐλαος & πμή.

C. Ἀΐλαόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclaram vocem habens. Ex ἀΐλαος & φωνή.

C. Ἀΐλαῶπις, ιδος, ἡ, Pulchrè oculata, Pulchros oculos habens. Empedocles apud Plutarchum, Νυκτὸς ἐρημαίης, ἀΐλαωπιδος. in vulgaribus lexicis habetur Ἀΐλάωψ, ωπος, ὁ, Aspectu splendidus. Sunt ex ἀΐλαος & ὤψ, ὠπός composita.

Αἰδ Ω Σ, ὸος, & per crasin οῦς, in datiuo, αἰδοῖ. in accusatiuo, αἰδῶ, vel αἰδώ, vt quidam. Verecundia, Reuerentia, Veneratio. Nonnunquam generaliter idem sonat quod Pudor. Xenophon Pædiæ primo, ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰδοῦς τύχοι, Reuerentiam consequeris ab aliis, aut venerationem, Venerationi eris aliis, Te reuerebuntur alii & venerabuntur. Aristides in Panathenaico, ἄξιον οἶνον καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς εἰπεῖν ὅσον τοῦτο πάντων δοῖ καὶ γέγονε τῇδε τῇ πόλει, id est, Operæpretium est ergo commemorare etiam quanta reuerentia præstetur & præstita fuerit ab omnibus huic ciuitati. Alii autem vertunt, Quanto in honore sit ac fuerit hæc ciuitas apud omnes. Sed ego interpretationem meam veriorem esse puto. certum est enim αἰδῶ sonare aliquid amplius quàm τιμώ, id est honorem. Vnde & Homerus postquam dixit τιμῆς, subiungit αἰδοῦς, tanquam significantius, Odysseæ τ, Τιμῆς ἔμμορε εἰσι καὶ αἰδοῦς. Budæus αἰδῶ obseruantiam vult significare in hoc Synesii loco, καὶ ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους αἰδοῦς. subaud. οἱ νέα νίσσοι. Hesiodus, —θεὸν ὡς ἱλάσκονται Αἰδοῖ μειλιχίῃ, id est, Cum reuerentia. Aristides, οὕτω τιμῶσιν, αἰδοῖ τοῦ θεοῦ. id est, Ita honore prosequuntur, deorum reuerentia. accipiendo passiuè reuerentiam, pro reuerentia quæ diis præstatur. Sic apud Synesium αἰδοῖ μουσῶν, verterim, Reuerentia Musarum. quum dicit, αἰδοῖ δὲ μουσῶν, ὅσοις τε μόροις αὐτοῦ ἄξιον τοῦτο πρεσβεύειν. Id est, Nam reuerentia Musarum, sacerdotes earum par est tueri. Budæus tamen αἰδοῖ μουσῶν interpretatur, In honorem Musarum. Sic αἰδῶς τοῦ βασιλέως, Regis reuerentia, Plutarcho in Romulo. Denique dico αἰδῶ hac in significatione (quæ vsitatissima est) esse obseruantiam per quam ætate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedētes reueremur & colimus. ‖ Item αἰδώς, Verecundia, quæ censetur virtus à vulgo: at Aristoteles virtutem esse negat, quāuis laudetur qui ab ea dicitur αἰδήμων, id est Verecundus. Hanc αἰδῶ ita distinguit Damascenus ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, vt αἰδὼς sit metus ob expectationem vituperii: αἰσχύνη metus ob aliquid turpiter commissum. eius verba sunt, αἰδὼς, φόβος ὅτι προσδοκία ψόγου· αἰσχύνη δὲ, φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. Hanc αἰδῶ sæpe Homerus commendat atque adeo requirit in militibus. vt Iliadis ο, Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε καὶ αἰδοῦς θεσθ' ἐν θυμῷ, Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε. sic Iliad. ν, —ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος Αἰδῶ καὶ νέμεσιν. Interdum cum genitiuo, vt rursus Il. ο, --καὶ αἰδῶ θεσθ' ἐν θυμῷ Ἄλλων αἰθρώπων. sed Verecundiam aliorum hominum Latinè non dixerimus. quare potius ita redderem, Verecundiam vobis incutiant alii homines: aut, Pudorem incutiant: accipiendo pudorem in bonam partem. Quo etiam modo apud Sophoclem Aiace, αἰδῶ λαβεῖν verti possit, Pudore tangi. non, vt alii vertunt, pudore affici. nam αἰδῶ λαβεῖν ad verbum sonat Pudorem accipere, à seipso videlicet: at qui pudore afficitur, ab alio intelligitur pudore affici. ‖ Αἰδὼς dicitur etiam generaliter de quouis pudore. vt apud Homerum, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ αὐδὸν παρεῖναι. Id est, Pudorem viro egeno non bonum est adesse. & Iliad. ω, --οὐδέ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι. Apud Eustathium nescio quis duplicè faciens αἰδῶ, καλὴν & κακήν, ait αἰδῶ bonam & laudabilem dici παρὰ τὸ ἀεὶ τὸ δέον ἔχειν. id est, ex eo quòd semper habeat quod rectum & honestū factu est. malam autē, παρὰ τὸ ἀεὶ ἀνδρείας αἰτίαν εἶναι. id est, semper causa sit egestatis. Sed quisquis is est qui hoc dixit, videtur ioco non seriò dixisse. Certè constat à non videdo dictam esse αἰδῶ, quasi δυσωπίαν. (quòd pudor oculos cogat auertere) ex α priuatiuo & verbo ἰδεῖν. ita enim malo quàm ab εἴδω; cum Etymologico, vt ex ἀειδὼς fiat αἰδώς. Huius autem etymologiæ fidem faceret videtur ipsum prouerbium, αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς, id est, Pudor in oculis. quod apud Erasmum habes expositum, & meam annotationem in illam eius expositionem, in Chiliad. à patre meo excusis.

Αἰδώς, Membrum genitale, Inguen, eodem modo quo Latini plurali numero Verenda & Pudenda nominant à Pudore: ab Ouidio dicitur etiam Pars pudibunda. Virilitatem quoque appellauit Martialis. Iliad. β, Χλαῖναί τ' ἠδὲ χιτῶνα, πάτ' αἰδῶ ἀμφικαλύψαι. Dionysius Halicarn. in ἀρχ. Ὑπεζωσμένοις πλὴν αἰδῶ τῆς δεξιᾶς.

Αἶδος, εος, τὸ, Idem quod αἰδώς. & ab hoc αἶδος videtur fieri αἰδέφρων, id est verecundus: quasi verecundiam sapiens: vt dicitur ἀγανέφρων, & alia. Posset tamen & ab αἰδὼς deriuari.

C. Κίναιδος, Cinædus, Pathicus. ἀσελγής, ita dictus ἀπὸ τοῦ κινεῖν πλὴν αἰδῶ, id est τὸ αἰδεῖσθαι. Potius quàm secundum alteram etymologiam quasi κενὸς αἰδοῦς. Dicitur κίναιδος, & πόρνος, & καταπύγων, & θηλυδρίας, & αἰχρουργὸς, aliisque nominibus, quæ vide apud Pollucem. Plutarchus in politicis præceptis, μηδὲν διαφέρειν ὁπόσον πινὰ ἡ ἐμπορεύεσθαι κίναιδον. HINC compositum Κιναιδολόγος, Turpiloquus, quasi dicas, Cinædiloquus. id est Cinædica impudentia in loquēdo vtens. Eustathius pagina 746, κωστολέσχην exponit κιναιδολόγον, qui κινότερον dicatur αἰσχρορρήμων. Athenæus libro 14, τὴν Ἰωνικὴν λόγον vocari etiam κιναιδολόγον tradit. HINC & Κιναιδία, Cinædica obscœnitas, siue impuritas, aut impudicitia. Æsch. ἐν παισὶ μὴ δὲ ὧν ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν πολὺ ἡ κιναιδία βάπτολος. ET Κιναιδίζομαι, Cinædicè me gero, Impuritate & obscœnitate cinædos imitor. vnde Κιναίδισμα, Obscœnitas cinædica, apud Eustathium.

Κίναιδος (in vulgaribus lexicis) Gemma quæ & ἐρυθραῖος λίθος, & λίθος Ἰνδικὸς, & μαργαρίτης, Gallicè Perle, Margarita, Vnio, Bacca conchea, Virgilio in Culice, Granum rubri maris, Hieronymo. Erythræus etiam lapillus appellatur. Arrianus, Ἠρακλέα λέγουσι κίναιδον ἐξελεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμου χωμικοῦ, ὅνπερ καὶ εἰς τοῦτο ἐπαίδευσε τὴν Ἰνδῶν τῆς χώρας τὰ ἀγάλματα παρ' ἡμᾶς ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι, τὸν μαργαρίτην τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέοντες.

C. Αἰδόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Verecundus. Poeticum est.

C. Ἀναιδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, (quod compositum possit & ab αἰδοῦμαι deduci) Impudens, Inuerecundus, vt Odysseæ ρ, Ὡς ἔτι θαρσαλέος καὶ ἀναιδὴς ἐστὶ καὶ οἰκτός. Et Iliad. α, Ἀλλά σοι ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἀμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς. Plut. in lib. περὶ δυσωπίας, eum qui ἀδυσώπητος dicitur, ab eo qui ἀναιδὴς, ita distinguit, ἀναιδὴς μὲν γὰρ ὁ αἰαιδὴς πρὸς τὸ αἰσχρὸν, ἀδυσώπητος δὲ καὶ πρὸς τὸ φαινόμενον αἰσχρὸν ὁ ἀδυσώπητος. Vt Latinis oculi dicitur impudēs, sic & ὀφθαλμὸς Græcis ἀναιδὴς: iuxta prouerbium, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς. Demosthenes dixit ἀναιδὴς εἰς χρήματα, in Androt. οὐτοι δὲ οὐ μόνον εἰς χρήματα ἀναιδὴς, ἀλλὰ καὶ σιωπῶσι. Affertur autem & ἀναιδὴς, pro eo cuius nos nō pudet, vt ἀναιδέστατος τοῖς ἀκολάστοις, minimè pudendus intēperantibus. ‖ Apud Homerum aliquoties λᾶας dicitur ἀναιδής, vt Iliadis σ, Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς Ἄχρις ἀπηλοίησεν. Sic & Sisyphi saxū λᾶας ἀναιδὴς ab eo appellatur, Odysseę λ, —ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδὴς. Sic & ἀναιδὴς πέτρα, Iliad. ν. Eustathius autem non aliud dicit (quod sciam) quàm ἀναιδὴ vocari metaphoricè, eo modo quo ferrum crudele appellatur. Hesychius λᾶας ἀναιδὴ exponit σκληρόν, at scholiorum breuium autor, παχύν, in loco illo Iliadis σ. Quas expositiones planè alienas esse puto, & potius vocari existimo saxum impudens, respiciendo ad vastam eius molem: eo modo quo Gallicè de quibusdam rebus dicimus Honteusement grand. Cui affine est quod frequentius vsurpatur, Vilainement grand. Itē Vn grand vilain. pro eo quod alio genere loquendi dicitur Despiteusement grand. extra metaphoram autem, Desmesureement grand. Eustathius pag. 1702 quum dicit ὁ Σίσυφος ἐωθὲν πρὸς τὸν ὦμον πέτρον μέγαν καὶ ἐμβριθῆ, videtur per hæc intelligere λᾶαν ἀναιδῆ.

Τὸ ἀναιδὲς pro substantiuo ἡ ἀναιδεία, Impudentia, interdum ponitur. Interdum autem aduerbialiter: vt quum dicitur ἀναιδὲς βλέπειν (eadem forma qua δριμὺ βλέπειν, & alia) pro Impudente aspectu esse, Impudētiā oculis præ se ferre.

Ἀναιδῶς & Ἀναιδέως, Impudenter. Sed ἀναιδέως magis poeticum est. In vulg. lex. ἀναιδέως exponitur etiam Liberē: quæ expositio ἀναιδῶς confundit cum ἀνεδέως.

Ἀναιδεία, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecundia. Demosth. Pro corona, εἰς τοῦθ' ἥκειν ἀναιδείας ὥστε τολμᾶν λέγειν. apud Homerum Iliad. α, & ι, dicitur ἀναιδείαν ὀπιπεύων, qui est impudens. q. d. Impudentia amictus. Od. χ, —ἀναιδείης ἐπέβησαν. Alibi, —ἀναιδείῃφι πιθήσας.

Ἀναιδεύομαι, Impudentia vtor, Impudenter me gero, ἀναιχυντῶ. Dicitur autem ἀναιδεύομαι (quo Atticos vti negat Phrynichus) eadem forma qua ἀκρατεύομαι, ἐγκρατεύομαι, & πανουργεύομαι, & ἀπιστεύομαι.

¶ Αἰδοῖος, ου, ὁ, (ab αἰδὼς fit αἰδῶος, & mutato Bœoticè ω in οι, αἰδοῖος, vt Etymologicus ait) Venerabilis, Venerationē dignus, Venerādus. vel, Cui præstari debet reuerētia, Reuerēdus, Reuerētia dignus. A Liuio Verēdus dicitur. Od. ι, —ξεῖνοι αἰδοῖοι. Od. ξ, Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετὰ Κρήσσοισι τετύχθαι. Od. θ, Ὡς κεν Φαίηκεσσι φίλος πᾶσσοισι γένοιτο, Δεινός τ' αἰδοῖός τε. Sic & alibi, vt Odyss. τ, φίλος & αἰδοῖος copulat, vt αἰδὼ & φιλότητα, Iliad. ω. vnde & cōparatiuus αἰδοιότερος cū φίλτερος, Odyss. λ, Καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀθανάτοισιν εἶναι. pro quo & αἰδοιέστερος dicitur, vt Eustathius annotat. ‖ Αἰδοῖος ἱκέτης (inquit Budæus) Dignus qui exoret quod petit. Videtur autem Budæus hanc expositionem accommodare voluisse huic Homeri loco, Odyss. ο, --αἰδοίοισιν ἔδωκα. Vbi Eustathius dicit αἰδοῖς ἀξίοις, ξένοις δηλαδὴ καὶ ἱκέταις. ‖ Αἰδοῖος in actiua significatione, Verecundus. Odyss. ρ, circa finem, --κακὸς δ' αἰδοῖος ἀλήτης.

Αἰδοίως, Aduerb. Cum reuerentia, Cum obseruantia. Od. τ, Αἰδοίως δ' ἀπέπεμπον, &c.

Αἰδοῖον, ου, τὸ, Substantiuum, Inguen. nam ex iis vocabulis quæ in vulgaribus lexicis Græcolatinis ponuntur pro interpretatione huius nominis, nullum conuenit: quū αἰδοῖον tam mulieris sit, quàm viri: vix autē aliud nomen Lat. sing. num. commune sit vtrique, quàm Inguen. Plurali numero sæpe dicitur αἰδοῖα pro eodem, Iliad. ν, Αἰδοίων τε μεσηγύ καὶ ὀμφαλοῦ. Thucyd. 1, διαζώματα ἔχοντες πρὸς τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταί. Et αἰδοῖα de muliere. Herodot. 1, ἐκ τῆς Αἰδοίων τῆς Δυναστίης. In singulari autē numero Plutarchus κεφ. ρωμ. Sabinos enim aiūt mulieris αἰδοῖον appellare spuriū. Sic autē Græci ab αἰδὼς dicunt αἰδοῖα, vt Latini à nomine pudor vocāt pudenda, & Verenda à verendo. quare vana est altera etymologia, vt sint αἰδοῖα dicta παρὰ τὸ αἰδαίνειν ἐν τῇ σπουδαίᾳ ὀργῇ ὄντα. neque enim οἰδεῖα dicitur, sed αἰδοῖα. & Homerus ipse αἰδὼ pro αἰδοῖα vsurpat. ‖ Αἰδοῖα Gaza testiculos alicubi vertit, item coles.

Αἰδοιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Formam inguinis habens, Inguinis speciem referens. Ath. 7, λέγεται δὲ ἥλιπτυπῶν τὸν ἄρρενα ἔχειν αἰδοιωδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτάνων.

Αἰδοιϊκὸς, οῦ, ὁ, Ad inguen pertinēs. αἰδοιϊκὰ φάρμακα apud Ægineta m, Medicamenta quædam ad inguen pertinentia. id est morbis inguinis medentia. Item αἰδοιϊκά, Quæ pudendis adnascuntur, apud eundem.

C. Αἰδοίπαλμος, Morbus τῶν αἰδοίων, id est pudēdorum, vt satyriasis & priapismus. In vulgaribus lex. Potest & ab αἰδὼς deduci significante τὰ αἰδοῖα.

¶ Ἀπαιδοιόω, ῶ, quasi dicas, Pudēda mutilo, pro Præputiū seco, Circūcido. Pollux lib. secundo, Æolibus ἀπαιδοιῶσθαι significasse tradit ἀπεσκολύφθαι. Is autem dicitur ἀπεσκολύφθαι qui caret præputio: Recutitus Martiali; Apella Horatio. ἀπαιδοίωται, ἀπεταιρώτηκε, τέτμηται, Hesychius. Animaduertendum est autem ἀπαιδοίωται legi apud Hesychium, non ἀπηδοίωται, sicut apud Pollucem ἀπαιδοιῶσθαι, non ἀπηδοιῶσθαι.

¶ Αἰδέομαι, οῦμαι, Fut. έσομαι & ήσομαι. Præt. ἠδέσμαι. Aoristus primus, ἠδέσθην. Idem quod ἐντρέπομαι, Veneror, Honori habeo, inquit Budæus. Addi etiam potest Reuereor. Hac autem in significatione accusatiuo iungitur. Xenophon Pædiæ primo, αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους, Reuerentiam præstans maioribus natu, vel, Maiores natu venerans, Honore prosequens, quidā. sed malim, Veneratione prosequens. vt & αἰδὼ non lubenter interpretor honorem, sicut antea dixi. Sic αἰδεῖσθαι θεοὺς, apud Homerum, Reuereri deos. αἰδεῖσθαι τὸν πατέρα, apud Sophoclem, Patrem suum reuereri. vt apud Terentium, Imperium patris reuereri. Apud Homerum αἰδεῖσθαι & ἐλεεῖν sæpe copulantur. vt οὔ σ' ἐλεήσω, Οὐδέ σ' αἰδέσομαι, Iliadis ω, & Odysseæ ξ, Οὐ γὰρ ἔγωγε ἐγὼ σ' αἰδήσομαι, οὐδ' ἐλεήσω. quibus in locis obiter notādum duplex futurum αἰδέσομαι & αἰδήσομαι. Habet autem in hac significatione non tantùm accusatiuum personæ, sed & accusatiuum rei. vt Iliadis ι, Αἴδεσαι δὲ μέλαθρον. Sic Il. χ, τό δε τ' αἴδεο, καὶ μ' ἐλέησον. ‖ Nonnunquā αἰδοῦμαι est magis Timeo, Vereor, quàm Reuereor, (in qua tamen significatione potius infinitiuo iungitur) vt Il. χ, Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. quiversus & alibi habetur. loquitur autem hic de metu ignominiæ & dedecoris à Troianis. Sic eū à quo metuebat ne obiurgaretur, dicit αἰδέομαι & δείδια, Odysseæ ρ, Ἀλλά τόν αἰδέομαι καὶ δείδια μή μοι ὀπίσσω Νεικείῃ. sic Iliadis σ, Αἰδεῦμαι βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο, verit increpationem regis, ob reuerentiam quam illi præstabat. additur enim αἰδοίοιο. ‖ Apud Euripidem αἰδοῦμαι τάδε exponitur, horum me pudet. vt sit pro αἰσχύνομαι. quanquam notatur à grammaticis αἰδεῖσθαι in bonam partem accipi, αἰσχύνεσθαι in malam. id est (opinor) αἰδεῖσθαι esse Vereri aliquem seu reuereri, ob honorem quē virtutis ergò, aut ætatis, aut consanguinitatis, aut huiusmodi rei alicuius causa deferimus, aut Rei alicuius honestæ reuerētia tangi: αἰσχύνεσθαι autem aliquē, esse Pudore affici ex eo quòd mali alicuius, aut rei alicuius turpis sit nobis conscius. aut Pudere nos eum facere illius conscium, aut etiam pudere nos alicuius rei, cuius ipsi soli sumus nobis metipsis conscii. Plutarchus eos qui hæc confunderent, reprehendens, ait, αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἡδέως χαίρειν, καὶ τοὺς φόβους ὀλιγοψυχίας. Videtur tamen apud Lucianum quoque αἰδεῖσθαι pro αἰσχύνεσθαι accipi in loco qui citatur proximè sequente annotatione. Apud Homerum certè videtur propriè vsurpatum αἰδέομαι, etiam absolutè positū, pro Verecundor, Verecundia tangor, à muliere dictū, Odysseæ σ, Οἴμ' ὀ ὀ οὐκέτι' ἔμμ μετ' ἀνέρας: αἰδέομαι γάρ. Apud eundem cum infinitiuo, Odysseæ ζ, —αἰδέομαι γὰρ Γυμνοῦσθαι.

Αἰδοῦμαι, Timeo, Non audeo, cum infinitiuo, Iliadis ν, Αἴδεσθεν μὲν ἀνήναθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Odyss. ξ, —καὶ οὐ παρέοντ' ὀνομάζειν Αἰδέομαι. Eustathius exponit ὀλιγοψυχεῖσθαι. Quanquam aliquis fortasse dixerit inesse his in locis verbo αἰδεῖσθαι timoris cum quadā reuerentia significationem. vt sit αἴδεσθεν ἀνήναθαι (obiter autem notandum αἴδεσθεν per syncopen pro αἰδέσθησαν, ab αἰδέσθω aoristo primo, pro ἠδέσθω) reuerentia tacti non ausi sunt, timuerunt recusare. Sed apud Sophoclē quoque αἰδὼς pro δέος, id est metus, ponitur: vt infrà dicetur. ‖ Apud Lucianum autem αἰδεῖται cum participio, significat Eum pudet: quum dicit, ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ὅτι δὲ εὐκνήμιδος πλὴν αἰσχυνεῖν τὸν γάμον. & ita αἰδεῖται erit pro αἰσχυνεῖται, quo non vsus est ob sequens nomen αἰσχυνεῖν.

Αἰδοῦμαι, inquit Budæus, non modò ἐντρέπομαι significat καὶ μετ' αἰδοῦς ὀπτεύομαι, hoc est veneror & honori habeo: sed etiam πτοῦμαι, placor, & iniuriam

remitto, Irã condono. Demosthenes πρὸς Ναυσίμαχον, Ἃ ἁμαρτὼν αὐτὸς ἐλάττης ἀκουσίου φόνου, καὶ σαφῶς ὅσα δείξας μὴ καθαρὸν, μετὰ τοῦτα αἰδέσηται καὶ ἀφῇ. &c. Vt siquis propter cædem non voluntariam alium arcesserit, reum etiã peregerit, manifestóque cõuicerit, deinde à reo placatus quoquomodo culpam criménve condonarit: &c. Gregorius, καὶ φιλίαν αἰδεῖσθαι ἐιδὼς, homo qui in tempore rationem habere amicitiæ nosset, & amico exorabilẽ se præbere. Significat αἰδοῦμαι etiam Placo, Exoro. Demosth. contra Aristocratem, καὶ φθύσαν ἔως αὖ αἰδέσηται πινα τῶν ἐνοχλοῦντα τοῦ πεπονθότος, extorrem esse quoadusq; aliquem exorarit gentilium mortui. Vide Harpocrat. & Hesychium.

Αἰδοῦμαι nõ solùm vsurpatur in significatione actiua (vt verba quæ deponentia vocant Latini) sed & in passiua, vtpote cuius inueniatur actiuum Αἰδῶ. sic apud Demosthenem contra Aristocratem, ἠδεσμένος, Exoratus, placatus. Verbum autem actiuum αἰδῶ vide cum composito καταιδῶ.

Αἴδεμαι etiam dicitur barytona coniugatione: vnde αἴδετο apud Homerum Od. θ, Αἴδετο γὰρ Φαίηκας. & Od. ζ, — αἴδετο γάρ ῥα Παλλὰς Ἀθηναίη. & Αἰδόμενος apud eundem alit quoties. Vsus est & Plut. Sympos. 3, ἐκβάλλειν τοὺς ὀμμάτων τὸ αἰδούμενον.

Αἴδεσις, εως, ἡ, (à secunda præteriti ἤδεσται) Veneratio, Reuerentia. Item αἴδεσις, vt inquit Budæus, Venia & Misericordia, & Personæ periclitantis respectus & tuitio, Vltionis animaduersionisq; remissio. Demosthenes contra Midiam, Οἷς οὐ ἀκουσίως ἀποκτιννύντας οἱ νόμοι αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν, id est, Clemẽtia dignos censuerunt. Lege enim licebat cædis non voluntariæ crimen euadere, si is qui cædis reus erat, quendam ex consanguineis precibus exorare potuisset, & ad clemẽtiam adducere. cuiusmodi exorata placabilitas, αἴδεσις vocabatur.

Αἰδέσιμος, ᾱ, ὁ καὶ ἡ, in oratione soluta, pro poetico αἰδοῖος, Venerabilis, Veneratione & reuerentia dignus, Verendus. Hesychius αἰδέσιμον exponit σεβάσμιον, ἔντιμον. Liuius, Clarus genere factisque, tũ etiã ætate verendus. id est, δεδιτιῶν ἡλικίαν σεβάσμιος, vel αἰδέσιμος. Luc. in Nigrino, τὸ πρόσωπον τὸ αἰδέσιμον, pro ἡ αἰδεσιμότης. vide paulo póst. Apud Gregorium αἰδέσιμος est dignus qui exoret. Theophyl. in epist. ἀλλ' ὦν αἰδέσιμα δώσεις παρ' αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, id est, Dona non exorant, non videntur illis digna quæ exorẽt. ‖ Pausan. in Laconicis, ἰδὼ δὲ ὧδε τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐν Παλαιῷ Πελοποννησίοις αἰδέσιμον, id est (interprete Budæo) inuiolatum, & in quo supplicibus ius asyliæ constabat. hoc enim αἰδέσιμον significat. hoc est, intactum, ἄσυλον.

Αἰδεσιμότης, ητος, ἡ, Veneratio, vt vulgò exponitur: sed magis passiuam quàm actiuam habet significationem. & vt αἰδέσιμος vertitur Venerabilis, ita αἰδεσιμότης verti deberet Venerabilitas, si Latinè dici posset. Elegantius autem vsurpatur αἰδέσιμον pro hoc substãt. αἰδεσιμότης, vt apud Lucianum in Nigrino, τὸ πρόσωπον τὸ αἰδέσιμον, pro ἡ αἰδεσιμότης. id est, Oris venerabilitas. id est, oris quidã habitus sui venerationem & reuerentiã excitans. Latini oris dignitatem dicunt. Notandum est autem αἴδεσις ab ἤδεσται secunda præteriti esse deductum: αἰδέσιμος autem ab αἴδεσις: at αἰδεσιμότης ab αἰδέσιμος.

Αἰδεστὸς, ᾱ, ὁ, Reuerentia dignus. idem quod αἰδέσιμος, sed minus vsitatum. Fit autem ab ἤδεσται tertia præteriti: vt αἴδεσις ab ἤδεσται secunda. Plutarchus εὐλαβ. πολ. Φοβεροὶ μὲν ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰδεστοὶ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πεθηνοί. id est, Tales vt iis qui delinquunt, sint terrori: at bonis reuerentiam sui & desiderium excitent.

Αἰδήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Verecũdus. nã actiuã habet significationem. vnde nõ intelligo cur à Suida & Hesychio per αἰδέσιμος exponatur. Αἰδήμων, inquit in Comm. Bud. est verecũdus, ὁ αἰσχυντηλός. Athenæus de Isocrate, ὁ ῥήτωρ ὢν αἰδημονέστατος. Aristoteles τὴν αἰδήμονα in virtute ponit, mediúmque facit inter καταπληξίαν & ἀναίσχυντον, in Ethic. 2. Idem in 4, καὶ ἐπαινοῦμεν τοὺς νέους τοὺς αἰδήμονας. quos etiam αἰσχυντηλοὺς appellat. Hactenus Bud. Possit αἰδήμων (vt opinor) verti etiam Pudens, eo sensu quo Ouidius pudentẽ petulãti opponit. Possit etiam fortasse Pudibũndus reddi, ea significatione qua Horatius matronam pudibundam dixit. Notandum est autem, vt αἰδοῦμαι duplex habet futurum, per ε & per η, αἰδέσομαι & αἰδήσομαι, sic ab eo deducta, quædã ε, quædam η seruasse. αἴδεσις ε seruauit & ab eo deducta, quæ proximè præcedunt, vtpote à præterito per ε, consimiliter futuro: sic & αἰδεστός. at αἰδήμων η retinuit tanquam à præterito ἤδημαι, consimiliter futuro αἰδήσομαι. dico autem tanquam à prætetito: quia in vsu non est, quod sciam: sed vnde nisi ab eo formari possit αἰδήμων, non video. ‖ Ab αἰδήμων cõparatiuum αἰδημονέστερον vsurpat Xenophon in Lacedæmoniorum politia, διέφερε καὶ αἰδημονέστερος εἶ) τοῖς παῖδας. ibidem, αἰδημονέστεροι παρθένων.

Αἰδημόνως, aduerbium, Verecundè, Pudenter. Xenophon αἰδημόνως & θρασέως opponit in Symposio. Suidas αἰδεσίμως & θρασέως. αἰδήμων, αἰδέσιμος. sed tamẽ αἰδέσιμος exponit, sicut αἰδήμων, αἰδέσιμος. sed tamẽ αἰδέσιμος & αἰδεσίμως passiuam potius habent significationẽ, αἰδήμων & αἰδημόνως actiuã. Imò nec eo tantùm differunt: quum αἰδέσιμος non eum significet quem verecundari oportet, (si ita loqui conceditur) sed quem venerari & reuereri. Nisi fortè in passiua etiam significatione vsurpatum reperit Suidas αἰδήμων & αἰδημόνως.

Αἰδημονέω, ῶ. F. ήσω, Verecundus sum, Verecundiã seruo, αἰδήμων εἰμί.

C. Ἀναίδης, ὁ καὶ ἡ, q.d. Non verecũdatus. Accipitur pro ἀναιδής, impudens. Sed fit ἀναίδης, à verbo αἰδοῦμαι, (à tertia videlicet singulari præteriti) ideóque sonare dixi Non verecundatus.

C. Ἐπαιδέομαι, οῦμαι, pro simplici αἰδέομαι, Erubesco, Verecundia afficior, ἐπαιδεσθήσομαι, Eurip. Me pudebit. ἐπαιδεσθεὶς, Reueritus, Plut. De leg.

C. Καταιδέω, δῶ. (quod & Αἰδῶ, sed rarius) Erubescere facio. Pudore perfundo, & ad venerationẽ cogo vel impello, Flecto animũ, inquit Bud. citans ex Plutarcho Pol præc. pag. 581, περαίνουσα πιθοῖ καταιδοῦσα τοῦ δήμου τὰ ἀνάδεες. In Comm. autem pag. 678 & 679 affert & alia exempla. Vbi & vnum simplicis Αἰδέω (quod alioqui multo rarius est) ex Bas. in orat. ad iuuenes, ὅπως αὐ ἐξ Ἑλλω. &c. qui dicit Vlyssem αἰδέσαι reginam, Areten videlicet, pro Flexisse oratione sua & aspectu calamitoso.

C. Καταιδέομαι, ῶμαι, Reuereor, vel, Valde reuereor. Aristoph. Nubibus, καταιδέσθητι πατρῷον Δία. Item Καταιδέομαι, pro Perpudet, vt ait Bud. citans hæc Plutarchi de Cicerone, ὅμως κατηδέσθη μὴ γλυκέσθαι τοῦ περικινδυνεύοντος ἀεθμοῦ τῆς πατρίδος.

Αἴ Θω, Vro, Incendo, Accendo, cum accusatiuo. Herodot. Melpomene, τὰ θέλοντες ἤκοιέν τε ἐς τὰ χώρον καὶ πῦρ αἴθοιεν. ‖ Interdum est neutrum absolutum, & quidem frequenter, Ardeo, Fulgeo. pro αἴθομαι. Sophocl. Aiace, --ἰώιχ' ἑστωτες Λαμπῆρες οὐκέτ' ἤθον. id est ἤθοντο, ardebant. vel ἔλαμπον, fulgebant.

Αἴθων, οντος, ὁ, Particip. Qui vrit, aut Qui vritur, Ardẽs, Splendens. Fœmininum αἴθουσα, Quæ vrit, aut vritur, Quæ ardet, Quæ splendet. ‖ Sed transit in nomẽ participium hoc, ac significat porticum domus, apud Homerum: dicitúrque αἴθουσα hac significatione, vel quasi αἰθομένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, i. quæ calefit aut illustratur à sole: vel δεδιττὰ αἴθεσθαι ἐν αὐτῇ τὸ χειμῶνος. id est, quòd hyeme calefiant homines in ea. vt Etymol. ait. Homerus Od. σ, --ὄφρ' ἵκετ' αὐλὶν Αἰθούσης πυθύρας. Il. υ, Ἑλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο Ἕζεσθ' ἐς αἰθούσησιν ἐφίζανον. Sunt autẽ αἴθουσαι ξεσταί, vt Eustathius ait, subdiales porticus ex politis lapidibus factæ. Idem alibi Homerum αἰθούσας appellare συλωτὰς ἕδρας ait: vocãs ἕδρας, meo quidẽ iudicio, quas Cicero dicit exedras: & συλωτὰς pro περίστυλοις, vndique columnis circundatas. quanquam potius porticus, id est στοά, dici debet συλωτὴ aut περίστυλος, quàm exedra.

Αἴθομαι, Pass. Ardeo. vt αἰθόμενον πῦρ, Il. ω, & apud Pindarum initio Olymp. hymni 1.

Composita, Ἀνάθω & Καταίθω, itidem pro Vro, Accendo. Moschus in Amore fugitiuo, Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα τὸν ἄλιον αὐτὸν ἀναίθει. Καταίθω autem ex Euripide citatur.

Αἶθος, εος, τὸ, Ardor, Æstus, καῦμα, Hesych.

Αἰθὸς, οῦ, ὁ, Ardens, Flagrãs. Item, Ambustus. Eustathius ait αἰθὸν apud Aristophanem significare ἀπανθρακωμένον, i. in carbones redactum. Callimachus in hymno in Dianam ἀποδὶν αἰθὼ appellat cinerem nigrum, vt ait schol. Sed intellige nigrum ex vstione, siue ex fuligine collecta ex vstione. Exponit etiam κεκαυμένον, i. vstam. sed non placet exponere ἀποδιῇ αὐθῇ, cinere vsto.

Αἴθινος, η, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè cõburitur, Comburi facilis. vt αἴθινα ξύλα, apud Etymol. Idem ait καπνὸν αἴθινον appellari τὸν δριμὺν, id est fumum mordacem: siue μέλανα, nigrum.

Αἰθόλικες, Pustulæ in summa cuti, ex igni, aut aliunde. dictæ ἀπὸ τοῦ αἴθειν. Vide Erotiani lexicon in Hippocratẽ à me excusum. vide & Galeni itidem lexicum in eundem, in quo legitur αἰθύλικες non αἰθόλικες: sed apud Etymologicum habemus itidem αἰθόλικας. In Hesychio inuenimus αἴθοκας, sed per errorẽ (opinor) omissa syllaba λι. Galenus addit αἰθυλικωδεα dici quæ αἰθυλίκων formam habent.

Αἴθων, ωνος, ὁ, Ardens, Flagrans. Item καυστικὸς, i. Combustorius. hoc est, Cõburendi vim habens: vt apud Lycophronem, φρυκτὸν αἴθων. ‖ Significat & splendidum. vt αἴθων σίδηρος, apud Homerum exponitur Splendidũ ferrum, aut nigrũ, vt inquiunt grammatici. αἴθωνες λέβητες, Lebetes splendidi, & nitẽtes: aut οἱ πυρὶ αἰθόμενοι, id est, Qui igni vruntur, vt ait Eustathius. sic & αἴθωνες πέπλοι. ‖ Αἴθων dicitur equus, item leo, item homo, metaphoricé. Αἴθωνες ἵπποι, Il. β, & μ, à colore, nigri, seu rutili: aut agiles, quasi feruidi cursu. i. acres ad cursum. Αἴθων λέων, Leo feruidus, Leo qui cum ardore fertur, vel ardente impetu. Αἴθων ἀνὴρ, Vir feruidus, Feruido ingenio præditus: apud Sophoclem Aiace, Οἷαν ἐδήλωσας αὐθρὸς Αἴθωνος ἀγγελίαν. vbi θερμόπορος, θερμοδόκος τῆς μάχης, schol. exponit. id est ignei, ardentis in præliis. Verùm Suidas αἴθοπος ibi legit, nõ αἴθωνος. Apud Suidã autem legitur, αἴθων, ὁ βίαιος λιμὸς, id est, Violẽta fames. quasi videlicet αἴθων per se tam substantiui quàm adiectiui significationẽ habeat. sed ex Etymologico falsum hoc esse comperitur. apud quem habetur, λιμὸν αἴθωνα, τὸν μέγαν. Hesiodus αἴθοπα λιμὸν dixit: vt statim ostendetur.

Αἴθοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, Niger, seu Rutilus. Item Calidus. Item Splendidus. αἴθοψ οἶνος, Nigrum vinum (vt αἴθοψ χροιά, Niger color, inquit Eustathius) vel Rubrum, secũdum alios. Iuxta alios autem αἴθοπα Homerus vocat οἶνον nõ à colore, sed ab effectu: quasi τὸν καυστικὸν, id est quod incendat & ardere faciat. &, vt Gellius lib. 17, cap. 8, natura ignitum, quòd semina quædam caloris in se habeat: vnde non facilè congelascit. Item Od. κ, — αἴθοπα καπνὸν Homerus appellat fumum qui fit dum aliquid incenditur. αἴθοπα χαλκὸν, æs splendidum: quasi coruscũ, flammæ modo. Apud Sophoclem autem αἴθοπος ἀνδρὸς, viri ardentis in prælii. quasi dicas, feruidi bellatoris. & ita quidem Suidas legit: sed in vulgatis editionibus habetur αἴθωνος non αἴθοπος apud Sophoclem, vt modò admonui. Aiunt & Hesiodum dixisse λιμὸν (id est famem) αἴθοπα, pro μέλαινα, i. nigram: vel, θερμὸν, calidam: seu καυστικὸν, quasi incẽdendi vim habentẽ. Quæ expositiones parum conuenire videntur. & Etymol. ac Suidas non αἴθοπα λιμὸν sed αἴθωνα habent, & aliter explicant, vt modò dictum est. Quomodo autem compositum sit αἰθοψ, vide in proximè sequente αἰθίοψ.

Αἰθίοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, Æthiops, Qui vel quæ est ex Æthiopia. Dicitur autẽ αἰθίοψ, vt Etymol. tradit, ab αἴθω & ὄψ ὀπός, quasi qui sit vsta siue vstulata facie, ὁ κεκαυμένην ἔχων τὴν πρόσοψιν. Tostã faciem nõ malè dixerimus (opinor) vt dixit Tibullus, Illi sint comites fusci, quos India torret. Denique sequendo hoc etymon quod Etymol. tradit, αἰθίοψ sonabit ἡλιόκαυστος: quo nomine vtitur Theocr. Sed nõ probo quod ait Etymol. fieri ex αἴθω significãte καίω, i. vro: potius enim ex αἴθω dicerem, posito pro αἴθομαι, & significãte καίομαι. neq; enĩ αἰθίοψ dicitur ὁ καίων ἢ ὄπα, sed ὁ κεκαυμένος τὴν ὄπα. Quid si ab adiectiuo nomine αἰθὸς, potiusquàm à verbo αἴθω deriuari dixerimus? in ea certè sum sentẽtia. Eustath. autẽ ab vtro deriuetur non dicit: ac tantùm scribit, αἰθοψ οἶνος, quasi ὁ ὀπτικαυμένος τὴν ὄψιν. quam cõpositionem habet & αἰθίοψ nomen ἐθνικὸν, ab eo tantùm differens syllabarum numero. ‖ Αἰθίοπι χρωτὶ in Anthol. epigr. Colore nigro. Et fœm. Αἰθίοπισσα apud Eustathium, sed ἰδιωτικῶς dici solitum, vt ille admonet.

Αἰθάλη, ης, ἡ, ab αἴθω, Fuligo. λιγνὺς, apud Dioscoridem. Galenus quoque apud Hippocratem αἰθάλην exponit λιγνὺν, licet Etymolog. differre existimet hæc duo. Hesychius αἰθάλην esse ait ἀποδὸν, id est cinerem: & τὸ ὂν καὶ μόνον μέλαν, id est nigrum illud quod ex camino colligitur. Sed & Lucianus apertè αἰθάλῳ pro fuligine vsurpat. Vertitur αἰθάλη etiam fauilla à Gaza, in Alexandr. Aphrod. Probl. lib. 2.

Αἴθαλος, η, ὁ, Substãtiuum, idem significans quod αἰθάλη. vt apud Ath. 14, ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων, καταπληθεὶς αἰθάλῳ. Lycophron, Παῖδες καταβροχθέντες αἰθάλῳ δέμας. id est ἀποδιᾷ, inquit schol.

Αἴθαλος, ὁ καὶ ἡ, Adiectiuum, Vstus, Tostus, Ardens, apud Pindarum. αἰθάλῳ κιλλῖδι apud Euripidẽ schol. exponit καυστικῇ.

Αἰθαλόεις, εντος, ἡ, Fuliginosus, ab αἰθάλη. vt Vulcanus αἰθαλόεις θεὸς dicitur apud Suidam, i. deus fuliginosus, fuligine oblitus. à Luciano eodem sensu dicitur καταθαλωμένος τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῆς ἀσβόλου. ‖ Αἰθαλόεις μύδρος, apud Nicandrũ, Ferrum candens. quod tamen & μύδρος per se significat. Αἰθαλόεν κεραυνὸς apud Hesiodum, Ardens fulmen, vel coruscũ. αἰθαλόεν μέλδρον, Od. χ, Domus resplendens igni. αἰθαλόεσσα κόνις ab Hom. Il. σ, & Od. ω vocatur cinis. vbi Eustath. ait αἰθαλόεσσαν κόνιν quasi ξηρὰν κόνιν dici, id est siccum puluerem, qualis fit ex combustis corporibus. Aridum puluerem, aut aridam puluerem, non malè dixerimus, opinor: vt poeta quidam aridam puluerem appellat cinerem, quum ait, qui nunc iacet arida puluis. Potest etiã αἰθαλόεσσα κόνις simpliciter accipi pro puluere qui ex adustione est. hoc est, puluere in quẽ res vsta redigitur. Cæterùm constat ab αἴθω deriuari αἰθαλόεις: sed ita tamen vt non proxima sit ab eo verbo deductio, i. non immediatè (vt ita dicam) deriuetur ab ipso verbo: sed (meo quidẽ iudicio) quum fuliginosum significat, ab αἰθάλη aut αἴθαλος substantiuo formetur: quum ardentẽ aut splendidum, ab αἴθαλος adiectiuo. αἰθάλη autem & αἴθαλος ab αἴθω immediatè deriuari notum est.

Αἰθαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Fuliginosus, Fumeus, Obscurus, ex atrore videlicet. καπνώδης, σκοτώδης, ait Hesychius. Aristoteles De mundo, τοὺς δὲ κεραυνῶν οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται.

Αἰθαλέος, η, ὁ, Cineritius, περῳδὴς, inquit schol. Nicandri, in hunc ex Ther. versum, Αἰθαλέη δ' ὅθι πυθὸν ἐρεύγεται αὐχένα κόρση. sed per cineritium intellige cineris habentem colorem, id est nigrum.

Αἰθαλίων, ωνος, ὁ, Ardens. aut Ardorem seu æstum sectãs, Ardore gaudens. τέττιγες αἰθαλίωνες dicuntur à Theocrito cicadæ æstu solis gaudentes. nam quo vehementior est solis calor, eo magis canunt. Idyll. ζ, Τοὶ δὲ πὰ σκιερᾶς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον. Dicuntur autem ab αἴθειν. Habet porro formam diminutiui hoc nomen: quam quidam exprimere volentes, interpretati sunt, ardenticulæ.

¶ Αἰθαλόω, ῶ. F. ώσω. P. ωκα, Vro, Cõburo, apud Euripidem & Lycophronẽ. Item, Nigrefacio, Nigrũ reddo. Propriè Fuliginosum facio, In cinerem & fauillã redigo, ab αἰθάλη. Apud Dioscoridem αἰθαλόω, vt Bud. ait, est Vro ad fuliginem colligendam. Apud eundem αἰθαλῶ λιγνῶ, Hermolaus exponit Colligo fuliginem, Marcellus Facio fuliginem.

Αἰθαλωτὸς, οῦ, ὁ, Vstus, Combustus. apud Lycophronem. formatum ab ἠθαλωται tertia præteriti ab αἰθαλόομαι, ῶμαι.

C. Ἀπαυθαλόω, & Καταυθαλόω. Apud Basilium, Ἀπαυθαλόω, Cõburo, quum dicit, τὸ λυχνιαῖον πῦρ δεῖ τῆς θρυαλλίδος ἀπαυθαλωθὲν ἐκείμεθα τὴν ὀπτασάμενον, ἐξαίφνης δεῖ τῆς μετοχῆς ἀπαυθαλωσαι. A Gaza ἀπαυθαλωμένος alicubi vertitur Torrefactus. Alterũ cõpositum est καταυθαλόω, idem significans. Apud Lucianum autem dicitur Vulcanus καταυθαλωμένος τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῆς ἀσβόλου, pro Vstulatã

faciem habens fuligine, vel Nigrefactam. vt ab Hesiodo dicitur αἰθαλόεις θεός, Fuliginosus deus. Hesychius καταθαλωθρία exponit καπαστδημθία. hoc tamen participiũ καπαστδημθία significare puto In cinerẽ redacta. Sic autem apud eum repono pro καπαστνδημθία.

Αἰθάλω, idem quod αἰθαλόω, in vulg. lex.

¶ Αἰσήρ, ῆρος, ὁ, Incensor, Qui incendit. Opp. De pisc. lib. 5, Δαλὸν εὖδ' μήπων μεγάρων αἰσῆρα φέροντες, titionem ferẽtes ædium incensorem.

¶ Αἰθύσσω, Splendeo, Calefacio, vt inquit Suidas, qui & κινῶ significare ait, item ἐκπείνω. Quod autẽ ad significationem attinet qua pro κινῶ ponitur, existimo tali metaphora eã accipere quali μαρμαρυγαὶ πεδῶν apud Homerũ declarant παὶ σωπήνους κινήσεις. Sed enumerabo significationes huius verbi, earũmque exempla, eo quo sunt apud Suidam ordine. Αἰθύσσω, Moueo, ab eo exponitur in hoc versu, Αὐπθεν ἐξ ἀνῆς ὁ λίγον ῥάκος αἰθύξα σα. Sic apud Athen. 2, Bacchylides αἰθύσσει φρένας videtur dixisse pro Excitat mentem. Hesychius explicat etiam Cõcutio: item in significatione neutra Prorũpo. Suidas exponit Splendẽs, in hoc versu qui est Anthol. epigr. l. 4, Αἰθύσσων λιπαρῆς αὔθος ὕπερθε κόμης. Idem ait significare etiam Calefacere, Extendere. subiũgens tamẽ locum in quo nõ simplex αἰθύσσειν habetur, sed ab eo compositum παραιθύσσειν. Rursum Hesychius ait significare & ῥιπίζειν, quod (vt opinor) accipit pro Ventilare, aut Insufflando excitare. nam & Suidas ait αἴθυγμα dici de igne. Etym. denique tradit αἰθύσσειν & αἰαιθύσσειν significare Iacere, Nauigare, Ferri. deducitq; ab αἴθυγα, quod est marinæ cornicis nomen, vt ipse ait: interim tacens de scriptura quæ dissimilis est. Apud eundem alio loco αἰθύσσειν exponitur αἰαστέιν, αἰακαμεῖν, i. Concutere, Incendere. Cæterùm quin ab αἴθω deducatur hoc verbũ, ciúsque sit πθόγγον (vt loqui solent Græci grammatici) minimè dubito, ideóque hic locum ei dedi. Possit tamen nõ immediatè ab eo deduci, sed ab αἴθυγα (quod ab αἴθω factũ constat) non habita diphthõgi ratione, & accipiendo vt apud Lycophronem, quũ αἴθυγα Mineruam appellat πὶν φωσφόρον.

Αἴθυγμα, τος, τὸ, Suidas ait de igne dici. Etymol. exponit κίνησις (sed apud eum mendosè legitur αἴθυσμα) id est motus. Suidas explicat etiam ὅρμημα, & subiungit hunc locum, ὁ δὲ βασιλεὺς ὠνειροπόλει, καὶ αἴθυγμα ἀμηχέπη καὶ φαντασίαν πνὰ ἀπτελῆ μονάρχιας. Vt à κινύσσω fit κίνυγμα, sic αἴθυγμα ab αἰθύσσω, inquit Eustathius. Hesychius αἰθύσσει exponit ῥιπίζει: eodémq; modo αἴθυγμα explicatur ῥίπισμα, & Latinè Suscitabulũ, vel Fomes & incentiuum, metaphoricè pro incitamento seu incitabulo (vt loquitur Gellius) & citatur hic Polybii locus, εἴκαθα λείπτιστι πνὰ ἢ λίαν ἰσχυρὰ πθὸς αὐτοὺς ἀνοίας αἰθύγματα.

Cõposita sunt ΑΝαιθύσσω & ΠΑραιθύσσω. Suidas (vt modò dixi) postquam tradidit αἰθύσσω significare Calefacio, Item Extendo: subiungit hunc locũ in quo παραιθύσων legitur, nõ αἰθύσων, ex epigr. Οὐδ' ὑπὸ μαρμαρυγαῖς θαλερώπδος ἠελιχμείης Ἄκρα παραιθυσσεις θαλπομθύων πθεύγθον. At verò apud Pindarum παραιθύσσειν pro κινεῖν, ponitur Mouere, Commouere seu excitare. vt quũ dicit, θόρυβον παραίθυξε μέγαν, tumultum magnum excitauit. Quod autem attinet ad Ἀναιθύσσειν, Etymol. vult, itidem vt simplex αἰθύσσειν, significare ῥιπίζειν, πλεῖν, φέρεσθαι. i. Iacere, Nauigare, Ferri, siue Cum impetu agi.

ΑΙΜΥΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, Blandus, Festiuus, Lepidus, Affabilis. Ab Hesychio exponitur ἀστεῖος, id est, Vrbanus, Festiuus, siue Lepidus. Item σωστὸς, Circunspectus. & ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν, id est, Acumine dicendi præditus. Vsurpatur nonnunquam de persona, vt Plutarchus in Eumene, εἰπεῖν μὲ οὐδὲ δεινὸς, αἱμύλος δὲ καὶ πιθανός. Anthol. epigrammatum 3, κούρη αἱμύλος. Sæpius de re, id est de ipsa oratione. Plutarchus in Solone, καὶ τὸ αἱμύλον τῶν ῥωσφιλῶν εἶχεν ἐν τῷ διαλέγεσθαι, i. aliquid affabile, aliquã affabilitatem. Lucianus, αἱμύλη καὶ γλυκεῖα πειθὼ τῶν λόγων σου.

Αἱμύλος, in malam partem, Illecebrosus, Deceptor, Blanditiis decipiens. Suidas αἱμύλος exponit ἀπατεών, id est impostor: item κόλαξ, Affentator: & subiungit hunc locum, τοὺς μὲν πνεῦ αἱμύλων καὶ κομψῶν ἠγήσωνται με πείζειν. vbi tamẽ αἱμύλων arbitror posse significare, festiuorum, lepidorum hominum. Sed Hesiodus occasionem videtur dedisse huius expositionis, αἱμύλος, id est ἀπατεών, Impostor: quum scribit in Ergois, — ἐξαπατῶν Αἱμύλα κωτίλλουσα. vbi notandum αἱμύλα neutrũ plurale pro aduerbio αἱμύλως. Sic & in Theogonia, — δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας Αἱμυλίοισι λόγοισι. Sic apud Platonem αἱμύλος ἔρως à quibusdã exponitur Impostor: sed intelligendum est de impostura quæ fit verborum blanditiis & illecebris. Quare αἱμύλον hoc sensu interpretandum puto Pellacem. Cæterùm αἱμύλον quidã volunt esse tanquam forma diminutiui factum ab αἷμων, i. Peritus: Eustathitis autem deductionis ab αἷμα rationes duas affert, pag. 1391, quò te remitto.

Αἱμυλία, ας, ἡ, Festiuitas, Lepor. Plutarchus αἱμυλίαν & χάριν copulat aliquando. vt, οὐπὲ δρμονία καὶ σωφθεσις ἔχει τοσοῦτον αἱμυλίας καὶ χάριτος. Idem in Paulo Æmylio, Μάρκος ἦν, Πυθαγόρου παῖς τοῦ σοφοῦ, δι' αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν Αἱμυλίοις ὠνομασμένος. vbi αἱμυλίαν λόγου cõposita voce reddideris aptè blandiloquentiã. vnde apparet Æmylius non Latino i sed Græco υ in secũda scribendum esse syllaba. Quinetiam præfigenda esset aspirata H, quæ tamen omitti solet.

Αἱμύλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deriuatum ab αἱμύλος, possessiui formam habens, & idẽ significans. αἱμύλιοι λόγοι apud Homerum & Hesiodũ sæpe: vt Od. α, Αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι Θέλγει. Vbi Eustath. exponit αἱμύλιοι λόγοι, secundum veteres, Verba dolosa, persuasoria, impostoria, versuta. Hes. Theogonia, — πατ' ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας Αἱμυλίοισι λόγοισι. Idem ψευδέα & αἱμυλίοις λόγοις sæpe copulat. vt in Ergois, Ψεύδεά θ' αἱμυλίοις τε λόγοις, κρυφίοις τ' ὀαρισμοῖς. Itidem in alio loco eiusdem poematis.

Αἱμύλλω, Decipio. ἀπατῶ. vnde χρεμύλος vir quidã dictus ab Aristophane, quasi αἱμύλλων τοὺς χρεοφειλέτας, i. decipiens creditores. Schol. Aristoph.

ΑΙ' ΝΟ Σ,

ὄν, ὁ, Grauis, Horrendus, Horribilis. Hom. Il. θ, αἰνὸν ἄχος, Grauis mœror. Ibidẽ, αἰνὸς κόπος, Grauis indignatio. Od. μ, αἰνότατον κακόν, grauissimum malũ. Apud eundem, in primo versu Il. ζ, φύλοπις αἰνὴ, pugna horrenda. Sic Il. ξ, dicit αἰνοτάτῳ ἐριδα πολέμοιο. Hesychius αἰνὸν inter cætera vult significare χαλεπὸν: quod Hesiodus coniungit cum αἰνὸν, in Ergois, — ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί. Homerus autẽ αἰνότερον & κύντερον copulat, Od. λ, Ὣς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. Sic αἰνότατος Κρονίδης, Il. α & ξ. In compositione grauẽ seu horrendum, item malum & infelicem significat, vt mox videbimus. Fieri autem volunt αἰνὸς à δεινὸς, abiecto δ & mutato ε in α: cuius etymologiæ meminit etiam Eustathius. Orion apud etymologicũ ponit & aliud etymon, videlicet à δαΐς, i. pugna. vt à δαΐς fiat δαΐνὸς & δ' αἰνὸς, abiecto autem δ, αἰνὸς. Ego autẽ ab aduerbio αἶ potius deduxerim: vel ex αἰαιὸς ab αἶ deriuato per syncopen factum esse dixerim: si quidem αἰαιὸν cum Hesychio interpretemur dũtaxat χαλεπὸν & αἰνόν.

Αἰνὸν ὅτερον apud Homerum exponit Eustathius obscurum & ænigmaticum, ab αἶνος quod pro ænigmate ponitur, vt infrà dicetur.

Αἰνὰ aduerb. positum pro αἰνῶς. vt αἰνὰ χολωθὴ apud Callimachum hymno in Delum, Grauiter succensuit.

Αἰνῶς, Aduerbium, Grauiter, Horrendẽ. Il. κ, — ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς Δείδω, Grauiter metuo, vel Grauissimẽ. Potest etiã exponi Valde metuo. vt Il. γ, Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῆς εἰς ὦπα ἔοικε, Immortalib[9] deabus valde similis est facie. Od. α, φιλέεσκε γὰρ αἰνῶς, i. Diligebat vehementer. Od. ι, — ἥστο δ' αἰνῶς, Gauisus est vehementer.

Αἰνόθεν, Aliud aduerbium, formam habens aduerbii è loco: deductum ab αἰνὸς eodem modo, & seruiens à dectiuo αἰνὸς, vt substãtiuo αἶνος, quod est vrbis Thraciæ nomen. vt sit αἰνόθεν, Ab Æno vrbe: item αἰνόθεν, ἀπ' αἰνοδαφοῦς ἄμπελος, A re graui & horrenda. Il. η, Ἦ μὲν δὴ λώβη πάδε γ' ἔσται) αἰνόθεν αἰνῶς. Id est, Ex malo malè, vel Cũ graui malo, à grauibus malis. siue post grauia mala. Budæus vernaculo sermone interpretatus est ad verbum valde propriè, De mal en mal. id est, De malo in malum. Existimo autem ita dictum οἰόθεν οἶος.

C. Αἰνοβάκχυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauiter bacchans, Qui vel quæ grauiter bacchatur, aut horribiliter, Graui furore percitus. vt Λυκόφρων αἰνοβακχύτου, apud Lycophronem in Alexandra. Euripides αἰβάκχυτον dicit pro αἰνοβακχυτον, si αἰνοβάκχυτον exponamus κακοβάκχυτον.

C. Αἰνοβίας, ου, ὁ, & Ionicè αἰνοβίης, Strenuus, Bellicosus. ad verbum, Vehementi robore præditus, ex αἰνὸς & βία: in Anth. epigr. Ἀβδήρων τοῦ σταυνόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα.

C. Αἰνόγαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius malæ, i. infelices, sunt nuptiæ, Infelix nuptiis. Ex αἰνὸς & γάμος. significat autem αἰνὸς malum in hoc vocabulo, vt & in aliis multis. adeo vt sit αἰνόγαμος ad verbum noster *maumarié*.

C. Αἰνόθρυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè delicatus, aut Perditè delicatus. Quidã exponunt, Quem male decent deliciæ, aut Cui malè conueniunt deliciæ. Lubenter verò interpretarer Deliciis perditus, vel potius Perditè delicatus. Nam αἰνὸς etiam in compositione vehementiã significat: sed vt αἰνῶς Græcis significantius est quàm λίαν aut ἄγαν, ita Perditè amare Latinis significantius est quàm Vehemẽter amare. Theocr. in Idyllio quod Syracusiæ inscribitur, Εὐνόα, ἄρε τὸν ἄμα, καὶ ἐς μέσον αἰνόθρυπτε Θὲς πάλιν. Ex αἰνὸς, & θρυπτὸς, quod extra compositionem non vsurpatur: deductum à τέθρυπται tertia præteriti à θρύπτομαι.

C. Αἰνόλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Torum malum habens, i. infelicẽ, (intellige autem torum iugalem) apud Lycophronem in Alexandra. Idem valet quod αἰνόγαμος. Fit ex αἰνὸς & λέκτον.

C. Αἰνολέων, οντος, ὁ, pro Αἰνὸς λέων, Horrendus leo, Horribilis leo. Theocr. Idyll. 32, Θηρίον αἰνολέοντα κακὸν τέρας ἀρχοιώτας. Ex αἰνὸς & λέων.

C. Αἰνόλυκος, ου, ὁ, pro αἰνὸς λύκος, Horrendus lupus. Eodem modo quo Theocritus αἰνολέοντα dicit horrendũ leonem. Vtitur Lascaris in epigr. nescio an ad imitationẽ Theocritici αἰνολέοντος hoc vocabulum fingens, an vt alibi inuento vtens. Ex αἰνὸς & λύκος.

C. Αἰνομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Furore graui percitus. Ex αἰνὸς & μαίνομαι.

C. Αἰνόμορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Periens horrenda morte, vel misera morte. Aut, Quem manet horrenda mors. Vel, accipiendo μόρον pro sorte, Qui est malæ sortis, id est miseræ seu miserandæ, Cui misera sors contigit. Aut simpliciter, Infelix, Miserandus. id est δύμορος. Od. ι, — κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη Ἡμῖν αἰνομόροισιν. Il. χ, δύμορον & αἰνόμορον eadem facit: quã ait, ὅ μ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐοῦσαν Δύμορος αἰνόμορον. Vtitur & Æschylus in tragœd. secunda. Fit ex αἰνὸς & μόρος.

C. Αἰνοπαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Grauia perpessus. Od. σ, Ἦ με μάλ' αἰνοπαθῆ μαλακὸν πόθι κῶμ' ἐκάλυψεν. Musæus, (id est autor opusculi quod Musæo falsò adscribitur) Αἰνοπαθὴς Λείανδρε. Ex αἰνὸς & παθὴς, quod in compositione duntaxat vsurpatur, factum ex aoristo 2, ἔπαθον.

C. Αἰνοπλὴξ, ῆγος, ὁ καὶ ἡ, Grauiter feriens, Grauiter percutiens. vt αἰνοπλῆγος ἐχίδνης apud Nic. Ex αἰνὸς & πλήσσω, formando ex fut. πλήξω, vel ex aoristo 1 ἔπληξα, detracta prima & vltima syllaba. eodẽ videlicet modo quo οἰνοπλὴξ. Sed vt οἰνοπλὴξ accipitur in passiua signif. pro Percussus vino, i. temulentus: ita & αἰνοπλὴξ non dubium est quin passiuè dici possit, Qui grauiter est ictus.

C. Αἰνοπόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, paroxytonũ, Qui infeliciter generat, de viro: Quæ infeliciter parit, de muliere. nã πίκπιν etiam de viro per catachresin dicitur, pro γίγνειν. Nõnus, Αἰνοπόκου Σίμωνος ὀδὶ κλόπον ὑγὸν Ἰούδαν. Ex αἰνὸς & πόκος. vel ex πέποκα præterito medio.

Αἰνόπυκος, proparoxytonum, Infeliciter natus, Infeliciter editus in lucem. Accentu duntaxat distinguitur à præcedente, actiuam significationem habente.

Αἰνοτύραννος, ου, ὁ, Idem quod αἰνὸς τύραννος, Grauis tyrannus, Horrendus tyrannus.

C. Αἰναρέτης, ου, ὁ, Cuius grauis est virtus & perniciosa, ὁ ἐπὶ κακῷ ἔχων πονηρέτιν. i. ad verbum, Qui virtutem habet ad malum. Hoc est, Qui virtute abutitur, Qui virtutem habet ad malos vsus. Per virtutem autem intelligitur fortitudo κατ' ἐξοχὴν. Hom. Il. π, Αἰναρέτη, τίς σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψιγονός περ; Aliis legere placuit αἰναρέτης, vt referatur ad χόλος, quod nomen est in proximè præcedente versu: vt sit αἰναρέτης χόλος, ira quæ grauis est & perniciosa virtutibus. Fuerunt etiã qui legerent diui sim, Αἰν' ἀρετῆς, &c. sed prima lectio magis recepta est, quæ & Aristarcho placuit. Fit autem αἰναρέτης ex αἰνὸς & ἀρετή. ¶ Est & nomen viri proprium Αἰναρέτης.

Componitur αἰνὸς etiam cum nominibus propriis: vt in αἰνόπαις & in αἰνελένη, pro Malorũ autor Paris, vel, Grauis seu perniciosus Paris, & Perniciosa Helena. Dicitur & δυόπαις ab Homero pro αἰνόπαις, vt inquit Eust.

ΑΙΝΕΙΑΣ, Troiani illius herois nomen, ab αἰνὸς deriuatum, vt testatur Hom. hymno Veneris, his versibus, Τῷδε καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκά μ' αἰνὸν ἔτεκεν ἄχος, ἔνεκα βροτῶν ἀνέρος ἔμπεσον ἄνῃ. Quidam tamen ab αἰνεῖν, id est laudare, deriuatum esse putarunt.

ΑΙ' ΝΟ Σ,

ου, ὁ, Apologus, Apologatio, apud Quint. Dictũ fabulosum, aut prouerbiale, Sermo seu oratio prouerbialis. λόγος παροιμιώδης, inquit Suid. Eustathio autẽ αἶνος est λόγος μυθώδης, καὶ ὑπόκρυφος, καὶ ἐκπεπαισμένος, id est Oratio fabulosa, & obscura, & figurata: quæ & griphus & ænigma dicitur. Idem ait veteres tradere quæ sequuntur, Αἶνος & παροιμία differunt: nam αἶνος est oratio fabulosa quæ à brutis animantibus aut à plantis ad hominum admonitionem traducitur,

vt ait Lucillius Tarræ⁹ in primo De prouerbiis. A brutis animantibus, vt apud Archilochum, αἶνός τις ἀνθρώπων ὡς ἀρ' ἀλώπηξ, &c. Sic Hesiod⁹, Νεῶν δ' αἶνον ἔασον ἀδυσ' ἀρέων. ὦν' ἴρηξ, &c. A plãtis autem, vt apud Callimachũ, ἄκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην, &c. Hæc apud Eustathiũ, quæ & apud Ammonium reperiuntur. Quint. lib.5, c.11, αἶνον Græci vocant & αἰσωποποίημα, & vt dixi λόγοις μυθικοῖς. nostrorum quidam nõ sanè recepto in vsum nomine apologationem. Cui confine est παροιμίας genus illud quod &c. ‖Videtur αἶνος pro παροιμία poni, (id est prouerbium) a Theocrito, quum ὀν Κυίπαις dicit, Αἶνος θὼ λέγεται τις, ἐῖα καὶ ἄμορος ἀν' ὅλαν.

Αἶνος simpliciter pro quolibet dicto capitur, vt inquit Eustathius, exemplum tamen nullum ponẽs: sed videtur posse ex hoc versu Od.ξ afferri, Ὦ γέρον, αἶνος μὲν τοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας. Nam quod in quibusdam lex. Græc. dicitur αἶνος hic significare prouerbium, apertè falsum est. Obseruandũ est autem, αἶνος quum fabulosam orationem seu fabulosum dictum significaret, vsurpatum fuisse pro quolibet dicto: sic μῦθον pro quolibet dicto posuisse Homerum, quum apud eius posteros in oratione soluta pro fabuloso tantùm dicto seu fabula vsurpatum sit.

Αἶνος, Assensio, συγκατάθεσις, vt ait Eustathius: hinc fieri dicens αἰαίνεσθαι, pro μὴ συγκατατίθεσθαι. Sic & αἰνεῖν pro assentiri vsurpatur, vt dicemus postea.

Αἶνος, Laus, Encomiũ, Dictũ laudatoriũ, aut Oratio laudatoria. Od.φ, — τί με χρὴ μητέρος αἶνος; quid opus habeo laude matris, seu laudatione? Apud Athen.15, quidã poeta, Εἰρεσιηγλώσσης ἀποπέμψομεν εἰς μέγαν αἶνον. Hinc & πολύαινος vocatur Vlysses, multùm laudatus.

Αἶνος, Thraciæ vrbs. Suid. Hes. Eust. Steph. Strabo.

Πολύαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multùm laudatus, Multa laude dignus, vt Vlysses πολύαινος apud Homerum, Il.κ, Εἴ π' ἄγε μ' ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μεγαλοῦδος Ἀχαιῶν. Sic Od.μ, Δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μεγαλοῦδος Ἀχαιῶν. ‖At verò Il.λ, Ὦ Ὀδυσεῦ πολύαινε, δόλων ἆτ' ἠδὲ πόνοιο, exponitur σῶμλε, μωθολόγε, φλυάρε, i. garrule, loquax, nugator, ab αἶνος significante simpliciter λόγον: sed malim in priori significatione hic quoque accipere, vt sit ironia.

Αἴνη, ης, ἡ, Apud Herodotum idem quod αἶνος in significatione proximè præcedente, i. pro Laude. lib.8, εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τοῦ στρατηγὸν ὁ Θεμιστοκλῆς. id est, Maxima laus Themistocli tribueretur. vel, In maxima esset existimatione. Vtitur & Arrianus 8 libro, Ionicè scripto.

Αἰνέω, ῶ. F. ήσω vel ήσω (vt ποθέσω & ποθήσω, καλέσω & καλήσω) sed ήσω magis antiquũ est, & à poetis Ionicè vsurpatur, potius quàm in soluta oratione. P. ῆνεκα, Laudo, secundum significationem illam quam penultimam nomini αἶνος dedimus. Exponitur & Approbo, seu Comprobo. Il.κ, Τυδείδη μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνει, μήτε τι νείκει. Od. π, Οἱ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκουσόντες κακὰ ἔργα. i. Non laudabunt. vel, Non approbabunt. Plutarchus dicit αἰνεῖν, hoc in versu Hesiodi, Νῆ ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐν φορτία θέσθαι, significare ἐπαινεῖν id est Laudare: Laudare autẽ dici pro παραινεῖσθαι. Ad huius autem Hesiodei versus imitationem cõpositum fertur hoc Virgilianum, Laudato ingẽtia rura, exiguum colito. ‖Αἰνέω, Assentior. Cum datiuo personæ apud Apollonium Arg.2, — Ἀγκαίῳ δὲ πολῆς ἤνηται ἑπαίρων, id est, Ancæo autem multi ex sociis assensi sunt. Apud Homerum initio Il.θ, αἰνεῖν it idem pro assentiri cum accusatiuo rei. Πειρήσω δ' ἡμέρας ἐμὸν ἔπος. ἀλλ' ἅμα πάντες Αἰνεῖτ' ἔφρα, &c. id est, Assentimini simul omnes meæ orationi. Potest etiam exponi, Approbate meam orationẽ. Nam licet Eustathius velit poni hic αἰνεῖν pro συγκατατίθεσθαι, eadem tamen manet sententia, vtrolibet modo vertas. fortasse etiam absolutè positũ hic esse putauerit αἰνεῖτε, vel subaudiri datiuum personæ ἐμοί. vt sit αἰνεῖτε ἐμοί. ego malim ἔπος repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Αἰνείω pro αἰνέω interiecto ι. vnde αἰνείη in quibusdã lexicis ponitur pro Laudet. ‖Item αἰνέομαι, οῦμαι, voce passiua pro αἰνῶ. vnde Hesychius αἰνεῖται explicat συγκατατίθεται, id est assentitur.

Αἴνημι, pro αἰνέω dicunt Æoles, inquit Corinthus. vtitur Homerus, — οὔ μιν ἔγωγε Αἴνημι. οὐ γὰρ, &c.

A Αἴνεσις, εως, ἡ, Laudatio vel Assensio. ab ἤνεσα, non ἤνησα, est enim duplex aoristus, vt & futurum. HINC Αἰνέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Laudabilis, Laude dignus. Hesychius αἰνέσιμοι exponit καθήκοντες. HINC & Αἰνεσία, à quo datiuus pluralis αἰνεσίησι apud poetas reperitur, vt apud Callimachum in hymno Dianæ, & apud Apoll. Rhodium: vide in Ἐνεσία post Ἔνεσις in Νοῦς.

Αἰνετὸς, ή, ό, Laudabilis, Laude dignus. Fit ab ἤνεται tertia præteriti ab αἰνέομαι. quanquam ἤνηται potius dicitur, præsertim in soluta oratione. vt ἤνημαι, & ἤνησται. Hesychius citans hæc verba Αἰνεταὶ νεικείοντα, (quod posteri⁹ vocabulum mihi suspectum est) αἰνετὰ exponit ἐπαίνου ἄξια, id est, Laude digna.

B Αἴνος simpliciter pro quolibet dicto capitur, vt inquit Eustathius, exemplum tamen nullum ponẽs: sed videtur posse ex hoc versu Od.ξ afferri, Ὦ γέρον, αἶνος μὲν τοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας. Nam quod in quibusdam lex. Græc. dicitur αἶνος hic significare prouerbium, apertè falsum est. Obseruandũ est autem, αἶνος quum fabulosam orationem seu fabulosum dictum significaret, vsurpatum fuisse pro quolibet dicto posuisse Homerum, quum apud eius posteros in oratione soluta pro fabuloso tantùm dicto seu fabula vsurpatum sit.

Αἶνος, Assensio, συγκατάθεσις, vt ait Eustathius: hinc fieri dicens αἰαίνεσθαι, pro μὴ συγκατατίθεσθαι. Sic & αἰνεῖν pro assentiri vsurpatur, vt dicemus postea.

Αἶνος, Laus, Encomiũ, Dictũ laudatoriũ, aut Oratio laudatoria. Od.φ, — τί με χρὴ μητέρος αἶνος; quid opus habeo laude matris, seu laudatione? Apud Athen.15, quidã poeta, Εἰρεσιηγλώσσης ἀποπέμψομεν εἰς μέγαν αἶνον. Hinc & πολύαινος vocatur Vlysses, multùm laudatus.

Αἶνος, Thraciæ vrbs. Suid. Hes. Eust. Steph. Strabo.

C Πολύαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multùm laudatus, Multa laude dign⁹. vt Vlysses πολύαινος apud Homerum, Il.κ, Εἴ π' ἄγε μ' ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μεγαλοῦδος Ἀχαιῶν. Sic Od.μ, Δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μεγαλοῦδος Ἀχαιῶν. ‖At verò Il.λ, Ὦ Ὀδυσεῦ πολύαινε, δόλων ἆτ' ἠδὲ πόνοιο, exponitur σῶμλε, μωθολόγε, φλυάρε, i. garrule, loquax, nugator, ab αἶνος significante simpliciter λόγον: sed malim in priori significatione hic quoque accipere, vt sit ironia.

E Αἴνη, ης, ἡ, Apud Herodotum idem quod αἶνος in significatione proximè præcedente, i. pro Laude. lib.8, εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τοῦ στρατηγὸν ὁ Θεμιστοκλῆς. id est, Maxima laus Themistocli tribueretur. vel, In maxima esset existimatione. Vtitur & Arrianus 8 libro, Ionicè scripto.

Αἰνέω, ῶ. F. ήσω vel ήσω (vt ποθέσω & ποθήσω, καλέσω & καλήσω) sed ήσω magis antiquũ est, & à poetis Ionicè vsurpatur, potius quàm in soluta oratione. P. ῆνεκα, Laudo, secundum significationem illam quam penultimam nomini αἶνος dedimus. Exponitur & Approbo, seu Comprobo. Il.κ, Τυδείδη μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνει, μήτε τι νείκει. Od. π, Οἱ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκουσόντες κακὰ ἔργα. i. Non laudabunt. vel, Non approbabunt. Plutarchus dicit αἰνεῖν, hoc in versu Hesiodi, Νῆ ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐν φορτία θέσθαι, significare ἐπαινεῖν id est Laudare: Laudare autẽ dici pro παραινεῖσθαι. Ad huius autem Hesiodei versus imitationem cõpositum fertur hoc Virgilianum, Laudato ingẽtia rura, exiguum colito. ‖Αἰνέω, Assentior. Cum datiuo personæ apud Apollonium Arg.2, — Ἀγκαίῳ δὲ πολῆς ἤνηται ἑπαίρων, id est, Ancæo autem multi ex sociis assensi sunt. Apud Homerum initio Il.θ, αἰνεῖν it idem pro assentiri cum accusatiuo rei. Πειρήσω δ' ἡμέρας ἐμὸν ἔπος. ἀλλ' ἅμα πάντες Αἰνεῖτ' ἔφρα, &c. id est, Assentimini simul omnes meæ orationi. Potest etiam exponi, Approbate meam orationẽ. Nam licet Eustathius velit poni hic αἰνεῖν pro συγκατατίθεσθαι, eadem tamen manet sententia, vtrolibet modo vertas. fortasse etiam absolutè positũ hic esse putauerit αἰνεῖτε, vel subaudiri datiuum personæ ἐμοί. vt sit αἰνεῖτε ἐμοί. ego malim ἔπος repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Αἰνείω pro αἰνέω interiecto ι. vnde αἰνείη in quibusdã lexicis ponitur pro Laudet. ‖Item αἰνέομαι, οῦμαι, voce passiua pro αἰνῶ. vnde Hesychius αἰνεῖται explicat συγκατατίθεται, id est assentitur.

Αἴνημι, pro αἰνέω dicunt Æoles, inquit Corinthus. vtitur Homerus, — οὔ μιν ἔγωγε Αἴνημι. οὐ γὰρ, &c.

c.2. Συναινέω, νῶ, Collaudo. Accipitur pro Comprobo, Astipulor, Assentior, συγκατατίθεμαι. Plut. τοὺς μεθόδους τοῦ φόνου καὶ τοῖς συναινέσαι τοῖς ἀπόκριναι εἰς Ἀθηναίαν. Apud Herodotũ ὁ συναινέων, pro Dissentio, vel Dissuadeo. A HINC Συνέπαινος, quod adiectiuè ponitur (nõ substantiuè, vt ἔπαινος: ideóque tanquam posterius verbo hîc à me ponitur, sicut & Συγκάπαινος post Συγκαταινῶ) Astipulator vel Astipulatrix, Qui vel quæ assentitur aut cõprobat. vt συνέπαινος εἰμὶ τοῦδε, pro Comprobo hoc.

c.2. Ὑπερεπαινέω, νῶ, Supramodum laudo, Immensis laudibus prosequor, apud Æschin. B

C. Καταινέω, νῶ, Cõprobo, Annuo, Assentior, Acquiesco. Thuc. lib.4, pag.160, Ἀνεστόνυμος δὲ τοῖς μὲ ἄλλοις κατήνει, Σκιωναίοις δέ, &c. i. Cætera quidem approbabat, Cæteris acquiescebat, vel assentiebatur. Schol. exponit, συνεπήνει, κατένευε συναινῶν. Ex Herodoto autem citatur καταινεῖν cum ὅτι, vt καταινέσας ὅτι τοῦτο, quum hæc approbasset. ‖Καταινεῖν, Cõcedere aliquid petenti, Annuere petitioni alicuius. vt τινὶ παῖδα vel τινὶ θυγατέρα καταινεῖν. Euripides, ὅτῳ τοῦδα κατήνεσας, quod exponitur in vulg. lex. Cui filiam destinasti. Plut. in Pompeio, 211, μείλιγμα Σκιπίωνι τῆς θεᾶς τινὶ ἑαυτὸ θυγατέρα καταινέσας. vbi Bud. καταινεῖν vult esse Concedere. Sunt qui Spondere vel Despondere interpr. HINC Καταίνεσις non solùm exponitur Assensus vel Approbatio, sed etiam Sponsio, sequendo peculiarem illam verbi significationem. C

c.2. Συγκαταινέω, νῶ, Simul approbo, vel simpliciter Approbo, Assentior, Astipulor, κατανεῦω. Xen. ἢν δὲ τὰ τοῦ θεοῦ ἡμῖν δόξαν συγκατανεῦ, ἐξίωμεν οἷς πέπρακται. HINC Συγκάπαινος adiectiuũ (vt de Συνέπαινος modò dixi) Qui vel quæ assentitur, Astipulator siue Astipulatrix. Apud Dem. pro Cresiph. in Philippi epist. βελτιόνων ὑμᾶς συγκαταίνοιμι τοῖς ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένοις. ET Συγκαταίνεσις idem quod καταίνεσις modò expositum. D

C. Παραινέω, νῶ. Suadeo, Hortor. Item Admoneo. Dicitur παραινῶ σοι τοῦτο, vel παραινῶ σοι τοῦτο. Pla. epist.7, ἐθέλοντα πείθειν καὶ πάλιν ἤδη παραινεῖν. Xen. ὅποτε ἐκεῖνος παραινοῖη, ταῦτα φαίνοιτο πιθεῖν. Thuc. lib.1, παρῄνει Θιάδης, Suadebat hæc, Hortabatur ad hæc. Plut. in Publ. παραινῶν τοῖς Ῥωμαίοις ὁρᾶν. vbi παραινῶν nõ solùm potest exponi Suadens vel hortans, verumetiã admonens. Παραινεῖν interdum cum solo datiuo personæ pro Consiliũ dare alicui. Et παραινῶ σοι ὅπως χρὴ πιθεῖν, Consilium tibi do quomodo faciendũ sit, vel Admoneo quomodo, &c. Xen. Pæd.3, p.48, ἐγὼ δ' ὑμῖν μὲ παραινῶ ὁποίας πναὶ χρὴ εἶ) ὧν ὧ πιῶδε, αἰφωνομλω αὐ. οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ὅπως ἐμοὶ ἐπισαμῶνος. Passiua autẽ voce dicitur παραινεῖσθαί τι apud Thuc. pro Suaderi. ‖Παραινεῖν interdũ pro Admonere simul & præcipere, vel Præcepta dare. vt Bud. exponit in hoc loco Isocr. ad Philippũ, εἰ μὴ πρεσβύτερόν σοι ἐπιζηλοῦν παρηνεκῶς ἐξῶν ἐδόκει μοι μάλιστα τὰ πρὸς ἑπυτα σωτηρίαν. Idem hæc Galeni ad Glauc. lib.1, παρῄνει μὲν ὅν, ὡς αὖ τινι δίζῃ, τὸ πᾶν, inter pr. Cuipiã igitur videri posse omnia de hac re esse dicta & præcepta, vel cõmonefacta. Apud eundẽ παρῄνεῖν accipi ait pro Probatũ & fieri iussũ. & citat, παρῄνει γὰρ ὑπὸ πάντων, Iubetur fieri & probatur. Hactenus Bud. Quib⁹ addo, Παραινεῖν interdũ etiam videri esse iubentis pro imperio, siue imperantis aliquid fieri. vt apud Arist. Ranis, παραινῶ σοι σωπᾶν. E

Παραίνεσις, εως, ἡ, Adhortatio, Admonitio, Cõsiliũ quod datur. Thuc. l.1, παρασκευάζεσθαι τε καὶ παρασκευάζειν ἐν ᾧ παρόντι ποιεῖσθαι [ἐβούλετο] eos cõfirmare & officii monere. Xen. Pæd.3, p.50, ἐνὶ μία γὰρ ὅπως ἔσται καλὴ παραίνεσις ἥτις τοῦ μὴ ὄντος ἀγαθοῦ, αὐθήμερον ἀνόνητος ἀγαθοῦ τοῦ ὄντος. quũ antea προκελεύσεις eadẽ de re dixisset. Hæc tãquã synonyma poni solent, ἐνθέσεις, προκελεύσεις, συμβουλή, προτρέψεις. Ex quibus προτρέψεις quidem synonymũ esse, ille Xen. locus satis probat. Quinetiam Thuc. lib.4. p. 161, ὑπόμνημα & παραίνεσιν appellat quod διδαχὴν & παρακέλευσιν dixerat. At inter συμβουλὴν & παραίνεσιν differentiã statuit Ammonius: sed quam cõfundi videmus in hoc Isocratis loco, vbi παραίνεσιν γράφων & συμβουλεύειν de re eadem dicit, παραίνεσιν γράψαντες, μέλλομεν σοι συμβουλεύειν ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι. At verò προτρέψεις & παραίνεσιν ab eo distingui dictũ est in προτρέψεις. F

A sed tamen quin προτρέψεις aliquando παραίνεσιν significet, minimè dubiũ est. Παραινέσεις & δεήσεις copulantur à Plut. in Fabio, παραινέσεις καὶ δεήσεις πολλὰς αὐτῷ ποιούμενος. Apud Thucyd. παραίνεσιν quidam sententiam interpr. lib.2, βραχεῖα παραίνεσις ἄπαν σημαινῶ. Idem verò genitiuum γνώμης addidit cum παραίνεσις lib.1, οὐδὲ γὰρ ὅτι κωλύσει, ἀλλὰ γνώμης παραίνεσις δοῦναι τῷ κοινῷ ἐπιτρεψόμεθα. Vbi ὅτι γνώμης παραίνεσις exponitur Vt cõsilio moneret. Fortasse autem ita etiam verti potest, Vt consiliũ suũ exponerent: id quidẽ sequendo quod Eustathius scribit, εἰ ὃ καὶ τὸν αἶνον ὅτι τὸ ἁπλῶς λόγου θέσεις, ὅμοια τί, τε παραινῶ καὶ τὸ προτρέψημι. At verò παραίνεσιν ἀσκήσας apud Aphthoniũ redditur, Sapientiæ præcepta cõplexus. ‖Παραίνεσιν Gellius ad castigationem & emendationẽ pertinere vult, ita ordiens c.14, lib.6, Puniendis peccatis tres esse debere causas existimatũ est. Vna est quæ νουθεσία vel κόλασις vel παραίνεσις dicitur: quum pœna adhibetur castigandi atque emendandi gratia: vt is qui fortuitò deliquit, attentior fiat correctiórque: altera est quam ii qui vocabula ista curiosius diuiserunt, πωμεία appellant.

Παραινέτης, ου, ὁ, Adhortator, Suasor, Admonitor. HINC Παραινετικὸς, κὴ, κὸν, Adhortatorius, Suasorius, Monitorius. παραινετικὸς λόγος, Oratio ad bonos mores hortatrix, vel Oratio præcepta ad vitam bene instituendam cõplectens. nam παραινετικὸς exponitur etiam præceptiuus, quo vtitur Seneca, προτρεπτικὴ ἡ παραινετικὴ στάσις interpr. ex Quint. Status exhortatiuus. ET aduerb. Παραινετικῶς, Exhortatiuè, Exhortatoriè, More exhortantis. Vel, Cum exhortatione.

c.2. Συμπαραινῶ, Simul exhortor, Vnà cum aliis hortor. vel simpliciter pro παραινῶ. Sic Suidas ex Aristophane affert συμπαραινέσας ἔχω non pro συμπαρῆνεσα, sed pro παρῆνεσα.

C. Συναινέω, Assentior. Item Cõprobo, Approbo. Philo De vita M. l.1, ὡς ἀνενδοιάστως συναινεῖν καὶ ἑπόμενος ἔπεσθαι. Apud Xen. autem cum datiuo personæ & accusat. rei, Pæd.8, βούλομαι δὲ, ἔφη, σοὶ τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτα σοι συναινέσαι. Vt putet fortasse aliquis accusat. regi posse à subaudita præpositione κατά.

Συναίνεσις, Comprobatio, Assensus. ET Συναινέτης, Cõprobator, Qui assentitur. ET Σύναινος pro eodem. exponitur enim ὁμόδοξος ab Hesychio, id est, Qui eiusdem est opinionis. non (vt in vulg. lex. exponitur hîc) Laudis particeps.

C. Ἀ ΝΑΙ Ν ΟΜ ΑΙ, Abnuo, Renuo, Recuso, Detrecto. Item Inficior. Ex αἶνος quod assensionẽ significat, vt ait Eustath. præfixo α priuatiuo, & interiecto ν euphoniæ gratia. Interdum cum infinitiuo iungitur, vt Il.σ, Ἐνθ' αὖτις μὲ ἔπειτ' ἠνήνατο λοιγὸν ἀμῦναι. Aristides, οὐκ αἰαίνεται μὴ οὐ κοσμεῖν. Sæpe cum accusat. vt apud eundem poetam, Od.ζ, de Clytæmnestra, — τὸ πρὶν μὲ αἰαίνετο ἔργον ἀεικές. Xen. Pæd.2, ὡς μηδὲν αἰαίνοιντο ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὐτῇ πρὸς ἅ, ὅσα αὐ ὁ ἄρχων προστάττοι, i. Vt nullum opus detrectent, sed existiment decere se agere quicquid imperator iusserit. In Anth. epigr. — ὠδίνων μνήστιν αἰήναθαι. Habet & accusatiuum personæ pro Repudio, Respuo, & (secundũ quosdã) Aspernor. Od.θ, Τῶν δ' ἄλλων οὔπερ τιν' αἰαίνομαι οὐδ' ἀθετέζω. Demosth. εἰ δὲ τοῖς δόξαι ἡ γῆμος αἰαίνη τὸν Φορμίωνα κηδεστήν, id est Repudias, vel respuis socerum præ nobilitate tua. vel, Non agnoscis esse socerum tuum, vt interpretatur Budæus.

Αἰαίνομαι quidam grammatici volunt propriè dici de recusatione circa nuptias, aut concubitum: & non eam quam paulo antè annotaui deriuationẽ sequuntur, sed ex ἀρνοῦμαι factũ volũt ἀρναίνομαι, deinde sublato ρ, αἰαίνομαι.

H c.2. Ἀπαναίνομαι, aor.2, ἀπηνηνάμην, Renuo, Respuo, Recuso, Reiicio. Cũ accusat. Od.κ, Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπαναίνεσθαι θεοῦ δύνιν. Et Il.η, Οἱ δ' οὐ γνώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος. vbi autor breuium scholiorum exponit ἀπηρνήσαντο. Hesiodus, Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δὸς καὶ ἅμαξαν, Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι. Quod cõuenit cum nostro prouerbio, A *beau demandeur, beau refuseur.* Vsi sunt hoc verbo interpretes Bibliorũ non semel, vt Ecclesiastici

cap.4, ἱκέτευω δ' λιβόωδον μὴ ἀπαναίνου, Supplicem qui affligitur ne respuas, vel reijcias. Citatur & ex Psalmo 76, cum infinitiuo, ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡψυχή μου, Anima mea consolationē accipere recusauit. Vel, consolationem respuit. Videtur autem esse significantius ἀπαναίνομαι quàm simplex ἀναίνομαι, quòd negatio velut geminata sit.

ΑΙΝΙΖΟΜΑΙ. F. σομαι, Idem quod αἰνῶ, Laudo. Exponitur etiam Admiror ab Hesychio. Il. ν, Ὀθρυονεῦ, πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἀπάντων. & Od. θ, Δημόδοκ' ὄξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἀπάντων.

Αἰνίζομαι item pro αἰνιάσομαι, apud Eustathium, & Αἰνίζω etiam, apud Suidam, Obscurè significo, &c. Vide signif. verbi Αἰνίσσομαι.

ΑΙΝΙΣΣΟΜΑΙ, (pro quo frequentius dicitur Αἰνίττομαι Atticè) Obscurè significo, Obscurè vel occultè innuo, Inuolucro quodam verborum significo, Ænigmaticè significo. A Budæo exponitur, Occultè significo, & do intelligendū. Item, Alludo ad aliquid. Iungitur sæpe accusatiuo: vt Pl. Apologia, τοῦτ' αὖ εἴη ὁ ἐγὼ φημί σε αἰνίττεσθαι. Ibidem, τί λέγει ὁ θεὸς καὶ τί ποτε αἰνίττεται; Gregorius De baptismo, τοὺς ἀπόγονον αἰνιττόμενος. Plutarchus De plac. philosophorum, τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος αἰνίττεται. vbi Budæus vertit, Euemerum autem & Callimachus taxat. ‖ Interdum etiam præpositio interiicitur, vt apud Æschinem, τοῦ πεῖραν τοῦ πρεσβυτικοῦ λέγειν οὐκ ἂν ἔφη δύνασθαι πρέπειν τινί, αἰνιττόμενος εἰς ἐμέ. id est, Occultè me significans, De me id intelligendum dās. Schol. Aristophanis, αἰνίττεται εἰς Εὐριπίδην, Alludit ad Euripidem. vel, Taxat Euripidē. vt Bud. Εὐήμερον αἰνίττεται, reddit, Taxat Euemerū. Alicubi etiam præpositio πρὸς interiicitur: vt, αἰνίττομαι τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα, Per hoc occultè significo aerem. ‖ Aliquando & infinitiuo iungitur. vt apud Plut. in Themistocle, αἰνίττομαι παράξειν τὰ ἐσκήνωματα. ‖ Dicitur & ita, αἰνίττομαι τί τοῦτό σοι, pro Occultā seu obscurā do huiꝰ rei significationē; Obscurè significo quid & quale sit hoc. Plato Pol. 1, ἠνίξατο δρᾶ ὁ Σιμωνίδης ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὁ ἐστι, i. Obscurè & tectè, poetico more, declarauit quid esset iustū, Poeticis quibusdam verborū inuolucris significauit. Qua periphrasi mihi melius & apertius vim huius verbi exprimere videor, quàm vertendo vt quidam, Velamine poetico significauit. Cæterùm possit alicui videri δίκαιον in accusandi casu esse positum (vt si dicerem δηλῶ τὸν σὸν πατέρα τίς ὤν) sed potius intelligendum τὸ δίκαιον ὁ ἐστι pro ὁ ἐστι τὸ δίκαιον. vt alibi. ‖ Ponitur etiā absolutè αἰνίττομαι, vt apud Aristot. Rhet. 3, μεταφοραὶ δὲ αἰνίττονται, i. (vt schol. Græcus explicat) sunt ænigmata, quatenus videlicet obscurè res declarāt. Quidam vertit, Ænigma gignunt. Ego malim reddere, Ænigmaticum aliquid habent, vel ænigmaticæ sunt.

Αἰνίττομαι, in passiua significat. vsurpatur, præsertim in participio præteriti temporis ἠνιγμένος. vt χρησμὸς ἠνιγμένος apud Aristophanem, oraculum obscurè editum & ænigmaticè. nā exponitur μετ' αἰνίγματος λελεγμένος. Sic quidam & in loco Aristotel. proximè citato. Sic apud eundem τὰ δὴ ἠνιγμένα, Quæ eleganter per ænigma significata sunt, Quæ ænigmaticè expressa sunt cum aliquo lepore & gratia, Quæ aptis ænigmatis exposita sunt.

Αἴνιγμος, ου, ὁ, ab ἤνιγμαι, prima præteriti ab αἰνίττομαι, Ænigma. In vulg. lex. Græcol. ponuntur duntaxat exempla genitiui pluralis αἰνιγμῶν. sed reperitur & in singulari numero, vt apud Athenæum 10, δηλῶν ὃν αἰνιγμῷ τῇ τοῦ αὐτοῦ κατάστασιν. Vtuntur autem sæpe genitiuo plurali αἰνιγμῶν, dicentes δι' αἰνιγμῶν, per ænigmata, pro αἰνιγματωδῶς, ænigmaticè, obscurè, cum ambagibus verborū aut inuolucris. Aristophanes Ranis, δι' αἰνιγμῶν σοι ἐρῶ. Sic Plato in epist. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν. Plut. in Galba, δι' αἰνιγμῶν & αὐτόκρις oppositi, οὐ δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' αὐτόκρις ἔφη σημεῖα, i. οὐκ αἰνιγματωδῶς, ἀλλ' αὐτόκρις. Æschines dixit, κ' δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ἐναργῶς. Plato in Timæo, τοῦ δι' αἰνιγμῶν φήμου dixit pro τοῦ αἰνιγματώδη φήμου.

Αἴνιγμα, τος, τὸ, Idē quod αἰνιγμός, & fit itidē ab ἤνιγμαι prima præt. ab αἰνίττομαι. posui autē αἴνιγμα posteriore loco, quia ab eo formātur alia nomina, & quòd αἰνιγμός quoque potuisset videri ab eo esse deriuatum, quū sit itidem ab ἤνιγμαι. Αἴνιγμα vocatur etiā à Latinis Ænigma: sunt & qui scirpum interpretentur. Non malè periphrasticè Ambages verborū exponeremus, aut Verborum inuolucra. Ambagiosus sermo, nimis durè diceretur. Posset etiam exponi αἴνιγμα, Oratio verborū inuolucris tecta: sed breuiꝰ, Ænigmatica oratio. Quintilianus lib. 8, c. 6, allegoriam obscuriorem ait dici ænigma. Sphingis αἴνιγμα apud Athenæum 10, Quæstio ænigmatica, & obscurum ac latentem sensum habens. Pythagoræ αἰνίγματα, apud eundem, ibidem. αἰνίγματα & χρίφοι, Plut. Symp. 5, & 8. Dicunt δι' αἰνιγμάτων, vt & δι' αἰνιγμῶν, pro ænigmaticè, id est obscurè. Æsch. contra Ctesiphontem, οὐ γὰρ δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ἐναργῶς γεγραπται ἐν τῇ δρᾷ. Cicero dicit esse ἐν αἰνίγμασι quæ obscurè & occultè sūt scripta: ad Att. lib. 2, In his epistolis me Lælium, te Furium faciam. cætera erunt ἐν αἰνίγμασι.

Αἴνιγμα pro occulta significatione alicuius rei. vt apud Aretham in Apocal. ἡ λόγος ἡ πολὺ αἴνιγμα τὸ κεκαθάρθαι αὐτοὺς τῷ οἰκείῳ αἵματι. id est αἰνίττεται τὸ κεκαθάρθαι.

Αἴνιγμα Thebanis λόγον etiam significabat (vt refert Eustathius ex Palæphato) quia οἱ λοχῶντες βούλονται κρύπτεσθαι καὶ λανθάνειν ὡς εἰ καὶ ὑπὸ σκότῳ αἰακῷ ἦσαν. Hoc autē subiūgit ei quod dixerat, quosdam αἶνον in signif. τὸ συμβολικοῦ λόγου deduxisse πρὸς τὸ αἰακόν.

Αἰνιγματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ænigmaticus, Ænigmaticè (id est obscurè) dictus vel scriptus. Aristot. Rhet. 2, ἀρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα, καὶ τὰ αἰνιγματώδη. HINC Αἰνιγματωδῶς, aduerbium, Ænigmaticè, Per ænigmata, δι' αἰνιγμάτων. Athen. 10, ἐὰν ὅτι καὶ μελαίνει τοῦ φράσαι, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει.

Αἰνιγματίζομαι, Ænigmaticè loquor, Sermone ænigmatico (id est obscuro) vtor. VNDE Αἰνιγματιστής apud Gregorium, ὁ τοῦ πρεσβυτοῦ, Sermone ænigmatico vtēs, vel potius, vti solitus. Expositurus mihi aptissimè videor hoc modo, Sermonis ænigmatici affectator. quia non simpliciter significat αἰνιγματιστὴς eum qui sermone ænigmatico vtitur, sed qui eo vti gaudet. ὡς τοῦ τῆς παρ' ἡμῶν αἰνιγματιστοῦς, &c. Id est, hominibus ænigmaticum sermonem & obscurum affectantibus.

Αἰνικτός, οῦ, ὁ, Ænigmaticè & obscurè dictus, Ænigmaticus, Obscurus. fit ab ἤνικται tertia præteriti ab αἰνίττομαι. & idem valet quod ἠνιγμένος, sicut αἰμακτὸς diximus sumi pro ἠμαγμένος. Suidas αἰνικτὰ exponit ἄδηλα, κεκρυμμένα, id est ignota, occulta: citans hunc versum ex Sophocle (licet ipse cuius sit nō admoneat) in Œdip. tyranno, ὡς πάντα γ' αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις. sed in vulg. edit. legitur, ὡς πάντα γ' ἄγαν αἰνικτά.

Αἰνικτήριος, ε, ὁ καὶ ἡ, Idem quod αἰνικτός, & ab eo formatū. VNDE aduerb. Αἰνικτηρίως, Ænigmaticè, Obscurè, Cū inuolucris & ambagibus verborum. Æsch. in Prometheo, pag. 51 meæ editionis, τοῦ ὧν σὺ λαμπρὸς κ' οὐδὲν αἰνικτηρίως προσηρρύθης, &c. Rursum pag. 58, Καὶ τοῦτο μόνοι μηδὲν αἰνικτηρίως Ἀλλ' αὖθ' ἕκας' ἔκφραζε.

Παραινίττομαι, Obiter declaro, & quidem non apertè, sed velut per ænigma, Tacitè & obscurè innuo. Basilius, ὃν δύο τῶν ὀρχῶν τῶν παντὸς τοῦ ὑπαρξὶν παραινίζεται. Fortasse παραινίζεται & pro ὑπαινίζεται accipere possimus, de quo mox dicā. Plutarchus αἰνίττεσθαι & πρόσδηλοῦν copulauit, vt & in proximè sequente Demosth. loco, ὑπαινίττεσθαι & πρόσδηλοῦν coniunguntur.

Υπαινίττομαι, Subobscurè declaro, siue innuo, Ænigmaticè significo, αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνω, inquit Hes. A Budæo exponitur Clām significo in hoc Demosthenis loco, ὑπαινίττεται δ' οὔπω ποτ' καὶ παρεδήλου τὴν Ὠρωπόν. Ego malim, ad exprimendam vim præpositionis ὑπὸ, interpretari, Subobscuris verbis innuo. vel Tacitè verbis obscuris innuo, aut Tacitè & obscurè innuo, vel Tacitè & occultè innuo. Obseruāda est autem hic præpositio πρός in πρόσδηλοῦν, iuncto cum ὑπαινίττεσθαι, quæ in proximè præcedenti cōpositio habetur παραινίττεσθαι. Plut. in lib. De orac. def. ἡ δὲ ὑπὸ τοιχεῖον ἔφοδος ἣν αὐτῆς ὑπαινίζατο. ‖ Apud Aretham identidem ὑπαινίττομαι pro Significo, Figuratè dico, χρηματίζω. Bud.

Αἰξ, αἰγός, ἡ, Capra. Interdum & ὁ αἶξ, Caper. vt apud Herodotū Euterpe, (τέδον) δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι. Sic & apud Aristotelem De nat. anim. 3, & de gen. anim. 4, αἰγὶ φυτᾶν τὸ πῦρ. Eustathius vult Attico more in masculino genere vsurpari. Dicuntur autem αἶγες, tam ἔριφοι, id est recēns natæ capræ, quàm χίμαροι, quæ sunt anniculæ vel mediæ ætatis: & adultæ, τράγοι. sed τράγοι mares duntaxat appellantur. Vide scholiasten Theocriti. Sunt qui velint ab Homero has, τραγόνους appellari, medias μεσάτας, alias ἔρσας. Fieri autem aiunt αἶξ à verbo αἴσσω: vt sit primùm ἄϊξ, deinde per synæresin αἶξ. Αἶξ ἄγριος, Caper syluestris, Aristot. De nat. anim. lib. 8, cap. 28, & apud Homerum sæpe. αἶξ ἄγρια, capra syluestris aut agrestis. vno verbo, caprea. Apud Homerū autē ἄγριον αἶγα possumus de vtrolibet sexu intelligere. nam ἄγριος pro ἀγρία vsurpatur aliquando. ‖ Ἀπὸ τῆς αἰγὸς denominata fuerunt varia loca. vt Αἰγὸς ἕλος, Αἰγὸς ποταμοί, Αἰγόσθενα, de quibus vide in dictionariis propriorum nominum.

Αἶξ, Capra, Signū cæleste: videlicet stella in sinistro Aurigæ humero, vt inquit Proclus. Αἶξ οὐρανία, Capra cælestis, prouerbium apud Suidam & Eustathium, cuius meminit & Erasmus.

Αἶξ, Auis quædam in aquis versans. Citatur ex Arist. De nat. anim. l. 8, c. 3. Capella vertitur à Gaza.

Αἶξ, Fluuius quidam iuxta Sestum, apud Herodotū lib. 9, ad finem, ὑπὲρ αἰγὸς ποταμοῦ.

Αἰγοβοσκός, οῦ, ὁ, Caprarius, Caprarum pastor. Idē quod αἰγοβότης. In vulg. lex. Græcolat. παροζυπόνως scribitur αἰγοβόσκος: sed malo αἰγοβοσκὸς vt πορνοβοσκός. planè enim eadem est formatio.

Αἰγοδίωξ, ωκος, ὁ, Capras persequens, Qui capras persequitur. Caprisequus vulgò exponitur. Fit ab αἶξ & διώκω. Sed est rarissimum vocabulum, & quidem duram compositionem habens. perinde est enim acsi pro ἐρωδιόκτης diceret quis ἐρωδιόξ. Scribi etiam posset fortasse αἰγοδιώξ, αἰγοδιῶκος.

Αἰγοθήλης, ου, ὁ, Caprimulgus, auis quædam à capræ vberibus sic dicta. nam θηλὴ vber significat, seu mammam.

Αἰγόκερως, ωτος, ὁ, Capricornus. Interdum secundum Aticam declinationem αἰγόκερων pro αἰγοκέρωτα habet in accusatiuo. quo vtitur Lucianus. Sic & Plut. αἰγόκερῳ in datiuo dixit pro αἰγοκέρωτι, vbi scribit, ὅτι δ' αἰγόκερῳ ὑδροχόος. ‖ Tradunt quidam & fœnogræcum significare. Ex αἶξ & κέρας.

Αἰγοκεροδής, έως, ὁ, pro αἰγόκερως. Vnde αἰγοκερῆος genitiuus Ionicus apud Aratū, Νειόθι δ' αἰγοκερῆος ὑπὸ πνοιῇ σι νότοιο, &c. id est, Cic. interprete, Voluitur inferior Capricorno Piscis ad Austrum.

Αἰγοκέφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Capriceps. id est, Caprinum caput habens. Sed peculiariter ita vocatur auis quædam ab Aristotele, lib. 2 De natura animal. cap. 22. Ex αἶξ & κεφαλή.

Αἰγονόμος, ου, ὁ, Caprarum pastor. In Anthol. epigr. Ἦλθε φιλοκρήμνων αὖλιν ἐς αἰγονόμων. ‖ Item locus aliquis dicitur αἰγονόμος, tāquam pascens capras, quòd pascua capris suppeditet, qua significatione αἰγονόμος Μυκάλη vocatur. (Sic & αἰγιβότης vtrūque significat, vt paulo pòst docebimus) Ex αἶξ & νέμω.

Αἰγονομεῖς, έως, ὁ, Idem quod αἰγονόμος. vnde αἰγονομῆες apud Nicandrum in Alexipharm.

Αἰγονόμον, ου, τὸ, Grex caprarum, vt αἰπόλιον ab αἰπόλος appellatur.

Αἰγόνυξ, υχος, ὁ καὶ ἡ, Vngulas habens caprinas. in Anth. epigr. Ex αἶξ & ὄνυξ.

Αἰγοπόδης, Vide paulo pòst in αἰγίπους.

Αἰγοπρόσωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Caprinam habens faciem. Ex αἶξ & πρόσωπον.

Αἰγοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Capriuorus, Capram seu capras vorans, aut edens. ‖ Peculiariter autem Iuno ita vocabatur apud Spartanos, quòd apud eos capræ illi immolarentur.

Αἰγόφθαλμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Caprinos oculos habens. ‖ Est etiā gēmæ nomē, sicut & λευκόφθαλμος, πελιόφθαλμος, λυκόφθαλμος. Fit autem ex αἶξ & ὀφθαλμός.

Αἰγιβότης, ου, ὁ, Caprarius. nam vt αἰγελάτης (nomen paulo pòst sequens) dicitur caprarius, ab agendis capris: ita αἰγιβότης idem à pascendis capris. ‖ Αἰγιβότης σκόπελος, à capris depastus, exponitur vulgò in hoc Leonidæ versu, Ὅστις τὴν αἰγιβότου Πᾶν κατέχεις σκόπελον. sed αἰγιβότης quidē ita posset accipi fortassis: at αἰγιβότης nullo modo passiuè potest sumi. quare expono αἰγιβότου σκόπελον qui capras pascit. id est qui capris pascua suppeditat. Ex αἶξ & βόσις nomine facto à verbo βόσκω.

Αἰγίβοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Capras pascens, Capris pascua suppeditans. vt αἰγίβοτος γῆ. Sic autem dicitur vt βούβοτος, & ἱππόβοτος. Od. ν, Αἰγίβοτος δ' ἀγαθὴ καὶ βούβοτος. & δὴ, -- οὐδὲ πολεμῶν Αἰγίβοτος. Hesychius autem, αἰγίβοτον, inquit, quæ capras potest βόσκειν, id est pascere. & per hoc intelligunt montanam. Diodorus Sardianus in Anthol. epigramm. Αἰγιβότου Σκύροιο λιπὼν πέδον. vbi optimè Scyro insulæ epithetum hoc tribuitur. nam (vt est apud Athenæum) Σκύεσαν δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἐξοχώτατοι.

Αἰγίκνημος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad verbum, Capricrus. si ita dici posset vt dicitur Capripes. nam & αἰγίκνημος epithetum est Priapi in Anthol. epigr. sicut αἰγίπους (id est capripes) Panis, Faunorum, atque Satyrorum. Est autem Græcis νήμη crus.

Αἰγίλιψ, ιπος, ὁ καὶ ἡ, vt πέτρα αἰγίλιψ (Il. ι & ν, αἰγίλιπος πέτρης) petra quæ à capris relinquitur, præ altitudine: ὥστε ὑπὸ τοῦ ὕψους καὶ τοὺς αἶγας λείπεσθαι αὐτῆς ὀλισθαίνειν, inquit Suidas. Non satis aptè tamen dicitur Latinè petra relinqui à capris, hac in significatione. pro, eius fastigiū nō posse eas consequi & attingere. Græci autem dicūt nos ἀπολείπεσθαι cum genitiuo, de eo quod nequimus assequi. Possit verò & simpliciter accipi Relinqui: vt sit, petra quæ à capris relinquitur, id est à qua capræ recedunt, quum eam se vident non posse conscendere. Afferuntur verò & aliæ etymologiæ huius epitheti αἰγίλιψ: sed & apud Athenæum hæc confirmātur: vbi scribitur, vt à πείραμμα fit οἰκότειψ, sic αἰγίλιψ fieri à λείμμα.

Αἰγίλωψ, ωπος, ὁ, Vitium oculi. Etiamnum in angulo (inquit Celsus lib. 7, cap. 7) qui naribus propior est, ex aliquo vitio quasi parua fistula aperitur, per quam pituita assiduè distillat. αἰγίλωπα Græci vocāt. idque assiduè malè habet oculum. nonnunquam etiam, &c. Hactenus Celsus. Dioscor. lib. 2, χοιρεσάδας ἐγαίγιλωπα ὠφελεῖ. Idem lib. 5, αἰγίλωπες ἀρχόμενοι. id est, oculorum fistulæ, interprete Marc. Virgilio. Αἰγίλωψ (inquit Gorræus) est apostema inter maiorē oculi angulum & nares ruptum atque exulceratum (antequam enim disruptum exulceretur, αἴγιλωψ vocatur, autore Paulo) quod aliquando neglectum paruam fistulam aperit, per quam pituita assiduè distillat: idque &c. Pauli locus quem intelligit Gorræus, est hic, lib. 3, πρὶν δ' εἰς ἕλκος ῥαγῶναι τὸ ἀποστημα, αἴγιλωψ λέγεται. Ex quo loco annotatur & in vulgaribus lexicis, αἰγίλωπα dici tumentem abscessum in angulo oculi qui est ad nares suppurātem: αἴγιλωπα autem vocari eundem quum disruptus fistulæ modo distillare cœperit. confundi tamen hanc differentiam. Additur & sonare αἰγίλωπα caprinum oculum, à vitio quod capris ferè proprium & perpetuum fit: αἴγιλωπα verò, ab αἴγιξ & ὤψ ὠπός, quòd prope oculum oriatur. DICITVR & αἰγιλώπιον forma diminutiua (non tamē & significatione) pro αἰγίλωψ. Dioscor. 2, αἰγιλώπια ἰᾶται. Ibidem, αἰγιλώπια ἀρχόμενα θεραπεύει. Gorræus autē habet Αἰγιλώπη non Αἰγιλώπιον.

Αἰγίλωψ, Auenæ quoddam genus quod specialiter Latini festucam appellant. Spica illi ante messem decidit, ita vt spicilegii tempore spica ipsa inanis & orba grano, vanescēnsque culmus, quasi festuca reperiatur. vnde inditum illi à Latinis festucæ nomen fuisse verisimile est. Eāmq; ob id Virgilius sterilem aueniam appellasse videtur, frugum pestes enumerans hoc versu, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Sic autem fortasse dicta est Græcis quòd illita cum farina herba τῷ αἰγίλωπι oculorum vitio medeatur. Hæc Gorræus. Cuius sententiam mihi comprobare videtur hic Theophrasti locus de pestibus frugum ante Virgilium hæc scribentis, lib. 5 De causis plantarum, καὶ ὅσα δὴ συγγενᾶτα καθ' ἕκαστον σπέρμα, οἷ αἶεα καὶ αἰγίλωψ ἐν πυροῖς καὶ κριθαῖς. id est, Et quæcūque nascuntur vnà cūvnoquoque semine, vt lolium & αἰγίλωψ in tritico & hordeo

Eidē Theophrasto lib.8,cap.8,αἰγίλωψ rursus est herba quæ hordeum enecat. In vulg.tamen lex. additur esse etiam apud eundem non auenam sed frugem qua vescuntur equi.Vide βρόμος.

Αἰγίλωψ Plinio arboris glandiferæ species quæ fert panos arentes,muscoso villo canos,&c.In vulg.lex.αἰγίλωψ,Cerrus,species roboris seu querc⁹,exTheophr. Hist.pl.lib.3,cap.9.

C.Αἰγιόμας dictus fuit quidam,quòd quum infans expositus fuisset,eum capra suis vberibus nutrisset.

C.Αἰγίοχος,ου,ὁ καὶ ἡ,Iupiter ὀπωπεπῶς dicitur ab αἶξ,& ὀχὸς id est alimentum:quòd eum capra aluerit,nomine Amalthea. Secundum alios autem (ex quibus est Hesychius)αἰγίοχος appellatur quasi αἰγιδοῦχος,id est αἰγίδα ἔχων,id est ægida tenēs, seu gestans. Quid autem sit ægis,suprà dictum fuit.Est autem frequentissimum hoc epithetum apud poetas,& Homerum præsertim. Il.β, --Διὸς αἰγιόχοιο.Vide Lactantium & Cornutum.

C.Αἰγίπαν,ανος,ὁ,Capripan,ad verbum,id est, Pan semicaper,vt ab Ouidio appellatur:vt qui dimidia parte similis capro esset.Compositio manifesta est.

C.Αἰγίπους, οδος, ὁ ἡ,Capripes , Caprinos pedes habens. Epithetum Panis, interdum & Faunorum ac Satyrorum.

Dicitur & αἰγιπόδης pro eodem:item αἰγοπόδης in Anthol. epigr.αἰγοπόδης σάτυρος.

C.Αἴγαγρος,ου,ὁ vel ἡ,Caprea,Capra, vel Caper syluestris, pro αἶξ ἄγριος.Dicitur & Αἰγάγριος:sed αἴγαγρος malim, ea forma qua σύαγρος apud Homerum pro σῦς ἄγριος.

C.Αἰγελάτης , ου , ὁ , Caprarius,in Anthologia epigrammatum,q.d. Caprarū agitator, qui videlicet caprarum gregem agit.Dico autem agit,Virgilium sequens,Ecl. 1,--en ipse capellas Protenus æger ago.Sic agere iumētum per cāpum Cicero dicit.Linius, Agere præ se armenta.A Græcis verò vt αἰγελάτης caprarius dicitur ab agendis capris:ita βουλάτης bubulcus,ab agēdis bobus. nam ἐλάτης nomen est verbale ab ἐλάω.

C. Αἰγήνυχον,ου,τὸ, Herba quæ etiā ὀξάνυχον & ἡεράκλεια & λιβόσωρμον appellatur , ob seminis eius firmitudinem. vel(vt alii apud Dioscoridem vertunt ἰχνὼ) duritiem. vt quod videlicet vngulas caprinas duritia referat. Ex αἶξ & ὄνυξ , mutato ο in ω

C.Αἰγωπὸς,οῦ,ὁ,Habens oculos caprinos.Aristot.De gen. anim:5,καὶ γὰρ γλαυκοὶ καὶ χροιᾷ καὶ μελανόφθαλμοι πνές εἰσιν,οἱ δ' αἰγωποί.Ibidem dicit αἰγωπὰ ὄμματα,caprinos oculos.scribēs, ἔνια δὲ ὄμματα αἰγωπὰ, καθάπερ τὰ τῶν αἰγῶν. Vbi notandum αἰγωπὰ ὄμματα eodem pleonasmi genere dici quo οἰκοδομεῖν οἶκον.nam αἰγωπὸς componitur ex αἶξ,& ὠψ ὠπὸς,id est oculus.

Αἴγιος,ου,ὁ ἡ ἡ,Caprinus,Hircinus. Il.γ,&Odyss.ζ, Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ,in vtre hircino.Apud Athen.14, πυρὸς αἴγιος,Caseus caprinus.Apud eundem lib.9,κρέατα αἴγια, carnes caprinæ,vel hircinæ.

Αἴγεος etiam dicitur pro αἴγιος,eodem modo quo ἀργύρεος & χρύσεος.Ab αἴγεος autem fœmininū αἰγέη,quod absolutè nonnūquam ponitur,pro Pellis caprina:subaudito videlicet nomine δορά: vt quum dicitur κυνέη, λυκέη,&per cōtractionem αἰγῆ, vt λεονῆ. Herodotus in Melpom.αἰγέας γὰρ περιβάλλονται ψιλὰς περὶ τὰ ἐδῆτα θυσιγωτὰς αἱ Λίβυσαι,id est pelles caprinas.Alii exponunt, lora ex pelle caprina.

Αἰγινόεις,εντος,ὁ,adiect.poet.Capris abundans.vt αἰγινόεντα οὔρεα,Hom.hymno in Panem,Πολλάκι δ' αἰγινόεντα διέδραμεν οὔρεα μακρά.

Αἰγίσκος E T Αἰγίδιον (forma diminutiua) Caper iuuenis,qui Lat.dicitur hœdus,Græcis alio nomine, & quidem vsitatiore,ἔριφος. Αἰγίδιον citatur ex L x x interpr. Αἰγίσκος autem apud Hes.habetur,qui dicit esse αἶγα ἐκπομίαν(ita enim legendum est apud eum,non ἐκπομέαν, qui error & in vulg.lex. seruatus est) id est caprum castratum.

Αἰγὶς,ίδος,ἡ,Pellis caprina.Idem quod αἰγέη.sed αἰγέη dicitur forma possessiui nominis,αἰγὶς autem forma diminutiui.In Herodoti loco proximè citato,pro αἰγέας,sūt qui legāt αἰγίδας; vtrolibet nomine pelles caprinas significante,sed Eustath.αἰγέας legit.

Αἰγὶς à poetis Ioui tribuitur,nonnunquam & Palladi.Inducunt enim Iouem pelle Amaltheæ capræ(à qua & nutritum ferunt)amictum. nam in hoc Virgilii versu, Æn. 8 , Arcades ipsum Credunt se vidisse Iouem, quum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbósque cieret:Seruius annotat,ægida vocari pellē Amaltheæ capræ,à qua nutritus fuerat Iupiter. Alii autem non ipsius Amaltheæ , sed cuiuslibet alius capræ pelle amictum Iouem fingunt,quam in memoriam Amaltheæ nutricis suæ gestaret. Idem Virg.ibidem, Ægidáque horrificam,turbatæ Palladis arma. In quem locum idem grammaticus hæc scribit , Ægis propriè est munimentum pectoris , æreum habens in medio Gorgonis caput.quod munimentum si in pectore numinis fuerit,ægis vocatur:si in pectore hominis(sicut in antiquis imperatorum statuis videmus) lorica dicitur.Hæc Seruius.à quo grammaticō quæ de munimento pectoris dicuntur,cum iis conferenda sunt quæ Hesychius ex Nymphodoro refert , Νυμφόδωρος δὲ καὶ τὴν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαι φησὶν ὑπὸ Λακώνων. ‖Apud Homerum certè (quem imitatus est in versu proximè citato Virgilius)Iupiter ægide nimbos ciet.Apud Lucianum verò in dialogo Cupidinis & Iouis, ponitur αἰγὶς tanquam quæ quatiatur & vibretur à Ioue.nam illi dicitur,μὴ ὅπως τὴν αἰγίδα μηδὲ τὸν κεραυνὸν φέρε.Quo in loco non dubito quin Lucianus ex Homero verbum ὀπωπεῖν sumpserit ad hunc versum Il.η alludens, Αὐτὰρ ὀπωπήσας ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι. vbi Eustathius annotat verbo ὀπωπεῖν innui αἰγίδα esse ὅπλον Iouis σῆμα, non βλεπτικὸν , item epitheto ἐρεμνὴν significari αἰγίδα esse nubem densum & procellosam.Notandum est autem αἰγίδα θυσανόεσσαν ab Homero vocari ὀπωπεπῶς:& ita dixisse Herodotum Libyssas mulieres gestare αἰγίδας θυσανωτὰς,in loco paulo antè citato:in quo & αἰγέας legitur, & quidem iuxta Eustathium,vti dictum est.Quidā autē αἰγίδα scutum esse volunt:vt docet Eustathius in hunc Il. ο locum , vbi de Apolline dicitur,ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν Δεινὴν , ἀμφιδάσσασθαι,ἀριπρεπέ· ἣν ἄρα χαλκεὺς Ἥφαιστος Διΐ δῶκε φορήσεμεν ἐς φόβον ἀνδρῶν.Plura de hac fabulosa ægide passim apud grammaticos.ex quibus nōnulli nolunt αἰγίδα dici ἀπὸ τῆς αἰγὸς,ad Amaltheam caprā referendo(vt videlicet sit eius ipsius pellis,aut certè alius quidem capræ,sed in eius memoriam) verùm αἰγίδα ab αἴσσω vocasse poetas ὅπλον Iouis,à Vulcano fabricatum : ex eo quòd id ventorum turbines & procellas efficiat.

Αἰγὶς,secundum etymologiam proximè præcedentem ab αἴσσω,quidam grammatici voluerūt idem esse quod καταῖξ.id est procellam:item ὀξεῖαν πτολέμου:& oculorum coruscationem.Dicitur & Καταιγίς:item Αἰγίζω & Ἐπαιγίζω & Καταιγίζω:de quibus vide in Αἴσσω.

Αἰγὶς,rete contextum ἐκ γεμμάτων,inquit Dionysi⁹ apud Eustathium.Idem tradit ibidem Pausanias,addēs esse τὸ ἐκ γεμμάτων πλέγμα. Sed quæ res sit huiusmodi αἰγὶς,(ait Eustath.) apertè non significarunt.Verisimile est autem huiusmodi γέμματα esse lanea : & quæ ex eis contexta erant non reipsa fuisse retia piscatoria,sed quædam αἰγιδοειδῆ,id est ægidis formam habentia.

Αἰγὶς,quiddam quod meditullio pini arboris innascitur,si mendo carent Theophr.exemplaria,apud quem legitur lib.3.Hist.plant.cap.20,πλὴν αἰγίδα πλὴν καλαμβίλιν (sed expungendus posterior articulus) ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἐχεῖ· τοῦτο δέ ὅτι τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς.Idem lib.5,c.2, πυκνότατα δὲ ἔχουσι τὰ ξύλα καὶ τὰς αἰγίδας αὐτῶν.

Αἰγὼν,ωνος,ὁ,Caprile.At αἰγὼν circunflexa posteriore , genitiuus pluralis à nominatiuo αἶγες. est igitur αἰγῶν caprarum. ‖Αἴγων autem, genitiuum habens αἴγωνος,pastoris nomen apud Theocritum, Idyll. 4. quod Virgilius ex eo translatum vsurpauit in Palæmone. Fuit & rex Argiuorum hoc nomine,vt ait Plut.

ΑΙΠΟΛΟΣ,ου,ὁ,Caprarius,Pastor caprarum.αἰγονόμος, αἰγοβότης,αἰγοβοσκός.In primo versu idyll. 1 Theocriti, Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα,καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τᾶς.Od. υ,-Μελάνθιος αἰπόλος αἰγῶν.vbi superuacaneus est genitiu⁹ αἰγῶν. sic & quum dicitur αἰπόλια αἰγῶν apud eundem.

‖Vsurpatur etiam pro ποιμὴν , id est Pastor ouium , vt

Instituo & Incœpto. Dicitur & ἀναιρεῖσθαι παῖδας vt Lat.
Suscipere liberos ex vxore. Plutarchus in Antonio, παῖ
δας ἐξ αὐτῆς διδύμους ἀνελόμενος. Idem Budæus. Vide
suprà in Ἀναιρεῖσθαι pro Tollere. nã Lat. Suscipere liberos
ex vxore & Tollere, pro eodem dicuntur.

Ἀναιρεῖσθαι, Excipere, Recipere ad sese. Budæus κομίζε-
σθαι apud Antiphontẽ exponens Ad sese recipere, Do-
mum deducere, ait idem valere ἀναιρεῖσθαι.

Ἀναιρεῖσθαι citatur ex Chrysostomo pro Eligere, vbi
dicit αἱρεῖ γελικὸν ἀνηριμόρον βίον, Qui vitam angelicã elege
runt. Fortasse exponi etiam hic possit ἀναιρεῖσθαι Sume-
re: vt sit Qui vitam angelicam sibi sumpserunt.

Ἀναιρεῖσθαι, Demereri sibi aliquem, Conciliare sibi a- D
liquem, vel Amicum reddere sibi quempiam, Demere-
ri & conciliare gratiam alicuius. Xen. Pæd. 2, ποίῳ δὲ
ἔργῳ ἀνὴρ δοῦ ἀνηρεῖται; Quo facto se tibi conciliauit, vel
Quid faciens te sibi demeritus est? nã ἀναιρεῖσθαι est etiã
Demereri & sibi conciliare gratiam alicuius, vt inquit
Bud. Existimo autem posse etiam verti significanter,
Aliquem in sui amorem pellicere. Notandũ est autem
ἀναιρεῖσθαι sumi in hac significatione, itémque pro Acci
pere, siue in manus sumere: vt apud Lat. Capio (præser- E
tim apud poetas, & ex poetis Ouidium præcipue) vtrã-
que hanc significationem habet.

Ἀναιρεῖσθαι Suidas citat ex Herodoto pro Cõcipere &
grauidã esse: quam signif. Hesych. dat actiuo ἀναιρεῖν.
Respondet autẽ hæc metaphora ei quam in vernacula
lingua habemus, quũ dicimus mulieres encinarger pro
Concipere. Vide Ἐπαναιρῶμαι.

Ἀναιρῶμαι, in passiua non solùm voce, sed & signific.
Auferor, Tollor: vt ἀναιρεῖται κλίμαξ, Scala aufertur. Gre
gor. ἀνῃρέθη τὸ ἁμάρτημα, sublatum est peccatum, seu tol F
litur. Itẽ Euertor. Dem. καὶ ἀνῄρηται αἱ πόλεις αὐτῶν. Dicũ-
tur & νόμοι ἀναιρεῖσθαι pro Aboleri, Abrogari, Antiqua
ri. ‖ Itẽ Tollor è medio, Interficior: vt ἀναιρεῖσθαι ὑπὸ σ
δ'ηρου, Philoni.

Ἀναιρεῖσθαι, Tolli, de puero exposito dictũ. Isocr. ad Phi
lipp. ἐκτεθεὶς μὲ ὑπὸ τὴ μητρὸς εἰς τὴ ὁδὸν, ἀναιρεθεὶς δὲ ὑπὸ
Περσίδος γυναικὸς. Vide suprà inter signif. verbi αἱαιρῶμαι:
actiuè sumpti. ‖ Ἀναιρεῖσθαι etiã dicitur quod oraculo
editur, siue quod à vate editur: vt ἀναιρεῖσθαι dicitur ipse
vates oraculo suo edere. ‖ Ἀνηρεθέντα χρήματα, Recep- G
tæ & dissolutæ pecuniæ, apud Demosthenem. Bud.

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, Ablatio, Sublatio. Itẽ Euersio: vt ἀναίρεσις
τῆς πόλεων. & αἱαίρεσις, Abrogatio, Antiquatio, Abolitio,
Interlitio, Rescissio: vt αἱαίρεσις τῆς νόμου, ἀναίρεσις τὴ γρα
φῆς. Exponitur etiam ἀναίρεσις à Budæo Antiquatio &
peremptio rei cœptæ vel iam peractæ. Nazianzenus ἀ-
ναίρεσι opponit τῇ ἕξει.

Ἀναίρεσις, Interfectio: vt & αἱαιρετὴς, Interfector, φο-
νευτὴς, Hes.

Ἀναίρεσις τῶν νεκρῶν, Sublatio cadauerũ ad sepeliẽdum, H
vel (vt alii) Cadauerũ collectio. vnde ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν
δοῦναι, Permittere vt tollãtur cadauera in sepulturam,
vel Permittere vt colligãtur. At Polit. nomẽ hoc lõgè
secus intellexit in hoc genere loquẽdi: sed perperam.
nam ἀναίρεσιν putauit significare Discretionẽ, i. actũ i-
psum discernẽdi: quum hæc verba, ὡς μηδὲ νεκρῶν ἀναίρε
σιν ποιεῖσθαι δ' ὧν ἠδικοῦσαν δίδοσθαι τὸ πλῆθος τῶν μετρ, ita
inter pr. Sic vt præ multitudine interfectorũ neq; dis-
cerni ad sepulturam funera potuerint. Notandum est
autem hîc πλεονάζειν hæc verba τοῖς τοιαῦτα. quum dicen
do ἀναίρεσιν τοῖς νεκροῖς & ἀναίρεσις τῶν νεκρῶν, subaudia
tur facilè τοῖς τοιαῦτα, ideóq; ab aliis scriptoribus rarò ad
di soleat. Quinetiã ἀναίρεσις per se positũ reperitur, non
adiecto genitiuo νεκρῶν, apud Euripid. & Isocratem atq;
alios. Obserues igitur hoc in exemplo, interdũ idem
vno verbo significari quod duobus, tribúsve, aut qua-
tuor. quum ἀναίρεσις per se idem valeat quod ἀναίρε-
σις νεκρῶν, siue τῶν νεκρῶν, aut ἀναίρεσις νεκρῶν τοῖς τοιαῦτα.
Sciendum est præterea, pro τῶν νεκρῶν dici etiam τῶν πε
λευτησάντων seu τῶν πελευτησάντων (vt ex Isocrate annota-
uimus ἀναιρεῖσθαι τοὺς πελευτήσαντας) item τῶν πεσόντων, vt
apud Plutarchum.

Ἀναιρετὴς, οῦ, ὁ, Ablator, Sublator. Itẽ Euersor, & Interfe-
ctor, Interemptor. Ab Hes. exponitur φονεὺς & ἐκπομπός.

Ἀναιρετικὸς, ὸν, ὁ, Euersorius, Interfectorius, ad verbum: sed
Latinius, Exitiosus vel Exitialis, Lethalis, Mortifer: vt
ἀναιρετικὸν νόσημα, apud Aristotelem, Morbus lethalis, i-
dem quod θανάσιμον νόσημα.

c.2. Ἐπαναιρέομαι, οῦμαι, signif. actiua, Suscipio, Capesso, in
quit Bud. in Comm. pag. 225. In vulg. autem lex. ex Lu-
ciano affertur ἐπαναιροῦμαι λατρείαν pro Vltro seruitu
tẽ suscipio. & ex Phal. epist. ἐπαναιροῦμαι τοῦτον τὸν βίον pro
Deligo hanc vitam. Sed possumus & hîc ἐπαναιροῦμαι
interpretari Capesso: vt apud Artemidorũ quoq; in lo
quendi genere omnino simili, ὀνειροκρ. lib. 1, ὅσοι δὲ ὄνει-
ρος τῷ τὸν ἥσυχον ἐπαυρηριμόρῳ βίον τρεφαχὰς καὶ ὕβρεις μαντ-
θύεται. Bud. in lex. ἐπαναιρεῖσθαι sumi ait à Luc. pro Suscipere, & pro Instituere, id est Sibi proponere, & pro Capessere. Ab Hesychio ἐπανελέσθαι exponitur ἐπαναλαβεῖν. In vulg. autẽ lex. habetur actiua vox ἐπανέλω exposita, Tollam, Auferam. ‖ Ἐπαναιρῶμαι, est etiam De medio tollo & neco, apud Polyb. vt docet Bud. ibidem.

Ἐπαναιρέεται apud Herodotum, Ionicè pro ἐπαναιρεῖσθαι, signif. passiua, Vltra concipi, de fœtu dictum. ita enim de leporibus loquẽs, scribit, καὶ τὰ μὲ δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὰ δὲ, ψιλὸν, τὰ δὲ ἀρτὶ ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσει), τὰ δὲ ἐπαναιρέεται. quem locum affert Eustath. pag. 908, ἐπαναιρέεται exponens, ἐπαναλαμβάνεται καὶ ὅτι τοῖς τοιαῦτα πολεωτέροις κυήμασι σπερμαπκῶς συλλαμβάνεται.

Ἐπαναίρεσις, Occisio, Cædes, apud Polyb. Bud 225.

c.2. Προσαναιρέω, ῶ, Insuper occido. Herod. lib. 1, τοσαυτεῖλον δὲ καὶ τοὺς παῖδας τὸ Κλεάνδρου. ‖ Προσαναιρῶ, Insuper respondeo, Insuper vel denuo responsum do, (de oraculo dictum) Plut. De def. orac. πρὸς Πυθίαν τοσαυτεῖλεν.

Προσαναιροῦμαι, Insuper suscipio. Thucyd. lib. 7, pag. 242, καὶ πολεμοῦν οὐδὲν ἐλάσσω τοσαυτεῖλοντο τὸ τοῦτον ὑπάρχοντος.

c.2. Συναναιρέω, ῶ, Simul perimo, Simul aufero. Citat Budæus ex Alex. Aphrod. in Top. & Porphyrio in Isagoge. In vulg. lex. habetur & passiua vox Συναναιροῦμαι, exposita Colligo, omissa signif. præpositionis συὶ, & fortasse etiam posito verbo Colligo pro quopiam alio.

C. Ἀνθαιρέομαι, οῦμαι, In locum alterius eligo, Sufficio in locũ alicuius. Plato De legibus lib. 6, ἄλλοις ἀνθαιρεῖσθαι καὶ τοῦτα. Et cũ genitiuo personæ, ἀνθαιροῦμαι τοῦτον, vt apud Synes. epist. 57, ἐξαιρετέος οὖν ἅπασιν ὑμῖν ὁ λιπεπλέ σαπος ἄνθρωπος, καὶ ἀνθαιρετέος ἡμῖν, οἱ μόνοι μόλις σωζόμεθα, id est, Et in nostrum locum eligendus. ‖ Interdum è- tiam significat Antefero, Antepono. q.d. Præeligo. vt apud eũdem Synesium epist. 103, τοῖς λίγοις δ' ἐποιούμεν ὑπὲρ τὸ δεῖν ἀνθαιρεῖσθαι φιλοσοφίαν τὴ ἀργρατίας τοῦτης δίχῃ ἔριδος.

C. Ἀφαιρέω, ῶ, Aufero, Adimo. Isocr. Panath. καὶ τοσοῦτον μὲ οὐδὲν εἶχον τοῖς εἰρηκόσι, οὐδ' ἀφαιρεῖν, nec addere, nec auferre, vel detrahere. Dicitur ἀφαιρῶσοι τῶπ, & frequentius ἀφαιρῶσυ τῶπ. Hõ. Od. ξ, v. 455, Σῖτον μὲν σφιν ἀφεῖλε Μεσαύλιος, Cibaria illis abstulit, id est, Ab illis remouit. Luc. λῶ γοῦ ἀφέλῃ τὴ συμπόσιον τοῦ κομψίας τοῦτας. In vulg. lex. notatur dici etiam ἀφαιρῶ σε τόδε. quæ constructio esse solet verbi medii ἀφαιροῦμαι. In iisdem habetur dici etiam ἀφαιρῶ ἀπὸ σοῦ, & in exemplum affertur hic Plutarchi locus, in l. De repub. μηδὲν ἀφαιρῶμεν μήτε τὸ ἀδίκου, ἀπὸ τὴ ἀδικίας, μήτε τὸ δικαίου, ἀπὸ τὴ δικαιοσύνης.

Ἀφαιρέομαι, οῦμαι, (pro quo & ὑπαιροῦμαι apud Hom. integra manente præpos.) verbum medium, itidem pro Aufero, Adimo, Detraho. Dicitur ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο, & ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο, & interdum etiam ἀφαιροῦμαί σοι τοῦτο. Xenoph. Pæd. 4, τὸν μόνον μοι καὶ φίλον παῖδα ἀφέλετο τοῦτο λύ. Sic Gal. Therap. 12, σκαιοῦ μὲν αἰνδρὸς ὄντι, ἅμα τῷ νοῦν μὴ καὶ τὸν ζωὸν ἀφελέσθαι τὴν αὔθρωπον. Exempla autem huius constructionis, ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο, apud eundē Xenophontē, οἱ πλεονέκται τοῦ ἄλλων ἀφαιρούμενοι χρήματα, ἑαυτοὺς δοκοῦσι πλουτίζειν. Plut. in Cam. ἀφαιρούμενος τὸν δῆμον τὸν ψῆφον, Populo suffragium adimens, Populum suffragio priuans. Idem in Polit. τοῦτον τὸν ἑαυτοῦ ἀφαιρούμενος πτέρυγα. Exemplum autem huius constructionis ἀφαιροῦμαί σοι τοῦτο, apud Isocr. Panath. πολλὰ μὲν ἄλλα χώραν τοῖς μὲν πολεμίοις ἀφελόμενος, τοῖς δὲ συμμάχοις κτησάμενος. Quam constructionem cæteris rariorem esse obseruaui, vt contrà primā illam ἀφαιροῦμαί σε πόδε, cæteris frequentiorem. Homerus autem vtraque harum vsus est: vt Il. α, ἐμὲ ἀφαιρεῖ) Χρυσηΐδα φοῖβος. Ibidem, ἐπεὶ μ' ἀφέλεθ' ὅ γε δόντες. Cū accusatiuo autem & dariuo, Od. μ, — αὖταρ ὁ τοῖσιν ἀφέλετο νόστιον ἦμαρ. Verbo autem ὑπαιρεῖσθαι vtitur Iliad. α, Δαὶ ὑπαρρεῖσθαι ὅς τις σέθεν αἰνὸν ἔπῃ. ‖ Citatur & ἀφαιροῦμαι τῆς ὑποβολῆς ex Aristot. pro Detraho excessui: sed hic subaudio τι aut aliquid tale cū genitiuo. ‖ Ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν apud Demosth. & ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐλευθερίαν apud Lucianum est Vindicare in libertatem, vel Asserere in libertatem. Demosth. ἀφελόμενος τὸν Κηφισοδότου θεράπαιναν εἰς ἐλευθερίαν. Vide B. Comm. pag. 229. Inuenio autem apud Isocr. hanc significationem & cum alia constructione, videlicet τινὰ τινος εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖσθαι οἰκέτας, pro Seruos aliis ablatos siue ademptos in libertatē vindicare: in Panathen. τοσαῦτ' ἐπόησεν τοῖς τοῦ μὲν τοῦ ἄλλων τοὺς οἰκέτας εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρουμένοις, σῴσι δ' αὐτοῖς δουλεύειν ἀναγκάζοντα. Existimo autē ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν pro Asserere in libertatem, eo respectu dici quòd qui asseritur in libertatem, è reliquorum seruorum numero eximatur: vt de & ἐξαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν pro eodem dicitur. ad quod loquendi genus Latinos respexisse crediderim quum Eximere in libertatem dixerunt pro Vindicare siue asserere in libertatem. cuius tamen nullam B. mentionem facit. ‖ Ἀφαιρεῖσθαί τινος pro Eius animo aliquam opinionem eximere. Demosth. τοῦτ' οὐκ ἐλέγχων ἔπ δεῖται μείζονος; τοῦτ' ἀφαιρεῖταί τις ὑμῶν; id est (B. interprete) Quis vos ab hac opinione deducet? Quis vobis hanc opinionem extorquebit? Sic autem dixisse Tibullum obseruaui (haud scio an ad hunc verbi ἀφαιρεῖσθαι vsum respicientem) lib. 1, eleg. 9,

Illis eriperes verbis mihi fidera cæli
Lucere, & puras fluminis esse vias.

Ἀφαιροῦμαι, pass. significat. ἀφαιρούμαι τοῦτο, Auferor hāc rem, pro Aufertur mihi res hæc. Aristophanes Nubib. ἀφ' ἡμῶν τῶν θεῶν τὸν στέφανον ἀφῃρέθη. Sic ἀφαιρεθέντες τοὺς τιμαί, Honoribus spoliati: & ἀφαιρεθὴς τὸν ὀρχὸν, apud Plutarchum in Publicola, Regno spoliatus, Cui regnū ademptum est. Apud Philonem De mundo, ἀφῃρημένον δυνάμεων exponitur Vi defectum. Apud Xenophontē autem ἀφαιρεθέντες sine adiectione redditur Detrimento affecti, in hoc ex Hierone loco, οἱ μὲν βιασθέντες, ὡς ἀφαιρεθέντες μισοῦσι.

Ἀφαίρεμα, ατος, τὸ, vel Ἀφαίρημα, Ablatio, vel potius Quod auferitur. vt ἀφαιρέματα dicuntur partes quæ auferuntur à victimis, vt sunt, τὸ σηθήνιον, ὁ δεξιὸς βραχίων, καὶ ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος. Greg. μὴ τὸ σηθήνιον μόνον ἀφαίρεμα ἱεραπικὸν ποιησόμεθα, ἀλλ' ὅλοις διδόντες ἡμᾶς. Idem De lege Mosis, ὅσα τε τοῦ θυσιῶν καὶ καταρσίων καὶ ἀφαιρεμάτων νενομοθέτηται. ‖ Est item Ἀφαίρεμα, Quod pro donario eximitur & seligitur, Exodi cap. 35. qua in significatione Xenophon verbo ἐξαιρεῖσθαι frequenter vtitur. Hesychius ἀφαίρημα exponit ἀνάθημα, δῶρον. ‖ Ἀφαίρεμα apud Plinium, Alicæ genus ita dictum à cortice siue tunicis zeæ ablatis.

Ἀφαιρεματικὸς, & Ἀφαιρηματικὸς, quasi dicas Ablatiuus. Apud philosophos pro abstracto: quasi dicas Abstractorius. Vide apud Budæum Cōm. p. 231, ἀφαιρεματικὰ εἴδη & ἀφαιρεματικὴν θεωρίαν. HINC Ἀφαιρεματικῶς vel Ἀφαιρηματικῶς, apud Philoponum, q. d. Ablatoriè, vel Abstractoriè. Per abstractionem, Bud. interpr.

Ἀφαίρεσις, εως, ἡ, Ademptio, Ablatio, Detractio. ἀφαίρεσις & θέσις opposita (vt ἀφαιρεῖν & θεσθεῖναι ex Isocr. paulo antè protuli) in hoc loco Plutarchi in Lycurgo, ὅτερον μὲν τοῦ πολλὰ ἀφαίρεσιν καὶ θέσεσθαι τὰς γνώμας διαφέροντα καὶ διαβιαζομένων. Sic apud Aristot. in 3 De cælo, τὰ μὲν δὴ ἐξ ἀφαιρέσεως λέγεται, τὰ μαθηματικά, τὰ δὲ φυσικά, ἐκ θέσεως, illa per ademptionem materiæ, hæc verò per adiectionem, vt interpretatur Bud. vbi docet mathematica dici τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως & τὰ ἐν ἀφαιρέσει, formas videlicet & species abstractas, & à materia speculando separatas, ab omnique schemate sensu percepto. Vide Comm. pag. 231. ‖ Ἐξ ἀφαιρέσεως curare, id est detractione, non adiectione. Cic. epist. ad Att. 1, lib. 6, Sic Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciā curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam: θεσπιωτατεφορωτέρω eam à me non libenter videt. Vide Eras. Adagia. ‖ Δι' ἀφαιρέσεως philosophari de Deo opponitur τοῦ δι' θέσεως, vt docet Dionys. in mystica theologia: vt si dicas, Deus non est corpus, nō est anima. Vide Bud. Comm. p. 231. ‖ Apud grammat. ἀφαίρεσις est figura, quum principio vocabuli aliquid detrahitur. Ἀφαίρεσις (inquit Diomedes) est ablatio de principio dictionis, contraria prothesi, quum aut litera amputatur, aut syllaba aufertur. litera, vt — Ruit omnia latè, pro Eruit: syllaba, vt Temnere diuos, pro Cōtemnere: & Linquere castra pro Relinquere.

Ἀφαίρεσις, Quod ex cæsi animalis interaneis extrahitur. Athenæus lib. 8, ἔπειτα ὑπορρύσαντος τὸ πολλοῦ αἵματος, πάντα τὰ ἐντοδιδόμενα μετὰ τῆς ἀφαιρέσεως (εἴρηται γὰρ καὶ ἡ ἐξαίρεσις, ὥστε μυλλοῦσθαι δεῖ πλείς) δίεκλυσε βοῦς μελῶν οἴνῳ πολλάκις, ἐκφέμασι ἐν πεδῶν. Vide in Ἐξαίρεσις.

Ἀφαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vel Quæ auferri potest. Item, Exemptilis, vt cortex arboris exemptilis. CVI opponitur Ἀναφαίρετος, Qui vel quæ auferri non potest: vt virtus dicitur κτῆμα ἀναφαίρετον possessio quæ auferri nequit.

¶ Ἀποαιρεῖσθαι etiam reperitur apud Homerum, seruata præpositione integra, vt modò docui. Ex Herodoto autem citatur Ἀπαιρέω pro ἀφαιρέω, in hoc loco, δείσας μὴ ἀπαιρέῃ τὸν ὀρχὸν ὡς τὸ ἀδελφοῦ. Ex eodem verò citatur etiam ἀπαιρεημένος, (vt ἀπαιρεημένοι τὸν ὀρχὸν ὑπὸ Μήδων, id est, A Medis imperio spoliati) & ἀπαραιρημένος, vt ἀπαραιρημένος ὄπα. Sic & infinitiū præs. ἀπαραιρεῖσθαι τὸν ἡγεμονίαν, quæ ad Ionicam dialectum referenda sunt, ita tamen vt melior sit cum α lectio) quum ibidem dicatur ἐξαραιρημένος) licet exemplaria inter se non consentiant.

C.2. Ἐξαφαιρέομαι, οῦμαι, vt ἐξαφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν quasi ἐκ δουλείας ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, in libertatē asserere. Demosth. ὥστε τοῦ χρόν. Καὶ πάντας εἰς ἐλευθερίαν ἐξαφελέσθαι ἔπιμοι. Vide ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν in Ἀφαιρεῖσθαι. Quod autē ad præpositionē ἐξ attinet, Budæus ab illa hoc in verbo (sicut & in aliis nonnullis) significationem cum ornatu augeri etiam censet. Videtur tamen & is vsus eius esse posse quem dixi.

C. Διαιρέω, ῶ, Diuido, Distribuo. Aristoteles De mundo, τὸν οἰκουμένην ὁ πολὺς λόγος εἰς τε ἠπείρους καὶ ἠπείρους διῆλε. Plut. in Pericle, εἰς ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος. Apud Plat. De leg. διαιρεῖν κλήρους. Herodotus autem dixit διαιρεῖν δύο μοίρας Λυδῶν pro διαιρεῖν Λυδοὺς εἰς δύο μοίρας. Dicitur & διαιρεῖσθαι actiua significatione pro Diuidere, apud Plat. in Phædro. Ex quo etiā citatur διελέσθαι μέρη (simili præcedētibus loquēdi forma) pro Diuidendo facere partes. Ex Luciano autem affertur διελώμεθα τὸ ἔργον pro Per partes negotium suscipiamus: sed malim simplicius Partiamur opus. vt apud Thucydidem (vnde sumpsisse Luc. videri potest) lib. 7, pag. 236, ἔπειτα δεκέλειαν ἐπείχιζον, καὶ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. Quod substātiuum idem scriptor omittit interdū, dicitque tātùm. διελόμενοι. vt lib. 5, p. 190, καὶ διελόμενοι τὴν πόλιν τοῦδε τεῖχιζον, i. (vt in margine meæ editionis annotaui) Et vrbem muro cingere cœperunt, opus inter se partiti. At Valla hūc verbi huius vsum non intelligēs, procul aberrauit, quū accus. τὴν πόλιν cum διελόμενοι iungens, interpretatus est,

Expugnatámque vrbem muro cinxerunt. Occurrit autem & aliquot aliis Thucyd. locis idem huius verbi vsus. Διαιρεῖσθαι passiua itē sign. dicitur pro Diuidi, Distribui, vt διαιρεῖσθαι εἰς μέρη, apud Plat.

Διαιρῶ, pro Findo, vel Seco (sicut Diuidere & Secare interdum copulantur) Xenoph. Hellen. 6, καὶ τὸν ὁροφὴν διελόντες. Quod ante eum dixerat Thucydides, lib. 4, p. 137, καὶ διελόντες τὴν ὁροφήν. Idem pag. 157, καὶ τὸν κῦ Καταφρᾶτον πυλίδα διήρουν. Sic Gal. ad Glauc. διαιρεῖν τὸν φλέβα. Luc. πέμνειν & διαιρεῖν copulauit in Zeuxide, πέμνοντες νὴ Δία καὶ διαιροῦντες τοῖς δρεπάνοις. Apud Xenoph. autē διαιρεῖν γῆν pro Aperire, id est effodere (inquit Bud.) ἰσάναι δὲ τὰς ποδοσράξας, διελόντα δ' ἧς βάθος πεντεπαλαιαῖον. Διαιρῶ τόπον, Explano hoc, Bud. ex Theophr. Citat ex eodem, ὑφῆς καὶ πειρῶντά γε διαιρεῖν, vbi exponi: Differentias cōstituere & discrimina notare. Sic & διαιρεῖσθαι pro Explicare, apud Platonē De rep. 5, οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκεῖνο λοιπὸν διελέσθαι, εἰ δρᾷ, &c. Sic De rep. 9, τὸ δὲ δὴ τοῦ θυμοῦ, οἷαί τε καὶ ὅσαι εἰσὶν, οὐμοὶ δοκοῦ ὧν ἱκανὰς διῃρεῖσθαι. Idem ab Herodoto sæpe poni tradit pro Discutere & differere. Sic autem & in hoc Plat. loco pro Differere & disputare, accipi tradit, Polit. 7, πυχάνω δὴ διηρημένοι πρότερον ὅπ φύσεως καὶ ἔθους καὶ λόγου δεῖ. Vide apud ipsum Bud. plura huius signif. exempla. Comm. p. 666, & 667. Inter quæ ponit & hoc Theophr. ὥραν δὲ τῆς ἀμπελουργίας οἱ μὲν τὰς χώρας μόνον διαιροῦσιν, οἱ δὲ τοῦ χλοῦν ἐφάπτονται, ita exponēs hæc verba, Vitis putandæ tēpus partim ex agrorum varietate, partim è generū natura statuūt. Vbi tamen διαιρεῖν videtur ad primam signif. referri posse, vt si dicam Diuidere & distinguere locis, id est pro differentia locorum seu varietate. Quod autem ad cætera exempla attinet, διαρεῖν siue διαιρεῖσθαι pro Differere, planè retinemus in sermone vernaculo, quum deuiser dicimus à Latino Diuidere, pro Differere. Διαιρεῖσθαι & διοιζεῖσθαι pro eodem ab Aristotele poni Polit. 7, ab eodem Bud. annotatur.

Διαίρεσις, εως, ἡ, Diuisio, Distributio. Διαίρεσις diuisio quæ fit in argumentando. Aristot ἔστι γὰρ ἡ διαίρεσις οἷον ἀσθενὴς συλλογισμός. ‖ Apud grāmat. κῦ διαιρεσιν & κῦ σωθεσιν opponūtur interdum, vt apud Ath. lib. 11, ἀλλ' οὐδὲ κῦ διαίρεσιν αἰαγωγέον, ἀλλὰ κῦ σωθεσιν, ὑποπτεύομες. Itē Διαίρεσις apud grammat. quæ opponitur σωαιρέσει, vide in Σωαίρεσις. ‖ A Bud. exponitur etiā Διαίρεσις Discriminatio, differētiarūmq; adnotatio, earūmque rerū quæ ad rem cōstituendā pertinēt: & exemplū ex Theophr. affert. Vide Comm. pag. 667.

Διαιρετὸς, τὴ, τὸν, q. d. Diuisibilis, Qui diuidi potest. Exponitur & Separabilis. Arist. Ethic. 1, συνεχὲς & διαιρετὸν inter se opponit: Xenoph. autem διαιρετὸς & σωθετὸς (sicut κῦ διαίρεσιν & κῦ σύνθεσιν inter se opponi, modò dictū est) Pæd. 4, ὥστε τί ἄλλο ἢ διαιρετὸς ἐπιτυχέστερος καὶ πάλιν συνθετὸς γίγνομαι; Vbi lubēter διαιρετὸς interpreter Diuidu⁹: quum hîc διαιρετὸς non sit Qui diuidi potest, sed Qui diuisus est. ‖ Διαιρετὸς, Fissilis, vt διαιρεῖν diximus pro Findere etiam poni. ‖ Διαιρετὸς λόγος, Explicabilis sermone. Thucydides lib. 1, pag. 28, καὶ τὰς ἀπροσδόκητα τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς, id est, Et euentus fortunæ non posse oratione definiri & explicari: vt referatur ad illam significationem quam Budæus dat τὸ διαιρεῖν & τὰ διαιρεῖσθαι pro Explicare siue Explanare. Haud scio tamen an & ita possit accipi vt dicat tam varios esse fortunæ euentus, vt nulla eorū iniri ratio possit, & quasi in certa quædam genera diuidi. Scholiastes exponit φανερὰς, quam vocem suppositititiam esse suspicor. HINC Διαιρετῶς, Diuisim, Separatim. quæ significatio in vulg. lex. malè datur τοῦ διαιρετικῶς.

Διαιρέτης, ου, ὁ, Diuisor, Distributor, apud Greg. Nazianz.

Διαιρετικὸς, κὴ, κὸν, Vim aut facultatem diuidendi habens vel separandi, Aptus ad diuidendum. Plut. De primo frigido, καὶ ὅλως τὸ μὲν πῦρ διαιρετικόν ὅτι καὶ διαιρετικὸν, id est (Turnebo interprete) Atque omnino dirimit ac dissipat ignis. Theophylactus epistola 79, περιπαθῶν καὶ ῥαδιοῦχοι καὶ κήρυκες καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ὀλιγευξις, φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλὺς, καὶ διαιρετικὸν τῶν πόνων ἀρετῶν χωρισμός. Hæc autē epistola (vt de hoc obiter admoneam) ineptè inter epistolas Isocratis ponitur, quum Theophylacti sit, Isocratis nomē in hac epistola mutuati (vt in aliis alia mutuatur) & quidem alius potius Isocratis quàm huius. HINC Διαιρετικῶς aduerb. q. d. Cum quadam diuidendi facultate. Plutarchus tamen in Politicis præceptis aliter vsus videtur. In vulg. lex. exponitur Diuisim, Discretim & discriminatim, quæ potius conuenirent aduerbio διαιρετῶς.

c.2. Ἀδιαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indiuiduus, Inseparabilis, ἀχώριστος. Aristoteles Metaphys. 9, τὸν γὰρ μονάδα πᾶσαν παντὶ ἀδιαίρετον. Greg. Nazianzenus in l. De diuinitate, ὡς ἀδιαίρετός ὅστι καὶ μονοειδὴς ἡ θεία τε καὶ ἀμερὴς τοῦ κρείττονος οὐσία. Et ibidem paulo pòst cum genitiuo, ὁ σωφρονικὸς οὐ τοσοῦτον καὶ κοινὸς ἅπασιν ἡμῖν λόγος ἀδιαίρετος μόνον ὅστι τῆς σωματικῆς καὶ μόνης ψυχῆς, id est, Ab anima separari non potest. ‖ Item Ἀδιαίρετος pro non diuiso (vt διαίρετον pro diuiso, non pro diuisibili, alicubi poni ostendi) citatur ex Aristotele Politic. 2, τίνα δὴ ἀδιαίρετον οὐσῶν, αἰνάγκη τοὺς τοῦ ζυγὸς μηδὲν ἔχειν.

c.2. Δυς διαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Difficile diuisibilis, Cuius diuisio difficilis est. CVI Εὐδιαίρετος opponitur, Qui facilè diuidi potest. Exponitur & Facilè scissilis. Theophr. scillæ foliū dicit esse ὀδιαίρετον, l. 7, cap. 12, Hist. pl. ‖ Ex Xenophōte Hellenicōn 1, καὶ ὁ αἴγιος ὀδιαίρετος ἦν, exponitur in vulg. lex. Vētus apertus: sed deprauata est vox illa ὀδιαίρετος in Florentino etiam codice, & in ὀδιαίτερος corrigenda, vt ego ex vet. etiam librorum autoritate in mea editione restitui. Tantùm autem permutantur literæ in hac emendatione.

c.2. Ἀντιδιαιρῶ, Ex opposito diuido, Oppono ad diuisionem. Budæus in hoc Aristotelis loco, Topicorum 6, πᾶν γὰρ τὸ χῶρος τοῖς ἀντιδιηρημένοις διαφοραῖς διαιρεῖται, appellari ἀντιδιηρημένας ait è regione oppositas ad generis diuisionem: quòd has assumi in definitione oporteat vt non vitiosa sit. Nazianz. εἰ τοῦς ἐκεῖνον ἀντιδιήρηπο τὸ μόνον ἀληθινόν, pro Si illi ex aduerso responderet. Citatur ex eodem ἀντιδιαιρεῖται τοῦ μέλλοντι pro Ex aduerso respondet. Hesych. ἀντιδιαιρεῖται exponit ἀντιμελέτηται.

Ἀντιδιαίρεσις, Diuisio ex opposito, apud Galenum.

c.2. Προσδιαιροῦμαι, Insuper diuido. Citatur ex Aristotele in Rhet.

c.2. Συνδιαιρέω, Simul diuido, Simul distinguo, apud Gregorium Naz.

c.2. Ὑποδιαιρέω, Subdiuido, Particularius diuido.

VNDE Ὑποδιαίρεσις, Subdiuisio, vtrunque apud dialecticos.

C. Ἐξαιρέω, ῶ, Eximo, Eruo, Educo, Extraho, Aufero. Plato in Cratylo ἐξαιρεῖν γράμματα & ἐπιβάλλειν inter se opponit. Il. Panath. τὴν εὐβουλίας καὶ λόγοις ἐξαιρεῖν ἐπιρρῶντο τοὺς διαφοραῖς. Lucianus Caucaso, γύπας ἂν ἐπέστησέ σοι τὰ ἔγκατα ἐξαιρήσοντας, Eruturos, Extracturos. Ciceronem ἐξαιρεῖν interpretari voluisse verbo Eximere apparet ex iis quæ dicit de adiectiuo ἐξαιρέσιμος, quæ proferam paulo post. Idem, ἐπιδεῖν τὸ ἀλγοῦν ἐξαιρεῖν interpr. Quū dolor detractus esset, vt habes pag. 53 mei lexici Cicer. Ἐξαιρεῖσθαι significat. actiua pro eodem, vt apud Platonē in Ione, δεῖ τόπ ὁ θεὸς ἐξαιρούμενος τοῦτων νοῦν, τοῦτοις χρῆται ὑπηρέταις καὶ χρησμῳδοῖς. Ante eum autem Homerus & Hesiodus ἐξέλετο φρένας itidem dixerant: Hom. Il. ρ, — καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς: Hesiodus Aspide, — τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Sic Isocrates, τοὺς φόβους ἐξαιροῦ τοῦ πολίτου. Sic Theophrastus, ἐπὶ καὶ τῶ καπῶν ἐξαιρεῖται τὴν γλυκύτητα. Vt autē dicitur ἐξαιροῦμαι τοῦτο σοῦ, ita ἐξαιροῦμαί σε τοῦτο: vt apud Plut. Romulo, βίας ἐξελέσθαι τοὺς ἀδικουμένους. Sic ἐξέλετο κινδύνου. Item addita præpositione ἐκ, vt ἐκέλεῦ με ἐκ ἐχθρῶν, quæ duo exempla ponuntur ab Eustath. docere volente hoc verbum accipi à posteris Homeri pro λυθῆναι. Passiuū autem cum accusatiuo interdum iungitur, vt Plat. in Gorg. ἐξαιρεθέντας τὸν ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, id est, Quibus excēpta est iniustitia. Synes. autem dixit ἐξιρήσθων τοῦ λόγου Θόας καὶ Ἀνδρόνικος, Eximantur è sermone, id est excipiantur. ‖ Ἐξαιροῦμαι in signif. actiua à Budæo redditur etiam Effero, Expono: vt Demosth. in Dionys. ἐξαιρεῖται τὸν εἶπεν ὁ τῇ Ῥόδῳ, κἀκεῖ ἀποδίδοται. Idem, τὸν μὲν ναῦν εἰς Ῥόδον κατακόμισε, καὶ τὸν γόμον ἐκεῖσε ἐξελόμενος, ἀπέδοτο τοῦδε τὸν συνεχῶ αφλιῶ. Sic Cebes Thebanus, αἱ νῆες τὰ φορτία ἐξελόμεναι. Hæc autem

significatio potest quodammodo sub proximè præcedente comprehendi. merces enim exponi non possūt quin educantur è naui. Sic Thucydides lib. 8, pag. 272, ἐκβύνη ἐξέλοιτο dixit, è naui videlicet. vbi Exemerant è naui aut Eduxerant, commodius verti putem quàm Exposuerant. In hoc autem eiusdem Thucydidis loco ἐξαιρεῖσθαι videtur potius esse Reponere quàm Exponere, lib. 8, pag. 291, εἰς ἓν καὶ τὸν ὅπου ἑκάστου πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ὅπλα ἐξαιρεῖσθαι. ¶ At ἐξαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, quod exponitur Vindicare in libertatē apud Lysiam, Isocratem, Demosthenem, ad primam illam significationem referendum itidem esse, ostendit Latinum loquendi genus quod in ἀφαιρεῖσθαι protuli, Eximere in libertatem. q.d. Exemptos è seruitute in libertatem vindicare.

Εξαιρῶ, Secerno, Seligo, Deligo tanquam eximium, Extra sortem do. Il. λ, — ἐν δὲ Ἀχαιοὶ Ἔξελον. Et ω, Κούρην ἐν δῶρα μοι γάμου ἔξελον ἠδὲ Ἀχαιοῖς. Xen. Pæd. 4. de manubiarum diuisione itidem loquens, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖτε ὅ, τι καὶ οἱ μάντεις ἐξηγοῦνται, ἔπειτα δὲ Κυαξάρει ἐξέλεσθε ὁ ποῖον αὐτὸς εἶναι δεῖ μάλιστα αὐτῷ χρῆσθαι. Sic Pæd. 7, ὁ κροκωνιὰς τοῖς θεοῖς καὶ πεμφθὲν ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. Et in 5, de muliere quæ inter alias deligitur tanquam cæteris præstans, ναὶ μὰ Δία, ἔφη, οὐ δοκεῖ μοι ἐξαιρεῖσθαι αὐδρίστος, ἔφη, οὐ δοκεῖ, οὔτε τὸ εἶδος, &c. Quod & voce passiua dicitur, cum ab aliis tum ab eodem Homero & ab eodem Xenoph. ab Hō. vt Od. ξ, — καί μοι μάλα πάντα ἐξαιρεῖται Τῶν ἐξαιρεῖται μῦθον ἐνὶ φρεσὶ θέσκελα. Et Il. ι, Λεσβίδας, αἳ, ὅτε Λέσβον εὐκτίμενον ἔλεν αὐτός, Ἐξέλετο, αἳ κάλλει ἐνικήσαν φῦλα γυναικῶν. id est ἀπέκρινα, inquit Eustath. At verò Il. β, non dicitur simpliciter τὴν ἐξέλετο, sed τὴν ὃν Λυρνησσοῦ ἐξέλετο: vnde à quibusdam exponitur Abduxit, vel Captiuam abduxit: sed potest & hic illa significatio inclusa intelligi, vt sit, Quam quum selegisset, ex Lyrnesso abduxit. vel, Quam selectam à se abduxit. Potest & simplicius accipi, Quam è Lyrnesso selegit, pro Ex iis vel inter eas quæ apud Lyrnessum erant. Et ita manebit hoc verbum in illa sua significatione. At verò Il. ο, — ὃν δ' ἔλετ' ἐν Ἀβύδῳ, τὰ τερατώνια, &c. ἐξέλετο duas admittit expositiones, vt annotat Eustathius, vel pro Selegit, siue Delegit, vel pro Eduxit, siue Prompsit. A Xenophonte autem, vt eiusdem Pædiæ 5, ἐνίκα ἐξηρούμενοι τὸν αὐτῶν. Sic autem interdum vsurpatur ἐξαιροῦμαι in passiua etiam significatione: vt apud Thucydidē lib. 3, Δημοσθένει ἐξῃρήθησαν, Demostheni exempta sunt, Demostheni extra sortem sunt data.

Εξαιρῶ, Diripio, Populor, Hesych. Cuius significationis exemplum à Budæo non ponitur in hoc simplici compositio ἐξαιρῶ, sed tantùm in bicōposito συνεξαιρῶ, ex Demosthene. At habemus in hoc Thucydidis loco lib. 4, pagin. 144, τὴν Νισαίαν ἐξῃρεῖτο μάλιστα, νομίζοντες, εἰ ταύτην βουλήσοιντο, πάντα ἐξελοῖεν, &c. Quæ significatio vicinior est primæ quàm proximè præcedenti. Sic autem & Herodianus post Thucydidem dixit, lib. 3, πάντα θένει πυρώσας τὴν πόλιν ἐξελεῖν. Verùm sciendum est & de hominibus dici pro Subiugare. nam apud eundem Thucydidem, lib. 8, ἐξέλωσι schol. exponit καταδουλώσωνται. Apud Euripidem quoque in Phœnissis ita lego, — πᾶν δ' ἐξαιρεῖ λόγχης Ἑλλὰς σάκρος πολεμίων δράσειν σύ. quū tamen vulg. edit. habeant ἐξαίρει: & interpretor Expugno, eo sensu quo à Plauto Expugnare aurum alicui, & à Cicerone talia quædam dicuntur. Hæc autem significatio verbo etiam καθαιρεῖσθαι conuenire videtur in hoc Herodoti loco, in Polymnia, μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδυνεύοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. Eadem certè vtrique danda esse interpretatio videtur, quæcunque sit: nisi quòd huic passiuum, illi actiuum adhibendum est verbum. Vide igitur Καθαιρῶ.

Εξαιρημένος, participium Ionicæ dialecto peculiare (sicut ἀπαιρημένος antea in verbo ἀφαιροῦμαι) quo vtitur Herodotus, κοινῇ ἐξαιρημένος ὑπὸ Ἑλλήνων Ποσιδέωνι Ἑλικωνίῳ, id est Selectus & dicatus.

Εξαιρεσις, εως, ἡ, Exēptio, Eductio. Εξαίρεσις λίθου apud Herodotum, vnde Εξαιρέσιμος. Peculiariter autem dicuntur ἐξαίρεσις quæ exenterando eximuntur: vt apud Eustathium, ἐξαίρεσις πάντα τὰ ἐνδόσθια μετὰ τῆς ἐξαιρέσεως. Pro qua significatione vide & locum qui in Ἀφαίρεσις ex Athenæo citatus est. ‖ Εξαίρεσις, Locus in portu in quem merces è nauibus eductæ exponuntur. Poll. lib. 9, καθὼς Ὑπερείδης φησὶν, ἐξαίρεσις, ὅπου τὰ φορτία ἐξαιρεῖται. quod tamen φορτία redditur Onera in vulgaribus lexicis, ego Merces. ‖ Εξαιρέσεως δίκη, Actio qua quis experiebatur aduersus eum qui seruum abduxisset & liberum asseruisset: ea petebat actor à prætore vt vindicias secundum seruitutem decerneret. Sic in vulgaribus lexicis, ex Suida.

Εξαιρέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Exemptilis, Qui eximi potest. vt ἐξαιρέσιμοι ἡμέραι, Dies qui è mense eximebantur, vt cum solis lunæque ratione congruerent. Quibus opponuntur ἐμβόλιμοι, qui intercalantur. Cic. in Verrem, Est consuetudo Siculorum cæterorúmque Græcorum, quod suos dies mensésque cōgruere volunt cum solis lunæque ratione, vt nonnunquam, siquid discrepet, eximāt vnum aliquem diem, aut summùm, biduum ex mēse, quos illi ἐξαιρέσιμους dies nomināt. Vide & Arist. Œcō. ἐξαιρέσιμος λίθος apud Herodot. non pro exemptili, sed pro exempto. exponitur enim ab Eustathio ὁ ἀπὸ πίχυος ὁλοκληθείς. secundum quam expositionem fuerit ἐξαίρεσις λίθου apud eundem Herodotum ἡ ὁλόκληρος.

Εξαιρετὸς vide in Εξαίρετος.

Εξαιρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Exemptus è numero, Selectus, Eximius. Sic γυναῖκες ἐξαίρετοι, Il. β. & κοῦροι ἐξαίρετοι, Od. η, id est ὃν τῶν ἄλλων αἱρεθέντες, quod est ὑπακριθέντες. qui & ἐξαίρετοι dicūtur per syncopen, vt ἐξαίπτις ἔρεπε, Eustath. 151 n. Mulieres selectæ, & Iuuenes selecti, illæ ob pulchritudinem, hi ob fortitudinem. vnde ab Homero poni ait, tanquam explicandi gratia, κοῦροι οἱ κατ' δῆμον ἀριστεύοντες, & κρίνας αἰὰ δ' ἦμον ἀρίστους. Sunt qui ἐξαιρέτους γυναῖκας interpretentur Eximia siue egregia forma præditas. Apud Thucydidem ἐξαίρετον πιεῖν, Seligere, Seponere. q.d. Exemptitiū facere: apud eūdem lib. 2, τριήρεις τε μετ' αὐτῶν ἐξαιρέτους ἑκατὸν ἐποιήσαντο, triremes sepofuerūt. Ibidem, χίλια τάλαντα ἐξαίρετα πεντακοσίων χρυσῆς δραχμῆς. Politianus apud Herodianum lib. 7, δοκοῦντα ἀμοιβῆς ἐξαιρέτου τυγχάνειν, interpr. Putātem sibi insignem gratiam relatū iri. Sic ἐξαίρετοι γέρας, Philo ni eximium munus. Εξαιρετον (inquit Budæus) dicitur Præcipuum, ὁπίλεκτον, Eximium, θεσκρίτον, Extra ordinē datum. Plutarchus, Κάτωνι δὲ ἐδόθη ἐξαίρετος στρατηγία, Catoni prætura extra ordinem est data. Significat etiā receptum, id est exceptum, & qui non venit in sortem. Et apud Galenum ἐξαίρετον alicubi declarare dicit Præcipuum & maximè curandum. ‖ Εξαίρετος, Peculiaris, vt quum Demosth. Pro corona, ἐξαίρετον & ἴδιον copulat, vt Lat. proprium & peculiare interdum copulantur. Plutarchus in Coriol. καὶ ἀγαπήσειν ὡς ἕκαστος τὴν νέμησιν. ἐξαίρετον δὲ μίαν αἰτοῦμαι χάριν, ἔφη. Sic exponitur & in hoc Æschinis loco, ἐξαίρετον αὐτῷ τυγχανίδα θεσπιοῦμεν. ‖ Apud Aristidem ἐξαίρετον genitiuo iunctum exponitur Exemptum, ἐξαίρετον τοῦ ἡλίου δίσκων, exēptum à solis occasu.

Εξαίρετος, Eximendus, Eiiciēdus. Xenophon Pæd. 2, ἀλλ' ἐγὼ τοὺς τοιούτους ἄνδρας γιγνώσκω ὅτι τῆς στρατιᾶς ἐξαιρέτους εἶναι. Ita quidem Budæus, & ita in mea etiam Xenophontis editione legi fateor, pag. 29, sed vt in annot. docui, quum pag. sequēti ἐξαιρετέοι dicat, nō dubito quin & hic ἐξαιρετέους itidem legendum sit. Est autem Εξαιρετος etiam Euertendus, Dignus qui euertatur. vt Polyb. ἡ Καρχηδὼν πολλοῖς Ῥωμαίων ἐξαιρετέα ἐδόκει εἶναι.

Εξαιρετὸς oxytonè, ὀκβαλλόμενος, vt exponit Suidas, id est Qui eiicitur. In vulgaribus tamē lexicis interpretatur Eiectus: sed videtur ἐξαιρετὸς esse Qui eiicitur, vel potius Eiectitius, quod quidem accipiatur passiuè. Fortasse & Exemptilis non malè interpretabimur.

Εξαιρέτως, aduerbium, Eximiē. Item, Præcipuè, Præsertim, In primis, vel Potissimum. Herodot. lib. 4, καὶ τοῦ θεοῦ χρήσασθαι ὃν ἐκεῖνοι σέβουσιν ἐξαιρέτως, id est Egregiè venerantur, Pol. interprete. Malim tamen In primis. Sic lib. 3, δι' χείμερος γὰρ πᾶσα Καππαδοκία, ἐξαιρέτως δὲ Ταῦρος, vbi ille vertit Maximē. Philo De vita Mosis lib. 1, ὃ γὰρ πέπονθεν ἕκαστος, αὐτὸς ἐξαιρέτως οἶδεν. In hoc autē Plutarchi loco Symposiac. 4, πολλῶν ὄντων ποιητῶν ἕνα τὸν κράτιστον, ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν, videtur ἐξαιρέτως exponi cōmodè posse Peculiariter. Sunt tamen qui vertant

Per excellentiam.

c. 1. Συνεξαιρέω, ρῶ, Vnà diripio, siue populor, Adiuuo in diripiendo. Demosth. ὧν τοῖς μὲν πλὴν Βοιωτοῖς συνεξαιρήσειν ὁμωμόκει, τοῖς δὲ πλὴν Πυλαίας συγκαταστήσειν.

c. 2. Ὑπεξαιρέω, ρῶ, & Ὑπεξαιρέομαι, οῦμαι, Clàm aufero vel auerto, Interuerto, Subduco, Subtraho. Luc. De Prometheo, ὃς πλὴν νομίμου τοῦ χρεὼν ἐγχειρεῖν, οὕτως ἀπαπλὴν ἐπιτήδειος ὢν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν Δία ὑποδραλογίσασθαι. ‖ Est etiam Ὑπεξαιρεῦμαι, Excipio, siue Recipio, i. Retineo mihi in re alienanda, vt interpret. Bud. in hoc Luciani loco, πλὴν ὀλίγας ταύτας ἡμέρας ὑπεξελέσθαι μοι ἔδοξε. Est præterea (vt vult idem) Excipio, id est In pacto contineri nolo, vt in hoc Athenæi locus, qui est libro 10, initio pag. 178, οὐδὲ μίαν ὑπεξαιρούμενοι θεῶν. Vide verbale sequens ὑπεξαίρεσις.

Ὑπεξαίρεσις, εως, ἡ, Subtractio, Detractio. vt quum dicit Epicurus apud Sextum philosophum & apud Laertium, ὅρον τῶν μεγίστων τοῦ ἡδέως εἶναι τὴν πάντῃ τοῦ ἀλγεῖν ὑπεξαίρεσιν. pro quo tamen Cicero dixit, omni priuatione doloris terminari summā voluptatem. ‖ Ὑπεξαίρεσιν Quintil. vertit Exceptionem, lib. 3, c. 8, Legales autem quæstiones has fecit, scripti & voluntatis, quā ipse vocat κατ' ῥήσιν καὶ ὑπεξαίρεσιν, i. secundum dictum & exceptionem. Sic μετὰ ὑπεξαιρέσεως pro Cum exceptione, citatur ex Marco Aurelio.

C. Εφαιρέομαι, οῦμαι, Pòst eligo, Post alium eligo, i. Substituo in locū alius qui fuerat electus. Vel pass. Pòst eligor, &c. vnde apud Thuc. lib. 4, pag. 134, τὸν δὲ μετ' αὐτὸν ἐπαιρεῖτο ἐφηρημένος. vbi vel vacat μετ' αὐτὸν, vel præpositio in ἐφηρημένος.

C. Καθαιρέω, ρῶ (quæ actiua vox actiuam significationem sola habere putatur) Deiicio, Deturbo, Deduco. Arist. Nebulis, καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην. Quem imitatus Luc. dixit itidem in Dial. Veneris & Amoris, τὴν σελήνην δὲ καθαρῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, id est, Cælo deducis lunā vt Virgil. loquitur. Budæus exponit etiam Deorsum elicis. Eadem cōstructione dixit Antipho, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες καὶ συγχωνεύσαντες, ἐπώλησαν ἡμῖν, quum deturbassent. Subtūgit autem Budæus illi Aristophanis loco, vbi καθαιρεῖν ponitur pro Deducere, istum Homeri Odyss. ι, Κελσάσκον δὲ νηυσὶ καθείλομεν ἱστία πάντα. vbi καθείλομεν itidē exponit Deduximus, vel Cōtraximus. Καθελεῖν ponitur etiā pro Deiicere metaphoricè sumpto: vt apud Theodor. Ecclesiast. hist. 2, καθελεῖν τῶν ἐπίσκοπον, καὶ τὴν ἐκκλησίας ἐξήλασαν, episcopatu abdicauerunt & deiecerunt. Et sic alibi sæpe Bud. Comm. pag. 670. ‖ Καθαιρῶ, Euerto, Diruo. Thucyd. 3, καὶ τεῖχη καθελεῖν. Item Euerto, Subuerto, Pessundo, metaph. signif. vt apud eundem, libro eodem, καὶ Ἀθηναίοις ῥᾷον καθαιρήσετε, ὑφαιρούντες αὐτῶν τὴν ξυμμαχίας. Sic lib. 1, εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξετε, Si euerso nostro imperio, ipsi imperaretis. Ad verbū, Euersis nobis. ‖ Καθαιρῶ itē pro Abrogo, Rescindo, quæ affinis est significatio. vt καθαιρεῖν τὸ ψήφισμα apud Plutarchum in Pericle. Apud Thucyd. itē schol. καθαιρεῖν exponit ἀκυροῦν. ‖ Καθαιρῶ, Damno. Bud. ex Basil. Vide Comm. pag. 670. ‖ Καθαιρῶ denique pro Occido, Interimo, vt Cicero interpretatur apud Sophocl. Trach. Vide pag. 113. Cic. lexici. Vide & Καθαίρεσις.

Καθαιρῶ, Comprimo, Reprimo, Cohibeo, Deprimo, Imminuo, Extenuo. Καθαιρεῖν τὴν ὑπερβολήν, & καθαιρεῖν τὰ ὑπερβαλλόμενα apud Galenum, Quod excreuit & supramodum auctum est aut sublatum submittere & minuere. vnde καθαιρετικὰ φάρμακα. Plutarchus in Antonio, καὶ τὸ σῶμα λεπτοῖς καθαίρει διαίταις. Sic καθαιρεῖν τὴν δυναστείαν apud Lucianū in Nigrino pro Imminuere, Frangere potentiā. Et καθαιρεῖν τὸ ἀξίωμα apud Plutarchum in Themistocle. Et καθαιρεῖν τὸ φρόνημα τοῦ ὑβρίζοντος, Spiritus minuere & inhibere, Spiritus elatos cōprimere, hoc est καταστέλλειν, Bud. Comm. 670. ‖ Apud Homerū καθαιρεῖν ὀφθαλμοὺς, claudere oculos morientiū. vt Il. λ, Ἀλλ' εἶλ' οὐ μοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσ' θανόντος περ. Et Od. λ, Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔλεον, σῶν τε τόμ' ἐρεῖσαι. Et eiusdem Od. ω, Ὀφθαλμοὺς καθελοῦσα. Ideo autem hanc significationem hic posui quòd Comprimere oculos etiā dicatur ab Ouidio, cuius verbi alteri quoque significationi respondet καθαιρῶ in proximè præcedentibus exemplis. Virgilius simplici pro composito vtens, Premere oculos, etiam dixit.

Καθαιρῶ ἀγῶνα, Vinco certamen susceptum, Plut. ἀθλητὴς τοσοῦτος ὢν ἀνδράσι, καὶ τοῖς πάντας ἀεὶ καθελόντας ἀγῶνας. Ponitur καθαιρῶ (inquit Budæus) etiā pro Peragō, & Vinco certamen susceptum. deinde locum Plutarchi proximè præcedentem, & Herodoti proximè sequentem affert. At ego καθαιρεῖσθαι pro Peragi apud Herodotum admitto (etsi malim Expugnari, vt in Εξαιρῶ dixi) at Καθαιρῶ per se alteram illam significationē habere non existimo, sed cum nomine ἀγῶνα aut alio synonymo. Herodoti locus est in Polymnia, μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδυνεύοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι, id est καταπροῦσθαι καὶ ὑπεξαιρεῖσθαι, inquit Bud. (Est autem positum Ionicè καταιρέεσθαι pro καθαιρεῖσθαι) Itidē Valla apud Thucydidem καθαιρετέον μελέτην vertit, Cōsequendum exercitatione, vt habent vulg. lex. Vide quæ scripsi in fine verbi Εξαιρῶ, in loci Euripidei expositione.

Καθαιροῦμαι, pass. voce & signif. Deiicior, Euertor. Item Imminuor, vt Act. Apost. c. 19, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς.

Καθαίρεσις, Deiectio, Deturbatio. Item Euersio, Subuersio. Apud Herodianū lib. 3, Ἰουλιανοῦ καθαίρεσις pro Iuliani cæde: vt si Καθαιρεῖν dicas Euertere vita. Sed & ipsū verbum καθαιρεῖν pro Interficere à Sophocle poni dictum est. Suidas autem Stesichorū quoque ita vsū esse tradit, atque adeo Demosthenem. Ab Hesychio exponitur κατάλυσις & κατάστροφή. ‖ Καθαίρεσις, Damnatio, apud Basil. Quæ signif. affinis est præcedenti.

Καθαίρεσις, Depressio, oppositum τῇ ἐπάρσει apud Gregorium, ἀρὰ τὴν ἔπαρσιν ἡμῶν δεόμεθα καθαιρέσεως. Apud Aristotelem autem opponitur τῇ αὐξήσει, Phys. audit. l. 3. Dioscorides καθαίρεσιν ὀγκοῦ vocat imminutionē, siue extenuationem: de caseo ita scribens, ὁ δὲ νεαλὴς τυρὸς τὴν καθαίρεσιν ὀγκοῦ ὀλιγιστάκις. Sic Plinius minuere corpus dixit caseos. sed de veteribus loquens. Apud Aristotelem De generatione l. 2, σώματων καθαιρέσεις, tabes & extenuationes. Sic Plutarchus in Antonio de Cleopatra quæ mortem sibi lentam cōscisceret statuerat, ἐχρῆτο καὶ συνεργῷ τῇ καθαιρέσει. id est τῇ τοῦ σώματος συντήξει, Bud. C. p. 670.

Καθαιρέτης, Deiector, Euersor. Thucyd. l. 4, p. 148, καθαιρέτας ὧν αὐτὸς ἀποφαίνει πολεμίους. In vulg lex. καθαιρέτης exponitur etiā Demolitor, Vastator, Interfector, Carnifex, sed nullo addito exemplo.

Καθαιρετικὸς, κὴ, κὸν, Euertendi vim habens. In vulg. lexic. ἀφανιστικός. Et καθαιρετικὰ φάρμακα Galeno, Quibus reprimūtur & minuuntur quæ supra modū aucta sunt, & ad modum naturalem salubrémq; ea reducunt, τὰ καταστολικὰ τῶν ὑπερβαλόντων.

c. 2. Συνκαθαιρῶ, Vna euerto, In euertendo adiuuo, Thuc. ‖ Ex Herodoto autem citatur συνκαταιρέει ἀγῶνας (positū pro συνκαθαιρεῖ) pro Certamina obtinet, vel vincit. secundum quam posit. eadem esset significatio τὸ συνκαθαιρεῖν quæ & τὸ καθαιρεῖν, ex eodem Herodoto suprà posita.

c. 2. Ἀκαθαίρετος, ε τ Δυσκαθαίρετος, ε τ Εὐκαθαίρετος. Hesychius ἀκαθαίρετον exponit τὸ μὴ χειροῦσθαι, ἢ ἀφανιζόμενον, i. Inexpugnabile, vel Quod pessundari non potest, siue aboleri. Suidas ἀκαθαίρετος exponit ἀκαταβάπτος, exemplum addens, πύργος ἀκαθάρετος, turris quæ euerti seu dirui nō potest. Δυσκαθαίρετος autem & Εὐκαθαίρετος opponuntur. Δυσκαθαίρετος enim Qui vix euerti potest: at Εὐκαθαίρετος, Qui facilè euerti potest.

C. ΠΑΡαιρέω, ρῶ, (licet Bud. scribat voce tantùm passiua dici) Theophr. De hist. plant. l. 5, διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφουσι παραιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, itaque architecti hoc addunt in syngrapha, ac nominatim cauēt, vt eximatur medulla, vt vertit ipsemet Bud. Comm. pag. 594. Apud Thucydidem autem παραιρεῖν pro Diruere, vt Valla interpretatur lib. 3, pag. 113, καὶ τῶν τε φρουρίων τῶν Ἀθηναίων παρῃρέθη ὑπὸ Λακεδαιμονίων videlicet J Schol. exponit μέρος παρέκοψε, si mendo caret hæc scriptura. Inuenitur & apud Euripidem παρῃρέθη pro Detraxisti.

Παραιρεῖμαι, Adimo, Aufero, Aristot. Pol. 3, ἀπορροῦντες ἀλλ' ὄχλα, παραιροῦται καὶ μικρὸν πρὸς ὀλιγαρχίαν καὶ δούλους καὶ δούλας, i. (Bud. interpr.) Quum autem abundat ipsis multitudo, auferunt è numero ciuium ex seruo ancillàque natos. Demosth. ἕως πόλεις ἑώρα παραιρούμενον αὐτὸν βαρβάρους καὶ ἰδίας. Idem De f. leg. οὐ δέ γε πρὸς χρόνους ἴσον ἐς' ἀδίκημα ἢ τυραννοῦ παρελέσθαι καὶ ἡμῶν, Rerum gerẽdarum occasiones eximere. Et cũ duobus accusat. Aristid. Panath. καὶ παρείλοντο Ξέρξου πρὸς ἐλπίδας τὸ καθ' αὑτοὺς, Xerxi spem suam expectationémq; abstulerunt. Item cum accusat. & genitiuo: Xenophon, βουλόμενος τοὺς συνουσιαστὰς αὐτοῦ παρελέσθαι. vbi παρελέσθαι sonat quod Gallicè dicitur soustraire. In vulg. lex. exponitur Auertere. Dicitur & παραιρεῖμαί σε τοῦτο, pro Priuo te hac re, Adimo tibi hanc rem. Herod. lib. 6, καὶ παρελόμενος πάσης τῆς Θεσσαλίας σκεδύνης. Idem l. 5, καὶ τοῦ πρῶν παρελόμενος. Hoc etiam scribit Bud. Demosthenem verbis παραιρεῖμαι & Θεσαιρεῦμαι in eundem ferè sensum vti.

Παραίρεσις, Ademptio, Detractio. Aristot. Polit. 5, καὶ παραίρεσιν ποιοῦνται τῶν ὅπλων, pro παραιροῦνται τὰ ὅπλα, Adimunt arma vel detrahũt. Plato, καὶ μετὰ δὴ τοῦτο δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐσίας παραιρέσεις, fortunarúmque ademptio ob æs alienum. Bud. Apud Thucydidem autem παραίρεσις exponitur diminutio, lib. 1, ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τοῦ Θεσσαλικοῦ αὖξις ἰσχύοντι.

Παραίρημα, Quod adimitur aut detrahitur. In vulg. lexic. exponitur Recisio, è Bud. epist. post. Thuc. lib. 4, p. 137, καὶ ὧν τοῦ ἐδάφους παραιρήματα ποιοῦντες, ἀπαγχόμενοι, &c. vbi παραιρήματα Pollux ait vocari à Thucydide τὰ πρὸς τῇς ὤσεις, αἱ παραιρεῖσθαι φησὶν ὡς ἰσχυρὰς εἰς αἴγχόνην. Sch. autem dicit, ὡς αὐ εἰ ἔλεγε, τελαμῶνας πνιγόμενοι τοῦ ἱματίου. Hesych. exponit ὠθισμάτα ἱματίων. Ego existimo ὧν τοῦ ἐδάφους παραιρήματα ποιοῦντες esse dictũ pro παραιρούμενοι μέρη τινὰ τοῦ ἱματίου, vt quum Gall. dicitur, *Faire des pieces de quelque chose* pro *Despecer*. Valla interpretatur Restes. Quidam autem παραιρήματα perperam ibi legerunt, vt in hac voce docebo.

C. ΠΕΡΙαιρέω, ῥῶ, Circum aufero, vel in circuitu. Itẽ pro Circuncido, Amputo. vnde περιαιρεθεὶς ἄμπελος, vitis amputatis sarmentis. Putatas Gaza ex Cic. dixit. Bud. Comm. 668. Theophr. De caus. plant. l. 3, cap. 6, περιαιρεῖν τοὺς θαλλοὺς τοῦ κλάδου. Item Detraho. vt Herodianus lib. 3, καὶ περιελὼν τινὰ αὐτοῦ τῆς οὐσίας τὸν Σεβῆρον. Idem lib. 2, τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν αὐτῶν. Ab Aristophane autem περιελῶ σ' ἀλαζονείας inuersa illa cõstructione dicitur quod scho. exponit παύσω. In passiua voce, cum priore illa cõstructione, vt περιαιρεῖται τοῦ αἰθρώπου, ab homine auferi. Et cum accus. (sicut ἀφαιροῦμαι) vt Demosth. in Midiã, ἐπὶ περιαιρεθεῖς ὅσ' τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ αὐ ὑφιρίζοι, Si ab eo auferrentur eius diuitiæ & publicarentur, modestius deinde ageret. Eadem cõstructione dicitur περιαιρεῖται τὰς ῥίζας, quod exponitur à Gaza Abla queatur. Περιηρημένος exponitur etiam Euersus, vel Profligatus: vt in hoc Thucyd. loco, lib. 3, καὶ τὰ τελευταῖα λιπόντες, τοῦ ἄλλου περιηρημένου, ἀσθενέστερα ἔμελλον ἔσεσθαι. ¶ A Budæo exponitur etiam Excutio, Abstergo. & subiungitur hic ex Demosthene locus, περιαιρεθῆναι τοῦ ὕδατος καὶ τὸ φρόνημα αὐτῶν.

Περιαίρεσις, Detractio, Circũamputatio, Theophr. De hist. pl. lib. 4, cap. 17, περιαίρεσις τοῦ φλοιοῦ. quod alibi φλοισμὸν appellat, Plinius decorticationem.

Περιαιρετὸς, Exemptilis. vt περιαιρετοὶ ὀφθαλμοὶ Luc. Historiæ verae l. 1, τοῖς ὀφθαλμοῖς περιαιρετοῖς ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ, φυλάττει ἔστ' αὖ δεηθῇ ἰδεῖν.

C. ΠΡΟαιρέω, ῥῶ, Promo, Depromo. Thuc. lib. 8, pag. 291, ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠναίγκαζον παντὰς τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι, καὶ ἐντεῦθεν περιαιροῦντας πωλεῖν. vbi Valla προαιροῦντας interpr. Promentes, non malè, mea sententia. Reperio enim & apud Lucianum, καὶ τά τοῦ ὁκ παμείνω προαιρῶν. Rara est autem hæc vox actiua, & in vulg. lex. omissa.

Προαιρέομαι, οῦμαι, signif. actiua, Præfero, Antepono, Præopto, Malo. q. d. Præeligo. Herod. l. 6, τοῦ παρόντος κινδύνου τὸ μέλλον προελόμενος αἱρεθέξατο πρὸς ἡμῶν, i. (Polit. interpr.) Futurum quàm præsens periculũ præoptans, honorem scilicet recepit. Luc. in dialogo Achillis & Antilochi, ὃς, ἐξὸν ἀκλεῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν, ἑκὼν προείλετο τὸν μετὰ τῆς ἀρετῆς δόξης θάνατον. Interdũ verò additur particula αὖτι aut μᾶλλον, quæ facit vt quodammodo vacet præpositio. Xen. θάνατον αὖτ' αὐτοῦ προαιρετέον ἦν. Aristot. Pol. 5, c. 11, προαιρεῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν. Rursus Xenophon, προαιρεῖσθαι τὸ καρτερεῖν μᾶλλον τοῦ φεύγειν ἢ τῇ γαστρὶ χαρίζεσθαι. vbi animaduertenda est etiã traiectio aduerbii μᾶλλον. Lucianus cum μάλιστα iunxit in Anacharside, διὸ καί σε μάλιστα φίλον ἐξ ἁπάντων Ἑλλήνων προειλόμην καὶ κλέος. Dico autem hìc velut otiosam esse præpositionem, quia simplex αἱροῦμαι poni posset: vt αἱρεῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν, & εἱλόμην μάλιστα: sic, θάνατον αὖτ' αὐτοῦ αἱρετέον ἦν. at in duobus exemplis quæ prima attuli, locũ itidem habere simplex non posset.

Προαιροῦμαι, Cõstituo, Statuo, Mihi certum est. vnde προαίρεσις Propositum, Bud. Exponitur etiam, Consulto seu certa deliberatione & ratione aliquid facio. Demosth. Pro Ctesiph. πάλιν σκέψασθε τί ἡμῶν ἕκαστος προείλετο πράττειν. Idem ibidem, πολλὰ καὶ καλὰ καὶ μεγάλα ἡ πόλις Αἰσχίνῃ καὶ προείλετο καὶ κατωρθώσε δι' ἐμοῦ. Idem ibidem, ὅτι πάντα τὰ πιθανὰ προηρούμην πολιτεύματα ἀφ' ὧν, &c. Ex quibus locis colligimus duplicem huius verbi cõstructionem, videlicet προαιροῦμαι πράττειν τοῦτο & προαιροῦμαι τοῦτο. Cõmodè autẽ προειλόμην πράττειν τοῦτο existimo posse reddi Mihi proposui hoc facere: (vt dixit Ouid. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos) Sed & Proposui hoc facere, nõ addito illo pronomine, nõ puto exemplo carere. Fortasse προηρημένος μοι ὑβρίζειν cõmodè etiam interpretabimur Propositum ei fuisse iniuriã mihi inferre. At προαιροῦμαι τοῦτο, non seq. infinitiuo, In animum induxi hoc facere, vel dicere. Sed & In animo habeo, vel, In animo mihi est hoc facere, vel, In animũ induco, aut induxi, hoc facere aut dicere, respõdere videtur τῷ προαιροῦμαι. Sũt qui προηρούμην τὰ πιθανὰ πολιτεύματα in illo Demosthenis loco vertant Susceperim: sed inter προαιρεῖσθαι & Suscipere longum esse interuallum puto. Multa enim possumus προαιρεῖσθαι diu antequam suscipiamus, atq; adeo quæ nunquam suscepturi simus. Apud Aristotelem autem προαιρεῖσθαι philosophicè positum verterunt olim Eligere, & προαίρεσις Electio. Apud quem Ethic. l. 3, cap. 2, & deinceps sæpe occurrit hoc verbum προαιροῦμαι (sicut & verbale προαίρεσις) vt quum scribit, καὶ ὁ ἀκρατὴς, ὃ μὴ θυμῷ μὲν πράττει, προαιρούμενος δὲ οὔ· ὁ ἐγκρατὴς δ' αἀάπαλιν, προαιρούμενος μὲν, ὅ θυμῶν δ' οὔ. vbi nouissima interpretatio huius operis sic habet, Præterea incõtinens à cupiditate impulsus agit, non cõsilio capto: continens contrà, consilio capto, non cupiditate impulsus agit. Et cum accusat. ibidem, προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς, ἀλλ' ὅσα οἴεται αὐτῷ ἔσεσθαι δι' αὐτοῦ. ἔπι δὲ ἡ μὲν βέλησις, τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις, τοῦ πρὸς τὸ τέλος. εἰ γὰρ ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιαινοῦμεν, i. (ex eadem interpretatione) Præterea voluntas, est vltimi ac finis: cõsilium autem, eorũ quæ ad finem pertinent. Verbi gratia, bene valere volumus, consilium autẽ capimus eas res adhibere quibus bene valeamus. Item quæ proximè ibi præcedunt, προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τοῦ ἀδυνάτου· καὶ εἴπις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη αὖ ἠλίθιος εἶναι. i. Consilium enim non est eorum quæ fieri nõ possunt: & siquis dicat se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus esse videatur. Item cap. 3, οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο αὐτοῖς ἤγγελλον τῷ δήμῳ, i. Nam quibus de rebus reges consiliũ ceperant, eas populo renuntiabãt. Idem Aristoteles lib. 5, cap. 8, τοῦ δὲ ἑκουσίου τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προελόμενοι. προελόμενοι μὲν, ὅσα προβουλευσάμενοι· ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. i. Eorum autem quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus, alia consilio non capto. Consilio capto agimus quæ re deliberata: non capto consilio, quæ re nõ deliberata agimus. Quos locos colligendos putaui vt ex iis conaretur lector veram huius verbi significationem elicere: sed eius etymologiam præterea ex eodem Aristotele afferam in προαίρεσις, quæ ad eam eliciendam adiumento esse poterit: simul autem & quõmodo alii interpretentur, docebo.

Αἰσχύνομαι. F. ὔμαι, Pudefio, Pudefsco: sed Latini, Me pudet. Iungitur autem vel cum alio verbo, vel cum nomine, videlicet cum infinitiuo verbi, aut cum participio. Cum infinitiuo, Herodot. 1, αἰσχύνομαι ἐπιστοσεῖν, Reuerti me pudet. Xenophõ Pæd. 8, αὐτὸν δὲ με αἰσχύνομαι πρὸς ἐμαυτοῦ λέγειν. Idẽ Pæd. 5, αἰσχυνοίμην αὐ εἰπεῖν. Æschines cõtra Ctes. αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν. Sæpe etiã participio iũgitur. Demosth. Pro corona, πεθνεώτων σ' οὐκ αἰσχύνῃ κατηγορῶν. Xen. Pæd. 3, αἰσχύνομαι τὰ ῥαιναῖν. Idẽ, αἰσχυνοίμην αὐ' οὕτως ἀπλέγειν. Plato Minoe, τί αὖ ἀποκρινάμενοι οὐκ αὖ ἠσχύνθημεν. Nonnunquã cum futuro indicatiui, aut cum præsenti siue aoristo optatiui interiecta particula εἰ. Æschines, ἠσχύνομαι (οἶμαι) οἱ δικασταὶ εἰ φανήσεται ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ὢν τῇ αὐτῇ πόλει. Xen. αἰσχύνοιτο αὖ εἰ ὠφελούμενος ὑπὸ σοῦ μὴ ἀντωφελοίη σε. Isocr. De pace, εὐμενῶ ἀν' αἰσχυνθείην αὖ εἰ φανοίην μᾶλλον φροντίζων. &c. Demosth. in Epitaph. αἰσχυνοίμην αὖ εἰ τοῖς τῶν ἀγαθῶν. ‖ Cum nominibus item iungitur, aut dativi casus videlicet aut accusativi. Dativi: vt apud Xenophontem, Pæd. 5 αἰσχύνομαι τῇ ἀνάγκῃ. Idẽ, τοῖς πρεσβυτέροις αἰσχυνόμενοι. Aristoph. Nubibus, αἰσχύνομαι τοῖς αἰσχροῖς. ‖ Interdũ cum nomine aut articulo relatiuo dativi casus, interiecta præpositione ὅτι vel ἐν, aut (si quis ita malit dicere) cum præpositionibus ὅτι vel ἐν, dativũ habentibus: vt αἰσχύνομαι ὅτι τῇ ἀρχῇ. Æschines cõtra Ctes. οὐκ ὅτι τῶν ἐμαυτοῦ δεῖ πειθὰς αἰσχύνομαι. Isocr. ad Philippũ, ἠσχύνοντο μὲ ἐφ' οἷς ἐθαύμαζον. Æsch. contra Ctes. αἰσχυνεται ἐφ' οἷς ἡμάρτηκε, Illum pudet eorũ quæ peccauit. vel, Eum suorum peccatorum pudet. vel, Suorum peccatorum pudore mouetur. Cum ἐν autẽ apud Thucydidẽ, lib. 2, ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι. Sic apud D. Paulum, ad Philippẽses 1, ὅπ ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. ‖ Cum accusatiuo item frequẽter construitur. Hom. Odyss. φ, Ἀλλ' αἰσχυνόμενοι φάτιν αἰνόφρονα νῆ γυναικῶν. Aristoph. Pluto, αἰσχύνομαι δὲ τὰ ἐμαυτοῦ ξυμφορᾶς. Gregorius, πῶς μεταθεσιν αἰσχυνόμενος, Quẽ pudebat immutatũ videri. Plut. πῶς ἄν τις ἴσω. &c. τοῖς ἐχθροῖς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς φίλοις ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν. Sæpe tamen αἰσχύνομαι cũ accusatiuo Reuereri significat: vt in proximè sequentibus dicetur.

Αἰσχύνομαι pro αἰδοῦμαι, Reuereor. Chrysostomus, αἰσχυνόμενοι τὸν θεὸν, Reuerentes deũ. Xẽ. Pæd. 1, αἰσχυνόμενος τὸν πατέρα. Isocr. ad Demonicũ, πρὸς γονεῖς πίμα, τοῖς δὲ φίλοις αἰσχύνου, Amicos reuerere, & in corũ conspectu erubesce indecorè agere. Idem ad Euthynem, καὶ τοῦτοις εἴκαλοῦσιν οὓς μὴ τὰ αἰσχύνωνται, μὴτε δεδίασιν. Plut. quoque in Præc. connub. αἰσχύνεσθαι & αἰδημόνως ἔχειν pro eodẽ vsurpat, quũ duobus in locis Platonis præceptũ refert, oportere senes αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Budæus quoq; in Cõm. hæc scribit, Thuc. lib. 3, in prima cõcione, αἰσχύνεσθαι pro αἰδεῖσθαι dixit, αἰσχυνθέντες οὖν τοὺς τῶν Ἑλλήνων εἰς ὑμᾶς ἐλπίδας, καὶ Δία τὸν ὀλύμπιον, hoc est, Verẽtes igitur & rationẽ habentes, Honorẽ hũc habẽtes Græcis. Hoc est, Pudeat vos contra Græcorũ spem nos missos facere, cõceptámque de vobis expectationem destituere. Acsi diceret, Sinite vos exorari. Addit idem Budæus, Αἰσχύνεσθαι etiam cum duobus accusatiuis construitur pro Verecundari. Demosth. καὶ οὔτε τὸν ἥλιον ἠσχύνοντο οἱ ποιοῦντα ποιοῦντες, οὔτε τὴν γῆν πατεῖδα οὖσ. Sic ille. Malim tamẽ & hic ἠσχύνοντο interpretari Reuerebãtur quam Verecũdabãtur. Sed nec satis intelligo quod de duobus accus. dicit.

Αἰσχυντὴς, οῦ, ὁ, Pudẽdus, Cuius nos pudere debet. citatur ex Phocylide. At quũ præfixũ habet α priuatiuũ, tũc actiuũ signif. habet. Nam ἀναίσχυντος dicitur impudẽs.

Αἰσχυντία, ας, ἡ, Pudor, Verecundia, aut Verecundatio. vt ostendatur esse verbale nomen, & ab αἰσχύνη differre. Habetur autem hæc vox in vulg. lexicis non addito exemplo. Vide Ἀναισχυντία.

Αἰσχυντηλὸς, ου, ὁ, Verecundus, Pudibundus. Nam pudibundum pro verecundo sunt qui Latinum esse dicãt. Aristoteles pro eodẽ ponit νέους αἰδήμονας & αἰσχυντηλοὺς, eos laudari dicẽs: sicut & Isocrates αἰσχύνω inter iuuenum virtutes enumerat. Idem Aristoteles Ethicũ quarto, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν ὅστις αἰσχυντηλός· ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ νέων τοὺς αἰδήμονας. ‖ Αἰσχυντηλὸν,

Pudorē mouēs, ſeu afferēs, vel Pudēdū. Ariſt. Rhet. 2, αἰσχυνόμενοι δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα αἰσχυντηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα. ET Αἰσχυντηλία, Verecūdia, vel potius Habitus quidam animi à verecundiam propenſi. Plut. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, Ἡ μὲν οὖν δύναμις, ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαρραλεότης. Vide Ἀναισχυντηλία. Αἰσχυντηλῶς, aduerb. Verecundè, Pudibundè.

Αἰσχυντηρὸς, idē quod αἰσχυντηλός. Plato, αἰσχυντηρότερος μᾶλλον τοῦ δέοντος. Heſychius αἰσχυντηλὸς exponit αἰσχυντερός. ſed mēdoſè legi αἰσχυντερὸς pro αἰσχυντηλὸς, & αἰσχυντηρὸς ac αἰσχυντηλὸς ita dici vt σωφρὼν & σωφρονὸς exiſtimo. Mirū eſt verò ſi αἰσχυντηρὸς dicatur lingua cōmuni: at αἰσχυντηλὸς Attica (annotauit enim quidā αἰσχυντηρὸς κοινῶς, αἰσχυντηλὸς Ἀττικῶς) quū Plato dixerit αἰσχυντηρότερος potius quàm αἰσχυντηλότερος.

C. Ἀναίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Impudens, Inuerecundus. Demoſthenes in Epitaphio, οὐδένα οὔτ' αἰσχυντον, οὔτε θαλμηρὸν οὕτως εἶδ. Apud Ariſtophanē in Nubib[9], καταπύγων εἶ καὶ ἀναίσχυντος. ‖ Dicitur ἀναίσχυντος non ſolùm perſona, ſed & res: vt apud Thucydidē, καὶ πολλοὶ ἐς αἰσχύνας θήκας ἐτράπετο σπαίρει τοῦ δοκεῖν εἶναι. vbi αἰσχύνας enarrator exponit ἀλλοτρίας, ξένας. ego Pudendas interpretādū puto. vt apud Ouidiū, Amor pudēd[9], ἔρως αἰσχύνης. & Lucra pudēda, κέρδη αἰσχυντα. Sic facta pudenda, πράξεις αἰσχυντοι.

Ἀναισχύντως, aduerb Impudēter, Inuerecūdē. Plato in Apologia, ὅρᾶτε δὴ καὶ αὐτοὶ ὅτι κατήγοροι τἄλλα πάντα οὕτως αἰσχύντως κατηγοροῦντες, τοῦτό γε οὐκ οἶοί τε ἐγένοντο ἀναισχυντῆσαι.

Ἀναισχυντία, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecūdia. Cicero impudentiam interpretatur, quum hæc ex Platonis Apologia verba, οὔτε αἰδοίας οὐδὲν ἐλλείπει, οὔτε αἰσχυντίας, ita vertit, Multa facere cum temeritate atque impudentia. In vulgatis lexicis habetur etiam ſimplex Αἰσχυντία: cuius tamen exemplum nullū afferunt, nec me legere memini.

¶ Ἀναισχυντέω, ῶ, Impudēter loquor, vel ago, Impudētia vtor, Impudēter dico aut facio: vt λόγῳ δὴ αὖ αἰσχυντῶσιν. οὐ καλῶς ποιήσουσι. Sunt quivertant Impudēs ſum. Ego malim Impudentia vtor, aut potiùs Impudenter me gero: quā tamē interpretationē apud neminē reperio. Apud Demoſthenem & Athenæum inquit Budæus accipi pro Impudenter & Improbè ago. Cum præpoſitionibus πρὸς & πρὸς iungitur: vt αἰσχυντῶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Impudentia vtor erga veritatem. vel, Impudenter me gero erga veritatē, id eſt, Impudenter oppugno veritatem, vel Impudēter veritati reſiſto. Apud Iſocratem autem, αἰσχυντῶ πρὸς τοῦτο, Impudēs ſum de hac re: ſed Latinius, Huius rei me non pudet.

c.2. Ἀναναισχυντέω, τῶ, Impudenter me gero, Impudentia vtor. Plato Apolog. in loco quem modo citaui in αἰσχύνας. In vulgatis lexicis falſò exponitur etiam Verecūdè facio. In iiſdem ex Hierem. cap. 3, ἀνηναισχύντησας πρὸς πάντας, pro Deſiſti erubeſcere apud omnes.

ET Ἀναναισχύνομαι in iiſdem ex Chryſoſt. pro Impudenter attento.

C. Ἀναισχυντηλία, ας, ἡ, Idē quod αἰσχυνία, vt in vulg. lexicis Græcolat. annotatur: at ego dixerim ἀναισχυντηλίαν ſic ab ἀναισχυνία differre, vt αἰσχυντηλία differt ab αἰσχυνία vel potiⁿ αἰσχύνη. nā αἰσχυνία nōdū apud vllū ſcriptorē reperi. Secundū autē hanc differentiam quam dico, erit ἀναισχυντηλία, Habitus quidam impudentiæ, Impudentia quædam velut à natura inſita, nō impudentia duntaxat circa hanc aut illam rem.

C. Ἐπαισχύνομαι, Erubeſco, Verecundor, Me pudet. Vel, Valde erubeſco, ἐπαισχύνομαι τὸ ὄνομα τοῦτο ex Herodoto citatur pro Pudore afficior nominis cauſa. Ego ita reddere malim. Pudet me nominis, Vel, Nomen mihi eſt pudori. Vel, Nomen mihi pudorem affert. Iungitur etiam accuſatiuo, cuius conſtructionis exempla ſunt in Nouo Teſtamento: vt apud Marcū, cap. 8, ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με. & paulo pòſt, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν. Sic Paulus ad Rom. cap. 1, οὐκ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον. Iungitur præterea participio, & interdum infinitiuo. Cum participio, vt apud Sophoclem, οὐδὲ ἐπαισχύνῃ λέγων. Cū infinitiuo, vt ἐπαισχύνομαι καλεῖν.

c.2. Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuerecundus, Impudens, Baſil. in epiſt. pro νεαίσχυντος. ET Ἀνεπαισχύντως, Inuerecūdè. Impudenter. Naz. pro ἀναισχύντως.

C. Καταισχύνομαι, vide poſt Κατασχύνω.

C. Καταισχύνω, Pudefactio, Dedecoro, Probro afficio, Fœdo. Demoſthenes Pro corona, οὐ καταισχυνας μὰ Δί' οὐδὲν τῶν προϋπηργμένων τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ. Herodianus lib. 5 κλέος προγονικὸν παραλαβόντα τοῦτο φαυλότητι καταισχῦναι, id eſt (Politiano interprete) Fœdis moribus contaminare, Κ. ταισχύνασα παρθενίαν apud Plutarchum in Numa, Quæ virginitatem polluit, vel contaminauit. A B. exponitur Notā & infamiā inuro, in hoc Antiphōtis loco, μηδὲ καταισχύνειν τοὺς παιδὰς τοὺς ἄπαντας. ‖ Καταισχύνω, Vitium vel ſtuprum offero. Lyſias, τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας, καταισχύνουσι γυναῖκας. Vide & alia exempla apud Budæum Comm pag. 679.

Καταισχύνομαι, Pudefio, Dedecoror, Probro afficior &c. paſſiua ſignificatione. ‖ Interdum verò deponentis ſignificationem habet eandem quam αἰσχύνομαι & ἐπαισχύνομαι, pro Erubeſco, Me pudet. Iungituque interdum accuſatiuo: vt apud Iſocratem, καταιχυνθέντες γὰρ οἱ Πελοποννήσιοι τοὺς ἔρωτας τοὺς ἡμετέρους. Quum eos virtutis noſtrorum puduiſſet.

ΑΙ΄ΤΕΊΩ,

τῶ, F. ήσω, P. κα, Peto, Poſtulo, Poſco. Cū accuſatiuo rei: vt Xenophon Hellenicōn 1, περὶ αἰτήσου χρήματα, λαβών. Itidem cum accuſatiuo perionæ. (Xenoph. Pæd. 4, σοὶ, ἐπὶ ἐμὲ ἤτησας, ἢ σὺ ἐμοὶ, ὅπερ λαμβάνεις) ſed ferè coniuncto cum accuſatiuo rei: vt idem Xen. Pæd. 8, ἐμὲ πολλοὶ μὲ οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πίθον, Æſchines in Cteſiphontē, μέλλετε σ' αἰτεῖν τοῖς θεοῖς τοὺς στεφανοῦν. Ariſtophanes Pluto, ἔπειτ' ἴσως ἤτησεν αὖ σ' ὑποδήματα. Sic Poſco apud Latinos vtrunque accuſatiuum habet aliquando. ‖ Interdum αἰτεῖν accuſatiuum rei habet cum præpoſitione παρὰ genitiuo iuncta: eodem modo quo Latini dicunt, Peto hoc abs te. Plutarchus in Themiſtocle, αἰτεῖν παρ' Ἱέρωνος τὴν θυγατέρα εἰς γάμον, id eſt, Petere ab Hierone filiam in matrimonium. ‖ Sæpe etiam cum infinitiuo: vt αἰτοῦσι πίειν in lo o Xenophontis modò prolato, Petunt bibere, Petunt potum. Iliad. ζ, — ἵππε σῆμα ἰδέσθαι, Petebat videre. Dicunt etiam αἰτῶ λαβεῖν, q. d. Peto accipere. in quo loquendi genere videtur ſuperuacaneus eſſe infinitiuus λαβεῖν. Iſocrates in Areopag. εὖτ' ἔχομεν, ὅτε λαβεῖν αἰτοῦμεν. Ariſtoph. Pluto, Αἰτῶ λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον.

Αἰτεῖν δίκας, vt Latinè, Pœnas poſcere, vel repoſcere: ſic apud Platonem Pol. 1, αἰτῶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς. Et cū duplici accuſatiuo, vt, αἰτῶ σε δίκας τὸ φόνου, Pœnas cædis te poſco, Pœnas à te repoſco.

Τὸ ἐν ἀρχῇ, vel τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖν ſiue αἰτεῖσθαι, Vide in Ἀρχή.

Vult autem Etymologicus Αἰτῶ, à τῶ ſignificante ζητῶ (id eſt Quæro) deriuatum eſſe, præfixo α epiatico, cum pleonaſmo τῶ 1. at Euſtathius tradit αἴτης eſſe itidem ex α epitatico & τῶ, ſed ſignificante λαμβάνω. Vtut fit, vel αἴτω ab αἰτῶ, vel contrà αἰτῶ ab αἴτης dedu camus neceſſe eſt.

Αἰτοῦμαι paſſ. voce nonnunquam actiuam ſignificationem habet, atque idem valet quod αἰτῶ, eandem etiam conſtructionem ſeruans. Ariſtoph. Nubibus, ἐμοὶ μετεῖναί τε καὶ δίκαι' αἰτουμένοις, Me æqua poſtulante. Apollonius in Argon. Ἡ δὲ ἐπαμφοτέροις ἤτησατο. Item αἰτοῦμαι τοιά τινος, vt & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 1, αἰτεῖσθαι τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν. Æſchines autem dixit (vt paulo antè annotatum eſt) αἰτεῖν τοῖς θεοῖς τἀγαθά. Et cum infinitiuo, ſicut & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 5, ἵνα σε τοῖτον τινὰ αἰτήσωμαι παῖδάμοι γενέσθαι. Nam quidam perperam citant hunc locum, tanquam vbi αἰτοῦμαι duos habeat accuſatiuos. ‖ Interdum αἰτοῦμαι eſt τὸ κιχρῶμαι, Vtendum peto. cuius exemplū apud Suidā. Volunt autem quidā eſſe hanc differentiam inter αἰτεῖν & αἰτεῖσθαι, quòd αἰτεῖν ſimpliciter ſit petere: at αἰτεῖσθαι, Vtendum petere, Commodatò petere. Sed quis non ex modò citatis exemplis perſpicit hanc differentiam confundi?

Αἰτοῦμαι, in paſſiua ſignificatione, præſertim in participiis, αἰτούμενος & αἰτηθεὶς: vt, αἰτουμένῳ τινὶ πυγμὴ ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μανίου, apud Athenæum libro 13.

Sic αἰτηθεὶς, apud Thucyd. 2, ἄχθος ἦν αἰτηθέντα μὴ δοῦναι ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν, Turpius erat eum qui poſcebatur non dare, quàm eum qui poſcebat non impetrare. Plutarchus in Themiſtocle, αἰτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἵππον. Ἰτὲ Αἰπύμβιος δίκας, Qui pœnas poſcitur, A quo repoſcuntur pœnæ. Alii exponunt, In ius vocatus. Sed malim, Qui pœnas repoſcitur coram iudice, vt apud iudicem.

Αἴτημα, τος, τὸ, Petitio, Poſtulatio, Poſtulatum, αἴτησις. ‖ Bud. in Annot. in Pandectas, Quæ poſitiones notæ ſunt, quæque ſimulac à præceptore ponuntur, admittuntur ab auditore, ὑποθέσεις vocantur: quæ verò non vſqueadeo notæ ſunt, ſed argumento quodam aſtruūtur antequam fidem faciant, & tamen citra demōſtrationem ſumuntur à præceptore, αἰτήματα dicuntur, id eſt Petitiones vel Poſtulata.

Αἴτησις, εως, ἡ, Idem quod αἴτημα. Iſocrates Archid. ὡς οὐδὲ καίριον ποιουμένοις τὴν αἴτησιν, ad verbum, Vt non iuſtam facientibus petitionem, Id eſt, non iuſta petentibus.

Αἰτητὴς, οῦ, ὁ, Petitor, Poſtulator. Quidam hiſtoricus apud Suidam, οὐκ αἰτηταὶ τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἢ δόται ὄντες, Non magis petitores pacis quàm datores.

Αἰτητὸς, ὄν, ὁ, Petendus, Qui peti debet, vel poteſt. Barbarè, Petibilis. αἰτητὸς ἀρχὴ in vulgatis Græcolatinis exponitur Petitum imperium. Heſychius ait αἰτητὰ eſſe τὰ κατ' ἔρανον διδόμενα.

Αἰτήσος, apud Suidam, ὁ αἰτῶν, Petitor, Qui petit. Si modò ita ſcripſit Suidas.

Αἰτητικὸς, οῦ, ὁ, Petax. accipiendo petacē pro homine propenſo ad petendum, & propemodum aſſiduè petente. A Budæo exponitur Flagitator & procax, in hoc Ariſtot. loco Ethic. 4, οὐκ αὖ ἐπὶ δὲ αἰτητικὸς ὁ ἐλευθέριος. Et αἰτητικὸς στίχος, Verſus peticorius, Verſus petitionem continens, Verſus quo quid petitur.

Αἴτης, ου, ὁ, Mendicus. Qui frequentius ἐπαίτης dicitur. Quanquam Euſtathius vult factum eſſe ex τῶ quod eſt accipio, præfixo α epitatico. Intelligendum autem, inſerto etiam ι. Vide ſuprà in αἰτῶ.

C. Ἀπαιτέω, τῶ, Repoſco, Repeto, Exigo, cum duobus accuſatiuis: vt ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος. Ariſtophanes Nubibus, ἀπαιτῶν με τἀργύριον. Lucianus, ἀπαιτῶ τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ. Reſpondet autem ἀποδιδόναι, id eſt Reddere, verbo ἀπαιτεῖν. vt apud Platonem Pol. 1, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅπου χρὴ τὰ παιδία ἀποδιδόναι. Et ἀπαιτεῖν δίκας, Latinè Pœnas expetere. Pauſanias, οἱ Ἠλεῖοι δίκας τὸ φόνου παρ' Ἀργείων ἀπῄτουν. Dicitur & de aliis rebus, vt Lucianus in Nigrino, λόγον ἀπῄτουν τῆς δεξιᾶς ἀφίξεως, Rationē exigebam, Volebam mihi rationem reddi.

Ἀπαιτοῦμαι, Repoſcor, Exigor, cum duobus itidē accuſatiuis. vt enim dicitur ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος, ſic etiam ἀπαιτοῦμαι τὸ χρέος. Naz. πόσον μοῦ ἀπαιτουμεθα, quantum exigitur à nobis.

Ἀπαιτοῦμαι ſignif. etiam actiua, pro Repoſco, in vulg. lex. annotatur.

Ἀπαίτησις, εως, ἡ, Repetitio, Exactio. vt ἀπαίτησις τοῦ χρέους, vel τοῦ ὀφειλομένου. ET Ἀπαιτητικὸς, Promptus ad repoſcendum, vel Qui frequenter repoſcit, ſeu Qui repoſcere ſolet. In vulg. autem lex. exponitur Repetitiuus, & Repetens, & Agens repetitorem, ex Ouidio.

ET Ἀπαιτητὴ χάριτες, in iiſdem lex. Debitæ gratiæ.

c.2. Ἀνταπαιτέω, Viciſſim repoſco, ſeu exigo. Thuc. 3, τὴν τε δωρεὰν αἰτεῖ ἀνταπαιτῆσαι αὐτός.

c.2. Προσαπαιτέω, Inſuper repoſco, ſeu exigo.

C. ΕΞαιτέω, τῶ, Poſco, Mihi dari peto. Ἐξαιτῶ τῶτο, & Ἐξαιτῶ σε τῶτο. vt apud quendam tragicū, Τοῦτο θανόντας ἤλθον ἐξαιτῶν πόλιν. Ἐξαιτῶ δὴ τιμωρίαν, Expoſco ad pœnam, vt Ἐξαιτῶ εἰς βάσανον, Expoſco ad quæſtionem. ſed frequentiſſimus eſt verbi ἐξαιτεῖν vſus ſine adiectione: pro Expoſcere ad pœnam: (vt & Lat. interdum Expoſcere vel Depoſcere pro Expoſcere ad pœnam dicitur) Iſocr. Trapez. ἐαὶ δὲ μηδὲν τούτων ποιῶ, παρ' ὑμῶν ἐξαιτεῖν, vt me à vobis expoſcerent, Vt me à vobis dedi ſibi poſtularent. Plut. in Narr. amat. ἔπα πέμπουσι Θηβαῖοι ἐξαιτοῦντες τοὺς Φώκου φονεῖς. Et paſſiuum ἐξαιτοῦμαι, Expoſcor ad pœnam: vt Demoſthenes dicit ſe ἐξαιτεῖσθαι ὑπὸ Φιλίππου & ὑπ' Ἀλεξάνδρου. Apud eundem ἐξαιτεῖν τὸν παῖδα, Seruum expoſcere ad quæſtionem, vel poſtulare: vt Dedere illū eſt παραδιδόναι vel ἐκδιδόναι, Bud. Comment. pag. 45 & 46. Interdū additur εἰς βάσανον. idem enim Budæus in lexico ex eodem Demoſthene citat ἐξαιτῶ τὰ αὐθρά πεδα εἰς βάσανον. quemadmodum & ὀδὴ πωμρία adiunctū verbo ἐξαιτεῖν pro Expoſcere ad pœnam, in vulgatis lexicis habetur. Dicitur autem & Ἐξαιτεῖσθαι ſignificatione actiua pro ἐξαιτεῖν, id eſt Depoſcere ad pœnam: vt Plutarchus De orac. defectu, οὕτως ἰσχυροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες ἐξαιτούμενοι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τε ἐλεχοιδοῦν σάμαν.

Ἐξαιτεῖν, vel potius Ἐξαιτεῖσθαι voce paſſiua, ſed ſignif. actiua, & quidem præcedenti contraria, pro Depoſcere reum, Deprecari rei pœnam, Noxæ & periculo reum eximere. Demoſthenes in Midiam, παῖδία γὰρ τοῦ θεραπεύοντος καὶ κλαίουσι, καὶ πόσοις αὐτὸν ἐξαιτοῦσται, i. Eorū lacrymis ſeſe condonari poſtulabit. Æſch. ἐξαιτοῦνται χαρᾶς τοῦ θεραπεύοντος, poſtulant reorum delationes hominúmque reatus ob maleficia condonari precibus ſuis. In quibus exemplis à Budæo citatis pag. 45, alterā tantùm habemus huius verbi ſignificationem. Cum quibus conuenit & hoc ex Lyſia, πόσοις δὲ ἀξιῶ αὐτὸν ἐξαιτοῦσθαι. His autē addo ea in quibus ἐξαιτοῦμαι non tantùm ſignificat Depoſco reum (vt Valer. loquitur) ſed etiam impetro. Xenophon ἀναβάσ. lib. 1, principio, ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ, ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ὅτι τοῦ ἀρχὴν. pro quo ἐξαιτησαμένη dictum fuiſſe παραιτησαμένη ab aliis eādem hiſtoriam narrantibus, docebo in verbo παραιτοῦμαι. Ἐξαιτησαμένη autem expono vnico verbo Deprecata. (de qua interpretatione dicam & in παραιτοῦμαι, quod alteram quoque verbi Deprecor ſignificationem habet) Poteſt etiam exponi, Quum deprecatione ſua periculo eum liberaſſet. Item, Quum effeciſſet vt ille ſuis precibus condonaretur. Vel, Quum ſuis precibus eum ſeruaſſet. Eurip. Hec. ἐξαιτούμεθα τοὺς κάτω θέντας τύμβου κωρῆσαι ſimpliciter pro Impetraui ab illis, &c. Et ἐξαιτούμενος τὰ σφάλματα, apud eundē, pro Erratorū veniā impetrans, ſeu expoſcens. Ἰτὲ ex Plutarcho, ἐξαιτήσαντο τοὺς Ἀσασίαν δεηθεὶς τοῦ δικαστοῦ, pro A iudicibus exorauit Aſpaſiā, vel, Impetrauit. Sed malim A iudicibus deprecatus eſt Aſpaſiam: vt Cicero dixit, Nullæ ſunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Simul autem obſeruandum dico in hoc Plutarchi loco, addi δεηθεὶς, quanuis alioqui δεήσεως ſignificatio verbo ἐξαιτεῖσθαι incluſa ſit, ſicut ex aliis locis liquet: quemadmodum & cum παραιτεῖσθαι idem ſignificante addidit δεήσει, vt in illo verbo docebo. hoc tamen interest quòd non ſimpliciter δεήσει, ſed πολλῇ δεήσει adiunxit. ‖ Ἐξαιτεῖσθαι paſſiuè in hac poſteriore ſignif. apud Lyſiam.

Ἐξαίτησις, ἡ, Ipſa actio depoſcendi aliquem, ad ſupplicium videlicet. Poſtulatio ad quæſtionem. ‖ Item, Deprecatio pro reo, vt interpr. Bud. in hoc Dem. loco, καὶ οὔτε ἡ τοῦ σοφιστοῦ οὐδ' ἡ τοῦ φίλου ἐξαίτησις ὠφέλησεν αὐτόν.

C. Ἐπαιτέω, τῶ, q. d. Superpeto, i. Inſuper peto, vel Poſt aliud peto: vt Il. ψ, v. 590, — ἵππον δέ τοι αὐτὸς Δώσω τοῦ ἀρόμου· εἰ καὶ νύ κεν εἴκοσιν ἄλλο Μείζονα ἐπαιτήσειας, ἅφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι Βουλοίμην. Vbi ἐπαιτήσειας Euſt. exponit, ὅτι τοῦ ἵππου αἰτήσειας. Legitur tamen & ἀπαιτήσειας: quā lectionē mea editio in cōtextu habet (vt pote in pluribus exempl. à me repertam) alteram margini adſcriptam. Ipſe quoque Euſt. vtriuſque meminit, ſed ita vt ἐπαιτήσειας magis probet.

Ἐπαιτῶ, Stipem peto, Mendico. Athen. lib. 8, Νόμος Κωρύνῃ χείρα σοῦ ἐπαιτούσῃ. vbi pro σοῦ fortaſſe reponendū δοῦ ex hoc præcedente verſu, Εὐθλοὶ Κορώνῃ χεῖρα τεῦξόμεν κρηῶν. Vbi fortaſſe reponendū itidem εὐθλῇ pro εὐθλοὶ. HINC Ἐπαίτης, Qui ſtipem petit, ſeu corrogat, Mendicus. ἐπαίτης (inquit Suidas) ὁ πτωχὸς, καὶ κλινεται ἐπαιτῶν. ‖ Item Ἐπαίτης, Circulator, & θαυματοποιὸς, apud Chryſ. p. 15, inquit Bud. quam tamen expoſitionem locus Chryſoſt. admittere non videtur, qui ita habet, ὥσπερ ἐκείνων οἱ οἰκέται τοῦ ἐπαιτῶν τοῖς θαυματοποιοῦσι τοῦτο χρῶνται, ἐπὰν ἐλθόντες βραδέως, οἶκοι τοὺς ἐφάπτας ὑπορυφοῦσι πληγαῖς. Hic enim ἐπαίτας non ponuntur à τοῦ θαυματοποιούντων, quum dicat, Illis qui, ἐπαίτας

quum sint, θαυματοποιοῦσι. quasi peculiare quibusdam ἐπαίτας, sic θαυματοποιεῖν, id est Circulari, vel circulatoriis quibusdam præstigiis vti. Dedi autem huic significationi τὸ ἐπαιτεῖν pro Stipem petere, posteriorem locũ, quòd planè persuasum habeam antiquiorem esse: & primùm dixisse Græcos ἐπαιτεῖν (sicut & προσαιτεῖν) pro Insuper petere vel Vltrà petere, de quibusuis: deinde ad mendicos hæc verba restrinxisse, quòd aliud semper atque aliud petant, siue quòd ad petendum quotidie redeant. Nisi quis malit eò illos respexisse quòd sæpe coniuncti aliquot stipem petant, adeò vt quum vni donata est, succinat alter, Et mihi diuidyo findetur munere quadra. Et ita ἐπαιτεῖν diceretur aliquis & προσαιτεῖν respectu eorum qui iam ἔπασαν. Quò respexisse videri possunt in verbo Μεταιτεῖν potissimùm, de quo statim pòst tractabo: vt dicatur μεταιτεῖν quasi qui stipem vnus post alterũ petunt, vel vnà cum aliis. Potest tamen (& quidẽ melius) significationis huius verbi reddi alia ratio, vt videlicet μεταιτεῖν sit post petitũ vnũ alterum petere, sicut ἐπαιτεῖν & προσαιτεῖν, vltra vnum quod petitum sit, petere & alterum, id est, aliud atque aliud petere.

Ἐπαιτῶ in vulg.lex. exponitur præterea Insimulo, Incuso. in quo errari puto, & verbo ἐπαιτῶ dari significationem quæ est verbi ἐπαιτῶ.

C. ΜΕΤαιτέω, τῶ, Inter alios peto, Vnà cum alio vel aliis peto. Vnde etiam ponitur pro Partem peto, ab Herodoto: sicut μεταδίδωμι pro Partem do, vt annotat Bud. Sic Demosth. ἢ πρὸς τούτων ἀφ' ὧν εἰλήφασι, μεταιτεῖν. Adiungitur tamen τὸ μέρος ab Aristoph. vbi scribit, Τούτων μεταιτῶ τὸ μέρος, εἰ δὲ μὴ, δάκνει. Vbi vacat præpositio in hoc verbo, vel certè abundat τὸ μερος.

Μεταιτῶ, Stipem peto, Mendico. cuius significationis rationem vide in fine proximè præcedẽtis verbi Ἐπαιτῶ. Heraclitus in epist. ἀμείνους αὐτῶν μεταιτοῦσι. Luc. cum accusatiuo iunxit, οὐ τὸν ἐφημερον βοφὴν μεταιτοῦσι. Sic & Luc. Mendicare ponitur interdum absolutè, interdum cum accusat.

C. ΠΑΡαιτέομαι, ῆμαι, Deprecor. Exponitur etiã Recuso, Auersor. Repudio. Plut. Cor. καὶ μηδένα βοφὴν κρίσεως, μηδὲ, αὐ ἀλῶ, κολάσεως παραιτεῖσθαι. Quod exemplũ primum pono, quòd eodem planè modo & sensu dicatur Lat. Deprecari pœnã, quod hic παραιτεῖσθαι κόλασιν. Cic. autem etiam Deprecari & recusare copulauit in eodẽ genere loquendi, Tusc. 2, Nullum genus supplicii deprecatus est neque recusauit. Sic apud eundem pro C. Rab. Et vt idem Cic. Deprecari inuidiam, & Deprecari odium, dicit, sic παραιτεῖσθαι τὸν φθόνον, Aristides & Plutarchus. παραιτεῖσθαι τὸν πόλεμον, apud eundẽ Plut. Pericle. Herod. lib. 4, ὁ δὲ τὸ γῆρας προϊέμενος, παρῃτήσατο, id est, (Bud. interpr.) Ipse autem, senectutem excusans, repudiauit, deprecatus est. Politian. autem vertit Abnuit imperium. Eadem iisdem verbis dixit idem Herodianus, l. 7, παραπύθμος δὲ καὶ γῆρας προϊέμενος. vbi Pol. vertit Recusare. Idem hist. iisdem verbis & lib. 2 vsus est, ὁ δὲ τὰ ὑψηλοτέρα παρῃτεῖτο, τῆς ἀρχῆς τὸ ὄνοφορον γῆρας τε προϊέμενος, i. (Pol. interpr.) At ille recusare instituit, tanquam rem inuidiosam, nomẽ imperii. Sic idem Herod. de Commodo, πλὴν παντελῶς προσωνομίαν παραιτήσασθαι, id est, Vt repudiaret, Pol. interpr. Qui alibi vertit etiam Detrectare. Apud Plut. Themist. παραιτεῖσθαι πόθοις σωνήθεις, Repudiare assueta cõuiuia, vel Auersari. Potest etiam exponi vitare. Budæus παραιτεῖσθαι pro Vitare & cauere ex Diosc. citat: à Laertio quoque identidem sic accipi tradens. Idem παραιτεῖται interpr. Vitat Vel Refugit, in hoc Halic. loco, de Isocr. loquentis, τῶν φωνηέντων τοῖς πολλοῖς θέσεις παραιτεῖται. Idem in Augusti apophth. ὥστε πλὴν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον, ita vt prandium recusauerit: vel commodius per infinit. Prãdere recusauerit. Bud. interpr. liberius Prandio abstinuerit. ‖Παραιτεῖσθαι πλὴν γυναῖκα apud Plut. in Apophth. Vxorẽ repudiare, Vxori nuntiũ remittere, in vulg. lex. Bud. autem hoc exemplum ponit pro παραιτεῖσθαι significãte Repudiare, Vitare, Auersari. Affertur præterea ex Diosc. παραιτεῖσθαι ἀμβλυωπίας, pro Hebetudines oculorũ amoliri, vel discutere. ‖Παραιτῆμαι cum infinit. Herod. lib. 3, φασεραὶ ἔχθραι ἔρασθαι καὶ πόλεμον ἐχέφρας παρῃτήσατο, Minimè inimicitiis apertis ac manifesto bello agendũ putauit, Pol. interpr. Ego malim (ad retinendam vim verbi Græci) Ab apertis inimicitiis abstinuit. Citatur & ex Porphyrio παραιτήσομαι λέγειν pro Supersedebo dicere.

Παραιτῆμαι πλὴν ψυχῶν apud Herodotum ea itidem significat, qua Deprecari vitam dixit Cicero. ita enim ille in Clione, de Arione loquens, τὸν δὲ, σωσέντα τοῦτο, λίσεσθαι χρήματα μὲν ἐστεντάσφι, ψυχὴν δὲ παραιτόμενον, id est (Aulo Gell. interpr.) Tum illũ ibi pernicie intellecta, pecuniã cæteráque sua vt haberent dedisse, vitã modò sibi vt parcerent orauisse. Cicero dixit Vitã alicuius ab aliquo deprecari. Sic παραιτῆμαι τινὰ (cuius cõstructionis exemplum affert Suidas, postquã dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αὐτῶν, id est, Veniam petere) puto reddi posse eadem planè constructione, Deprecor aliquem: ex hoc Ciceronis loco, De lege agr. contra Rullum: Sic, siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecẽtur. Vtitur autẽ τῷ παραιτεῖσθαι in hac cõstruct. & signif. quidam ἀνώνυμος apud Suidam, ita scribens, ὁ δὲ, αἱρεῖν μέλλων αὐτὸν, ἀφῆκε, Παρυσάτιδος παραιτησαμένης αὐτὸν, καὶ τὴν σατραπείαν αὐτῷ φυλαξάσης. Quæ verba eandem prorsus historiam continent quam habemus initio τῆς ἀναβάσεως Xenophontis, sed vtentis verbo ἐξαιτήσασθαι pro eo quod ille dixit παραιτήσασθαι. scribit enim, ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μὴ πρὸ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ὅθεν ἦλθε. Plutarchus tamen, sicut & ille qui à Suida citatur, verbo παραιτήσασθαι in eadem re cõmemorãda vti maluit, in vita Artoxerxis, ὀδυρομένη πολλὰ καὶ ποτνιωμένη, [μήτηρ Παρύσατις] παρῃτήσατο καὶ κατέπεμψεν αὖθις ὅθεν ἀπέλαβεν. Idem Plutarchus in Demetrio ita loquutus est, sed addens πολλῇ δεήσει, vbi scribit, παρῃτήσαντο πολλῇ δεήσει τοὺς Μεδῶς. Sunt qui παραιτῆμαι τὸν reddãt Deprecor pro hoc: sed mihi longè aptior videtur illa mea interpretatio ad verbũ, præsertim quũ & Cic. ita loqui obseruarim. nam videtur posse aliquis dici Deprecari pro aliquo, qui tamen illi veniam non impetret. At in vulg. lex. ex Plut. Pericle, παραιτούμενος τὴν πόλιν, Veniã orans ciuitati. Et ex eodem in Theseo, παραιτούμενος τὸν αὐξῆνα, liberandum patruelem impetrans. ‖Dicitur etiam (& quidem frequentius) παραιτῆμαί τι, A te veniã peto pro me, aut pro alio. Vel potius, A te veniam impetro, Te exoro. Sic apud Aristoph. in Vespis, ἢ δὲ παρῃτήσατο τὸν πεπτωκότα, Eum exorarunt qui læsus est, Ab eo veniam impetrarunt. Sic apud Herodotum παραιτέομαι τὸν βασιλέα. Et apud Plat. παραιτούμενος τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω, exponitur, Cum bona magistratuum venia peregrè proficiscatur. Et vt dicitur παραιτεῖσθαί τινα, sic etiam παραιτεῖσθαι πλὴν ὀργῆς τινός. Plut. Themistocle, παραιτεῖσθαι μηνησικακοῦντας ὀργῆς. Vtitur & in Romulo, & alibi. Obseruandũ est autem, παραιτεῖσθαι tam in his loquendi generibus quàm in proximè præcedẽtibus eodem modo exponi, videlicet συγγνώμην αἰτεῖν: quæ tamẽ expositio ita distinguenda est, vt quũ dicitur παραιτῆμαι τὸν pro Deprecor hunc, id est deprecatione mea periculo libero, sit συγγνώμην αὐτῷ τοῦ τούτου: ac quum dicitur παραιτῆμαί τὸν pro Deprecando exoro, sit συγγνώμην αὐτῷ τοῦ τ. (vt dicitur αὐτῷ σε τοῦ τ.) Sed non satis mihi placet hæc expositio quum aliud sit Veniam petere, aliud Veniam impetrare. Suidas tamen hanc expositionem vtrique loquendi generi accõmodat: nam postquã dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αἰτεῖν, & posuit exemplum in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam alicui impetrare: subiũgit aliud in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam ab aliquo impetrare. Simul autem exponit & προσκαλεῖν, de qua expos. paulò pòst dicam. ‖Dicitur etiam παραιτεῖσθαί τινος, i. aliqua de re, quod itidem exponitur συγγνώμην αἰτεῖν, vel ἀπολογεῖσθαι: vt apud Aristidem, παραιτεῖσθαι μὴ οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις. Sic autẽ παραιτεῖσθαι in hoc loco exponitur à Thoma Magistro, & à Moschopulo. ac certè eam hîc admitto libẽtius quàm in præcedentibus exemplis, propter eam quam reddidi rationem.

Παραιτῆμαί σε τὴν μέμψεως (inquit Thomas Magister) id est ἀπολύω καὶ ἐλεύθερος, vt sit libero te crimine. Ego autẽ melius expressũ iri παραιτοῦμαι existimo, retinendo verbum Deprecor in hoc etiam loquẽdi genere: vtquemadmodum dicitur à Cicerone aliquis A se crimen deprecari, ita dicamus Ab aliquo crimen deprecari, quod sit Depellere seu Remouere quasi deprecando. Simile autem esse puto apud Synesium, παρῃτούμην σε τῆς εἰρωνείας, Hanc à te dissimulationem deprecabar, quæ videlicet tibi crimini dabatur. Nec dissimile apud Plut. De Herod. Θεσσαλοὶς τὸ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι. Melius tamen respondebit constructio Latina Græcæ, si παρῃτούμην σε τὴν εἰρωνείας interpretemur Excusabam te de dissimulatione: eodémq; modo Θεσσαλοὶς τὸ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι, Thessalos de medismo excusare. id est, De eo quòd Medis fauerint. Sũt autem affinia Excusare & Veniam alicui impetrare: atque ita affine erit hoc loquendi genus (excepta constructione) illi præcedenti παραιτῆμαι τὸν, Deprecor hunc, id est, Deprecando veniam illi impetro. In vulg. lex. citatur ex Philostrati Heroicis παραιτῆμαί σε τοῦ πατρὸς pro Apud patrem te excuso. Item ex eodem libro, παραιτῆμαι τοῦ λόγου pro A sermone abdico. Quæ duo exempla tamen in illis lexicis non simul ponuntur. ‖ Post quæ tot exẽpla nõ debet noua videri significatio verbi παραιτεῖσθαι quæ est apud Lucam, cap. 14. v. 18, καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, id est Se excusare. Ita tamẽ vt fatear quod ibidem subiungitur bis, ἔχε με παρῃτημένον, pro Habe me excusatum, minus vsitato loquendi genere esse dictum. tam verò & apud Plutarchum παραιτεῖσθαι de re eadem ponitur: vt videlicet παραιτεῖσθαι sit eius qui inuitatus ad cœnam, nõ ἐθέλει παραιτεῖσθαι dicatur vel Recusare, vel Excusare se. ἐθέλει δὲ τοῦτος ὑπὸ Καίσαρος εἰς δεῖπνον καλεῖσθαι, παραιτούμενος δὲ, ἀγανάκτει τῆς χάρος ἐπ' αὐτῷ, μὴ βουλόμενος.

Παραιτῆμαι pro simplici αἰτῆμαι, Precor, Rogo (vt Deprecor interdum pro simplici Precor, vel pro Postulo aut Posco: vt docet Bud. 1035. Nisi potius dicam in παραιτῆμαι præpositionem πρὸς, in Deprecor præpos. De, significationem augere.) Aristoph. Equitibus, ἐν δ' αὐτοῖς παραιτησόμεθα, vnum hoc eos rogemus. Sic Plato Apol. ὅσπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. Sic παραιτῆμαί σε συγγνώμην, apud Menandrum. Dicitur & cum infinitiuo, παραιτῆμαί σε τοῦτο ποιεῖν. Nam pro eodem ponuntur παραιτῆμαί σε συγγνώμην, & παραιτῆμαί σε συγγνώμην ἔχειν, vel συγγνώμονα εἶναι. Herodotus, συγγνώμην παραιτέεται τοῦ θεοῦ ἀπὸ ὀργῆς τοῦ πρὸς Δηλίους, Sic apud Suidã nescio quis, παραιτεῖται τοῖς θεωμόροις συγγνώμην ἔχειν εἰ μὴ ὀρθρίζοιτο. (Cui exẽplo apta est expositio per verbum προσκαλεῖν, nõ autem illi cuius suprà memini. Sed huic expositioni rursum adiungit aliã minimè cõuenientẽ, videlicet ἀπωρροθοῦσι) at tertium illud vsurpat Xenophon, quum scribit παραιτήσῃ τοὺς θεοὺς συγγιγνώσκειν σοι. Nec tantùm dicitur παραιτῆμαί σε ποιεῖν, sed etiã παραιτῆμαί σε μὴ ποιεῖν Thuc. lib. 5. pag. 186, ὁ δὲ παρῃτεῖτο μηδὲν τοῦτον δρᾶν. Sic Dẽosth. παραιτήσομαι δ' ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Quanuis autem apud veteres scriptores παραιτῆμαι in hac postrema signif. sæpius obseruarim, primum tamen ei locum non dedi quòd viderentur illa exempla in quib⁹ præpositio vim suam obtinet, poni debere ante illa in quibus illam amittit.

Παραιτῆμαι in pass. signif. vt παρῃτημένος δὲ δῆλος ἦν φίλων τῶν ἀπέλυσε τῆς αἰτίας. quod exemplum à Suida citatur, & παρῃτημένος exponitur προσκεκλημένος. Sic autem παρῃτημένος pass. pro excusatus, in Lucæ loco quem suprà citaui.

Παραίτησις, εως, ἡ, Deprecatio, & quidem accipiendo hoc nomen in vtraque signif. Sed frequentius pro deprecatione, i. vehementi precatione: vt apud Plat. in Gorg. οἶκτος μὲν οὖν καὶ λιταὶ καὶ φίλων παραίτησις, ἐν ὀχλῳ μὲν ὄντες τῆς κρίσεως, χρῆσμα, Amicorum preces supplices & deprecatio, apud populum multum valent. Item Veniæ petitio Thucyd. l. 1, ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου, καὶ δηλ. &c. nam hic exponit schol. οὐχὶ ἕνεκα τοῦ αἰτεῖν συγγνώμην. At Valla vertit, Non purgãdi nos gratia. Sunt & qui pro deprecatione (in recusandi signif.) accipiant. Apud Plutarchum in Numa, πρὸς θεῶν πιμὴ ἢ παραίτησιν exponitur Ad postulãdam à diis veniam. Est παραίτησις eius etiam qui veniam dat, sequẽdo Bud. qui παραίτησιν ait esse etiam veniam, id est, gratiam & indulgentem concessionem, in hoc Plat. loco De leg. lib. 11, καὶ μηδεμία τῆς μονῆς παραίτησις ἐπὶ τούτῳ παρ' ἄρχοντων γιγνέσθω. Sed possit hic quoque παραίτησις ad eum referri (& quidem rectius, meo iudicio) cui venia indulgetur: vt dicat Nullo pacto veniã moræ impetret à iudicibus. ‖Παραίτησις, Excusatio (de qua significatione dixi & in ipso verbo) Synesi⁹, αἰθρώπῳ δὲ παραίτησις γίνεται, δίδυλαβοιμένῳ τῆς φύσεως αὐτοῦ πλὴν ἀδικίαν. Sic & apud Basilium in epist. ad Leontium. Affinia autẽ sunt Excusare & Purgare, quo posteriori verbo Vallam dixi in interpr. Thuc. loco vsum.

Παραιτητής, οῦ, ὁ, Deprecator. ET Παραιτητής, q.d. Deprecabilis (vt Gellius Indeprecabilis) Apud quem deprecationes valent, Exorabilis. Plato De legibus lib. 10, τὸ δὴ παραιτητὰ αὖ θεοὺς εἶναι τοῖς ἀδικοῦσι, δεχομένοις δῶρα, &c.

C. Ἀπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indeprecabilis, Inexorabilis. (Gellius Indeprecabilis dixit, sed de re tamen non de persona. Citatur enim ex eo, Indeprecabilis pœna subeunda esset) Plato, θεοὶ πρὸς τὸ δίκαιον παντάπασιν ἀπαραίτητοι. Apud Plut. in Cæsare, ἀπαραίτητος δυσκοινωνήτος, Durus & inexorabilis, vel Inclemens, Bud. interpr. Idem affert ex Antiphonte in Leocratem, ἀπαραίτητοις δικασταῖς μὴ παρέχοντας συγγνώμην. Et ex Gregorio, ἀπαραίτητος δίμιος. Crudelis, Qui precibus nõ flectitur, ἢ δικαστὴς ἀπαθὴς ὢν, ἢ δίμιος ἀπαραίτητος. Rursum apud Plutarchum ἀπαραίτητον ἀγῶν & ἀπότομον esse ait Qui seuerè curat, qui πρὸς ἡδονὴν opponatur. Dicitur etiã aliquis ἀπαραίτητος esse πρός τι vt apud eundem Plut. Pericle, ἀπαραίτητος πρὸς τὰς συμφόρας, Seuerus in exigendis rationibus, vel potius Seueritate quadam inexorabili vtens. Itẽ dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος πλὴν ὀργῆς, Esse sæuus ira & inexorabilis, vel Esse inexorabili quadam ira & implicabili præditus: apud Philonem De vita Mosis lib 1, εἶθ' ἅμα χαλεπὸς καὶ βαρύμηνις καὶ ἀπαραίτητος πλὴν ὀργῆς. Et τὸ ἀπαραίτητον substãtiuè, Seueritas, quædam inexorabilis, siue indeprecabilis: vt Plut. Publicola, τὸ ἀπαραίτητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πονηροὺς. ‖Dicitur etiam de re ac primùm vt dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος πλὴν ὀργῆς in proximè præcedente exemplo, sic etiam ira eius esse ἀπαραίτητος. Itẽ ἀπαραίτητος δίκη, & ἀπαραίτητος πιμωρία, vt à Gellio Indeprecabilis pœna. Philo de mundo, ἀπαραίτητον δίκην ἀπεπίσχ. Sic apud eundem De vita M. lib. 1, ἀπαραίτητον πιμωρίας. ‖Apud Plutarchum, ἰκέτευμα ἀπαραίτητον, q.d. Irrecusabilis supplicãdi modus. Plut. De primo frig. ὃ δὴ Πέρσας τοῦ ἱκετεύματος μέγιστον ἡγῶ καὶ ἀπαραίτητον. id est (Turn. interpr.) Atque etiam apud Persas genus erat supplicãdi sine vlla recusatione. Ego existimo posse etiam verti Repulsam non patiens. Apud Plut. autem ἀπαραίτητος πορεία, Profectio quæ recusari nõ potest, Iter quod suscipiendũ est sine recusatione. Plut. in Cõsol. ad Apoll. καθάπερ τὴν εἰς κοινὴν παρεῖδε πορείας προκειμένης πᾶσιν αἰσχίας καὶ ἀπαραίτητον, οἱ μὲ, &c. At verò ἀπαραίτητος κίνδυνος, Ineuitabile periculũ, interprete Ruellio, apud Diosc. lib. 7, cap. 2, in principio, καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ κίνδυνος ἀπαραίτητός ἐστιν εἰ μὴ πολλοῖς χρήσαιτο τοῖς βοηθήμασι. Sic ἀπαραίτητον κακὸν, interpretor Ineuitabile malum, non, implacabile, vt in vulg. lexicis.

HINC aduerb. Ἀπαραιτήτως Inexorabiliter, Cum seueritate inexorabili: vt ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως, Thuc. lib. 3, ἀτρέπτως καὶ ἀπαραιτήτως Philo De vita Mosis. lib. 1, Apud Plut. in Solone ἀπαραιτήτως κολάζειν. Et in Pericle, ἀπαραιτήτως τοῦπις χρησάμενος, Quum se inexorabilem seu implacabilem illis præbuisset, Quum rigidus & inclemens erga illos fuisset. Ad verbum, Quum inexorabiliter illis vsus fuisset, id est, Valde inclementer erga illos se gessisset. Ex eodem Plut. in Themist. citatur, ἀπαραιτήτως ἔχειν πρὸς αὐτὴν δοκεῖ, pro Non videtur cum eo in gratiam vnquam rediturus.

C. Δυσπαράιτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Εὐπαράιτητος, ου, ὁ καὶ ἡ contraria. Δυσπαράιτητος, Exoratu difficilis, Qui difficilè exoratur, Non facilè exorabilis. Item pro ἀπαραίτητος, Inexorabilis, Implacabilis. Æschyl. Prometh. p. 7, meæ edit. - Διὸς γὰρ δυσπαράιτητοι φρένες. Citatur & ex Plu

tarcho in Fabio, δυς παράιτητος θυμὸς pro Implacabilis ira. HVIC oppositum εὐπαράιτητος, Facilè exorabilis, Placabilis, Non durus deprecantibus. Vel Deprecabilis, quo nomine antè exposuimus παραιτητός.

C. ΠΡΟΣαιτέω, τῶ, Insuper peto. Xen. in Apol. Socr. τὸ ζῆν ἔτι παρεσαιτῶν. Nisi quis malit Petens tanquam mendicando. De qua signif. nunc dicam. Vide quæ in Ἐπαιτῶ dixi de præpositione quæ est in hoc verbo.

Προσαιτέω, τῶ, Stipē peto, Stipē ostiatim peto, Mēdico: vt ἐπαιτῶ & μεταιτῶ. Isocr. Areop. πότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν αὐταρκῶν, οὐδὲ παρεσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας; id est Stipem petens à quouis obuio, Bud. Sic apud Plutarch. περὶ εὐθυμίας, Καὶ ζηλωτὴς ἡμῶν ὁ βίος. οὐ παρεσαιτῶμεν οὐκ ἀγροφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν.

Προσαίτης, Qui stipem petit, Mēdicus. Plut. in Hellen. problem. αἰαλαξῶν ῥάκια καὶ πήγανον, ᾧ παρεσαίτης ὤν. Chrysostomus, ἐλθεῖν εἰς ὁμιλίαν τῶν παρεσαιτῶν. Ab Homero dicitur πεσίκτης.

AI'TIOΣ, ία, ίον, Fœm. αἰτία, Neutr. αἴτιον, Qui vel quæ, vel quod in causa est. vel, Qui causa est rei alicuius. Autor. vt Isocr. ad Phil. θεοὺς τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, Deos bonorum nobis autores. Aristophanes Pluto, παντῶν αἴτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν. Demosth. Pro corona, ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίω τῇ πόλει γεγενημένῳ. Isocr. De pace, ἣν κτᾶσθαι φασί τινες αἰτίαν γενέσθαι τῆς Σπάρτης τῶν κακῶν. Demosth. τί πότ' οὖν αἴτιον ὅτι, &c. Quid in causa est cur, &c. Interdum αἴτιος fœm. gen. pro αἰτία. Aristot. De mundo, ἢ ἐν οὐρανῷ τιμώμεις σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας. ‖ Aliquādo αἴτιος ponitur cū dativo personæ duntaxat: vt Il. γ, Οὔτι μοι αἴτιοι ἐστὶ θεοὶ νύμφαι αἰγιόχοιο. vbi Eust. subaudit genitiuum πολέμου.

Aἴτιος, Culpæ affinis, Culpandus, Accusandus, Qui culpari debet ob rem aliquā, vt pote eius autor. ὁ αἰτιατός, ὁ ὑπὸ αἰτίασιν καὶ μέμψιν, vt exponit Eustath. Homerus Il. α, Οὔτι μοι αἴτιοι εἰσί Od. θ, Ἠτοι ὁ μὲν δὴ ἐγὼ μὲν. ἀπὸ τοῦ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ τοκῆες, δύω. Idem Il. ν, Ὣς Θόαν, ὅτις ἀνὴρ νῶϊ αἴτιος. Il. ο, ὅστε' αἴτιος, ὅστε καὶ ἀνὴρ. Il. τ, ἀδέπ ἡμεῖς Αἴτιοι. Herod. 1, οὐδὲν ἐόντας αἰτίους, minimè affines culpæ, vel Innocētes, ἀναιτίους. Exponūt quidā. Nihil cōmeritos. Cicero apud Platonem οὐ τὸ ἄτιον αἰτιᾶσθαι interpretatur, Non accusare quod esset accusandū. Idem hæc eiusdem verba, εἰ γὰρ ἦν τοῦτο [τὸ γῆρας] αἴτιον, vertit, Nam si id culpa senectutis accideret. Vide meū lex. Cic. Αἴτιος ab Eustath. exponitur ὑποδύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος, id est Sons vel reus, & supplicio dignus: hoc in versu, Αἴτιος ὁ γεάψας αἴτια Καλλιμάχου.

Aἴτιος cum gen tiuo putatur sumi pro Obnoxius apud Dioscoridem, lib. 8, ληθαργόδες γίνονται καὶ καταφορᾶς αἴτιοι, id est Lethargici fiunt, & veterno obnoxii.

Cōparatiuum αἰτιώτερος, Qui magis est causa, vel in causa. Superlat. αἰτιώτατος, Qui maximè est in causa. Apud Athē. 2, ὡς τούτης αἰτιωτέρας οὔσης. Xen. Ἀπομν. 1, οἵ τὶ ἄλλο αἰτιώτερον εἶη; Quicquam aliud magis in causa esse putas? Idem Hell. 5, αἰτιώτατοι εἶεν. apud Thuc. αἰτιώτατος ἐγένετο, Præcipuus autor fuit.

¶ Αἴτιον, ου, τὸ, Substāt. Causa, Ratio. Demosth. Pro corona, τὸ δὴ αἴτιον οὐκ ἀγνοεῖς. At Philipp. 3, πολλὰ μὲν οὖν ἴσως τὰ αἴτια τοῦτ' οὕτως ἔχειν, hic & in huiusmodi locis αἴτια est adiectiuè positum, non substantiuè. At substantiuè passim apud philosophos: vt αἴτια κύρια καὶ αὐτοτελῆ, Causæ principales & perfectæ. αἴτια προηγούμενα vel προκαταρκτικά, Causæ antecedentes vel antegressæ. αἴτια πρόσχρη Proximæ causæ. ξυναίτια, Adiuuantia causarum, vel, Quæ rerum adiuuant causas. Quas interpretationes ex Cicerone habes in meo lexico Ciceroniano. Gregorius Nazianzenus De theologia, τὸ πρόσωπον αἴτιον vocat Deum. Inscripsit Theophr. quendā suū librū, αἴτια φυσικά. Callimachus item quendam suum appellauit αἴτια absolutè: cuius meminit Martialis. legendum enim apud eum ætia Callimachi, non ethia. De illis fertur & hic versus, Αἴτιος ὁ γεάψας αἴτια Καλλίμαχος. sed apud Eustath. legitur Καλλιμάχου. ‖ Quandam apud rhetores differentiam inter αἴτιον & αἰτίαν vide apud Fabium.

¶ Αἰτία, ας, ἡ, aliud substāt. Causa, Ratio. Plato in Timæo δεῖ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν ἐπεκτήνατο, id est (Cicer. interprete) Hanc rationem habuit vt absolueret. Idem ibidem, δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, vertit, Quæ causa collocandi fuerit. Idem αἰτίαν πρεσβύτατον, Causæ primæ.

Αἰτία, Culpa, Crimen. Plato Pol. 1, ἀλλὰ καὶ τούτων περὶ καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους μία τις αἰτία ὄντων, οὐ τὸ γῆρας, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων, id est interprete Cic.) Sed in moribus est culpa, non in ætate. Vbi tamen αἰτία verti etiam possit fortasse causa. Est autem frequentissimum hoc loquendi genus, αἰτίαν ἔχειν cum genitiuo, vt αἰτίαν ἔχε τοῦ πολέμου. Plut. in Pericle, Culpam belli sustinuit, Culpatus fuit ob bellum, Vitio verterunt illi bellum. Ita enim malo quàm vt exponitur vulgò, Inuidiam belli in se verti. tXenophō, αἰτίαν ἔχει τούτου, Ob hoc culpatur, huius rei culpa in illū cōfertur. Dicitur & αἰτίαν ἔχω δοῦναι τούτῳ. Idem, οὐ πάνυ γε ῥᾴδιον ὄντα δύρειν ἔργον ἐφ' ᾧ κακὰ αὐτῆς αἰτίαν ἔχει. Nonnunquam infinitiuum habet loco genitiui, Lucianus, αἰτίαν ἔχω ψεύδεσθαι, pro ψεύδους, Insimulor mendacii, Culpor vt mendax. Plut. Themistocle, αἰτίαν ἔχει μηδίζειν, accusatur quòd Medorum partibus faueat. Synesius, ὃς καὶ πανδοῦ αἰτίαν ἔχων ὁπλομανεῖν τε καὶ ἱππομανεῖν, id est (vt Budæus interpretatur) Qui ab ineunte ætatula malè audierat quasi insano studio armorum equorūmque flagrarem. Idē eiusdem Synesii hæc verba, αἰτίαν ἔχων πρεσβυτατος εἶη, reddit, Cui vitio vertebatur nimia clemētia. Et cum præterito infinitiui. Demosthenes pro corona, Φιλίππῳ πρεσβεύσαι πάντας αὐτὸν ἔφεν αἰτίαν. Dicitur & αἰτίαν ἔχειν, absoluté. Xenoph. Pæd. 5, δεῖ τὸν σοὶ πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν, eo quòd cum multis in culpa sint. Hìc enim αἰτίαν ἔχειν hoc significat: quum alibi frequentissimè αἰτίαν ἔχειν is dicatur qui accusatur rei alicuius nomine, in quem culpa confertur, siue meritò, siue immeritò. Quo etiam modo vsurpatur αἰτίαν ἔχω τούτῳ, Accusor hoc nomine, Crimen hoc in me confertur. Dem. contra Midiam, δικαιότατ' αὐτοῦτῳ ἔχει τὴν αἰτίαν. Isocr. in Areop. εἰκότως αὐτὸν ἔχει τὴν αἰτίαν τούτῳ. Dicunt & αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος, Accusari ab aliquo. Thucydides, αἰτίαν πολλὴν ἔχω ὑπὸ σοῦ. vbi ἔχω pro λαμβάνω accipitur. Dicitur & αἰτίαν ὑπέχειν pro αἰτίαν ἔχειν. Xenophō Pæd. 6, καὶ αἰτίαν ὑπέχειν, ἢ ἐβαρώθη. Quod loquendi genus imitari volens Cicero, ad verbum dixit Causam sustinere. vt Budæus annotat. ‖ Sunt autem aliæ phrases αἰτία cum verbo ἔχειν habentes, quæ actiua significant. dicuntur. Nā vt αἰτίαν ἔχειν passiuè sumitur pro Accusor, Insimulor, Mihi vitio vertitur, In me culpa transfertur: sic δι' αἰτίας ἔχω τινός, vel ὑπ' αἰτίαν τινὸς ἔχω, capitur pro Accuso, Insimulo, Culpo. Thuc. 2, ὑμᾶς αὐτοὶ δι' αἰτίας ἔχετε. Idem 5, ὑπ' αἰτίαν ἔχοντες τὸν Ἄγιν.

Alia sunt verba quæ cum nomine αἰτία iuncta idem valent quod αἰτίαν ἔχειν, passiua significatione: & quod δι' αἰτίας ἔχειν vel ὑπ' αἰτίαν ἔχειν, actiua. Xenoph. Pæd. 5, ὑπ' αἰτίαν εἶη & αἰτίαν ἔχειν eodem loco dixit in eadem significatione, ita scribens, καὶ πάντες ἐδόκουν ὑπ' αἰτίαν εἶη καὶ οὐδεὶς τὴν αἰτίαν οὔτε αἰρωνεύεσθαι, οὔτε φοβεῖσθαι οἰκείως δεῖ τοσοῦτον πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν. Est autem ὑπ' αἰτίαν εἶη, Latinè verbum è verbo, In culpa esse. Quanquā siquis propius intuea tur, animaduertet posse aliquem αἰτίαν ἔχειν, id est Accusari, & in eum culpam conferri: qui tamen non δεῖν ὑπ' αἰτίαν, atque immeritò accusatur. Αἰτίαν λαμβάνω pro αἰτίαν ἔχω, id est Accusor. Thucyd. 6, τοὺς τοὺς τῶν μυστικῶν αἰτίαν λαβόντας. Dicitur pro eodem αἰτίαν φέρομαι. Thuc. αἰτίαν τοῦ ἀδικεῖν φέρομαι. Item αἰτίαν ὑποδύεν, idē quod αἰτίαν ὑπέχειν. nā ὑπέχειν & ὑποδύεν synonyma sunt. Æsch. cōtra Ctesiph. τὸν τοῦ βοιωπάζειν ὑπομείνας αἰτίαν. ‖ At verò pro δι' αἰτίας vel ὑπ' αἰτίαν ἔχω in actiua significatione, videlicet pro Culpo, Accuso, Culpam in aliquē confero, vel impingo, Crimen impingo, dicitur, ὑπ' αἰτίαν τίθημι. Herodotus, ὑπ' αἰτίην τιθέντες τὸν Μαρδόνιον. Id est ad verbum, è Cicerone, In culpa ponentes Mardoniū. Idem valet, αἰτίαν σοὶ ἀνατίθημι. Apud Isocratem autem ad Demonicum, in plurali, ὧν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ἁμαρτάνει, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι. Reperitur pro eodē αἰτίαν σοὶ ἐπάγω, vel αἰτίαν δοῦναί σε ἄγω, apud Demosthenem. sic enim in Æschinem, ἐμὲ τοῦ αἰτίαν σοὶ τούτου ἐπάγειν. Idem, αἰτίαν φέρουσ' ἐκείνον ἄγω. Dicitur & αἰτίαν ὀνοφέρειν. & apud Isocratem De pace, αἰτίαν ὀνοφέρειν. Item ὑπ' αἰτίαν ποιεῖσθαί τινα, apud Synesium: vel αἰτίαν ποιεῖσθαί τινος: vt apud Plutarchum in Pericle: vel καταίτιος, vt apud eundem in

Publicola, οἱ δὲ δημαρχοὶ τὸν Μαρκίον τοῦ αἰτίαν ἐποιοῦντο. Sophocles autē dixit eodem sensu, αἰτίαν νέμω, scribēs, — ἐκείνῳ τοῦ τις αἰτίαν νέμει. Habetur item apud Plutarchum, αἰτίαν τρέπω ἐς σε, vt Latinè dicitur, Culpam in te transfero. ad verbū, Culpam in te verto, seu Cōuerto. ‖ Contraria autem sunt his, αἰτίας ἀπολύειν, αἰτίας ἐξελεῖν, Culpa liberare siue culpæ, (vt Liuius loquitur) Absoluere culpa seu crimine, Exoluere culpa, cum Tacito. Dimouere culpā ab aliquo, vel Remouere. Item Culpæ eximere, vel ex culpa: quod loquendi genus ad verbum respondet illi posteriori, αἰτίας ἐξελεῖν.

Αἰτίαν ἀνδέχεσθαι (inquit Bud.) est In se crimen recipere, Crimini se offerre, Agnoscere rem perpetratam, & & se mandatorē profiteri. Quod & αἰτίαν δέχεσθαί τι ἔγκλημα & τὰ ἐγκεκλημένα dicitur: quibus omnib⁹ Demosth. vsus est.

Αἰτίας pluraliter sæpe etiam dicunt: vt Isocrates ad Nicoclem, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἔξων ὧν αὐ ἐκεῖνοι πεπράξασι. Idem ad Demonicum, ὧν γὰρ αὐ ἐκεῖνος ἁμάρτῃ σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Sic dictum est, αἰτίας μεγάλας ἔχω, Grauia crimina in me conferuntur. Reperitur & ἐν αἰτίαις γίνεσθαι, sicut & ἐν αἰτίαις εἶναι apud Æschinem contra Ctesiphontem, ἐν ταῖς μεγίσταις αἰτίαις οἱ πρέσβεις, Grauissimæ res legatis obiiciebantur, Grauissimis crimina legatis impingebantur. Bud. autem annotat ἐν αἰτίαις εἶναι significare non solùm Accusari & inculpari, sed etiā pœnas pendere. Apud Athenæum, ἐν αἰτίαις ἔστιν τοῖς μεγίστοις, verba sunt edicti Antiocheni, Non impunè ferent, Graui animaduersione plectentur.

Notandum est autem αἰτίαν vsurpare Isocratem in bonam etiam partem, cum his verbis ἔχειν, αἰτιᾶσθαι, ὀνοῦσθαι, ὀνοφέρειν. fortasse & cum aliis: sed hæc tātùm obseruaui: vt, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν οὐκ ὤφ. pro, Hæc bona nobis ferentur accepta. In epistola quadam ad Philippum, ἀλλὰ καὶ πιούτων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατιώταις ἀναθήσεσθαι, Talia exercitibus accepta ferūt. In Panathenaico, καὶ τοῦ μὴ δηθέντων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον συμβαλοίμην, ἅπαντες αὐτοὶ τὴν αἰτίαν ὀνοῖεν. Idem ibidem, τὸ μὴ ἂν διαφέροντος τῶν ἄλλων οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν ἡμῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, δικαίως αὐ ἐπενέγκαιμι τὴν αἰτίαν τοῖς βασιλεύσασιν αὐτοῖς.

Αἰτιώδης, εως, ὁ καὶ ἡ, Causalis: vt αἰτιώδεις συνδεσμοί, apud quosdā Græcos grammaticos, quæ apud Latinos causales cōiunctiones. frequentius tamen vocantur αἰτιολογικοί. ‖ Αἰτῶδες ψεῦδος vide apud Suidam.

C. Αἰτιολόγος, ου, ὁ, Qui rationem reddit. Alii exponūt, Qui sequitur rationem & vtitur probationibus.

Αἰτιολογία, ας, ἡ, Causæ redditio, seu rationis, Causatio, Causificatio. Est autem schema apud rhetores αἰτιολογία, de quo ita Fabius libro 9, cap. 3. Quod verò schema est ad propositum subiecta ratio: vtrum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat: nam de illo dubitari possit an schema sit distributis subiecta ratio. Meminit idem lib. 1, cap. 15: quanquam ibi pro ætiologiæ & ætiologia legitur in nonnullis exemplaribus ethologiæ & ethologia.

Αἰτιολογικός, ου, ὁ, Peritus ætiologiarum, i. reddendi rationem eius quod in quæstione versatur, vel quasi artem illam factitans, apud Sextum philosophum. ‖ Αἰτιολογικός, Causalis, causæ redditiuus: vt apud grammaticos Græcos συνδεσμοὶ αἰτιολογικοί, coniunctiones causales apud vulgus Lat. grammat. siue rationales. ‖ Αἰτιολογική, pars medicinæ quæ causarum differentias & vires expendit. Quum autē causæ duplices sint (vt docuit Galenus) salubres & insalubres, quarum illæ ad tuendam sanitatem, hæ ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non est dubium, ambarum cognitionem ad eam medicinæ partem spectare, sed earum maximè à quibus morbi prodeunt. quam ob causam etiam à quibusdam παθολογική pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, sed maximi semper fecere dogmatici, Hippocratis vestigiis insistentes. Hæc Gorr.

Αἰτιολογέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Rationem siue causam reddo. Apud Sextum philosophū cum accusatiuo: vt ὅς τι πολυθρόπως αἰτιολογήσει τὸ ζητούμενον. Exponitur & Causor. ‖ Αἰτιολογῶ, Vtor schemate quod ætiologia dicitur.

Exponitur præterea in vulg. lex. Græc. Causas ago: sed perperam.

Αἰτιολογέομαι, οῦμαι, pass. pro eodem. Quidam grammatici veteres exponunt, πρεσφασίζομαι, σκήπτομαι.

C. 2. Ἀναιτιολόγητος, ος, ὁ καὶ ἡ, Cuius causa reddi non potest, apud Alexandrum Aphrod. De fato. Idem in Problem. δίφθερα ἕξιν φυσικὴν ἄῤῥητον καὶ ἀναιτιολόγητον. Ex α priuatiuo & αἰτιολογεῖν, quod significat Causam reddi, formando videlicet à tertia singulari præteriti ἠτιολόγηται. Dioscorides lib. 7, cap. 1, καλεῖται αἰτιολόγητα τὰ ὑπὸ τῶν ἰοβόλων ζώων καὶ θανασίμων φαρμάκων συμβαίνοντα, id est (inquit Bud.) quorum causæ sunt abditæ. In vulg. autē lex. Græcol. αἰτιολόγητα exponitur hîc Cæci affectus. accipiēdo cæci pro abditi, vt opinor. Exponitur & Causarum cognitione & ratiocinatione carentia. Sed simplicissima est & ad verbum hæc interpretatio, Quorū causa reddi non potest.

C. Ἀναίτιος, ος, ὁ καὶ ἡ, Causam non habens, Cuius causa nulla est. vt ἀναίτιος κίνησις apud Alexandrū Aphrodiseum De anima. Ita vsurpatur & à Dionysio Areopag. Apud Damascenum quoque hoc sensu Deus dicitur αἰτιος, & apud Gregorium Nazianzenum.

Ἀκμάζειν nō solùm de homine dicitur, sed de variis etiam rebus: sicut & ἀκμή. Et vt ἀκμὴ dicitur νοσήματος, sic ἀκμάζον νόσημα vel πάθος, quod est ἐν ἀκμῇ. quasi quod est in ipso vigore mali, quum dolor ad summū venit, vt ita dicam: adeo vt iam cōsistat. Ἀκμάζων πόλεμος, Bellū quod est in suo veluti vigore, Bellū vigens. Fortasse feruere potius diceretur bellum hoc sensu: vt dicitur calere pugna. Fortasse etiam non malè ἀκμάζοντος πολέμου reddideris Flagrante bello, quæ phrasis idem sonat quod Feruente bello. Sic ἀκμαζούσης τῆς συνουσίας, Plut. in Ant. Calente cōuiuio, vt ita loquar. Vel, Quum vigeret conuiuium, In medio conuiuio. ‖ Ἀκμαζούσης νυκτὸς, apud Herodianū, Nocte intempesta, interpr. Politiano. q. d. Vigente nocte. tunc videlicet quum est μεσονύκτιον, id est medium noctis, siue media nox. Sic ἀκμάζουσα ἡμέρα, apud eundem Herodianum dicitur meridies. quò pertinet illud Gregorii, μεσημβρία τὸ τοῦ φωτὸς ἀκμαιότατον. Apud Thucyd. ἀκμάζον θέρος, adulta æstas, vt loquitur Cornel. Tacitus, hellenismū hūc (vt opinor) æmulās. At παρακμακὸς θέρος, præceps æstas, vel potius præcipitās, seruata eadem quidē in Græco, sed nō & in Latino sermone, metaphora. Dicitur etiā ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, Xen. Hell. 1, adultis iā frugibus. Vbi adultus in propria signif. capitur, non metaphoricè, vt modò in Adulta ætas. Intelligendum autem, Tempore eo (ætatis videlicet) quo iam adultæ sunt fruges. Interdum copulantur hæc duo θέρους & σίτου. vt apud Thuc. 2, τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν. Pollux τοῦ σίτου ἀκμὴν & σίτου ἀκμάζοντος cōiungit. Apud Diosc. lib. 1, τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, quæ vere ad maturitatem perueniunt. Sic σίτου ἀκμάζοντος, quod expono Iam adultis frugibus, quidā Maturis iam frugibus, reddiderunt.

Ἀκμάζει τὰ πράγματα, apud Xenophontem exponitur, Res sunt in ipso articulo, Res sunt in cardine. Pæd. 4, οὐ γὰρ δὴ πέραν κατὰ ἡμῖν ἀβουλόμεθα, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα ἀκμάζει, ὅθεν μελέας δεόμεθα.

Ἀκμαστὴς, ᾶ, ὁ, Strenuus, Validus, Robustus. Herodianus, νεανίσκον ῥωναῖον τε καὶ ἀκμαστὴν πέφυσι. Ita accipi ἀκμᾶος, paulo antè docui. Fit autem ἀκμαστὴς ab ἀκμάζω, formando videlicet à tertia præteriti persona verbi passiui. (quod tamen inusitatum est) ἤκμασται: at ἀκμᾶος fit ab ἀκμή.

C. Ἐνακμὴς, & Ἔνακμος, Vegetus, Robustus, In vulg. lex. ET Ἐνακμάζω, Vigorem accipio, Vegetus reddor, Inualesco, ἐνισχύω, Suid.

C. Ἔπακμος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Idem quod præcedens Ἔνακμος. Dioscorides autem scribens, ἧττον δὲ τρεῖς ἔχει καὶ ἐπάκμους τοὺς ἀκάνθας, vocat ἧττον ἐπάκμους ἀκάνθας, minus validos aculeos, vt quidam interpr. id est minus validè pungētes. In vulg. lex. ἔπακμος ἄκανθα, redditur Non penitus integra spina, ex Marcello. (perperam, vt opinor, addita negatione.) Item, Rotunda & mucronata, ex Hermolao. Ἔπακμον esse dicit Bud. Quod est acie exacutū, vel Quod aciem seu cuspidem habet. Cui expositioni subiungit illum Dioscoridis locum.

Ἐπακμάζω, Vigeo, Vegeta sum ætate. Et ἐπακμακὼς, Vigens, Adolescens, Validus, Vegetus. Bud. Et ἐπακμάζουσα ἡλικία pro florēte ætate, citatur ex eodem B. HINC Ἐπακμαστικὸς, Inualescens paulatim, vel Sensim efferuescens, vt Bud. exponit in hoc Galeni loco, πολλοὶ δὲ ἄλλοις σιτοῖς ἐθεραπεύθησαν, τοὺς μὲν ἐπακμαστικοὺς, τοὺς δὲ, ὁμοιοτρόποις, ἢ ἀκμαστικοὺς, ἐνίοις δὲ, ἐπιδεικνυμένοις τοῖς ἐπακμαστικοῖς. Idē, πυρετὸς δὲ ἐφαίνη δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπακμαστικός. Gorr. ἐπακμαστικὸν πυρετὸν esse scribit qui quum vnam à principio ad finē vsque accessionem habeat, non tamen eodem tenore perseuerat, sed assurgit atque inualescit: cùmque αἰαβαπικὸν alio nomine appellari. In vulg. lex. annotatur, morbum increscentem Celso esse τὸν ἐπακμάζοντα, cui opponit τὸν ἐπακμαστικὸν, qui sensim decrescit, leuiórq; fit & languidior.

C. ΠΑΡακμὴ, ῆς, ἡ, Vigoris remissio, Languor, inquit Bud. Plut. De cohib. irac. διὸ καὶ δῆλόν ἐστιν οὐ παρακμῇ τινι δι' ἡλικίαν τὸ θυμοῦδες οὐδὲ αὐτοματίᾳ ἐπιμαραινόμενον. quem locū Eras. sic reddidit nō malè, (meo iudicio) Vnde liquet & illud, iracundiam ac ferociam non per ætatem simul cum deficiente corporis vigore neque suapte spōte velut emarcescere. Apud Galenū παρεξυσμῶν παραχμὰς, accessionum remissiones, quas vulgò declinationes medici appellant. Et παρακμὴ πυρετοῦ apud eundem, Remissio febris. Et παρακμὴ cuiusuis morbi, Tēpus quo se remittit & mitescere incipit. Latini morbū inclinatum dixerunt. ‖ Παρακμὴ, Senilis ætas & flaccescens, quando iam robur consenescit, Budæus 605. Ad quam significationem pertinet exemplum ex Plutarcho modò allatum. De vi autem præpositionis in hoc nomine, dicam in sequente verbo.

ΠΑΡακμάζω, Vigorem lāguidiorem habeo, Vigor meus elanguescit, aut iacet. Vel, Vigorem amitto, Flaccesco. Hoc autem quia fit in senectute præcipuè, exponitur παρακμάζω & Cōsenesco, Marcesco ætate, Florem ætatis amitto. Quæ ex tribus interpretatio magis mihiplacet: qui verti etiam posse existimo, Ad effœtā ætatem vergo. quia quū effœta ætas dicitur, vigor amissus declaratur. At verò Marcescere ætate, & Marcere ab annis, (vt dixit Ouidius de Tithono) est decrepiti, ideóq; lōgè vlterius progreditur quàm τὸ παρακμάζειν. In quo verbo (sicut & in nomine παρακμὴ) præpositionē παρὰ tēpus elapsum denotare arbitror. vt παρακμάζειν propriè dicatur is cuius vigoris tempus elapsum est, siue cuius vigor aut vegeta ætas præteriit, seu desiit: aut παρακμάζων sit is cuius vigor præteriit, seu desinit: παρακμακὼς autē, cuius vigor iam præteriit, siue desiit. eandémque vim habeat præpositio παρὰ in παρακμακὼς quam habet in παρηβηκὼς, (pro quo & ἀφηβηκὼς dicitur) & in παρωχηκὼς. Denique παρακμακὼς propriè sonare existimo, Vigoris tempus egressus, aut vegetam ætatem, sicut παρηβηκὼς, Pubertatē egressus. Sed παρακμακὼς exponitur etiam Emeritus, Qui cōsenuit. ‖ Trāsfertur autem & ad alia. vt apud Xenoph. Symposio, τὴν μὲν τῆς ἥβης αὐτὸς παρακμάζει, marcescit. In qua significatione de flore itidem dictum μαραίνεσθαι obseruaui. Cui exemplo aptè adiungi puto hoc ex Plutarcho, in quo παρακμάζειν & παραιτεῖν copulat, vt Xenophon αὐτὸς παρακμάζειν dicit. Habetur autem apud eum in Bruto, ὅταν παρακμάζῃ καὶ παραιθῇ τὸ τῆς ὀργῆς, id est (B. interpr.) quum consenuerit ira & deferbuerit. In vulg. lex. citatur ex Dioscor. lib. 5, cap. 27, παρακμάζοντα μύρτα, pro Quāmaturissimæ baccæ myrti, Marcello interprete. (Ruellius autem vertit Quæ maturitatem excesserunt: ego lubenter verterim Flaccescentes) cōtrà ex Plutarcho in Cæsare, παρακμάζειν pro Nō peruenire ad maturitatem seu vigorem. Et παρακμακὼς φθινόπωρος, præceps autumnus, Bud. interpr. Item παρακμάζοντος κινδύνου ex Diosc. citatur pro Inclinato decedentéque periculo. Quum autem de homine dicitur παρακμάζω, interdum additum habet accusatiuum ἡλικίαν, & dicitur παρακμάζειν πὼ ἡλικίαν (vt apud Gregor. Naz.) pro παρακμάζειν simpliciter.

Παρακμασις, Vigoris amissio, & secundum quosdam Effœtatio (ficto nomine) in hoc Theophr. loco De caus. pl. lib. 1, ὅταν δ' ἐλλίπῃ σπέρμα δῆλον πὼ ἡλικίαν ἢ παρακμάσῃ, ἀδυνατεῖ τὸ γηρᾶν.

Παρακμαστικὸς, Cuius remissus est vigor, vt παρακμαστικὴ ἡλικία apud Galenum, Ætas euius remissus seu remissior est vigor, Ætas iam vergens & inclinata, Bud. Eam Galenus à tricesimoquinto anno incipere tradit, & vsq; ad quadragesimumnonum durare, à quo senectus capiat initium. Et παρακμαστικὸς πυρετὸς, Febris quæ sensim leuior fit & languidior, eodem Budæo interprete. Gorræus παρακμαστικὸν πυρετὸν esse dicit febrem decrescentem (vt ἐπακμαστικὸν increscentem) & speciem esse vnam febris continentis quæ σύνοχος vocatur, quæ à primo die ad postremum vsque semper de sua magnitudine remittit aliquid, donec prorsus desinat.

C. ΣΥΝακμάζω, Simul vigeo & ætate floreo, vt συνήκμαζε Γοργίᾳ τῷ σοφιστῇ, Bud. Συνήκμασεν αὐτῷ exponitur etiam Temporibus eius floruit, seu claruit. Sic συνακμάσαι τῷ Ἰφίτῳ, Iphiti temporibus claruisse. ‖ Metaphoricè etiam dicitur συνακμάζουσα ὀπώρη, epigr. lib. 2, Ἀλλ' ἀεὶ πεπόθηκα συνακμάζουσαν ὀπώρῃ.

C. ΥΠΕΡακμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ætatis florem egressus. vel Qui excessit æt. &c. Ætatem vegetā egressus, ὑπερεκδραμὼν πὼ ὥραν, inquit Suid. Paulus 1 ad Cor. c. 7, versu 36, εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ὅτι πὼ παρθένον αὐτοῦ νομίζει ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, vbi vet. interpr. ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος reddit Quòd sit superadulta: Erasmus. Si prætereat nubendi tempus: vt videlicet dicatur ὑπέρακμος quæ sit non matura viro (vt loquitur Virgilius) sed plusquam matura. vt ἀκμὴ hoc in composito sit tempus illud quo nuptiæ contrahi solent, aut certè debent: quod esse scimus in ætatis flore. ET Ὑπερακμάζω, quo Myron Prienensis apud Athenæum vtitur lib. 14. εἰ τινες ὑπερακμάζοιεν πὼ σίκεπκλῶ ὄπφανείαν. id est (vt opinor) Siqui vegetiores essent quàm pro seruili forma. Vel, Siqui vigorē quendam præ se ferrent maiorē quàm qui in seruis soleat cōspici. vt sit pro ἀκμάζοιεν ὑπὲρ πὼ σίκεπκλῶ ὄπφανείαν.

¶ Ἀκμάω, μῶ, idem quod ἀκμάζω. nam Etym. ἀκμῶσαι exponit ἀκμάζουσαν.

¶ Ἀκμὴς, ῆτος, malè ab hoc ἀκμὴ quidam deduxerunt, quū à κάμνω deriuatum sit, vt ibi docebo.

¶ Ἀκμῶς, ᾶ, ὁ, Adultus, vel Florens & exuberans, vt inquit B. citans ex Hom. Od. ψ, v. 200, Θάμνος ἔφυ πανύφυλλος ἐλαίης ἔρκεος ἐντὸς, Ἀκμῶς θαλέθων. Vbi Eustath. ἀκμῶς obseruat ὀξύνεσθαι, ex Aristarchi sententia, exponentis, ἀκμῶ ἔχων τὸ νεάζειν.

Ἄκμωνος autem pro Iciunus, quidam ab ἀκμὴ, quod Æolibus inediam significat, alii ab ἰκμὰς deduxerunt, vbi & ponere decreui.

¶ Ἀκμῶ, Adhuc, Etiam nunc. idem quod ἔτι, inquit Suid. Isocr. ad Demonicum, καὶ σὺ μὲν ἀκμῶ φιλοσοφεῖς. Sic & in hoc epigramm. loco, quem Suidas citat, Ὅσσοι ἐν ἡρώεσσι πτόλιν ὠλόλος, ἓν μέρος ἀκμῶ Ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρέμοσιν. id est, seruatur etiam nunc. Citat & alia exempla. Sic accipi mihi videtur & à Theocrito Idyll. 4, in fine (legitur autem ἀκμὰν apud eum Doricè pro ἀκμῶ) hoc ī versu, Ἀκμὰν γ' ὦ δ' ἁλάᾳ. τοῖον γεμφ αὐτὸς ἐπιδῶν, & in vulg. lex. exponitur ἀκμαῖ, nuper. Cuius interpretationis error contigit ex non satis attentē cōsiderata expositione scholiastæ, qui per τοῖον ὀλίγῳ exponit τοῖαν, non autem ἀκμαῖ. Planè enim existimo hic ἀκμαῖ esse quod versu vno interiecto dixerat ἔπι. nam Battus interrogat, - τὸ γερόντιον ἦρ' ἔπι μύλλει Τήνᾳ τὰν κυναιόφριν ἐρωπίδα, τᾷ ποτ' ἐκνίδας; Respondet, Ἀκμαῖ γ' ὦ δ' ἁλάᾳ. Perinde acsi diceret, ἔπι μύλλει αὐπὼ.

Ἀκμῶ, pro Etiam eo tempore (inquit Budæus) citās ex Polybio, τοῦτ' μὲ τῆς Καρχηδονίοις ἡ δύναμις ὁ δῆμος ἤδη μετειλήφει, τοῦτ' δὲ Ῥωμαίοις ἀκμὴν εἶχεν ἡ σύγκλητος. Huicautē loco aptè fortasse subiūgetur hic eiusdē scriptoris, in fragmēto quodam libri 16, καὶ τὰ μὲ τοῦτ' τὸ δεξιὸν κέρας τῶ Φιλίππου θαιάτῳ εἶχε ἡ δύναμις, ὥσπε ἀκμῶ ἄκριτα μένειν τὰ ὅλα. Sunt tamē qui ἀκμὴν significare hìc putent Aliquandiu. Cæterùm an sit deriuatū ab ἀκμὴ hoc aduerbium, magis otiosis iudicandum vel potius diuinandum relinquo.

Ἀ Κ Κ Ὼ, οῦς, ἡ, Acco mulier (de qua paulo pòst dicetur) à cuius nomine originem habere putaturverbum ἀκκίζομαι, id est Simulatè recuso, Fictè aspernor, Fingo me nolle quum maximè velim. Est etiā generaliter, Simulatione vtor. Lucianus, ὃν δεῖ τοῦτον ἴλεων ποιήσασθαι, τοῦ βαδίσαι τὰ εἰς πὼ χεῖρα τοῦ λάχιστον πέντε δραχμάς· ὁ δὲ, ἀκκισάμενος, καὶ, ἀπαγε, τοῦτ' σοῦ δ' ἐγώ; καὶ Ἡσύχιος, μὴ γνοῖτο, ἐπιπτῶν, τέλος ἐπείθη. Vbi Lucianus affert verba hominis ἀκκιζομένου. dicuntur enim hæc à famulo vocatore, qui cœnipetis pecuniam illi offerentibus, fingit se magnopere reniti, & eam ab illis nullo modo velle accipere: tandem tamen accipit, velut coactus. Plutarch. Sympos. 1, μικρὰ μὲ οὖν ἠκκίσαντο παραγενόμενοι. Synesius epist. 121, σὺ δὲ ἀκκεῖ καὶ καπειρωνεύῃ. Ælianus apud Suidā, de quadam astuta muliere, ἄτε δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς τοιεργίας, ἀκκιζομένη πὼ κεφαλῇ, καὶ τοῖς ζηλοτυπίαν ἀφυλῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα. Sic de mulieribus sæpe dicitur, & quidē de veteratoriis scortis, quæ vt pluris se addicant, morosiora se præstant (dissimulatione vtēdo) & difficiliora, nec facilè se exorari sinūt. Tale quiddam apud Latinos est Delicias facere, meo quidem iudicio, nisi quòd hoc latius patet. Gall. dicitur de huiusmodi hominibus *Ils se veulent faire prier*. Cæterùm suspicor errorē esse apud Suidā, vbi legitur ἀκκίζεσθαι esse τὸν λέγοντα τὰ τοιαῦτα μὴ ἐθέλειν. legēdū enim crediderim θέλοντα pro λέγοντα. vt sit, Volētem aliquid simulare se nolle. Cicero ad Atticum, Certi sumus periisse omnia. quid enim ἀκκιζόμεθα tandiu? Id est dissimulamus, vt vulgò exponitur. Suidas & Hesychius volunt hoc verbū inter alia significare τοιαῦτα. Paulo certè aliter quàm in præcedentibus locis videtur sumi in hoc Themistii in orat. quadam ex iis quas editioni Aldinæ addidi, οὐκοῦν ἔστι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἀκκίζεσθαι καὶ δάκτυλον Ἰσοκράτους ὁ Θεοδώρου, ὅπ σιμνίτερα καὶ ἰσχυρότερα τὰ ἐμὰ δωρήματα, καὶ οὔτε ἐν χρόνῳ γηράσκει, &c.

Ἀκκίζεσθαι (si eidē Suidæ credimus) non solùm τοιαῦτα significat) vt modò dixi) sed etiā γυναικίζεσθαι & μωραίνειν. accipienti (vt opinor) γυναικίζεσθαι pro Muliebriter lasciuire, μωραίνειν autem pro Stulta facere aut dicere, Stultitiam dictis aut factis ostendere. Addit autē manasse hoc verbum à quadam stulta muliere quæ Ἀκκὼ vocabatur. Easdem Hesychius dat expositiones actiuæ voci Ἀκκίζειν, sed nihil de origine huius verbi addens. Plut. in lib. qui τοῦ Σπωϊκῶν ἐναντιωμ. inscribitur, pag. 693, ὡς οὐδὲν διαφέροντα τῆς Ἀκκοῦς καὶ τῆς Ἀλφιτοῦς, δι' ὧν τὰ πτοιδάεια τῶ κακοδρολεῖν αἱ γυναῖκες αἰέργουσιν. Quibus hæc ex Erasmi adag. visum est addere, ἀκκίζειν (id est accissare) Græco prouerbio dicebantur, qui quum maximè cuperēt accipere quippiam, tamē fictè recusabāt, qui mos hodie quoque multis durat. Scribūt Ἀκκὼ mulierem fuisse quampiam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere, confabulari: vt hinc vulgò, quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, ἀκκίζειν dicerentur & Ἀκκοῖς nomine compellarentur. Apparet, illud etiam

moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret quæ tamen cupiebat. vnde & ἀκνισμὸς ficta huiusmodi recusatio dicatur. Hactenus Erasmus, qui stultũ hoc Accusatio dicatur. Hactenus Erasmus, qui stultũ hoc Accusatio factum ex Etymologico transtulit. Ad me autẽ quod attinet, non video qui verbũ ἀκνιζεσθαι pro vna significatione ab Ἀκνὼ deducere possimus, quin & pro altera ab eodem deriuare cogamur: ideóque Erasmo assentior.

Ἀκνισμὸς, ȣ, ὁ, Ficta recusatio, simulatio qua quis vtitur fingens se accipere nolle quod tamen vult. Philostratus in epist. λάβε λάβε ȣ σύ, τὴ ἀκνισμὸν ἀφελȣσα τȣ σώφρονος. qua in significatione ἀκνίζεσθαι apud Lucianum sumi modò ostendimus. Est tamen ficta recusatio in alia etiam qualibet re. Erasmus vertit tergiuersationem in hoc Luciani loco ex Amoribus, πάντα δὴ παρελελὼν ἀκνισμὸν, sublata omni tergiuersatione. At nomẽ Græcũ retinet hoc in loco Philemonis apud Athenæum, οὐκ ἔς' ȣδὲ εἷς ἀκνισμὸς, ȣδὲ λῆρος. Item in hoc eiusdem Luciani, πολὺ ȣ ὁ μετὰ τȣ ἀνδρῶν ἀκνισμός. Vertit enim vtrobique accismus. Ego verò existimo in illo Philemonis loco de ficta recusatione dici ἀκνισμὸν: in hoc autẽ Luciani, ἀκνισμὸς non malè (meo quidem iudicio) vertetur Deliciæ. Loquitur enim illic de mulieribus quæ coram maritis vix audent primoribus digitis cibos attingere, & summis tantùm labris eos degustant. Gall. *Qui font la perite bouche.* &c, *Qui font des sucrees.*

¶ Ἀκνίζεσθαι ab Hesychio exponitur etiam ὀξυώτεσθαι, id est acui: sed quin mendosè scriptum sit pro ἀκνίζεσθαι cum vnico κ, & quin sit ἀκνίζεσθαι ab ακις ἀκίδος (deriuato ab ἀκὴ) minimè mihi dubium est: ideóque suprà post ακις ponendum censeo.

Ἀ΄ΚΟΛΟΥΘΟΣ, ȣ, ὁ ȣ ἡ, Pedissequus, vel pedissequa, Comes, Assectator.

Demosth. contra Midiam, ἀκολȣθȣς τρεῖς ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων. Lucianus in Nigrino, φορτικὸς ἀκολȣθων ὄχλῳ, inuisus siue odiosus ob comitũ turbã. Xenoph. Hell. 3, τοὺς τȣ Ἑλλήνων ἀκολȣθȣς ἐστὰ ἀρμάτοις εἰς ἀρπαγήν. Plato in Cratylo, ait in ἀκόλουθος, sicut & in ἄκοιτις, positũ esse α pro ο. sed intelligendum est etiam detractam esse syllabam μο, facto videlicet ἀκόλȣθος, ex ὁμοκόλȣθος. rursum dicitur ὁμοκόλȣθος pro ὁμοκέλȣδος, videlicet ex ὁμοῦ & κέλȣδος. Ita enim formare malo, quàm cum Etymologico dicere α hîc significare ὀπίσω, id est retro. Quod autem ad propriam huius nominis significationẽ attinet, notãdum est Hesychiũ ἀκόλουθον & θεραπωτα ita distinguere, ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς θεράπων ȣ, ὁ τȣ τὸ σῶμα δασύπτη, & exponitur, Corporis modum pilis imitatur.

A Ἀκολουθία, ας, ἡ, Affectatio, Comitatus. Synes. epist. 101, οὐς ȣκ εἰκὸς ἀγνοεῖσθαι δι' τὴν ἀκολουθίαν τȣ δανεσῶ. Plutar. De dæm. Socr. ἀκολουθίας τȣ ἡδȣ καὶ καθαρȣ ὄντος. ‖ Ἀκολουθίαν φύσεως ἀσπασάμενοι. Philo De vita Mos. lib. 2, vbi exponitur Sectam. ‖ Ἀκολουθία, Consequentia, Consequutio. Philo De mundo, ἀκολουθίαν τȣ φȣσικȣ ἔχει, id est, B. interprete, Continet dissolutionis consequentiam. Κατ' ἀκολουθίαν Herodianus dicit pro Per gradus quosdam, vt Polit. duobus locis interpr. quorũ vnus est lib. 7, ȣκ πολλȣὶ ἡγεμονίαν, ὡς τȣ κατ' ἀκολουθίαν, ȣδὲ τȣ τὸ ἐλθοῖτο, per honores plurimos, quasi per gradȣ quosdam, ad imperii culmen ascendisset. ‖ Ἀκολουθία, Conuenientia, Congruentia. κατ' ἀκολουθίαν, Cõgruenter, Conuenienter. Philo De vita Mosis, lib. 3, λέγω δ' ἀεὶ ȣδὲν ὄφελος τȣ τὰ καλὰ καὶ σωτηρία σημαινȣσῶν, ὦ μὴ τȣτοῖς οἰκεῖον ἀκολουθία τȣ ἔργȣ, id est Nisi congruentes actiones ei respondeant.

B B Ἀκολουθέω, ῶ, Σ. Fut. σω. Perf. κα, Sequor, Affector, vel Comitor. Dicitur autem ἀκολουθεῖν τινι, & μετά τινος. interdũ & κατόπιν τινός. Luc. in dearum iudicio, ὑμεῖς ȣ μὴ θεραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι, Vos autem me nõ tardè sequimini. Aristoph. in Pluto, ὅπ τὴ δὴ ἀκολουθοῦ. ἀλλ' ποτέ. Dixerat paulo antè, ἀκολουθῶ κατόπιν σοί. Item ἀκολουθεῖν μετά τινος, vt modò dictum est. Demosth. in Androtionẽ, χρά ψας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτȣ. Isi. in Plataico, τῆς ὑβρίσαμεν μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἐωσὶ καζοῖτο, τῆς ȣ ἀνοίας μετ' ἠμῶν τῆς. Apud eundem ἀκολουθεῖν μετά τινος, sequi alicuius partes in bello. Alii vertunt, Alicuius signa sequi. Isocr. De pace, οἷς ὁπόταν τὴς πλείονα μισθὸν διδῶ μετ' ἐκείνȣ ἐρ ἡμᾶς ἀκολουθήσοισι, Quib' siquis ampliorem det mercedem, eius signa aduersus nos sequentur. ‖ Ἀκολουθεῖν exponitur etiã Famulari. Mallem vertere Ꝑcõsequũ esse, vel A pedibus esse, aut Sequi tanquam famulum.

Ἀκολουθεῖν, Consentaneum esse, Conuenire, Cõgruere. ἀκόλουθον εἶναι. vt ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις, Inter se conueniunt & congruunt, siue consentiunt. Et ἀκολουθεῖ impersonaliter positum, pro Consentaneum est, vel potiȣ Consequens est. Aristot. in Præd. δυοῖν μȣνȣ ȣ ὄντοιν ἀκολουθεῖ τὸ ἓν εἶναι.

Ἀκολουθεῖν, Sequi aliquem vel aliquid, pro Formã eiȣ sequi, Id imitari. Luc. ἐν δίκῃ φωνηέντων, Τῷ ȣ τȣτȣ πάμα τὸ φασὶ τοὺς τραγικοὺς ἀκολȣθήσαντας, ȣ μιμήσασθαι ἀυτȣ τὸ πλάσμα. Item ἀκολουθεῖν τινι, Sequi aliquem, pro alicuius exemplum, Alicuius exemplo quidpiam facere vel dicere. Citatur item ex Aristotele, ἀκολουθεῖ κȣ τὸ σῶμα δασύτητι, & exponitur, Corporis modum pilis imitatur.

Ἀκολουθεῖν τȣ λόγȣ, Assequi intelligentiam orationis, Intelligentia consequi orationem. Plato in Phædro, ȣ ἐὰν αὐτὰ ὑποθέσθς ἱκανῶς διέλθῃ, ὡς ἐγώμαι, ἀκολουθήσῃ τȣ λόγȣ καθ' ὅσον δυνατὸν μάλιστα ἀνθρώπῳ ἐπακολουθῆσαι. Vbi obserua ἐπακολουθεῖν composito verbo significari quod simplici ἀκολȣθεῖν modò significatum erat. Idem exprimitur & alio composito παρακολȣθεῖν, de quo (sicut & de ἐπακολουθεῖν) dicam paulo post.

Ἀκολούθημα, τος, τὸ, E T Ἀκολούθησις, εως, ἡ, (frequentius) Cõsequentia, Cõsequutio. Item, Affectatio, vel Consectatio. Aristot. in Præd. δεύτερον ȣ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν κȣ τȣ τὸ εἶναι κατ' ἐπακολούθησιν. Gregor. Naz. ὀρκȣ ὑπόθεσις, πνεύματος ἀκολούθησις.

Ἀκολουθητικὸς, ȣ, ὁ, Sequax, Sequi solitus, vel Procliuis ad sequendum vel consectandum. Aristot. Rhet. 2, ἀκολουθητικοὶ τοῖς τὰ ἀφροδίσια [ὀλιγοθυμίαις]. Idem 1 Ethic. ad Nicom. cap. 3, ἀκολουθητικὸς ὢν τῆς πάθεσι. q. d. Consectatiuus perturbationum, Propensus ad sequendum perturbationes. Idem lib. 7, cap. 7, ἀκολουθητικὸς τȣ φανταστικȣ. Sic ἀκολουθητικὸς τȣ λόγȣ, Sequax rationis. Gaudens sequi rationem, vel Propensus ad sequendum rationẽ, id est, rationi obtemperandum.

C. Ἀνακόλουθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ (q. d. Inconsequens) Non respondens præcedentibus. Ἀνακόλουθον (inquit Erasmus) est vitium orationis quando non redditur quod superioribus respondeat: vt si in oratione ponatur μὲν, & non sequatur δέ. ‖ Ἀνακόλουθος, Non consentaneus, Ineptus, ἀνάρμοστος, apud Hermog. vt inquit Budæus. E T Ἀνακολουθία, ας, ἡ, q. d. Inconsequentia. vt ἀνακολουθία orationis

A tionis, quum structura sequentium nõ respondet structuræ præcedentium: aut quum ea quæ dicuntur, non respondent illis quæ iam dicta sunt. Demetr. Phaler. ȣ γὰρ τȣ τȣ ποιήσασθαι μόνον ἐπιτέχνη, ἀλλ' οὐδὲ ἠκολουθηκὸς τοῖς πρȣτέροις. ἡ δὲ διαῦτη ἀνακολουθία καλεῖται χάος. Si fingere verba liceat, ἀνακολουθος, Incohærens, & Ἀνακολουθία, Incohærentia, posse reddi existimo.

ANT ακολȣθέω, ῶ, Vicissim sequor, inquit Bud. Laertius in Zenone, παῖς δὲ ἀρέτας φασὶν ἀνακολουθεῖν ἀλλήλαις. Sic Hermogenes pro iis quæ mutuò consequuntur, vt, Si hoc B est, etiam illud: &, si illud, hoc etiam.

C. Ἐπακολȣθέω, ῶ, Subsequor, vel simpliciter Sequor. Plutarch. in Camillo, τοῖς ἄλλοις ȣκ ἐλθυσιν ἐν τάξει ἐπακολουθῆν. quod exponitur, Alios ordinata acie subsequi iussit. Plato in Apolog. οἱ νεόνιοι ἐπακολȣθοῦντες. Naz. τῇ θερμὴ ἐπακολούθησε. Dicitur & ὅπισθεν ἀκολουθεῖν τινι, vacante aduerbio, vt apud Aristoph. in Vespis, καὶ πάνυ πάνυ τις τȣ ὄπισθεν ἐπακολουθȣντων ἐμοί. Sic autẽ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου pro ἀκολουθεῖ μοι, Matth. 10. Ἐπακολουθεῖ. Budæus vertit Assectari in hoc Æschinis loco aduersus Timarchum, πάλιν ὁ αὐτὸς εἶπεν νομοθέτης, δȣῦλον ἐλεȣθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾶν, μήτ' ἐπακολουθεῖν. Ibidẽ, ἐπακολουθεῖν καὶ ἐφορᾶν de custode dixit. Addit autem B. ἐπακολουθεῖν pro Affectari, tam in bonam quàm in malam partem poni. ‖ Ἐπακολȣθεῖν ἔργῳ τινὶ, vel παρᾷξί τινὶ, & apud Platonem, ἐπακολȣθεῖν τȣ πραττομένῳ, De rep. 2, Persequi opus aliquod. Quod etiam exponitur Operi instare, seu rei agendæ. Latinè non solùm Cœpta seu incœpta persequi dicitur, sed etiam Persequi rem quampiam, pro Studium & operam in ea ponere. De re etiam, vt quum Cic. in fine D lib. 1 De fin. dicit, Eas ergo artes persequeretur, viuendi artem tantam tamque operosam & perinde fructuosam relinqueret? Ad quem locum & similes respiciẽs, ἐπακολουθεῖν in illo genere loquendi ita reddi posse censeo. Sic autem eo vsus est Paulus 1 ad Tim. 5, ver. 10, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθȣ ἐπακολȣθησε. quod vertit ver. interpres, Si omne opus bonum subsequuta est. quum potius dicere debuisset Persequuta est. Non malè & alii postea reddiderunt, Si omne opus bonum est sectata. Sunt & qui addiderint aduerbium Assiduè, cum participio Se E ctata. Nonnulli autẽ ita, Si assidua fuerit in omni bono opere. quæ interpretatio mihi non displicet. At persequendi seu sectandi verbum quandam assiduitatis significationẽ inclusam habere videtur, vt aduerbium Assiduè illis adiungere minimè necesse sit. Sic autem Gallicè dicitur *Estre apres quelque œuure*, vel, *quelque entreprise*. Italorum quoque vulgus eodem modo dicit, *Andar drio a qualche impresa*, pro *Andare drieto*. &c.

Ἐπακολȣθεῖν, Animaduersione & intelligentia cõsequi dicentẽ. Plato in Phædone, pag. 57, ἀκολουθήσετε τȣ λόγȣ καθόσον δυνατὸν μάλιστα ἀνθρώπῳ ἐπακολουθῆσαι. In hac autem significatione Latini non solùm Consequi, sed & F Assequi vsurpant.

Ἐπακολούθημα, Quod consequitur ex alio. In vulg. lexicis Appendix. Gall. dicitur *Ce qui est de la dependence*. E T Ἐπακολούθησις, Cõsequentia, Cõsequutio, apud Cic. Plut. Consol. ad Apoll. τȣ κȣ παρεκτρεπόμενον λόγον σὺν μεθαινόντων, ὅτι τȣ κατ' ἐπακολούθησιν. E T Ἐπακολουθητικὸς, q. d. Consequutiuus. In vulg. lex. Qui consequitur, Qui respondet & refertur, cũ genit. ex Gazæ lib. 4. Item, τὸ ἐπακολουθητικὸν, Consectarium, ex Cic.

G KAT ακολουθέω, ῶ, Sequor, Sector, seu Affector. Itẽ Sequor (ea significatione qua dicimus Sequi aliquem pro Assentiri ei, Accidere opinioni eius) vel Obsecundo, Obsequor. Greg. Ἐπίκουρος ἔφη, εἰ τῆς τȣ ἀνθρώπȣ ἀνάγκης ὁλȣς κατηκολούθει, τὰ ἄπορον ἂν ἀπώλλυτο.

C. ΠΑΡ ακολουθέω, ῶ, Sequor, Affector, Comitor. Plutarch. Pericle, ἀπήει κοσμίως οἴκαδε, παρακολουθȣντος τȣ ἀνθρώπȣ. Et apud Dẽ. Pro corona, οἷς σὺ ζῶντας μὲν κίνδυνος κολακεύων παρηκολούθεις. Nec tãtũ persona, sed & res quælibet dicitur παρακολȣθεῖν. Aristot. Ethic. 3, cap. 2, εἰ ȣ γίνεται δόξα τȣ προαιρέσεως, ἡ παρακολουθεῖ, οὐ δὲν διαφέρει. H Luc. Alcyone, ἡ ȣδὲ ἡλικία παντελῶς ἄπορος δὴ πάντων ȣ ἀμήχανος ἀξαρχὴς παρακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις κȣ φύσιν. Idem in Anacharside, ἡ ȣ παρακολȣθȣσα πύτις δόξα τȣ πάντὸς ἀξία τοῖς γενικοῖς. Herod. lib. 4, τῆς μὲν δὶς τυχήσαν-

A σιν ἔλεος, τῆς ȣ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. Idem ibidẽ, τȣ μὲν συμφορᾷ πȣ πεσόντος, καὶ αἰκισθέντος ἔλεος παρακολουθεῖ. Apud Dioscoridẽ in præfatione lib. 6, τὰ παρακολουθȣῦντα σημεῖα ἑκάστȣ τȣ φαρμάκȣ. Et ibidem, duabus pagellis pòst, ἀδιάπτωτα γὰρ πάντα τὰ συμπτώματα ἐν τȣ παρακολουθȣῦσι. Idem verò quod initio 1 cap. libri eiusdem dixerat παρέπεται, paulo pòst dixit παρακολουθεῖν. Ex Hermogene autẽ citatur τὰ παρακολουθȣῦντα τȣ προσώπȣ, pro Personæ attributa. Ab Aristotele Rhet. 1, παρακολουθȣῦντα vocantur quæ alicui adiuncta sunt, adeo vt posito illo, & ipsa consequantur.

Παρακολουθῶ ad animum trãslatum, Animaduersione & intelligentia assequor dicentem, vt inquit Budæus, p. 665, qui affert ex Æschine, ὑμᾶς τοιαῦτα βȣλοίμην ἂν ἀκούειν ȣ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ παρακολουθεῖν ὀρθῶς. Sic ex Gal. citat παρακολουθεῖν βιβλίοις πολλοῖς, pro Intelligẽtia cõsequi. Demosth. De falsleg. καὶ ὁ πύπτυ πάντες ὑμεῖς ἐγὼ, καὶ παρηκολȣθηκὼς ἅπασι, κατηγορȣ, vt qui omnium arbiter fuerim & spectator, vt comes legationis: interprete Bud. ibidem. Hæc autem Demosth. verba, ὀλίγα ȣ παρηκολȣθηκότα ὀξ ἀρχῆς τοῖς πραγμασι, interpretatur, Qui ab initio, vt quæque res nata esset, ita quidnã ea re ageretur, compertum haberet animóque comprehẽsum. Idem apud Lucam initio cap. 1, Euang. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, exponit πάντα μεμαθηκότι ȣ πεπυσμένῳ. Ego autem παρηκολουθηκότα πᾶσιν in hoc Lucæ & in illo Demosth. loco, sicut & παρηκολουθηκότι τοῖς πράγμασιν apud eundem Demosthenem, (tum in loco modò citato, tum in hoc quem habemus in epistola ad Athenienses quam in exilio scripsit, ὅσα πυχόν δ' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν, εἰδὼς) puto dici qui rerũ illarum cognitionẽ studiosè persequutus est, ita vt eam sit consequutus. Sic autem interpretãdo, significationem metaphoricam huius verbi, à prima non recedendo, exprimere mihi videor. Vel (eodẽ sensu) ἐγὼ παρηκολουθηκα ἅπασιν, Omnia sum ita perscrutatus vt nihil me fugerit vel præterierit. Qui enim studiosè omnia persequitur, eum nihil fugere verisimile est. A Luca autem ἄνωθεν παρηκολουθηκότα, dici quem Demosthenes dicat ξ ἀρχῆς παρηκολουθηκότα, persuasum habeo. Vide Ἐπακολουθῶ.

c. 2. Συμπαρακολουθῶ, pro παρακολουθῶ, itidem metaphoricè, apud Platonem Politic. καλῶς τȣ λόγȣ συμπαρηκολούθηκας, rectè atque ordine disputationem prosequutus es.

c. 2. Εὐπαρακολούθητος, ου, ὁ καὶ ἡ. Quẽ intelligentia facilè cõsequi possumus, Intellectu facilis. Dionys. Halicarn. in Isocrate, τȣ δὲ εὐπαρακολούθητα γραφέσθαι μετ μᾶλλον τὰ πρόσθεν εἰρημένα. Ponitur & substantiuè τȣ εὐπαρακολούθητον, vt apud Aristotelem Ethic. 2, σαφηνείας ἕνεκα καὶ τȣ εὐπαρακολουθήτȣ. ‖ Item εὐπαρακολούθητος signif. actiua, Acutus ad res intelligentia consequendas, Qui facilè res intellectu percipit. ὀξὺς εἰς πάσας γνώμας, ȣ ἀνοχλής, inquit Hesychius.

c. 2. Δυσπαρακολούθητος, oppositũ præcedenti εὐπαρακολούθητος. Quint. lib. 4, cap. 1, δυσπαρακολούθητον causæ genȣ esse dicit quod obscurum appellatur.

C. ΣΥΝ ακολουθέω, ῶ, Simul sequor, (sed malim, Luntẽ sequor) Comitor, Affector. Plat. epist. 7, ἡμῖν ȣν ἀκολούθησον πρὸς Διονύσιον, Sequere nos ad Dionysiũ. id est, Sequere nos eũtes ad Dionys. Vel, Nobiscũ veni ad D. Isoc. Areop. σωφρόνως ȣν ȣ σωακολουθῶ τοῖς μὲν πλείοσι ȣ ταῖς δυναστείαις ἄνοια. Sic Lat. rectè dixeris Stultitia diuites comitatur. In vulg. lex. citatur ex Platone De leg. σωακολουθῶσι τῷ λόγῳ: vbi malo σου. Et ex eodẽ ibidem, τȣτο σωακολουθῶ, hoc concedo. In iisdem exponitur Correspondeo. ‖ Apud Athenæum libro 1, σωακολουθεῖν accipio pro Exemplum alicuius sequi, Alicuius factum imitari, in hoc loco libri 1, ἔφασαν γὰρ αὐτὴν καὶ τοὺς ὀψοποιοῦντας ὑποπιεῖσθαι ἵνα θερμότατα προσφέρωσι, καὶ μόνος καταναλίσκειν αὐτὸς, τȣ λοιπȣ σωακολουθεῖν μὴδ' ὠναμένων.

Σωακόλουθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Comes. Item Correspondens, vt quidam interpretantur. ‖ E T Σωακολουθία, Correspondentia.

Ἀ K OY' Ω, Futur. ἀκούσομαι, à passiua voce sumptum: (vt ἐπαινέσομαι ferè semper pro ἐπαινέσω dicitur, & alia multa.) Fut.2, ἀκοῦσ. Præter. ἤκουκα. Sed vsurpatur potius medium Atticum ἀκήκοα. nā commune est ἤκοα. Aorist.1, ἤκουσα.2, ἤκοον, minus vsitatus. Aorist.2, pass. ἠκούην, vnde fut.2, ἀκούσομαι, vt à 1, ἠκουσθήσομαι, ἀκουσθήσομαι. at fut. 2 mediū ἀκοῦσομαι. Est autem ἀκούω Audio. Quidam grammatici inter ἀκούω & ἀκροῶμαι hoc discrimen statuerunt, vt ἀκούω esset sensus, ἀκροῶμαι studii: sed hæc differentia nimium significationem verbi ἀκούω restringit. Iungitur autem personæ quidem genitiuo soli, rei autem genitiuo, vel accusatiuo. Nam quod grammatici quidam tradūt, ἀκούω, quando iungitur cum persona sola, vel re sola, genitiuum exigere: si autem cum vtroque simul iungatur, tunc personam in genitiuo & rem in accusatiuo poni, hoc nequaquam perpetuò obseruatum reperitur. Vsitata autē constructio ex iis quæ subiungā exēplis patebit. Primùm igitur personæ genitiuo, vt Iliad. γ, — ἀκούοντες βασιλῆος. Xenophon, καὶ ἀκούοντα αὐτῆς [τῆς στρατιᾶς] κηλεῖσθαι. Sæpe cū participiis, Od. η, βαρὺ δ' γεράχοντες ἄκουσεν. Od. β, — πὶ δ' ὀτρύνοντες ἄκουσαι. Od. η, — πατρὸς ἐμοῦ ἐνέποντος ἄκουσα. Dē. Epist. μήδ' γε λέγοντος χαίρειν ἀκούοντες. Apud Ath. l. 12, αὐτὸς δ' σοῦ διηγουμένου ἀκούων πεπινικέναι τὴν πόλιν, Audiens te narrantē. Xenophon, ἤκουσε αὐτοῦ καὶ τῶν φίλων διαλεγομένου, Audiui ipsum de amicis etiam differentem. Qui genitiuus participii in verbale nomen resolui posset, hoc modo, ἤκουσα τῆς αὐτοῦ καὶ τῶν φίλων διαλέξεως, Audiui eius dissertationem etiam de amicis. Demosthenes Pro corona, ἀκοῦσί μου τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως, Audire me ad ea quæ mihi obiecta sunt respondentem. vel, Meipsum defendentem aduersus ea de quibus accusatus sum. Possit autem hoc itidem participium in nomen verbale resolui tam Græcè quàm Latinè. vt ἀκοῦσαί μου τὴν τῶν κατηγορημένων ἀπολογισμόν, vel τὴν ἀπολογίαν. Latinè autem, Audire meam defensionem aduersus &c. ‖ Rei autem genitiuo iungitur pariter & accusatiuo, vti dixi: etsi frequentius genitiuo. Lucianus ἐν ἁλιεῖ, Καταμάθετε ἔπειτα ἀκούειν τοῦ λόγου. Ibidem, ἀκούσας τοῦ μύθου. Plutarch. in Othone, ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ὅλης θύρας, Pro foribus tumultum & clamorem audiit. Xenophon, ἀκούων τὰ ἀκουστά, Audiens ea quæ sub auditū cadunt. Isocrates De pace, ἐν δὲ ἀκούσαντες, γνώσεσθε καὶ τῶν ἄλλων. Lucianus in Somnio, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκέτι ἄκρατα φρόνιμα ἀκούσεσθε. Sic ἀκούειν φωνῆ τινος, Demostheni Pro corona, item Isocrati. Apud Homerum quidem certè hunc casum habere solet, videlicet accusatiuum. vt Iliad. υ, Αὐτὰρ ἐπὶ τόγ' ἄκουσε. & Iliad. ξ, — τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν. Odyss. γ, — ἢ ἄλλου μῦθον ἄκουσας. Iliad. φ, — ἀμείλικτον δ' ὄπα ἄκουεν. Itidem Hesiodus in Theogonia, ἠδ' οὔασιν ὄσσαν ἀκοῦσαι. ‖ At cum persona & re iunctum ἀκούω, genitiuum personæ & accusatiuum rei habet. Xenophōtos πολλῶν ἔφη ἀκούειν, Hoc se ex multis audire dicebat. Plutarch. in Camillo, πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες αἰθρώπων. Demosthenes Pro corona, ἅπερ εἰκότως ἀκούσεσθέ μου, Quæ meritò de me vel ex me audietis. Plato Apologia, ὑμεῖς δέ μου ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Interdum verò interiicitur præpositio περὶ vel πρός. vt τῶν τι ἀκούω περί τινος, vel πρός τινος. Herodotus lib. 1, ἤκουσε πρὸς τῶν βουκόλου τὸ πρῆγμα. Interdum accusatiuus in nominatiuum mutatur, posito videlicet verbo substantiuo. Plato epist. 7, αἱ δὲ ἦσαν βουλήσεις, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς. Poterat tamen dicere, τὰς οὔσας βουλήσεις ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ. Et vicissim Herodoto licebat ita loqui, ἤκουσε πρὸς τῶν βουκόλου ὁ ἰῶν τὸ πρῆγμα. Quū autem ponitur ἀκούω cum præpositione περὶ, tunc non ad ipsum ἀκούω, sed ad genitiuum illa fertur: vnde etiam genitiuo postponitur interdum. Dicitur enim, Ἀκούω ταῦτα περὶ σου, Ἀκούω ταῦτα περὶ τοῦ πραγμάτων, & Ἀκούω ταῦτα σοῦ πέρι, Ἀκούω τοῦτα τῶν πραγμάτων πέρι. Interdum verò genitiuo personæ iungitur ἀκούω, addito participio eiusdem casus ad quod præpositio περὶ tendit. vt apud Xenophontem, ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου. Ponitur tamen interdum περὶ post ἀκούω, etiam non præcedente accusatiuo. Isocr. ad Philippum, οἶμαί σοι συμφέρειν ἀκοῦσαι περὶ αὐτῶν. Sed in hac phrasi & aliis huiusmodi, accusatiuus è re ipsa pendens, subaudiendus relinquitur. ‖ Notandum est autem, vt quum dicitur ἀκούω σοῦ τάδε, vel παρὰ σοῦ, vel πρός σου, tunc ἀκούω σοῦ, quoniam addimus genitiuum personæ, simul & accusatiuum rei, nō veritur Audio te, sed Ex te: ita etiam nonnunquam ἀκούω reddi, etiamsi genitiuum duntaxat personæ habeat. Quibus in locis sequi solet ferè particula ὡς vel ὅτι: vt ἀκούω ἐκείνου ὅτι ταῦτα οὕτω γέγονεν, ad verbum, Audio ex illo quòd hæc ita facta sint. Sed Latinè per infinitiuum loquendum est, Audio ex illo ita hæc esse facta. Demosth. Ol. 1, ἤκουον δ' ἔγωγε πολὺ ὡς οὐδὲν δώσειν. ‖ Iungitur etiam participio verbum ἀκούω, vt ἀκούω σε ὄντα, posito ὄντα pro εἶναι, Audio te esse. vt videlicet dicitur, οἶδα σε ὄντα. Demosth. Pro cor. οὐκ ἂν αὐτὴν ἠκούομεν ἐν Ἐλατείᾳ οὖσαν. ‖ Reperiuntur etiam hæ verbi ἀκούω constructiones, notandæ potius quàm imitandæ, vtpote rarissimæ & licentiosius positæ: ἀκούω videlicet vno in loco cum dativo personæ, in alio cum accusatiuo itidem personæ iunctum. Iliad. π, δυώδεκα δέ τε πυῖστ' ἀκούειν Ἀνέμου κινδοιδῶν. vbi αὐτόθεν agnoscit Eustathius. At apud Sophoclem in Electra scholiastes vult τινὸς ἀκούσαμι pro περὶ τινος esse positum. Cum accusatiuo autem personæ, vt in opusc. de Herone & Leandro, (quod falso veteri Musæo adscribitur) hoc in versu, Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω. Sed ita accipiendum est ἀκούω νηχόμενον Λέανδρον, quasi dixisset ἀκούω τοῦ ἤχου τοῦ Λεανδρου. Alioqui certè dura est illa constructio: durior etiam foret si quis diceret ἀκούω λέγοντα pro λέγοντος. Illud autem ἀκούω τοῦ ἤχου τοῦ Λεανδρου, ad verbū Audio nationem Leandri: id est, ellipse pro Audio strepitum seu sonitū natationis Leandri, vel potius natantis Leandri. Nam posset etiam accipi pro Fando audio, Fando accipio natationē Leandri. de qua significatione verbi ἀκούω paulo pòst dicetur. ‖ Ponitur ἀκούω etiam absolutè nōnunquam. Il. c, Ὅτ' ἀκουέμεν ὄσσε. Participium ἀκούοντες, auditores, apud Demosthenem. Itē ἀκούω absolutè positum pro Audiendi sensu præditus sum, id est auditu.

Ἀκούω ταῦτα σέθεν, Audio hæc ex te, pro Tu mihi hæc dicis. quo etiam modo Audio Latini vsurpant. Sophocles, Ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα σεῦ δεῦλον καλά; Hæc non audire à seruis. id est, Hæc nobis dici à seruis. Hes. Ergois, Εἰ δ' ἐκακὸν ἔπεις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. Id est, si malum verbum falsi dixeris, statim ipse aliud peius audies. id est, tibi dicetur. Homerus eandem sententiā & eadem forma exprimens, composito ἐπακούειν vsus erat. Sic enim Iliad. υ, Ὅππῶν κ' εἴπῃσθα ἔπος, πῶν κ' ἐπακούσαις. Sic autem (vti dixi) Latini quoque suum Audio vsurpant. Terentius in Andria, Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet. Itidem in prouerbio quod tanquam triuiale refert Hieronymus, Quum dixeris quæ vis, audies quæ noles. Quod sumptum esse atque adeo translatum ex his Alcæi verbis existimo, εἰ κ' ἔπῃς τὰ θέλεις, ἀκούσαις τά κ' οὐ θέλοις. Vnde & Plutarchus, λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούσουσιν ἃ μὴ θέλουσιν. Erasmus tamen hac forma enuntiatum prouerbium à Græcis originem habere non putauit. Sciendum est autem huc referri debere & illum Aristophanis locum, χαίρω πολλ' ἀκούων δὴ κακά, & exponi, Gaudeo quum audio multa mala, id est, quum mihi dicuntur. Nam cur ἀκούων hic exponant quidam ὀνομαζόμενος, & referant inter illa dicendi genera, ἀκούω χρηστὸς, ἀκούω κακὸς, non intelligo: quum in his ἀκούω nominatiuum habeat: at in illo, accusatiuum: nec possit negare quisquam quin ἀκούων κακὰ ita dicatur vt ἀκούειν κακὸν in illo versu Hes. modò citato.

Ἀκούω, Fando audio, Fando accipio. Quæ tamen significatio ab aliis nō annotatur, Audio duntaxat potentibus, quod generale est. Interdum cum infinitiuo, Iliad. ω, Καί σε γέρων τὸ πέλεν μὴ ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι. Sæpe autem cum nomine accusatiui casus. Lucianus aduersus indoctū lib. &c. Ἐλεφάντα μὲν γὰρ οὐδ' ἀκηκοας, οἶμαι, πω, Heliconem nunquam fando accepisti, Helicō tibi

nunquam fando auditus est, Nūquam fando tuas peruenit ad aures Heliconis nomē. Durè enim hic dixeris Latinè, Heliconem nunquam audisti. quasi videlicet Heliconem facias hominem. At in huius interpretatione, ἐδίδασκε δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ γράμματα, ὡς ἐγὼ τοῦ πρεσβυτέρων ἀκούω, possit verbum Audio solum vsurpari, vertēdo, Vt ego de senioribus audio, vel ex senioribus. in hoc itidem Xenophontis loco interpretādo, Audio non malè ponatur solum, Pæd. 1, ἤκουον αὐδρὸς ἤδη τὰ ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον. sed participium in infinitiuum mutare oportebit, hoc modo, Cyrum iam res viro dignas gerere audiuit. Potes etiam dicere, Intellexit, Accepit. Xen. Hell. 6, ἀκούετε μὲν σῶ δὴ οἷοι ὅτι καὶ ὑμεῖς Ἰασονος ὄνομα, Fando auditis, Fando accipitis vos quoque (sat scio) Iasonis nomē. Idem participium ἀκούων absolutè posuit pro eo quod est Ex auditu, Ex iis quæ fando audieram: Hell. 6, πρόσθεν μὲν ἀκούων ἐζήλουν τὸν δὲ τῶν πόλιν ὅτι πάντας &c. νῦν δ' οὐκέτ' ἀκούω, ἀλλ' αὐτὸς ἤδη παρὼν ὁρῶ. Id est, Antea quidē ex iis quæ fando acceperam, ciuitatem hanc fortunatam esse dicebam quòd omnes &c. nunc autem non iam fando audio, sed præsens cerno.

Ἀκούω, Audio, Auditor sum, Discipulus sum. Laertius, Ἀναξιμένης Μιλήσιος ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου, ἔνιοι δὲ καὶ Παριανίδου φασὶν ἀκοῦσαι. pro eo quod est Παριανίδου ἀκοῦσαι. Idem & composito Διακούω interdum significatur: vt apud Plutarchum in Pericle, διήκουσε Ζηνῶνος, Zenonis fuit auditor, siue discipulus. Idem in Themistocle, Ἀναξαγόρου διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησί.

Ἀκούω, Audio, Dicto sum audiens, Ausculto. Id est, Obtempero, Pareo. Demosthenes ad Lept. καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ὑπεπίθοντας [Λακεδαιμονίοις] εἴωσιν ἀκούειν ὑμῶν, Et Lacedæmonios prius aliis imperantes, vobis dicto audientes esse assuefecit. Aristides in Panath. τοὺς τῶν Ἀσίαν οἰκούντας Ἕλληνας ἀκουειν βασιλέως. Plutarchus in Lycurgo, οὐκ ἀκούειν ὑπομένοντι τοῦ πρεσβυτέρου μὴ δυναμένων, Imperare nescientibus parere non sustinent. Sic apud Sophoclem in Aiace, τοῖς ἀκούοισι λέγε, id est τοῖς πειθομένοις, vt inquit scholiastes, Iis qui tibi dicto audientes sunt. Quidam tamen vertunt, iis qui mouentur. sed illi viderint. ‖ Huic significationi finitima est quæ à Budæo annotatur, pro Iubeor. Themist. in primum Anal. poster. οὐδεὶς ὦν οἰκέτης ὁμόγλωττος αὔθρωπον ἀκούσας ἀγαγεῖν, ἵνα πον ἤγαγον. Possit fortasse accipi & in ea significatione quæ paulo antè adnotata est, Audio hoc, pro Hoc mihi dicitur. vt sit, Nullus famulus cui dictum sit vt adducat famulum, equum adduxit.

Ἀκούω, Audio, pro Intelligo & interpretor, vt docet Budæus. Galenus in Meth. 10, ἁπλοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ῥᾴδιον ἢ ἄλλό τι τοῦ τοιούτου ἀκούειν σε χρή. Themist. in 2 De anima, genitiuo iunxit hac in significatione, ἁπλούστερον ἀκουστέον πύτων ἁπάντων τοῦ ὀνομάτων, Hæc simplicius intelligenda.

Ἀκούω, Audio, Id est Vocor, Appellor, Dicor. Item, ἀκούω εἶναι, Feror esse. Cum nominatiuo, ἐθελὸς ἀκούω, apud Theocritū, Probus vocor, seu dicor. Demosthenes Pro corona, τοῦ κόλακες καὶ θεῖς ἐχθροὶ καὶ τἄλλα ἀποσήκει πάντα ἀκούοισι, nunc appellantur adulatores, & diis inuisi, &c. Lucianus, οὐδ' αἰσχύνομαι πτωχὸς ἀκούειν, neque recuso figulus appellari. Item cum nominatiuo participii. Huc autem non pertinere exemplum hoc ex Aristophane, χαίρω πολλ' ἀκούων δὴ κακά, docui antea. ‖ Cum infinitiuo habente nominatiuū, apud Herodotum, πάντα δὲ Ἀργεῖοι ἤκουον εἶναι μουσικῶν ἀρίστοι. Gregor. Nazianz. De filio, Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονᾶν. ‖ Cum aduerbiis κακῶς & εὖ sæpe etiam vsurpatur, eodem modo quo dicunt Latini Malè audio, Bene audio. Dicitur autem κακῶς ἀκούω ὑπὸ τύπου, itidem etiam vt apud Latinos Malè audio ab hoc, pro Vituperor. Isocrates in Busiride, κακῶς ἀκούω τοῦ τῆς πολιτῶν ἀκούειν, Malè audire à ciuibus. Dicitur etiam κακῶς ἀκούειν ἐν λόγοις τινός, apud Lucianum, Malè audire in sermonibus alicuius .i. vituperari sermonibus alicuius. Apud Plutarchum in Pericle additur participium, ὁ μὲν δῆμος ἀδόξει καὶ κακῶς ἀκούει μεταγαγών. pro δίκῃ τὴν μεταγαγών. ‖ Contrarium εὖ ἀκούω, Bene audio, Laudor. Plutarch. in Pericle, ὁ μὲν δῆμος ἀδόξει καὶ κακῶς ἀκούει. Plato Dionysio, οἱ δ' ὑπεκέσαντι πᾶν τοιοῦσιν ὅπως αὐ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούωσι, vt celebretur eorū memoria. Sic ἄμεινον ἀκούειν apud Thucydidem, lib. 3, ἀπορεῖν δὲ λόγου οἷς ξυμβαίη ὁπωσοῦν τὴν διαπραξάσθαι, ἄμεινον ἠκουον. Vbi quidam ἄμεινον ἤκουον iungunt cū ἀπορεῖν λόγου. at scholiastes ita exponit, οἷς τισι δὲ συνέβαινεν ὁπωσοῦν διὰ λόγου τινὸς ἀπορεῖν τὴν πρᾶξιν ἀγωνίζοντο, οὐ τοι ἐπηνοῦντο.

Ἀκούομαι passiuum, Audior: vt ἀκούω, Audio, in prima & propria significatione. Iliad. η, — οὐ γὰρ πω σφιν ἀκούετο λαὸς ἀϋτῆς. Plutarchus De audiēdo, οἱ δὲ ἀθυμοῦσι αἰσχύνοντες, οὔτε ἀκούοντες, οὔτε ἀκουόμενοι. ‖ Item Ἀκούομαι valde nouè vsurpatum pro ἀκούω, in eo loquendi genere quo pro Appellor seu Dicor vsurpatur: vt χρηστὸς ἀκούω. Phalaris in fine epistolæ ad Messenios, ἢ πυραυλοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῶμαι.

Ἀκουστέον, aduerbium positionis, Audire oportet, Audiendum est. ‖ Ἀκουστέον, Audiendum est, pro Obediendum, parendum, cum genitiuo, apud Euripidem. Sic apud Herodotum, ὡς Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ. vbi ἀκουστέα pro ἀκουστέον positum est.

¶ Ἄκουσμα, τος, τό, Idem quod ἀκρόαμα, Res quæ auditur. eo videlicet modo quo Spectaculum à Latinis appellatur res quæ spectatur, & à Græcis itidem θέαμα. Apud Xenophontem in Hierone, ἔπαινος (id est Laus) dicitur esse ἥδιστον ἄκουσμα. hoc est, res auditu siue ad audiendū vel audientibus iucundissima, Res cuius auditio summopere delectat & est iucundissima, vel Iucundissima auditio: accipiendo auditionem pro audimento, vt ita dicam. Sic ἀκούσματα τερπνά, Auditiones delectabiles. Herodianus, πᾶν ὅσαπερ ἐκεῖνος δι' ἡδονῆς ἔχει θέαμα ἢ ἄκουσμα διεφθείρετο. Lucianus in Nigrino, πολυτίμοις τε θεάμασι καὶ ἀκούσμασι, tot spectaculis & auditionibus. Idem in act. vocalium, καὶ οἷσιν ἥδιστον τὸ ἄκουσμα, Et tolerabilis erat mihi auditio, vel Et auditio huius rei mihi erat tolerabilis. Nam auditio propriè ipsam audiendi actionem significat. Existimo tamen & pro re quæ auditur, posse vsurpari, quemadmodum vsurpaui modò, quum auditionem iucundissimam appellaui laudem, Xenophontis locum interpretans. nam quum dicunt Latini fictas auditiones, falsas auditiones, non video quomodo quis auditiones aliter quàm pro rebus quæ audiuntur intelligere possit. Cicero tamen Græcam vocem vsurpauit, Epistol. ad Atticum lib. 12, epist. 3, Hoc ipsum tamen iis odiosum ἄκουσμα fit. ‖ Ἄκουσμα, Auditio discipuli, & ἀκούσματα, Auditiones discipuli, id est, quæ audit discipulus ex præceptore. eodem videlicet modo quo auditor Platonis appellatur discipulus, ἀκουστὴς Πλάτωνος. Quidam ἀκούσματα in hoc Isocratis ad Demonicum loco exponunt præcepta, ἡγοῦ τοῦ ἀκουσμάτων πολλὰ πολλοῦ τῶν χρημάτων κρείττω, existima multa ex præceptis esse multis pecuniis potiora. Idem, τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπληρωμένον. Quidā in illo priori loco disciplinas interpretantur, malè, meo quidem iudicio. Si autem præceptum interpretari velimus, accipiemus præceptum non præceptoris tantùm, sed latè cuiuslibet: vt videlicet sint ἀκούσματα quæcunque ad nos instituendos à quolibet viua voce nobis traduntur. ‖ Ἄκουσμα videtur accipi pro persona quæ auditur, apud Athen. lib. 6. Sic ἀκρόαμα.

Ἄκουσμα, Fama, Rumor. Hesychius, ἄκουσμα, φήμη. Eodem modo & Latinis Auditio vsurpatur. Interdum etiā copulantur Fama & auditio, Rumor atq; auditio. In plurali quoque auditiones pro rumoribus dicuntur, cum ab aliis tum à Cicerone.

Ἄκουσμα, annotatur à quibusdam significare etiam auditionem, id est audiendi actum: sed exemplum desidero.

Ἀκουσμάτιον, Diminutiuum, Auditiuncula. quo diminutiuo Gellius vtitur. Exponitur etiam Narratiuncula, item Sermunculus. Lucianus in Philopatride, ἀλλ' ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ἄεισον. vbi explicatur cantiuncula, propter ἄεισον.

¶ Ἀκουστής, οῦ, ὁ, Auditor, Qui audit. Isocrates ad Nicoclem,

ὥστε μὴ ἀκουστὰς ἡμῖν ἀλλὰ καὶ θεατὰς γεγενῆσθαι. ‖Item Ἀκουστὴς, Auditor, id est discipulus. Dionys. Halic. de Isocrate, γνώριμος ἀκουστὴς Προδίκου τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου. A

C. Ἀξιάκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Auditu dignus: vt ἀξιοθέατος, Spectatu dignus. Xenophon, ἀξιοθέατά τε καὶ ἀξιάκουστα, digni qui spectentur, & digni qui audiantur. Ἀξιάκουστον exponitur etiam Memorabile. quia quod est memorabile, auditu dignum est.

Ἀκουστὸς, οῦ, ὁ, Audibilis, ad verbum, Sub auditum cadens, Qui audiri potest, siue auditu percipi. Xenophon Prædiæ 1, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁρῶν τὰ ὁρατὰ καὶ ἀκούων τὰ ἀκουστὰ, γινώσκης. Id est, interpretando ad verbum, Sed etiam ipse videns visibilia & audiens audibilia, cognoscas. Isocr. ad Nicoclem, ὥστε μὴ μόνον ἀκουστὰ ἡμῖν δηλὰ καὶ θεατὰ γεγενῆσθαι. Cicero ἀκουστὸν οὐδὲν vertit Nihil quod audiretur. Vide meum Ciceronianum Lex. Græcol. B

C. Ἀνήκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non exaudibilis, q.d. Inaudibilis, Qui audiri non potest. In vulgat. autem lex. exponitur Non auditus, vel Non audiens. ‖Ἀνήκουστον (ait Bud.) proNon auscultandum, & idem ferè quod ἀπέλεστον, Nō perficiendum, Non concedendum, in hoc Antiph. loco, δεήσεται ἀθέμιστα καὶ ἀπέλεστα καὶ ἀνήκουστα καὶ θεοῖς καὶ ὑμῖν. In vulg. lex. citatur ex Epigramm. ἀνήκουστα πάθη pro Non obedientia. HINC Ἀνηκουσία, Contumacia, q.d. Peruicacia, Contemptus seu dedignatio aurem præbendi: citatur ex Platone De legibus 2, παρρησίας ἐμπίπλαται καὶ ἀνηκουσίας ἐν τῷ τοιούτῳ πᾶσι πέλας. Citatur & ex libro 6. ET Ἀνηκουστέω, σω, propriè quidem Non audio, sed capitur pro Non obtempero, Non sum dicto audiens, Non ausculto. Iliad. ο, — οὐδ' ἄρα πατὴρ ὃς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων. PRO QVO poetæ dicunt etiam Νηκουστέω, σω, vt Il. υ, v. 13. 14, — οὐδ' ὀνοσίχθων Νηκούστησε θεᾶς. C D

Ἀνάκουστος etiā & Ἀνακουστέω, pro eadem signific. quæ ἀνήκουστος & ἀνηκουστέω, habentur in vulg. lex. sed exemplum desidero.

Ἀκουστικὸς, οῦ, ὁ, Auditorius, Ad auditum pertinens, siue sensum audiendi. vt ἀκουστικὴ ἄισθησις, Plutarch. Auditus sensus, siue audiendi, Auditorius sensus, siue auditiuus: si hæc Latinè dici possent. Sic πόρος ἀκουστικὸς appellatur foramen teres quod est in medio aurium. ad verbum, Meatus auditorius. Per periphrasin, meatus auditui accommodatus. Itidem ὕδωρ ἀκουστικὸν apud Alexandrum Aphrodiseum. ‖ Ἀκουστικὸς exponitur etiam Auditu valens, Acri auditu præditus. ‖Ἀκουστικοὶ appellabantur Pythagoræ discipuli illo quinquennio quo taciti auscultabant. E

Ἀκουστάω, σω. F. άσω, Audire cupio. q.d. Auditurio. Ἀκουστῶν Hesychius exponit ἀκουστικῶς ἔχων. F

Ἀκοὴ, ῆς, ἡ, Auditus, Sensus audiendi, vel aurium, vel auditus, Facultas audiendi. Item Auditus, Auditio, id est, ipsa audiendi actio. Thucydides 7, ἐκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποστέρησιν ἀκοῆς, perterrefactionem simul & auditus priuationem. Ἀκοῆς ἄξιος, Auditu dignus, siue auditione. id est qui audiatur. Sic ἀκοῇ οἶδα, Auditu noui, pro Fando audiui, vel accepi. Thucydides 1, Μίνως γὰρ παλαιότατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. Pro eodē dicitur & ἀκοῇ μαθάνομαι. Sed & pro ἀκοῇ οἶδα ponitur interdum (ni fallor) ἀκούσας οἶδα. Plutarchus De audiendo, ἅμα τῆς ἀκοῆς ἡδονὴ τὸ ἡδὺ, simul auditionis voluptas effluxit. id est, quæ audiendo seu auditu percipitur, vel ex auditione. ‖Ἀκοὴ, Auris. Vt plurimum autem in plurali ponitur ἀκοαὶ pro auribus, vt ὄψις, pro oculis. Lucianus in Philop. ταῖς ἀκοαὶς ἀποφεύγω, μηπου ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα, Aures obturo, ne adhuc audiam ista. Æschin. in Ctesiph κλέπτοντες ταῖς ἀκοαῖς ὑμῶν, Obrepentes vestris auribus. ‖Ἀκοὴ singulari numero, Aures, Cicerone interprete. nam quod Plato in Timæo dicit, οὐδὲ ἀκοῆς ἐπεδεῖτο, vertit, Nec auribus egebat. ‖Ἀκοὴ, Auditio, id est rumor, siue fama. Plato in Timæo, ὁ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς, ex fama vetusta. Et hac in significatione numero etiam plurali vsurpatur à Thucydide lib. 1, ταῖς ἀκοαὶ τῶν προγεγενημένων παρ' ἀλλήλων δέχονται, rumores rerum præteritarum, siue de rebus præteritis. G H

Ἀκοὴ, Obedientia. vt ἀκούειν diximus pro Obedire poni. Citatur ex 1 Reg. cap. 16, ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή, Ecce obediētia supra sacrificium bonum. id est, potior sacrificio bono. Multo frequentius est compositum ὑπακοή.

Ἀκυή, apud Homerum idem quod ἀκοὴ, Auditus, Auditio. Il. π, — ἐρυμαλδὸς ὄρωρεν Οὔρεος ἐν βήσσῃς. ἔκαθεν δέ τε γίνετ' ἀκυή. vbi notat Eustathius ἀκοὴ Ionicum esse. nā linguæ communis esse ἀκοὴ, vt βοή, ῥοή. Dicit etiā posse ἀκοὴ ex ἤκοα medio præterito esse formatū, at ἀκυὴ ex ἀκύω. Od. λ, ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκυῶν, profect⁹ est ad auditionem de patre. Id est, vt audiret aliquid de patre. Vel, ad famam de patre audiendam.

‖ Κρεμὼν etiam dicitur pro ἀκρέμων, inquit Etymologicus. fit autem κρεμὼν à κρεμῶ, i. pendeo: vt ἀκρέμων ab ἄκρος, id est summus: quòd fit in summa arbore, id est in summitate arboris, ὁ ἐπ' ἄκρου τοῦ δένδρου ὤν. Quidã autem subtilius (& quidem subtilius quàm par sit) ὁ ἐπ' ἄκρου μένων. quasi verò illa terminatio μων non itidem in multis huiusmodi deriuatis cerneretur, quæ talem deductionem admittere non possunt. Quod autẽ ad κρεμὼν attinet pro ἀκρέμων, nullo testimonio fidem eius facit Etymol. eiusq; cæteri lexicographi non meminerunt: ideóque in dubio relinquo.

Ἀκρεμονικός, ῆ, ὁ, Adiectiuum formatum ab ἀκρεμὼν, vt si quis à Ramus formet Ramalis, vt ἀκρεμονικαὶ ἀποφύσεις apud Theophr. lib. 4, id est ramorum grandium.

ΑΚΡΙΣ, ίδος, ἡ, Locusta. Theocr. — βάτραχος δ' ποτ' ἀκρίδας ὥσπερ ἐείσδω. Comicus quidam apud Athenæũ, εἰ σπονδᾶν εἰμι ἀκείς. Apud D. Matthæũ vbi dicitur Ioãnes Baptista esitasse ἀκείδας, fuerunt qui ἀκείδας acci-

piendum putauerint pro fruticibus, aut surculis quibusdam delicatis, nouam huic voci tribuentes significationem: quum recepta optimè conueniat. Constat enim cum ex Aristophanis tum ex aliorum autorum locis, locustis vesci solitos veteres. vnde & ἀκεῖδοφάγοι quidam populi fuerunt appellati, de quibus Strabo, Agatharchides, & alii. Ponũtur autem variæ huius nominis etymologiæ: ex quibus vnica mihi placet (quam & sequor) παρὰ τὰ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τοῦ φυτῶν νεμέσθαι.

Ἀκεῖς, quæ & Phalæna & Lampyris, quæ vocabula vide.

C. Ἀκειδοθήκη, Instrumentum ad venandas seu capiẽdas locustas. In vulg. lex. Capsula ad venandas locustas. Theocr. Idyll. 1, Αὐτὰρ ὀγ' ἀνθεμίοισι καλαῖ πλέκει ἀκειδοθήκαν.

C. Ἀκειδοφάγος, Locustarum esitator, Qui locustis victitat. Vide paulo antè in Ἀκείς.

Ἀκείδιον, ου, τὸ, diminut. Locustula.

ΑΚΡΙΒΗΣ, ές, ὁ καὶ ἡ, Exactus, Exquisitus, Accuratus. Item, Exploratus, Certus. De rebus dicitur pariter ac de personis. sed frequentius de rebus, nisi me fallit memoria. Isocrates ad Nicoclem, ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τοῦ σωόντων, i. exactas explorationes, vel accuratas. Quo sensu Chrysostomus De sacerdotio ἀκριβῆ καὶ βεβασανισμένην ἔρευναν dixit. Aristot. Rhet. 3, διὸ τὰ ἀκριβῆ τοῦ ἔργα καὶ χεῖρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις. Sic dicitur ἀκριβεῖ σάθμη, exacta amussi, pro Exactè ad amussim. Plutarch. in Præcept. de san. ἡ μὲν οὖν ἀκριβὴς σφοδρα καὶ δι' ὀυχῆς λεχθεῖσα. Ἀκριβὴς τὸν ἔργασαν apud Lucianum, Exquisitus & exactus. Sic & ἀκριβὲς ἔργον, apud Demosth. Pro corona. ἀκριβὴς μνήμη, Accurata memoria. Ita enim malo reddere, generalem significationẽ vocabuli retinendo, quàm vt alii Tenax memoria. Demosthenis locus est hic, ἀλλ' οὐ πίστευε ταῦτα παρ' ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην, οὐδ' ἢν τοιοῦτον ὀρθῶ. i. (vt quidem ego interpretor) Sed hæc accuratè & diligenter non mandatis memoriæ. Ἀκριβὲς σημεῖον, Certum & exploratum signũ. Ἀκριβὴς μνήμη, Certa memoria. Ita enim malo reddere quàm cum aliis Tenax memoria. ‖ Ἀκριβὴς, inquit Budæus, Plenus, id est iustus, apud Lucianum. Ἀκριβὴς πεντάπλας, Gal. ad Glauconem. i. iustus, ὁ μὴ νόθος, καὶ ὁ γνήσιος, inquit idem Budæus. Rursus idem in pr. Annot. in Pand. Iustũ enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβὲς dicunt. Galenus identidem vtitur, ἀκριβὲς ἐρυσίπελας, id est, iustum plenúmq; erysipelas, & huiusmodi alia appellando, lib. Therap. 14. Bud. ‖ Ἀκριβὴς quum de persona dicitur, non significat duntaxat generaliter hominem aliqua in re, siue aliquo in opere exactum, sed etiam eum qui ad rem est attentior, & quasi circa eius curam curiosè exactus. vno denique verbo, hominem tenacem, siue parcum. quam tamen significationem nondum à quoquã annotatam reperi, & apud Plutarchum solum obseruare me memini: qui & ἀκριβειαν eodem vsurpat sensu, vt paulo pòst ostendam.

Ἀκριβὲς, substantiui locum obtinens, pro ἀκρίβεια. Lucianus in Anacharside, τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς τοῦ αὐτῶν δεξιοσκέψεως, i. ἡ ἀκρίβεια τῆς δεξιοσκεψεως. i. ἡ ἀκριβὴς δεξιοσκεψις, exacta consideratio, siue accurata examinatio. Interdum etiam ponuntur τοῦς τὸ ἀκριβὲς & εἰς τὸ ἀκριβὲς pro ἀκριβῶς. vt apud Eusebium, εἰς τὸ ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένος. Eodem planè modo dictũ est illud εἰς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένον αὐτοῦ. vbi τὸ ἀκριβὲς, id est ἡ ἀκρίβεια, exactã quandã expressionẽ significat, imaginis videlicet. Quare εἰς τὸ ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένος, vel εἰς τὸ ἀκριβὲς εἰκασμένος, vertere possimus, Ad viuũ expressam imaginem habens. Idem vnico vocabulo dicunt ἀπεικεβαμμένος. quod est participiũ ab ἀπικεβόω. ‖ Item εἰς τὸ ἀκριβὲς pro ἀκριβῶς, i. ἀληθῶς, verè. Thucyd. 6, καὶ εἰς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ ἀδίκως κατεστρέψαντο. vbi schol. vult esse pro ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν. Cæterùm huius nominis ἀκριβὺς quum apertè ridiculas horationes ab Etymologico afferri viderem, meo ipse iudicio vtens, hic collocaui post ἄκρος. præsertim quum ἄκρος inter alia de eo etiam dicatur qui aliquam artem ἀκριβῶς teneat: atque adeo Hesychius ἀκριβὲς pro ἄκρον, ex Eurip. Philoctete afferat. Quòd si & mihi tam audacter subtili esse liceat quàm video in plerisque aliis vocibus veteres esse grammaticos, dixerim verisimile esse ex ἄκρον & βῆσαι (a βαω) factum esse, videlicet τοῦ τὸ εἰς τὸ ἄκρον βῆσαι. nam qui est ἀκριβὴς ad summum vsque peruadit.

Ἀκριβόω, ῶ. F. ώσω, Exactè cognosco, vel cognitum habeo, Compertum exploratúmque habeo, Probè calleo, aut Exactè disco, Exactè perquiro, Accuratè & diligenter exploro. Isocr. in Panath. τοσαῦτα μὲν φασὶν αὐτοὺς οἱ τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦντες, Qui res eorum diligenter inuestigant, vel Exactè cognoscũt. Iuxta Budæum, Iis qui diligenter scribunt vel indagant. Herodianus, τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ ἀκριβοῦσιν, Qui res Romanorũ non exactè cognitas habent. Lucianus in Piscatore, ὅτι μὲν λόγοις ἡμῶν πάνυ ἀκριβῶσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν. Item dicitur aliquis artẽ quam piam ἀκριβοῦν, pro exactè callere, exactè peritus eius esse, exquisitam eius peritiam habere. Herodianus de Commodo, συνῆσαν δὲ αὐτῷ οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες. Xen. Pæd. 2, οὐ γὰρ δοῦ διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς αὐλήσεως, ἢ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῦν ταῦτα ἐδίδαξε, Necessitas enim optima est horum magistra, quæ nos hæc pernoscere docuit, vel perdiscere. idem Pæd. 1, ὁ διδάσκαλός μοι ὡς ἤδη ἀκριβοῦντα τὸν δικαιοσύνην, καὶ ἄλλοις καθίστη δικαζειν, Magister me, vt qui iam iustitiæ exactam cognitionem haberem, aliis etiam iudicem constituebat.

¶ Ἀκριβῶ, Exactè facio, Exactum & exquisitum reddo, Exacta cura & diligentia facio, Omnibus numeris absolutum reddo. quum videlicet de opere quopiam dicitur. Interdũ verò ἀκριβῶ significat Exactum reddo, non pro Exactè factum reddo, sed pro Facio vt quis sit exactus. Sic Dioscorides l. 2, ἀκριβοῦν τὰς αἰσθήσεις dixit pro Exactos sensus reddere, Facere vt sensus sint exacti. Quidam vertunt, Sensus exacuere, Aciem sensuum excitare.

Ἀκριβοῦν iungitur etiam cum περὶ & πρός. Aristot. lib. 5 De generatione animalium cap. 1, ἀκριβῶν περὶ τὰς διαφορὰς χρωμάτων, Exacta cura & diligentia vtor circa differentias colorum, Exactè colorum differẽtias perdisco, aut pernosco, siue percognosco. ‖ Cum πρός autem apud D. Matthæum, Exactè vel diligenter inquiro, aut inuestigo, Accuratè scisciror, vel scrutor. cap. 2, ἠκριβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Alii hic ἀκριβῶ volunt significare Diligenter disco. quæ interpretatio non æquè mihi placet.

Ἀκριβοῦμαι, οῦμαι, pass. Ἀκριβοῦσθαι dicitur res aliqua, id est Exactè fieri, Exquisita & exacta cura ac diligentia elaborari. Item Ἀκριβοῦσθαι, Exactè cognosci, Pernosci. ἀκριβωθήσετ') Suidas & schol. Aristophanis exponũt ἀκριβῶς μετεπιθήσετ'), in hoc ipsius poetæ loco in Conc. — εἰμὴ τοῦτ' ἀκριβωθήσεται. ‖ Hinc præteritum ἠκριβωμένος, Exactè factus, Accurate elaboratus, vel Exactus, Exquisitus: accipiẽdo pro ἀκριβής: vt ἠκριβωμένη σωφροσύνη. ΕΤ Ἠκριβωμένως aduerbium ab hoc præterito, Cum exacta cura & diligentia, Accuratè vel accuratissimé. ἀκριβῶς.

C. Ἀπακριβόω, ΕΤ Διακριβόω, ΕΤ Ἐξακριβόω, βῶ, Exacta diligentia aliquid facio, siue Exacta aut exquisita diligentia in re aliqua vtor, Accuratissimè & summo studio aliquid elaboro, aut aliquid describo. In his enim præpositiones significationem simplicis augent. Apud Lucianum ἀπακριβοῦν exponitur etiam Ad normam exigere. Sunt qui hæc tria cõposita interpretentur & istis metaphoricis loquẽdi generibus, Ad amussim facio, Ad vnguẽ facio, & Affabrefacio. Dicitur etiam ἀπακριβώσασθαι, & διακριβώσασθαι, & ἐξακριβώσασθαι, pro ἀπακριβοῦν. Greg. ἐν δρέπτῃ εἴδος ἐκ πάντων ἀπακριβώσαντο, Exactè seu exquisitè composuit. Ἀπακριβῶ, διακριβῶ, ἐξακριβῶ, inquit Budæus) pro eodem ponũtur, hoc est Exactè compono & absoluo, Omni ope & exacta diligẽtia efficio, hoc est ἀποτελεῖν. Aristot. Eth. 10, ἐξακριβῶσαι δ' δόξειεν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον ἰδίας τῆς ὅπου μελέτης γνωρίμης. Hæc Budæus. Vtitur autem Aristot. verbo διακριβοῦν eadem signif. eodem libro, ὥστόν γὰρ τοῦ αὐτῶν εἴρηται. διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ τοσοῦτον ὅτι. Pollux (teste eodem Bud.) ἀπακριβῶσασθαι, & ἀποτελεῖσα

δαι, & εἰς ἑαυτὸν αἰαδέξαδζ, vt synonyma ponit col.200, & 310. Passiua sunt, Ἀπακριβοῦμαι, Διακριβοῦμαι, Ἐξακριβοῦμαι, quorum participia præt. vsitatiora sunt, Ἀπακριβωμένος, Διακριβωμένος, Ἐξακριβωμένος, Exactè factus, vel exacta diligentia. Ad amussim vel ad vnguēfactus, Affabrefactus. A Cicerone ἀπακριβωμένοι λόγοι redditur apud Plutarchum in Timæo Dilucidè & planè exornata oratio. quem locum vide paulo póst. Plut. de fastis Cæs. loquens, διακριβωμένη ἐπανόρθωσις τῆς ἀνωμαλίας.

A

Διακριβῶσαι (inquit Budæus) Diligēter cauere & exactè stipulari, & ὁμολογεῖδζ, Isæus pag. 38. Significat etiam (inquit) Exactè respondeo, id est statis horis euenio. Aristot. De historia anim. l. 7, καὶ μετὰ τοῦτο αἱ καθάρσεις βούλονται τὴν αὐτὴν ἀριθμὸν ἀποδιδόναι ζύπνοι· ἐμὲ μὲν ἀκριβῶσί γε πάσαις ὁμοίως, nō tamen exactè tricesimo die menstruæ purgationes redeunt omnibus. Cui exēplo, quod affert Budæus, puto aptè adiunctum iri hoc ex Platone, vbi itidē ἀπακριβωμένοις & ἀποδεῖσθαι habemus. Ita igitur ille in Tim. ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν ἢ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δύνωμαι πανταχῇ γιγνώμεθα πάντα πάντως αὐτοῖς αὐτοῖς ὁμολογουμένοις καὶ ἀπακριβωμένοις λόγοις ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. Quæ Cicero sic interpretatur, Quocirca si fortè de deorum natura ortúq; mundi differentes, minus id quod habemus animo, cōsequimur, vt tota dilucidè & planè oratio exornata sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat, haud sanè erit mirum.

B

C

Ἀπακριβωμένως, & Διακριβωμένως, & Ἐξακριβωμένως, aduerbia, quæ eandem itidem significa. habent, videlicet pro Exactè, vel Exacta diligentia. Vel, Ad amussim, Ad vnguem. Διακριβωμένως pro Exactè, citatur ex Aristotele in Rhetoricis. Ἀπακριβωμένως autem à Budæo in Annotationib. exponitur etiam Bona fide, Citra vllum figmentum.

D

¶ Ἀκριβάζω, Idem quod Ἀκριβόω. Sed Pollux hoc Ἀκριβάζω ait esse ἀπιρόκαλον. ac re vera nō memini me apud vllū ex antiquis scriptorib⁹ hoc legere. Dicitur & Ἐξακριβάζω idē significans. quo Libanius vtitur in Epistola ad Basilium, ἵνα πόνων ὡς τῆς μ̓ χωρεχς τοῦ ἔθους ἐξακριβάζων, i. Diligenter indagans. ‖ At ex Eccles. cap. 46, citatur ἠκριβάσθη (aor. 1, à passiuo Ἀκριβάζομαι) Probatus est. ἠκριβάσθη προφήτης. Magis vicina esset interpretatio, Examinatus est.

E

Ἀκριβασμός, Exquisita examinatio & perpensio, inquit Bud. Dionysius De eccl. hier. καὶ τῆς ἀκροτάτης καθαρσεως οἱ τοῖς αὐτοῦ πανεπιπόποις ἀκριβασμοῖς. Iudic. cap. 5 μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας. vbi pro eodem mox sequitur ἐξιχνιασμοί.

Ἀκριβασμός, Exacta limitatio. Prouerb. Salom. c. 8. ἐν τῷ πήγνειν τὴν θαλάσσαν ἀκριβασμὸν αὐτῷ. Cuius significationis exemplum vt [redacted] non posuissem, nisi Budæus in suos commentarios eam retulisset, dicens significari hic terram certis & exactis finibus circunscriptam.

F

Ἀκριβαστής, οῦ, ὁ, Diligens inquisitor, Accuratus explorator. Bud.

C. Ἐξακριβάζω, idem quod ἐξακριβῶ: vt simplex ἀκριβάζω significat ἀκριβῶ.

C. Ὑπερακριβής, έος, ὁ καὶ ἡ, Supramodum exactus, Exactus plusquam necesse sit.

G

C. Φιλακριβέω, βῶ, Amo exactam diligentiam, Exactā diligentiam lubenter adhibeo. In vulg. lex. φιλακριβεῖν exponitur Cum diligentia auscultare, Gnauum & sedulum esse.

C. Ἀκριβοδίκαιον, ου, τὸ, Substantiuum, ex ἀκριβὲς & δίκαιον, Ius summū, Ciceroni, Terentio, & aliis: quod iurisconsulti Strictum ius appellant. Propriè autem sonat Ius exactum. Ius autem (inquit Bud.) quod strictum iurisconsulti dicunt, Aristoteles ἀκριβοδίκαιον appellat, quasi ius exactius duriusque.

H

Ἀκριβοδίκαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Summo iure vtēs, vel stricto iure, Summo iure agens: cui opponitur ὀπιεικής. quem describens Aristoteles lib. 5 Ethic. ad Nicom. c. 10, his verbis claudit, ὁ γὰρ τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ὀπιεικὸν τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικός, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν, ὀπιεικής ἐστιν. Vbi ἀκριβοδίκαιος appellatur (Budæo teste) qui τὸ ἀκριβοδίκαιον, i. summum ius, æquitati præfert, quasi prædurus interpres iuris, quasique deterioris iuris studiosus vsurpatórque: vt contrà ὀπιεικής, iudex bonus & æquus.

C. Ἀκριβολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex ἀκριβὴς & λόγος, propriè Exacto & accurato sermone vtens, Exacto vel exquisito sermone aliquid exprimens. Sed generalius accipitur pro Exacta diligentia & curiosa circa quidlibet vtens, & in quouis seu dicto seu facto. Quam significationē & ab eo composita retinent. HINC Ἀκριβολογία, ας, ἡ, Exacta discussio, vel examinatio, aut Exacta tractatio. Aristot. Rhet. ad Theodecten lib. 1, ἀλλ' οὐδὲν ἡ ἀκριβολογία χρήσιμος ἢ πρὸς τοὺς τόπον εἰς τὰ νῦν. ‖ Ab eodem Aristot. Ethic. 4, ἀκριβολογία in vitio ponitur, pro Exacta expensæ & sumptuum examinatio. ET Ἀκριβολογέω, ῶ. F. ήσω, Exactè perpēdo, Exactè examino. Chrysostomus in 8, ad Rom. τί φιλοπρεπεῖς ἀκαίρως, καὶ ἀκριβολογεῖς πρὸς ἐπιτά; ‖ Frequentius multo in passiua terminatione vsurpatur Ἀκριβολογοῦμαι itidem pro Exactè perpendo, vel Excutio, & (vt ait Budæus) pro Exactè discepto, Exquisitè disputo, & æstimo consideróq;. Æschines contra Timarchum accusatiuo iunxit, ἵνα μή τις ἐπηνῶς ἄρα λίαν ἀκριβολογοῦμαι ἄπαντα. Sic Demosth. in Æschinem, καὶ ζωὴ πάντ' ἀφ' τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι. Plato Pol. 1, ὥσπερ καὶ σὺ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἐπιδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογῇ οὐδεὶς ἀφ' δημιουργῶν ἀμ. &c. id est, quandoquidē tu quoque exactè rem examinas. Potest verò exponi illud Æschinis modò citatū, ἀκριβολογοῦμαι ἄπαντα, Exactè omnia dicendo persequor. Dicitur & ἀκριβολογοῦμαι πρὸς τύπου, Vtor in hoc vel circa hoc exacta disquisitione: apud Demosthenē pro Ctesiph. ἐμοὶ πρὸς τύπων ἀκριβολογουμένῳ, Me hæc exactè disquirente. Alii vertunt, Exactè de his disceptāte. Ἀκριβολογοῦμαι etiam est (inquit Budæus) Exactā sumptuum rationem subduco.

Ἀκριβῶς, aduerbium, Exactè, Exquisitè, Accuratè. secundum quas significationes (quæ eodē omnes pertinēt) Isocrates non semel ἀκριβῶς & ἁπλῶς inter se opponit. potest etiam exponi per periphrasin, Exacta cura & diligentia, vel accurata cum diligentia. Demosth. aduersus Timocratem, τοῖς δὲ πάλαι κειμένοις ἀκριβῶς χρῶνται, ‖ Item ἀκριβῶς, Exactè, i. Plenè & perfectè, planè: vt Lucianus, χρόαν λεπτὴν ἀκριβῶς. Vbi stultè quidam interpretati sunt perpetuū candorem. Idem, ἀκριβῶς μέλαν, Plenè & perfectè nigrum, vel Planè nigrum. aut, Exactam, vel plenam & perfectam nigredinem habens, & ad quam nihil addi possit. Vulgò exponitur Vehemēter nigrum: sed perperam. significantius est enim ἀκριβῶς quàm σφόδρα. ‖ Item ἀκριβῶς, Certò: vt ἀκριβῶς οἶδα. Demosth. ἀκριβῶς εἰδώς, Æschin. Isocr. Dicitur & ἀκριβῶς γινώσκω. Possumus autem ἀκριβῶς οἶδα exponere Certò scio, vel (quod idem valet) Pro compertō habeo: aut, Compertum exploratumque habeo. ‖ Ἀκριβῶς apud eundem Isocratem habet ὀπιεικῶς oppositum. vbi vertendum puto Summo iure. quasi dicas, Supramodum exactè, Nimis exacto quodam studio. Sic ad Nicoclem, ἀκριβῶς πρὸς μικρῶν ἐπιζητοῦσι dicit. at in Areopag. addit λίαν, dicens, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ δήμου λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζουσι. Is autē (meo quidē iudicio) ἀκριβῶς vel λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζει rem quampiā, qui (vt Cicero loquitur) ad viuū resecat. Ita enim ille in Lælio, Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiā esse non posse. neque id ad viuū reseco, vt illi qui hæc subtilius disserunt. Ἀκριβῶς affinem hanc significationem habet apud Thucydidem l. 1, οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἐπεφάσαν. id est seuerè. αἰνιδόπως, vt schol. exponit.

Ἀκρίβεια, ας, ἡ, Exacta cura, Exacta diligētia circa aliquid, Exactum studium, Accuratio: vt μετ' ἀκριβείας πρεσβεύειν. & apud Aristotelē, δι' ἀκριβείας λέγειν, Cum exacta quadam diligentia, Exquisitè. Apud Isocratem plurali numero ἀκρίβειαι non semel: vt ad Philippum, ζῶν δ' ὅπως γράψαι τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς ἀκριβείαις. Idem in Areopagitico, ἐπὶ τά γε πλήθη καὶ τὰς ἀκριβείας τῶν νόμων, σημεῖον εἶ τὸ κακῶς οἰκεῖσθαι πολὺ πόλιν αὐτῶν. Quem locum Bud. sic vertit in Ann. pr. in Pandectas, Nam quod ad legū multitudinem atque exactiorem circa eas diligentiam attinet,

attinet, iudicium certè hoc ipsum est, parum bene cū ciuitatibus illis agi. Idem Isocrates ibidem dicit νόμοι μὲν πολλοὶ τῆς ἀκριβείας κείμενοι, id est, eodem Budæo interpr. Leges exquisitissima scribentium diligentia latæ. ‖ Ἀκρίβεια, Rigor iuris, in Pand. Bud. ‖ Ἀκρίβεια, Exacta cura qua vtitur homo nimium attentus ad rem, id est Tenacitas, Parcitas. Plut. in Pericle, χαλεπῶς ἔφερε τοὺς τοῦ θεοῦ ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοῦ χρηματοῦντος. Obseruādum est autem eodem metaphoræ genere vtranque linguam vti in exprimendo homine tenaci. nam hunc Latini appellant attentum vel attentiorem ad rem. qui autem est attentus ad aliquid, is certè est ἀκριβής, id est faciens ἀκριβῶς, (hoc est exacta diligentia) id ad quod est attentus.

A

B

Quòd vides, lector, deriuata ab Ἀκριβὴς non esse hic collocata eo ordine qui in aliis nominibus obseruatus à me fuit, non mutationi consilii, sed coactæ festinationi (quæ chartularum mearum ordinem cōfudit) imputa o. Non aliam iuxta duntaxat, sed & aliorum ἁμαρτήματα à te mihi veniam polliceor.

C

Α' ΛΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, Vagor, Erro, Sum vagus & erro, (ut ait Hom. Il. ζ, Ἀλάλημαι πολὺν ἀπὸ δῖον πεδίον ἀλᾶτο, id est, solus vagabatur. (Cic interpr.) Qui miser in campis mœrens errabat Alens. Et Vlysses ἀλώμενος, apud eundem Od. ι. ‖ Ἀλᾶσθαι metaphoricè apud Sophoclem pro πλανᾶσθαι τῷ, Vagor, mente, Incertus sum quid agam, Animi pendeo.

Ἀλάω, ῶ, vocem actiuam apud grammaticos duntaxat memini me legere: qui eam proferunt in tradendis quorundam vocabulorum etymis & quidem volentes ea significari etiam πλανῶ. de ipso. Vide ἀλάπαξ.

D

Ἄλημα, ατος, τὸ, Vagatio, Erratio. πλάνημα, vt ait Eustathius, ita exponēs & in hoc Sophoclis loco, κακοπινεστάτου τ' ἄγημα σεσαφῶ. vbi tamen πρόσημα à scholiaste exponitur.

Ἀλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Erro, Vagus. Od. τ, Τοιοῦτοι τοι ἀλῆμονες εἰσὶν ἄνδρες ἔασιν, id est, Tales sunt mēdici & errones. Vbi notandum copulare Homerum πτωχὸν καὶ ἀλήμονες. exponitur tamen ἀλήμονες πτωχοί: vt Anth. epigr. l. 1, Ἄμφω μὲν πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες. At verò apud Nonnum ἀλήμονες translatè pro Peccatores nam qui peccant, errant, & à recta via deflectunt. ET Ἀλήμων σωματικός, ἡ Idē quod ὄλημα, Vagatio. Erratio. ‖ Apud Apollonū autem schol. ἀλημονεῖν ait significare ἐμπειρίαν τοῦ πόνου, id est peritiam locorum. Quam significationem ex consequentia esse puto, quòd videlicet qui vagati sunt, eam habere solent.

E

Ἀλήτης, ου, ὁ, Vagus, Erro. Od. ο, — καὶ πολλάκι δίσκον ἀλήτη. & ξ, — ἀνδρες ἀλῆται, Ψευδόμενοι. ‖ Aliquando tanquam adiectiuum ponitur: vt ἀλήτῃ βίον εἶλε, apud Herodotum, Vagam vitam maluisti. ET Ἀλῆτις, ιδος, ἡ, Vaga, Errabunda. ‖ Item, Festum quoddam Athenis, Hesych.

F

Ἀλήτης, Mendicus, apud Basilium identidem. Propriè autem est Mēdicus vagus, id est errāticus. Id est, Qui inter vagandum mendicat, Mendicans ostiatim aut etiam oppidatim. Sic autem & in Herodoti loco modò citato ἀλήτην βίον alii exponunt Mendicam vitam. ET Ἀλητοβόρος comp. q. d. Mendicitiorous, in vulgatis lexicis.

G

Ἀλήτυω, F ύσω. Vagor, Erro. Od. ρ, Ξεῖνός τις δ' ἀτίμως ἀλητύει κτῆ δῶμα ἀνέσας ἀπὸ ῶν.

Ἀλητία, Verbale, Erratio, Vagatio. Ionicè ἀλητίη: at Doricè ἀλατία, sicut ὀλάτας pro ὀλήτης.

¶ Ἄλη, ης, ἡ, Erratio, Vagatio. Od. ε. Ἠέλιε μοι ὀλέσσον ἄλην τ' ἀκόμισιν τε. Od. ο, — ὅφρ' μ' ἐπαυσας ἄλης καὶ οἴζυος αἴνης. pro eo quod dicit eiusdem Od. σ, ἀλητύειν ἀπέπαυσας. ‖ Itē metaphoricè ἄλη pro anxietate animi, quæ est veluti eius vagatio. ‖ Ἄλη autem deduco ab ἀλάω ἀλῶ, vt βοὴ à βοάω βοῶ formatur. Fortassè tamen malet aliquis contrà verba hæc deduci à nominibus: qua de re alius erit dicendi locus. Ἀλῶ autem à πλανῶ, & ἄλη à πλάνη fiant nēne, aliis cogitandum relinquo.

H

Ἄλη, Sordes ῥυπασμός Eustathio, secundum aliam etymologiam.

C. Ἐπαλάομαι, Peruagor, Peragro: vt Od. ο, — πολλὰ παθὼν καὶ πολλ' ἐπαλήθεις, Οἴκαδε νοστήσας. Quod ἐπαλήθεις falsò in vulg. lexicis ab ἐπαλήθω deducitur.

¶ Ἀλάομαι, Idem quod ἀλάομαι, Erro, Vagor. Apud Euripidem, ἀλάομαι μανίᾳ. Ad quem locum respiciens, aut ad similem Etymol. ἀλάομαι exponit ἐξίστασθαι, μαίνεσθαι, id est, Extra se positum esse, Insanire. Atqui id per se nō significat in hoc Euripidis loco, sed cum adiunctione. Dicunt autem ἀλάομαι ab ἀλᾶσθαι esse πρόσαγορον, vt δράω à δρᾶσθαι. Eusta. hius quoque ab ἀλᾶσθαι deducit ἀλάομαι, vt βαίνω à βῶ, & λυπέομαι à λυποῦμαι, atque alia itidem quæ profert. ET Ἀλαιός (inquit) inde dictus fluuius, ὁ ὅθεν πολλὰ ἀλᾶται ἀλῶν ἄλσος.

¶ Ἄλημι, Idem quod Ἀλάομαι, Vagor. Huius autem ἄλημι infinitiuus ἀλῶναι, vnde ἀλῶναι, vt βιβρῶσκω à βρῶσαι. l. 6, Ἀρχίου κελεύσαντα ἀλῆναι ἐνθάδε πάντας. quem infinitiuū Hesychius exponit σωφρονεῖν (sed hanc scripturā corrige, reponens συσεφῶσαι) it m πλανᾶσθαι. Magis tamē recepta est explicatio τὸ ἀλημῶναι, vt ita pro ἀθροισθῶναι, Congregari: sicut Ἀλείσης apud eundem poetam pro congregari: & ἀλεὶς apud eundem expositum συσεφεῖς, συναλεῖς. Vide Etymologiam in ἄλεν, de formatione horum. quæ tamen alia est apud Eust.

Ἀλαλημι, ab ἄλημι, per reduplicationem. vnde passiuum Ἀλάλημαι, idem quod Ἀλᾶσθαι vel Ἄλημι, Vagor, Erro. Vnde ἀλάλησαι Od. ο, — δόμων ἄπο δῖον ἀλάλησαι. & infinitiuum ἀλάλησθαι, eiusdem Od. ε, — οὐδέ πω ἔστι Ποντοπορεῖν ἀνέμων κακὸν ἄτερ, οὐδ' ἀλάλησθαι. Herodianus ἀλάλημαι præt. temporis esse putauit, nam ab ἄλημι præteritū passiuū esse ἄλαμαι, & Atticè ἀλήλαμαι: à quo per trāspositionem ἀλάλημαι. Contra Zenobius præsentis temporis esse tradidit, scribens ab ἀλάω ἀλᾶσθαι fieri ἄλημι & ἄλημαι: deinde per reduplicationem ἀλάλημι & ἀλάλημαι: vnde participium ἀλαλήμενος cum accentu in antepenultima: vt ἀκοχήμενος ab ἀκόχημαι, secundum Æoles. qui penultimam præsentis producunt. Vide Etymol & Eustath.

Ἀλαλύκτημαι, à quo ἀλαλύκτημαι apud Homerum, vide in Ἀλυσκάω post Ἄλυω.

A Λ A Z Ω N, όνος, ὁ καὶ ἡ, Iactator, Ostentator, Gloriosus, Ventosus. ζῶς, i. Pauo, dicitur ἀλαζὼ ὄρνις à Gregorio & ab aliis: id est ostentatrix auis. Ita enim commodissimè verti posse existimo ex hoc Ouidii versu, Laudatas ostentat auis Iunonia pennas. (nam ea potius exemplaria sequor quæ Ostentat quàm quæ Ostendit hoc in versu habent) Reperitur & genere fœm. apud Plut. in Pericle, ἀλαζὼν γυνή. Grammatici ab ἄλη deducunt hāc vocem & verbo ζῶ: vt propriè sit qui vagādo victum quærit (veluti qui vocantur ὀρχηστή, id est circulatores) per cōsequens autem iactator, ostentator, vaniloquus, impostor. Ab Hesychio explicatur ὑπερήφανος id est superbus. & vulgò exponitur Superbus, Arrogans, sed ita nihil planè differret ἀλαζὼν ab ὑπερήφανος. Quare Ostēratorem aut Venditatorē aut Iactatorem seu Gloriosum interpretari malo. vt ἀλαζὼν στρατιώτης, Miles gloriosus à Plauto redditur. Ventosum etiam non malè (meo quidem iudicio) reddideримus, aut Vanum hominem: vt & Plutarch. κενοὶ καὶ ἀλαζόνες copulat. Pro me facit & Xenophon, cuius hæc verba sunt Pæd. 1, ὁ μὲν γὰρ ἀλαζὼν ἐμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ὅτι τοῖς πρεσβυτέροις καὶ πλουσιωτέροις ἔξεστι, καὶ αἰσχιστέροις, καὶ πιστοτέροις ἀ μὴ ἱκανοί εἰσιν ὑπερηφανεύεσθαι, id est, Nam mihi nomen ἀλαζὼν indūtum videtur fuisse iis qui se & ditiores esse simulant & magis strenuos quàm sint: & ea quæ præstare non possint, polliceantur. ‖ Item ἀλαζὼν. Mendax, Vaniloquus. nam Plato ἀλαζόνα dixit pro ψεύστας, Suida teste.

Ἀλαζὼν pro ἀλώμενος, id est Vagans Errans. vel (exprimendo participium per nomen) Vagans, Erro. Sic autem vsurpari ἀλαζὼν ab Alcæo testatur Suidas, qui ἀλαζὼν non solùm πλανᾶσθαι τὸν ἄλης ζῶν deducit, vt alii: sed & aliam adfert etymologiam, vt videlicet sit ἀλαζὼν, ὁ ἄλλως ζῶν, id est ματαίως. hoc est, Vanè & inaniter viuens.

Comparatiuus gradus Ἀλαζονέστερος, Superlatiuus Ἀλαζονέστατος. Plato in Philebo, ἡδονὴ μὲν γὰρ ἀπάντων ἀλαζονέστατον. sic enim habet Athenæus. at Eustath. ἀλαζονίστατον.

C. Ἀλαζοχαυνοφλύαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Compositum nomen ex tribus, ἀλαζὼν, χαῦνος, & φλύαρος: vt sit ἀλαζοχαυνοφλύαρος qui simul est ἀλαζὼν & χαῦνος & φλύαρος, id ex Qui simul est ostentator & animo remisso & nugax. Vide significationes τοῦ χαῦνος. Post ἀλαζὼν apud Suidam habetur ἢ ἀλαζοχαυνοφλύαρος, ὁ μέθυσος καὶ ληρος. Vtitur hac voce Archestratus apud Athenæum lib. 1, in hoc versu, Εἰ δέ τινες σκώπτουσιν ἀλαζονεχαυνοφλύαροι.

C. Παραλαζὼν, q.d. Mendicus ostentator. Alexis apud Athenæum lib. 6, οἶδα δὲ κἀγὼ πινὰ πολίτην ἡμέτερον πλουραλαζόνα. Quo verbo declaratur is qui quum pauper sit, diuitis tamen fastum præ se fert.

C. Φιλαλαζὼν, Ostentationis amator, ex Budæo citatur in vulg. lex.

Ἀλαζονικὸς, ον, ὁ, Ostentatorius, Iactatorius, Ad ostentationem pertinens, Ad ostentationem compositus. Item Ostentationi deditus. Et pro ἀλαζὼν, id est Ostentator, Iactator. Xenophon ἀπομν. 1, οὐδὲ ἀλαζονικὸς ὢν οὔτ' ἀμπεχόνῃ οὔτ' ὑποδέσει.

¶ Ἀλαζονεύομαι, F. εύσομαι, Me ostẽto, Me vendito, Iactantia vtor, vel ostentatione, Iactator sum siue ostentator. De me falsa prædico. Pro quo alii interpretantur, Ostẽtabundè mentior. Exponitur & Glorior: sed hoc verbũ per se vix ponitur, itidem vt ἀλαζονεύομαι. Isocrates de sophistis, νῦν δ' οἱ πολεμῶντες λίαν ἀπεθεσκεπτῶς ἀλαζονεύονται, πρὶν ἡκάσιν ἄστε, &c. Idem in Panathenaico, ὡμίλει γὰρ οὕτως ὀλιγωρῶς εἶχε, τίς ἀλαζονεύοιτο μὴ πολεμῶν, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ μετείναι διειλεγμένος, id est, Ostentatoribus aduersans, & de me modestè loquutus. Idẽ autẽ esse ἀλαζονεύεσθαι & ἀλαζονείᾳ χρῆσθαι videtur ex eodem loco patere. nam subiungit, ὥστε μηδένα πώποτ' ἐρεῖν πιστὸν τοῖς λεγόντων ὡς ἐγὼ τοιαύτως ἀλαζονείαις ἐχρησάμην. Xenophon, τοῦ ἀλαζονεύεσθαι ἀποτρέπειν τοὺς συνόντας, pro, τῆς ἀλαζονείας, Ab ostentatione auertere discipulos. Ἀλαζονεύεσθαι apud Aristophanem exponitur ἐμβύδεσθαι. Apud Galenum, Vaniloquenter dicere Budæus vertit. ‖ Ἀλαζονεύομαι cum accusatiuo, citatur ex Aristot. Oeconom. 1, τὴν ἀλαζονεύεσθαι, & exponitur Mores mentiri & sibi effingere falsò. Qua in significatione tamen rectius diceretur Ementiri. Itidem libri Sapientiæ cap. 20, ἀλαζονεύεται πατέρα θεὸν exponunt, Gloriatur patrem se habere Deum.

Ἀλαζόνευμα, ατος, τὸ, Iactatio, Ostẽtatio, Gloriatio propter aliquod facinus, vel de aliquo facinore. Idem quod ἀλαζονεία. nisi quòd hæc est magis perpetua, nec ob certam aliquam rem, aut certo tempore. ‖ Item ἀλαζόνευμα, Facinus insolentiæ, Insolenter factũ, à Budæo exponitur ex Æschine in Ctesiph. ἡλίκον δ' ὀξὺ τὸ ἀλαζόνευμα τοῦτο, ἐγὼ πειρήσομαι μεγάλῳ σημείῳ διδάξαι.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, Iactãtia, Iactatio, Ostentatio, Venditatio, Gloriatio. Apud Ath. lib. 9, ἀλαζονεία cuidam sophistæ tribuitur, vt ἀλαζονεύεσθαι sophistæ dicuntur ab Isocrate. Æschines in Ctesiph. ἀλαζονείαν & κόμπον copulat, ἀφελὼν τοῦ ἀλαζονείαν καὶ τὸν κόμπον τὸ ψηφίσματος. Vlpianus Demosthenis enarrator ἀλαζονείαν ait esse hominum plura quàm præstare possint pollicentium: atque huic contrarium esse εἰρωνείαν quæ dissimulat ea se præstare posse quæ potest. Quam Vlpiani annotationem eo lubẽtius recipio quòd reperierim apud Plutarchum (si bene memini) itidem ἀλαζόνα & εἴρωνα inter se opposita. Et vt ἀλαζονείαν definit hic Vlpianus, ita & ἀλαζονεύεσθαι Xenophon in paulo antè citato loco definit. Aristoteles quoque Rhet. 2 ἀλαζονείαν describens ait eius esse, sua prædicare, & de se quædam polliceri, item aliorum facta sibi adscribere. Vide eundem in Ethicis, variis locis. ‖ Ἀλαζονεία exponitur etiam Vaniloquentia: sed intellige Vaniloquentiam hominis in laudem suam. Vnde malè putãt quidam ab Isocrate in hoc Areopag. loco, αὕτη γὰρ ὅδε αἰτία καὶ τῆς ψευδολογίας τῆς περὶ ἐμὲ γιγνομένης καὶ τοῦ διαβεβλῆσθαι, ψευδολογίαν poni pro eo quod dixerat ἀλαζονείας antea. hic enim ψευδολογία est mentiendi aduersus alium, & in eius dãnũ ac vituperiũ, non autẽ in suum commodũ & in suã laudẽ. ‖ Exponitur etiam ἀλαζονεία, Prudentiæ simulatio: sed nimis arctè. nam ἀλαζονεία est simulatio non prudentiæ tãtùm, sed generaliter cuiuslibet virtutis, aut cuiuslibet facti aut dicti laudabilis.

C. Ἐπαλαζονεύομαι, vt ἐπαλαζονεύομαι πύτῳ, Iacto me hac de re, vel hac in re. Vulgata autem lexica interpretantur Insulto. Hesychius verò ἐπαλαζονεύομον (pro quo malè in vulg. edit. legitur ἐπαναλαζονεύομον) exponit καταθρασυνόμενον,

C. ΚΑΤΑλαζονεύομαι, Iactabundè aliquid dico, vel facio. Item, Arroganter & vanè commemoro. Demosth. ἀνὴρ φύσει καὶ καταλαζονεύεται πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα, id est (Bud. interpr.) Magnificè & insolenter iactabit, Deprædicabit se fecisse. Apud Isocr. πρὸς ἀνπόστως alia cõstructione, καταλαζονεύεσθαι πρὸς τὸν πλοῦτον, iactare se & gloriari de diuitiis. Bud. exponit simpliciter Mentiri, quod mihi non placet.

C. Εὐαλαζονεύπτης, Ad iactandum apti, In vulg. lex. quod valde suspectum est.

ΑΛΩΠΗΞ, εκος, ἡ, Vulpes. ab ἀλῶ (id est Decipio) & ὤψ, Oculus: vt ita nominata sit à fallendis oculis. Vel ἀπὸ τοῦ ἀλίζω, ἡ ὀνομασθεῖσα παίζουσα. vtrunque etymum apud Etymologisten. Eustathius habet duntaxat, πρὸς τὸ ἁλᾶν τὸ πανοῦργον. Vide Ἀλωπὰ & ἀλωπὸς paulo post. Vocatur alio nomine κυρδὼ à Græcis. ‖ Annotatur & masculino genere positum in Canticis.

Ἀλωπὲξ, Vulpecula quædam volucris. Citatur ex Aristotele lib. 2. De anim.

Ἀλώπηξ, Piscis quidam, vide Ἀλωπεκίας paulo post.

Ἀλώπεκες, Partes quædam carnium musculosæ circa clunes, inquit Bud. Alii ex Polluce interiores lumborũ musculos exponunt: licet Clearchus exteriores spinæ musculos ita vocauerit, apud Athen. lib. 9, οὐρκες μυωτὰ καθ' ἑκάτερον μέρος, αἱ τὰ φῶτα, οἱ δὲ ἀλώπεκες, οἱ δὲ νεφρῖτες καλοῦσι. Vbi legitur & ψοιας.

Ἀλωπὲξ, Genus quoddam saltationis. ὄρχησίς τις, inquit Hesych.

Ἀλωπηξ, Alopecia, Callimach. in hymno in Dianã, — ὡς ὑπὸ κορσῴῳ Φοῖνιξ ἐνιδρυθεῖσα κόμῃ ἐπενείματ' ἀλώπηξ. Vide Ἀλωπεκία, paulo post.

Ἀλώπηξ metaphorice, Homo astutus. Aliquando etiam Homo fraudulentus & dolosus. Sic Luc. 13 vsurpauit Christus, πορευθέντες ἐκεῖνα τῇ ἀλώπεκι εἰπάτε, Ite dictum vulpi illi. Sic & Galli hominem astutum vocant *renard*, aliquando *un fin renard*, quasi dicas astutam vulpem. Horatius, Nunquam re fallant animi sub vulpe latentes. Ex vulpis autem astutia manarunt etiam prouerbia quædam. vt Vulpinari cum vulpe. &, Si leonina pellis non sufficit, vulpina assuenda est. Sunt autẽ hæc verba ex Græcis Plutarchi translata, quæ adscribam in Ἀλωπεκῆ, paulo post.

Ἀλωπὰ, Idem quod ἀλώπηξ, Hesychius. ‖ Idem Ἀλωπὼ exponit ἀλωπεκώδης, πανοῦργος, id est astutus, fraudulentus. ad verbũ autem ἀλωπεκώδης sonat quasi dicas Vulpinus. Addit vsum hoc nomine ἀλωπὼ Sophoclem. Videri autem possit idem etymum conuenire nomini ἀλωπὼ quod & nomini ἀλώπηξ tribuitur: imò verò melius illi quàm huic quadrare, videlicet ab ἀλῶ & ὤψ, quòd multa ab ὤψ deriuata hanc in ωπος terminationẽ habeant. Quòd si hoc sequamur, nihil necesse fuerit ab ἀλώπηξ deducere.

Ἀλωπεκῶν, ου, τὸ, diminut. Vulpecula.

Ἀλωπεκὶς, ίδος, ἡ, Catulus vulpis. ‖ Item, Canis è vulpe & cane progenitus (qui & composita voce κυναλώπηξ) teste Xenophonte in Cynegetico, vbi scribit, ἀλωπεκίδες κύνες, διότι ἐκ κυνὸς τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. ‖ Hesychius scribit duntaxat, ἀλωπεκίδας genus esse canum. In vulg. lexicis (certè in omnium primis) annotatum est, ἀλωπεκίδα significare pellem vulpinam: & ita ἀλωπεκὶς pro ἀλωπεκῆ caperetur. Cuius significationis exemplum desidero. ‖ Ἀλωπεκὶς, Vitis genus, quæ vnde nomen acceperit, indicat Plin. lib. 14, cap. 3, vbi vitium genera describens, ait, Contrà damnantur etiam visu cinerea, & rabuscula, & asinisca, minus tamen caudas vulpium imitata alopecis. Apud Hesychiũ legimus ἀλωπεκίνως, esse nomen cuiusdam vitis, & vini quod ea producit. Quam vocem apud illum deprauatam haberi manifestissimum est. fortasse autem post ἀλωπεκὶς scripserat, καὶ ἀλωπεκίτης οἶνος. nam ἀλωπεκὶς com-

mune viti & eius vino esse nomen, mihi parum fit verisimile.

Ἀλωπεκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vulpinus. Item, Vulpem imitãs, id est, Vulpis astutiam imitãs, Astutus & fraudulentus more vulpis, Dolis & imposturis vtens. nam ἀλωπεκώδης exponitur πανοῦργος ab Etymologista: apud quẽ tamẽ ἀλωπεκάδης scribitur: legitur verò ἀλωπεκάδης & apud Varinum. Ita etiam habetur in vulgatis lexicis Græcolatinis. sed vndénam esse possit et hæc in άδης terminatio? Mirum verò tam euidẽs mendũ in tam multis locis seruatũ fuisse. Hesychius quidem ἀλωπεκώδης habet, quod tamen non explicat πανοῦργος: sed ἀλωπεκώδης & πανοῦργος ponit pro explicatione nominis ἀλωπὼς vt antea docui.

Ἀλωπεκῆ, ῆς, ἡ, Vulpina pellis. Ex ἀλωπεκὴν per cõtractionem ἀλωπεκῆ, vt λεοντῆ ex λεοντέην, itidem λυκῆ ex λυκέη. Iones vtuntur & non contractis. Herodotus, ἀλωπεκέας ἔχοντες. Plutarchus in Apopthegmatis, ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσσεραπέον εἶη πρὸς ἀλωπεκῆν. Vbi metaphoricè poni existimo ἀλωπεκῆν pro astutia seu fraudulentis artibus, sicut λεοντῆν pro aperta vi.

Ἀλωπεκῆ item δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, Hes. Hinc ἀλωπεκῆθεν, ἀλωπεκεὺς & ἀλωπεκαυός. Vide Suid.

Ἀλωπεκίας, ου, ὁ, quasi quis dicat Vulpinaris. nã ἀλωπεκίας paulo aliud sonat quàm vulpinus. In vulgatis l. Græcolat. annotatum est ἀλωπεκίαν à Luciano dici quendam signum vulpis in fronte habentem.

Ἀλωπεκίζω, F. σω, Vulpinor, Astutè ago, Fraudulẽtè ago, Artibus fraudulentis vtor, Fraudibus & dolis vtor. Prouerbium est, ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, Cum vulpe vulpinari, vel aduersus vulpem vulpinari. Aristophanes in Vespis, οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν. vbi scholiastes exponit πανουργεῖν, id est, Fraudulentè agere, Fraudibus & imposturis vti. item κολακεύειν, id est Assentari.

Ἀλωπεκάω, ῶ, In vulg. lex. Græcol. exponitur Decipio. Videtur idem esse quod ἀλωπεκίζω.

Ἀλωπεκία, ας, ἡ, Defluuium capillorum, aut generaliter pilorum. Alexander Trallianus medicus sic orditur librũ suum à patre meo excusum. Ἀλωπεκία πάθος ὅτι, περιχῶν μάδισις. Vide & aliam apud Galenum definitionem. ‖ Plurali numero ἀλωπεκίαι apud Dioscoridem, l. 1 capite 79, vbi de auellanis loquens ait, ἀλωπεκίας ὀδηχιεῖν τα δασύει. exponũt autẽ hic Defluuia capilli: Sed cur plurali numero vsus esset Diosc. potius quàm singulari? Malim ergo per ἀλωπεκίας intelligere loca glabra in capite vel barba. Fortasse etiã loca glabra in quauis parte corporis non malè intellexeris. ‖ Ἀλωπεκίαι pro corruptionibus & immutationibus sũmi corporis, in vulg. lexicis Græcol. ex Aristotelis in probl. sectione 38.

Ἀλωπεκία, Vulpis latibulum, seu cauernula ἀλώπεκος φωλεός. vt Matth. 8, αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, quod vet. interpres vertit, Vulpes foueas habẽt. Ἀλωπεκία inquit Hes. αἱ τοῦ ἀλωπέκων καταδύσεις. Eadem verba & Etymologistes.

Ἀλωπεκία à Suida exponitur etiam πῶς καὶ φαλαία, id est galea.

Ἀλωπεκία, Insulæ nomen. Stephanus ex Strabone.

Ἀλωπεκίασις, εως, ἡ, Idem quod ἀλωπεκία. Habet autem ἀλωπεκίασις, formam nominis verbalis, deriuati videlicet à verbo ἀλωπεκιάω.

C. Κυναλώπηξ, q.d. Caniuulpis, ET Πιθηκαλώπηξ, q.d. Vulpisimia, ET Χοιραλώπηξ, q.d. Vulpanser, vide in Κύων, in Πίθηκος, in Χοιρὸς. Quod & in aliis faciendum, si qua occurrent huiusmodi.

C. Ἀλωπεκόννησος, ου, ἡ, Vrbs Hellespontiæ Cherronesi. Sonat autem hæc appellatio ad verbum, Vulpis aut vulpium insula. Fuit enim ex oraculi iussu condita, quod imperauerat ibi vrbem condere vbi vulpis catulos vidissent vt scribit Stephanus. sed error est apud eum. corruptè enim legitur χρησθεῖσα pro κτισθεῖσα aut κληθεῖσα.

C. Ἀλωπεκουρος, ου, ἡ, Vulpina cauda. Herba quædam Theophrast. l. 7. Hist. pl. c. 10.

C. Ἀλωπόχροος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vulpicolor, Vulpis colorem habens. ὁ πολιὸς, inquit Suidas. ὁ πολιὸς καὶ ἀλώπεκα, Eust.

¶ Ἀλωπεκίας, ου, ὁ, Piscis quidam (quem Plinius inter pisces mari peculiares nominat lib. 32, cap. 11) ex genere τοῦ σκαλαχίου. de quo Athenæus l. 8, ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὁμοίως ὅτι τῇ χρόᾳ τῷ χρυσαίῳ ζῴῳ. διὸ καὶ τὸ ὄνοματος ἔτυχε, id est Alopecias autẽ similis est terrestri animali, vnde & nomen accepit. ET Ἀλώπηξ itidem piscis cuiusdam nomen apud eum, lib. 7, & quidem eiusdem piscis, vt opinor. Illo enim loco, quũ inter Rhodios pisces mentionem ἀλώπεκος fecisset, subiungit ex Archestrato, Εν δὲ Ῥόδῳ γαλεὸν τὸν ἀλώπεκα. Ante illa autem verba quæ modò ex libr. 8 protuli, præcedunt hæc, τοῦ δὲ σκαλαχίου ἐμβροῖς, κρεώδης, ὁ δὲ γαλεὸς κρέατων ὁ ἀστερίας καλούμενος. sequuntur verò illa, ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὅμοιος ὅτι, &c. Ex quorum locorum collatione colligo ἀλωπεκίαν siue ἀλώπεκα, esse vnam γαλεοῦ speciem, sicut & ἀστερίαν.

Ἀλύω, (ex quo Latinum Allucinor factum Verrius scripsit teste Gellio) Errabunda mente afficior & incerta, impotentique consilio, Mœrore confectus & ob id inquietus oberro, vt interpretatur Budæus, citans hunc Plutarchi locum, de Antonio Cleopatram expectante miro animi angore, veluti prurientis, καὶ βεβαδιωούσης ἀδημονοῦν ἤλυε. & hunc Luciani de Tyr. ἢ ὥσπερ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἀπολλυμένη. atq; adeo Homericũ hunc Il. vltimo, de Achille Patroclũ lugẽte, --πόνε δ' ὀρθὸς ἀϋτεῦ Δηθύνεσκ' ἀλύων περὶ κῆρ ἀλόχοιο. Item positũ apud eundem Plutarchũ ait pro Oberro & temerè expatior: vbi de eodem Antonio loquens, qui in Lybiam aufugerat, ait, ἀπολαύων ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος. Cui loco nõ malè hic eiusdẽ adiungetur qui est in Romulo, ἀλύων ὑπὸ φρενῶν, & hic quoque qui est itidem eius in Artoxerxe, λαβοῦσα δ' ἡ πυτὶ τὴν Αρτοξέρξου ὀρμημένην ἀλύειν φρενῶν οὔσης, πρὸς ὑπολεῖπε, περὶ χιλίων δαρεικῶν κυβεῦσαι. Hæc autem significationem ex iis quas Budæus annotat, primã posui: quòd Etymologici autor duo huius verbi ἀλύω etyma tradat, quorum vnum est hoc, vt sit ab ἀλῶ, id est Vagor: quòd qui anxii sunt, vagari soleant. Alterum est, vt ἀλύω sit ex λύω & α priuatiuo: sitque ἀλύω, quasi Solutionem malorum non inuenio. id est rationem nullam inuenio qua me exoluam & liberem malis. Erophilus medicus ἀλύειν & πλανᾶσθαι synonyma esse voluit, vt tradit Erotianus, eum reprehendens. Fortasse tamẽ alicubi reperietur ἀλύειν, iuxta Erophilum, idem esse quod πλανᾶσθαι, aut saltem ei maximè vicinã significationẽ habere. Certè ἀλύων & πλανώμενος copulat Plutarchus in loco paulo antè citato. nec fortasse idem dubitasset pro ἀλύων ὑπὸ φρενῶν dicere πλανώμενος ὑπὸ φρενῶν. ‖ Item Ἀλύειν apud eundem Plutarchum ait Budæus significare Animo concidere, & languere præ consilii inopia & mœrore, in hoc qui est in vita Ciceronis loco, οὐδὲς δ' ἀλύων καὶ μεταβαλλόμενος κατήει εἰς θάλασσαν. quasi spe deplorata cõfectus. Quã significationem existimo conuenire posse huic Euripidis loco, in Oreste. Ἐα. τί χρῆμ' ἀλύω, πνεῦμ' αἰεὶ δὴ πνεῦμ' ὀνόμων; quæ verba Budæus citat, sed nullam Latinam interpretationem subiungens. Scholiastes autem in hunc locũ annotat, poetas duobus modis ἀλύειν vsurpare interdum pro δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, id est morderi & anxium esse: interdum pro γανυσθῆναι & χαίρειν, id est, Superbire & gaudere: quam significationem paulo pòst tractabimus. Sciendum est autem hanc annotationem (quo maiorẽ ei fidem tribuamus) mutuatũ esse à Plutarcho interpretem (vt paulo pòst ostendemus) qui δάκνεσθαι ad verbum Morderi) videtur accipere pro Angi, vel Ringi animo: eo ferè modo quo dixit Ouidius, Mordeat ista tuas aliquãdo curas medullas. Huius porro significationis, videlicet τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, citat exẽplũ hoc Plutarch., Ὡς ἐφαθ' ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεθήσατο πείρατ' ἀνῶς. Est autem versus Homericus, vbi Erotianus in lex. in Hippocr. ἀλύουσα exponit ἀποροῦσα καὶ ῥιπαζομένη. Notandum est autem ab Hippocrate copulari ἀλύων καὶ ἀδημονέων, vt ἄλυς καὶ ἀδημονία copulata à Plutarcho videbimus paulo post. ‖ Ἀλύων exponit Stomachans idem Budæus in hoc Homeri loco, Odyss. ι, Τὸν μὲν ἔπειτ' ἔρριψεν ἀπὸ ἑῦ χροὸς ἀλύων.

Ἀλύω, Gaudeo, Exulto, Superbio. Homerus Odyss. ε,

Ἡ ἀλύεις ὅπ Ἴρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην; An superbis quòd Irum mendicum superaueris? vel, An te gaudio effers quòd, &c. Hunc enim versum citat Plutarchus in lib. De aud. poem. probare volens ἀλύειν poni interdum pro γανυσθῆν καὶ χαίρειν. Plut. autem verba. sunt, καὶ πῶ ἀλύειν ποτε μὴ αὐτὴ τῶ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι κεχρῆται (Ὡς ἔφασ', Ἡσ' ἀλύουσ' ἀπεβήσαντο, πέρετο σ' ἀείρω.) ποτὲ δὲ αὐτὴ τῶ γανυσθῆν καὶ χαίρειν, Ἡ ἀλύεις ὅπ, &c. vt modò citaui.

Ἀλύω, Insanio, etiam significat, secundum veteres, vt tradit Eustathius. ‖ Item, μηδὲν παράω. id est Nihil ago, hoc est, Otiosus sum, Viuo in otio. quæ significatio consentanea est locis Plutarchi à me citatis, ἀλύων ἀπὸ σχολῆς, & ἀλύειν σχολῆς οὔσης, item ἄλλω καὶ σχολῶ.

Ἀλύειν quidam (Eustathio teste) aspirandum contendunt, quum significat ἐπαίρεσθαι, id est, Efferri, vel Efferre sese: tenuãdum autem pro λυπεῖσθαι, hoc est Mœrore affici. Suidas quoque tradit pro γανυθῆναι aspirari, ἀπὸ τῆς ἀλέας: pro ægrè ferre, tenuari. quanquam apud eum ἀλέας tenuatum est. Alibi testatur idem Eustath. scribi solitum ἀλύειν cum υ.

Ἀλυσμός, idem quod ἄλις, Anxietas animi, Mœror. Erotianus in lexico in Hippocr. ἀλυσμόν exponit ἀπορίαν, ἀμηχανίαν.

Ἄλις, ὁ vel ἡ, Oberratio & expatiatio quæ temerè fit, vt ab iis qui non habent quod agant. Plut. in Probl. Rom. καὶ παλαίσρας πολλὰ ἄλλω καὶ σχολὴν ἐπτεκούσας τῆς πόλεως καὶ κακοσχολίαν. Sic ἀλύων ἀπὸ σχολῆς & ἀλύειν σχολῆς οὔσης ex eiusdẽ Plutarchi locis paulo antè protuli. Et Budæus in his eiusdẽ verbis, ἀπὸ λαύων ἐρημίας ἀφθόνου σὺν ἡδυσὶ φίλοις, ἀλύων καὶ πλατύθυμος, exponit ἀλύων oberrans & temerè expatiãs. Fortasse tamẽ ἄλις in illo Plutarchi Problem. loco non tam est Oberratio, quàm Remissio quædam animi vagi & nulli certæ occupationi addicti. Vel Remissus quidam & languidus animi status, vt est otiosorum. Nam Eustathius ἀλύειν ait inter cætera significare ἐν ἄλῃ καὶ παρέσει τὸν ψυχὸν ἔχειν. ‖ Est item ἄλις Anxietas mentis, Mœror. Plutarchus πῶς αὖ πς ἄθυ. ἑαυτῶ. τοῦ κόπ. Αἴτε ἔλαφος τῶ φρονήματος δεῖ ἀλύωσι τὴν ἄλυν καὶ πῶ ἀδημονίαν. Vbi nota copulari ἄλιν & ἀδημονίαν, vt ab Hippocrate ἀλύων & ἀδημονέων copulãtur. Eustathius ἄλις exponit ἄλη, ῥιπασμός. sed ego Eustat. locũ corrigẽdũ puto, & reponẽdũ ῥιπασμός. vt ἀλύουσα Erotianus exponit ὑπροῦσα καὶ ῥιπαζομένη.

¶ Ἀλύατω, factum ab ἀλύω, Anxius sum, vel Anxio sum animo, Indignor. ‖ Aut, Rabie percitus sum, Insanio. ‖ Itẽ, Tremo. Hes. Vide Eustathiũ in hunc versum 70 Homeri, Il. Οἵ χ' ἐμὸν αἷμα πιόντες, ἀλύσατον τοῦ θυμῶ. HINC Ἀλαλύκτημαι præt. pass. ab ἀλυκτῶ facto ex ἀλύσω, Interiecta syll. λα. Nisi dicamus esse præsens pass. ab ἀλύκτημι. Vide Eust. p. 792, vbi exponit ἀλαλύκτημαι apud Hom. δυσχεραίνειν & ἀδημονεῖν. at Cic. interpr. Non sum compos mentis.

¶ Ἀλυσαίνω, itidẽ ab ἀλύω, Imbecillus sum, Viribus sum cassus. Hesych. Eustath. Sed apud Hesychiũ ἀλυσαίνειν legitur per τ, apud Eustathiũ ἀλυσθαίνειν per θ. Ego meliorem lectionem esse existimo per τ. quum ἀλυσταίζω per τ scribatur.

Ἀλυσταίζω, Idem quo ἀλύω. Hesych.

¶ Ἀλύσκω (vnde ἀλύσκάζω) deductũ itidem ab ἀλύω quidam tradiderunt, quod negat Etymologicus: cui assentior, ideóque alibi ponendum censui.

Α΄ΛΔΕΩ, ῶ. F. ήσω. Augeo, Do augmẽtum siue incrementum. vnde cõpositum Ἐναλδέω, q. d. Intrinsec augeo. Nic. Δεινὼ βρωμένεπς ἀνθηδήσασα κορώνω. Eustat. ponit ἄλδω vel ἀλδέω, vnde ἀλδήσκω.

C. Ἀναλδὴς ET Εὐαλδὴς, ex ἀλδέω & α priuatiuo. Ἀναλδὴς est Non crescens, Incremẽtum non capiens. Vnde ἀναλδὲς apud Hippocratem, quod Erotianus exponit ἀνεύξεις. Nonnulli malè ἀναλδὲς cum ἀναλθὲς confuderunt, de quo mox dicam. At Εὐαλδὴς contrariam significationem habet, videlicet pro Bene crescens & feliciter, Bonum incrementum accipiens. Hesychius ἀναλδῆ exponit ἀναυξῆ. ET Εὐαλδέως aduerb. apud Hippocratem, qui quod dicit δεξιᾶς καὶ ἀναλδέως, Cornarius vertit, Feliciter & cum profectu.

Ἀλδήσκω, Augeor, Cresco, Incrementũ accipio: vt Iliad. φ, Λιτοῦ ἀλδήσκοντος. Vbi Eustathius vult ἀλδήσκειν propriè dici de augmento quod fit irrigatione seu humectatione, tanquam videlicet ex ἐρδω deductũ mutatione literæ ρ in λ. Sed parum sibi constat in huius verbi etymologia Eustathius: quippe qui alibi ἀλδήσκω ex ἀλδῶ deducat: ἀλδῶ autem ab ἄλλω siue ἄλλομαι, quòd ea quæ crescunt, veluti in altum subsiliant. Legitur autem apud Suidam ἀλδίσκω per ι, sic & apud Hesychium ἀϊδίσκοντος. Malo tamen ἀλδήσκω per η scribere, ab ἀϊδῶ. vt & apud Homerum scriptum reperitur ἀλδήσκοντος in loco modò citato. Quinetiam Ἀλδήσκος fluuius per η scribitur.

¶ Ἀλδαίνω, Augeo, Do incrementum siue augmentum. Odyss. σ, & ω, — μέλε' ἤλδανε πυμφὶ λαοῦν. Nicander in Alexiph. — πῶ τε κίλιωτα Πρηόνες ἀλδαίοισι τοῖ πτεμμυεί δα κέρσου.

Ἀλδαίνομαι, Augeor, Cresco. Ab Hesychio ἀλδαίνει exponitur, Impletur. Crescit Pullular.

C. Ἀνάλδαίνω, vacante tamen præpositione, apud Nonnum, ἐστὶ αὐαλδαίνει καρπὸν.

Α΄ΛΘΩ, Sano, Medeor, ab ἄλδω, vt tradit Eustathius. Hinc passiuum ἄλθομαι, à quo ἄλθεπο apud Homerum, pro ἤλθεπο, Iliad. ε, Ἄλθεπο χεῖρ, ὀδυνᾶς δὲ κατηπίσωνπο βαρεῖας. ‖ Est etiam Augeo.

Ἀλθέω, θῶ, pro eodem. vnde passiuum Ἀλθόμαι, οῦμαι. ET Ἀπαλθόμαι compositum quo vtitur Homerus Iliad. θ, Ἔλκε' ἀπαλθήσεσθον. Vbi Eustathius ἀπαλθήσεσθαι inquit τὸ θεραπευθήσεσθαι, aut actiuè θεραπεῦσαι εἰς ὑγίειαν.

D Ἄλθος, εος, τὸ, Sanatio, Medela, Medicamentum, Hesychius. ET Ἀλθεὺς, Medicus, Idem Hesychius. ET Ἀλθῆνες, Sanitati conferens, Saluber, θεραπευτικὸς Nicand. ET Ἀλθηπήριον idem quod ἄλθος, Medela, Remedium: apud eundem Nicandrum in Theriacis, Τῶ μὲ γὰθ ρόνα πάντα καὶ ἀλθηπήρια νούσων. ET ἀλθαία, herba, Maluæ syluestris genus, quæ & ibiscus vocata fuit: vt scribit Dioscorides lib. 3 cap. 163. Appellata est autem ἀλθαία quasi quis dicat Medicamentosa, ob eam quæ pollet medendi vim, vt ex Dioscoride referam mox in voce Πολυαλθὴς. Meminit & Theophrastus Hist. plant. lib. 9, cap. decimoquinto. Sũt qui & ἀριπαλθαίαν dictam tradunt.

C. Δυσαλθὴς, ET Εὐαθθὴς (quæ inter se opponũtur) ET Πολυαλθὴς. Est autem Δυσαλθὴς, Sanatu difficilis, Cuius sanatio difficilis est, Ægrè sanabilis. Sic apud Dioscoridem δυσαλθῆ ἕλκη, quæ non facilè sanari possunt. Sic dicuntur δυσαλθεῖς νόσοι quæ vsitatiore vocabulo δυσίατοι. Item per metaphoram in Epigr. δυσαλθὴς αἰών. Quidam autem δυσαλθὲς male exposuerunt Insanabile Incurabile. qui error in vulgatis etiã est lexicis. H VIC contrarium Εὐαλθὴς, Sanatu facilis. Εὐαλθέα (inquit Erotianus expositor verborum Hippocratis) ἀθεράπευτα. AT Πολυαλθὴς, Multa vi medendi pollens, seu varia, Varium ad medendũ præbens vsum. Dioscorides lib. 3, cap. 163, nominatam scribit ἀλθαίαν herbam δεῖ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρηστον αὐτῆς.

C. Δυσάλθητος Nonno, idem quod δυσαλθής.

¶ Ἀλθήσκω, idem quod Ἀλθέω, siue Ἄλθω, eodem modo quo ab Ἀλδέω habuimus modò Ἀλδήσκω. ET Ἄλθεξις, Sanatio, apud Hippocratem: vt annotãt Erotianus & Galenus. apud quos animaduerte scribi ἄλθεξις vt hîc posui cũ ε, licet ἀλθήσκω scribatur apud ipsum etiam Galenum.

¶ Ἀλθαίνω, idem: vt ab ἀλδέω factum vidimus ἀλδαίνω Hesychius exponit non solùm Medeor siue Sano, sed etiam augeo.

Α΄ΛΕΑ, ας, ἡ, propriè locus apricus, & sole calens, siue tepens. nam ἄλιος Doricè dicitur sol, qui communi lingua ἥλιος. Transfertur autem ἀλέα & ad omnia loca calorem habentia. Hæc Etymol. ‖ Capitur tamen ἀλέα frequentius pro calore, siue tepore: propriè quidem eo qui est ex sole, in locis apricis: transfertur verò & ad quemliber calorem. Apud Athenæum 7, χαίρει σ' ἀλέᾳ· διὸ καὶ τοῖς πῶ ἄμμον τεσ ἔρχεται. Apud Theophrastum l. 4 De causis plant. cap. 3, πῶ ἀλέαν διώκει. Plutarchus de asino bal-

neatoris loquens, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἀλέας, μηδὲ καθαιρόπτης. vbi Erasmus ἀλέαν vertit leporem. Aristophanes ἀλέαν calidum lectum appellauit. Dicitur autẽ ἀλέα, quasi δαλέα, à verbo δαίω (id est vro) si Etymologico credimus apud quem tamen alio in loco alterã illam etymol. habemus modò à me relatã. Certè si ab ἁλὶς esset, spiritu aspero notari deberet: quum tamen passim tenui notatum reperiatur, etiam apud Eustathium: licet pag. 1636 ἀλεαίνειν ab Atticis scribi tradat cum aspero. A δαίω autem deriuatio, aliquantum violenta esse videtur. Quare neutrum me hac in controuersia seruans, hanc vocem illis scripsi literis quibus primitiua soleo.

Ἀλέα apud Homeri posteros pro calore, apud ipsum autem Homerum pro. Effugium. Sic Il. χ, Νῶῦ δ' ἠ ἐγὼν μοι θάνατος κακὸς οὐδέ τ' ἀθύνει, Οὐδ' ἀλέη. ita Eustathius: quem, dum hoc annotaret, puto non recordatum fuisse, ipsum quoque Homerum ἀλέω pro calore vsurpasse, Od. ρ, hoc versu, Αὐτὰρ ἐπεί κε πυρὸς θερέω, ἀλέη τε γήθῃσι. Sed & diuersitatis accentus mentionem non facit, quæ tamen à nonnullis solet pro diuersa signif. cõstitui. nam ἀλεὴ apud Hesiodum pro καταφυγὴ, siue ἀλεωρὴ, id est effugium, seu Vitatio, accentum in vltima habet. Vide Ἀλεώ.

Ἀλεεινὸς, ός, ὸ, Calidus, Tepidus. vt ἀλεεινὴ χώρα, Calida regio, Herodoto & Xenophonti. Apud eundem Xen. ἀλεεινὰ & ψυχρὰ opponuntur in Cyneg.

Ἀλεάζω, Tepeo, Caleo, Calore fruor. Aristot. in Problematis sect. 1, θερμῆ γὰ λούειν δεῖ, ἢ ποτὲ μὲ ἀλεάζει. Apud eũdem, in 2 De part. anim. ἀλλ' ἀλεάζει δεῖ πῶ καμψῖν.

D Ἀλεαίνω, Idem quod ἀλεάζω Caleo. Aristoteles in Probl. ὅπ ἀλεαίνουσα ἡ κοιλία θᾶττον πέπθει, οὔπω δὲ ἢ ἀλεαίνει μᾶλλον, quia calens ventriculus celerius concoquit. ‖ Habet & significationem actiuam, pro Calefacio. θερμαίνω, Hesychius.

Ἀλεαίνομαι, pass. Calefio. θερμαίνομαι, Hes.

C. ΣΥΝαλεαίνω, Concalefacio, Calorem adiuuo, apud Plutarch. Exponitur & Confoueo, ex Catone.

Α΄ΛΕΓΩ, ξω. Curo, Rationem habeo alicuius. Cũ genitiuo, Il. θ, οὔ σευ ἔγωγε Σκυζομένης ἀλέγω. E Apollonius Arg. 2, Τῶν μὲ τ' οὐκ ἀλέγῃ. Cum accusatiuo, Il. η, — θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγοντες. Cum præpositione ὑπὸ iuncta genitiuo, pud Apollonium, Οἷον ἐὴς ψυχῆς ἀλέγων ὑπὸ.

Ἀλεγίζω, F. σω. Idem quod ἀλέγω. Cum genitiuo passim apud Homerum. vt Iliad. θ, — σέθεν σ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω Χωομένης. Copulatur autem ab eo interdum cum μεταβέπομαι, interdum cum ὄθομαι.

Ἀλεχαίνω, Accuro, Paro, Apparo: vt ἀλεχαίνειν δαῖτα apud Homerum, non semel. F

Ἀλεχεινὸς deductum itidem ab ἀλέγω, Curæ plenus, Molestus, vide in ἀλγεινὸς ab ἄλγος.

C. Ἀνηλεγὴς & Ἀνηλεγέως, vide in Ἀπηλεγὴς & Ἀπηλεγέως.

Ἀξία, ας, ἡ, Dignitas eo sensu quo dicitur Pro dignitate rei, id est, Vt res meretur. Demosthenes aduersus Midiam, τὴν κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων τοῦδε τοῦ τόπου δίκην λαβεῖν. καὶ τὴν ἀξίαν, Pro dignitate, Pro merito, vel meritis, Isocrates in Areopag. τὴν δ' κατ' ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσιν. Sic apud Platonē, καὶ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι. Dicitur & παρὰ ἀξίαν: vt τὸ παρὰ ἀξίαν διαφέρειν, i. eius quod pro cuiusq; dignitate est. Et ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, Vltra quàm meremur, Quæ merito nostro maiora sunt, apud Areopagitam. Et παρὰ τὴν ἀξίαν, Præter dignitatem, i. Indignè, Immeritò: vt παρὰ τὴν ἀξίαν ἀτυχῶ. & cum genitiuo apud Demosthenem Olynth. 2, οὐδὲ οἱ παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θεσσαλοί.

Ἀξία, Dignitas, id est Dignatio (inquit Budæus) ἀξίωμα. Demosthenes Pro corona, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς. Cui significationi vicina est ea qua dicuntur οἱ ἐπ' ἀξίας, Magistratus. Lucianus, καὶ τοὺς ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφοροῦντες. Sic dicitur vt οἱ ἐπ' ἐξουσίας.

Ἀξία, Æstimatio. Xenophon Pæd. 8, τὸν γὰρ τινὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοῖς φίλοις, αἰτιᾶσθαι ἐμοιγε δοκεῖ τοῦτο πάσχειν. Apud Basilium in epistolis κατ' ἀξίαν ὑπολεῖν exponitur Æstimatu vile. Plato De leg. 9, τὴν δὲ τῆς βλάβης ἀξίαν, εἴτε δι' ἀπιθίαν, εἴτε πεπραπλασιάσαι οἱ δικάσαντες ζημιόντων. Citatur & ex Xenophōte ἀξίαι plurali numero, εἰσί τινες ἀξίαι φίλων, pro Sunt quædam amicorum æstimationes & valores. Sed non satis Latinum est vocabulum valor.

Ἀξία, Iustum pretiū. Xenophō, οὐδενὶ αὐ μὴ ὀπτῶν τοῦτο δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἐλάττων τῆς ἀξίας λαβών, i. Minus iusto pretio, inquit Budæus. Et apud Æschinē τῆς ἀξίας ἀποδίδοσθαι, Iusto pretio vendere, vt ait idem. Et apud Aristotelem Ethic. 9, τὴν ἀξίαν τιθέναι pro Indicare, quod institoris est & venditātis merces. Dicitur pro eodem ἀξιοῦν vna voce. Itē ἀξία, Iusta merces, Digna merces, Aristot. Ethic. 9, οὐ γὰρ τοῖς χρήμασθ' ἡ ἀξία μετρεῖται, pro Neque enim digna merces philosophiæ pecunia rependitur, Bud. interprete. Sciendum est autē ἀξία in huiusmodi loquendi formulis posse pro substantiuo nomine accipi (sicut in locis modò citatis in quibus Æstimationē interpretati sumus) vt ἀξία sit pro ἀξία τιμή: vel subaudiri nomē τιμή, vt ἀξία cēseatur adiectiuum. At verò in hoc loquēdi genere quod est apud Lucianū, ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν, & ὑπέχειν τὴν ἀξίαν, cōstat ἀξίαν nō esse substantiuū nomen, sed adiectiuum, & substantiuum πρωρίαν debere subaudiri post ipsum, vel δίκην. Dicitur autem τὴν ἀξίαν ἀποτίνειν, vel ὑπέχειν à Luciano, Qui dat meritas pœnas, Qui dat pœnas quas meretur, vel, quibus dignus est. Est defectuosa loquutio (inquit Budæus) τὴν ἀξίαν αὐτοποδοῦναι ἢ αὐτοπλαβεῖν. hoc est, τιμὴν τὴν ἀξίαν καὶ τιμωρίαν. Exemplum autem τὴν ἀξίαν αὐτοποδοῦναι, item τὴν τὴν ἀξίαν αὐτοπλαβεῖν non ponit Budæus: sed eadem esse videtur ratio in hoc genere loquendi, ἀξίαν ἀποδιδόναι, quæ est in isto Xenophontis loco, Prædiæ 4, ὧν δ' ἕκαστος ἄξιος ἐπιδὰν παρ' ὧν τυγχάνει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειράσεται ἀποδιδόναι.

Ἀξιότης, ητος, ἡ, pro ἀξία, Dignitas, Dignatio.

¶ Ἀξιόω, ῶ, Dignum esse censeo, Dignor. Cum genitiuo, vt apud Sophoclē ἠξίωσαν scholiastes exponit ἄξιοι ἡγήσαντο: & apud Thucydidem ἀξιῶ scholiastes itidē explicat ἀξίους ἡγοῦμαι. Sic ἀξιοῦσιν αὐτοὺς πάντων, Omnia sibi vendicant, Dignos se existimāt qui accipiāt omnia. In malam etiam partem, vt apud Demosthenem Pro corona, αἵτινες τοὺς οὐκ ὀρθῶς συμβουλεύοντας ὑμῖν τοῦτο πράττουσιν, τῆς τοιαυτῆς ἀπιστίας ἀξιώσαιτε, id est, Dignos ea censueritis, vel potius, Ea affecerit vt dignos. Plato in Apologia, οὐκ εἰδέναι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός. Sæpius cum infinitiuo, pro Dignū esse iudico (eo modo quo dixit Virgilius, -si credere dignū est) Æquū esse censeo. Aristoph. in Pluto, σὺ γὰρ ἀξιοῖς πάλαι τὰ τοιαῦτα τοιαῦτα ἐαδιεν. Xen. ἀξιοῦσιν αἱ πόλεις τοῖς ἄρχουσιν, ὥσπερ ἐγὼ τοῖς οἰκέταις, χρῆσθαι. Luc. in Anach. τοῖς πλουσίοις πόνοις καταγωνίζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν. vbi ἀξιοῦμεν quidā nō vertūt Æquū existimamus, sed Operæpretium esse existimamus.

Nonnulli, Volumus. Sic & ἀξιοῖς quidam vertunt Vis in illo Aristophanis loco quem proximè citaui, item in hoc Isocratis (& in similibus) in Archidamo, εἰ δὲ μηδεὶς αὐ ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς παιδείας. At μὴ ἀξιῶ est Indignum censeo, Indignor. Aristot. Pol. 5, de tyrannis loquens, διὸ καὶ τοῖς ὀπτεικέσι πολεμοῦσιν, ὡς βλαβεροῖς τοῖς τὴν ἀρχὴν, οὐ μόνον δίκαιον τὸν μὴ ἀξιοῦν ἄρχειν δεσποτικῶς, id est, Quòd indignum censeant se dominico imperio parere. pro δίκαιον ἀξιοῦν ἄρχεσθαι μὴ δεσποτικῶς. Pausanias in Messeniis, οὐκ ἠξίου τὸν ἄνδρα ἰδιωτεύειν, Indignabatur. Thucydides, ὑμᾶς οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δίκαια ἀνέχεσθαι. Item, ἀξιῶ (inquit Budæus) Perhibeo. Existimari volo, Talem me esse prædico. Arrian. ἀξιῶ, οὐ τοὺς δὲ ἀπ' Ἄργους τοῦ Ἡρακλειδῶν εἶναι ἠξίου. Sic fermè Thucydides, καὶ τὰ μὲν παλαιὰ καὶ μέγιστα τοιοῦτοι ἠξιώσαιμι εἶναι, Dignos nos esse censuimus qui tales nos exhiberemus. Quæ exempla Budæus affert. Videtur autem ἀξιῶ itidē pro Existimari volo, & Talem me esse prædico, sumi in hoc quoque Plutarchi loco, οὐ πλούσιος μόνος καὶ λογίους ἀξιοῦσιν, ἀλλ' εἰ μή, &c. Exponitur ἀξιῶ & per verbū Peto, seu Postulo, quæ significatio finitima est supradictæ, pro Æquum esse cēseo. quum enim ἀξιῶ vertitur Peto seu Postulo, intelligendum est Peto vt rem quam æquam esse iudico: vt χρόνον ἠξίουν λαβόντες ἀπολογήσασθαι, Petebant sibi dari spatium ad respondendum iis quæ obiecta ipsis erant. Aliquando copulantur ἀξιῶ & παρακαλῶ, item ἀξιῶ & δέομαι. Demosthenes Pro corona, οἵ τινες ἀξιοῦσι καὶ παρακαλοῦσι αὐτὸν πείσασθαι τὰς ἀπορίας. Idem Ibidem. ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὑμῶν τῶν ἀκούσαι μου. Idem rursus ibidem, ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι τοῦτο μεμνῆσθαι ὑμᾶς.

Ἀξιῶ, Existimo, Puto. Plato in Apologia Socratis ἀξιοῦτε καὶ ὑμεῖς δίκαιον μου κατηγόρους γεγονέναι. Citatur item ex Herodoto ἀξιοῦν ἀδικεῖσθαι pro iniuriam mihi fieri arbitror. Item apud philosophos pro δοξάζω καὶ δογματίζω, & quasi axioma constituo, vel ὑποτίθεμαι. quod nostrates dicunt, Ego id pro vna maxima pono quasi pro vno axiomate. Ita Budæus, citans hunc Aristotelis locum in problematis sect. decima septima, τὸ νῦν δὴ τῷ ἀριθμῷ τοῖς αὐτοῖς ἀξιοῦν εἶναι ἀεὶ τοῖς γινομένοις, οὐδέν.

Ἀξιῶ, Indico, quod institoris est & venditantis merces. Plato De legibus. lib. 11, ὁπόσοις αὐ τιμῆς ἀξιώσῃ τὸ πωλούμενον. Aristoteles autem τὴν ἀξίαν τίθημι dicit pro Indico. Bud.

Ἀξιόομαι, οῦμαι, passiuum, Dignus cēseor, Dignus existimor vel habeor: vt apud Plutarchum in Publicola, ἀξιοῦθεὶς βουλῆς, Dignus habitus senatu, id est, Dignus habitus qui in senatum reciperetur. Item ἀξιοῦθεὶς vel ἀξιώμορος τύπων, Qui hæc emeruit, Qui hæc est consequutus tanquam is dignus. ἀξιοῦθεὶς τιμῆς, Affectus honore, Quo dignus est habitus, Quum dignati sunt eum honore. ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Dignus habitus qui ad communem mēsam admitteretur. ἀξιωθεὶς τῶν δωρεῶν, Donatus muneribus quibus dignus censebatur. Sunt autem necessariæ hæ aut similes periphrases ad exprimendam vim Græci verbi: non solent tamen semper adhiberi. nam ἀξιωθεὶς δωρεῶν vertitur breuius à quibusdam, Muneribus honestatus. & ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Ad communis mensæ honorem admissus. Itidem ἀξιωθεὶς τιμωρίας (vbi notandum ἀξιοῦσθαι in malā partem capi) Affectus supplicio. pro Dignus iudicatus qui afficeretur supplicio. Cicero Dignari posuit passiua significatione, Græco ἀξιοῦσθαι planè respondens. De oratore libro 3, Res complures dissimiles, quæ tamen simili laude dignentur, ἴσως δὲ ἐπιτίθω τοιαῦτα ἀξιούσθαι.

Ἀξίωμα, ατος, τὸ, Dignitas, Autoritas, Amplitudo. Demosthenes, ὡς δὲ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαβοῦσα ἀπαντᾶ εἰς τὸ ἀμφικτυόνας. Euripides, Τὸ δ' ἀξίωμα κἀν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν, Πείσῃ. Vnde οἱ ἐν ἀξιώματι dicuntur (vt & οἱ ἐπ' ἀξιώσεως & οἱ ἐπ' ἀξίας) Magistratus, Qui honores gerunt. vel Primates. vnde & εἰς ἀξίωμα τοῦ γένους, Honoribus augere, Ad honores prouehere. ¶Huic significationi est affinis hæc quam ponit Budæus ex Constantino in Grammatica, vt capiatur pro autoritate, id est dicto vel scripto magni alicuius autoris. locus Constantini est, πολλὰ γὰρ τοῦτο χρῆται ἀξιώματα τῶν ποιητῶν εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας. Item pro senatus autoritate Gazam vsurpasse annotat.

Ἀξίωμα apud dialecticos, Enuntiatio, vel Enuntiatum, Quicquid enuntiatur, Effatum, Pronuntiatum. Nam his omnibus modis Cicero interpretatur hoc Græcum vocabulum, vt videbis in meo lexico Ciceroniano Græcolatino. Gellius proloquium vocat. Donatus in Terentium annotat ἀξίωμα esse sententiam vel enuntiationem quæ vno verbo nexam contineat & perfectam intelligentiam, eámque à veteribus Verbum appellatam. Verba ipsius Donati proferam. enarrans enim hunc Terentii locum in Andria, Quin tu dic vno verbo, Vno verbo, ἀξίωμα, vna sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enuntiatio vno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim constat ex nomine & verbo. Itē in hunc Eunuchi locum, Vtinam istuc verbum ex animo acverè diceres. Verbū, inquit, pro dicto. Sed propriè ἀξίωμα, id est sententia vel enuntiatio quæ vno ligatur & astringitur verbo, verbum à veteribus dicebatur. Itē in locum illum Adelphorum, Non meum illud verbum facio. Nūc verbū inquit, pro ἀξιώματι posuit, quod vno stringitur verbo. Idem alibi, Completæ, inquit, sentētiæ pronuntiatio ἀξίωμα nominabatur. Plutarchus in Platonicis quæstionibus. τὸ δὲ ῥῆμα καὶ πτῶμα ποιεῖ τὴν τοῦ τόπου, τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ψεῦδος δεχομένου σωθέντος. ἰοῦ οἱ μὲν τοῦτο, οἱ δὲ ἀξίωμα, Πλάτων δὲ λόγον προσηγόρευε. Cicero itidem dicit, Itaque contendit omnes neruos Chrysippus vt persuadeat omne ἀξίωμα aut verū esse aut falsum. Item alibi, Licet enim Epicuro concedenti omne enuntiatum aut verum aut falsum esse non vereri, &c. Notandum est autem Plutarchum in loco quem modò citaui, τοῦτο πάσιν generaliter dicere ἀξίωμα esse τοῦ πάσιν, non certum genus τοῦ πάσιν. quidam tamen τοῦ πάσιν ἀπίστοις siue ἀναπόδεικτοις appellari putarunt ἀξιώματα potius quam τὰς ἀποδείξεις δεομένας. sed Alexander in librum Topicorum 8, Aristotelis, ostendit vtrasque ab eo dici ἀξιώματα. Quid autē thesis ab axiomate differat, vide apud Budæum in prior. annot. in Pandectas ex Ioanne Grammatico.

Ἀξιωματικός, οῦ, ὁ, Habens ἀξίωμα, id est Autoritatē. Autoritate præditus, Autoritatis plenus, vel autoritatis & dignitatis, Plenus maiestatis, Augustus. Dionys. Halicarn. de Isocrate, ὑψηλότερος ὁδῶ Λεσίου καὶ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μεγαλοπρεπέστερος μακρῷ, καὶ ἀξιωματικώτερος. Plutarchus De musica, ἐπὶ τὴν μὴν τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἀξιωματικόν, ἢ τὸ παντικὸν ἀποδίδωσι. Itē Dignatione & maiestate venerādus, Dignitate oris præditus, vt apud Plutarchum de Pompeio loquentem. ¶Ponitur etiam τὸ ἀξιωματικὸν substantiuè pro Amplitudine & dignitate, vt ait Budæus. Idem in Commentariis scribit, Autoritas est ἀξίωμα, τὸ ἀξιωματικὸν, τὸ κῦρος, ἡ πίστις, vt autoritas instrumenti.

Ἀξιωματικοί, Qui in dignitatibus sunt cōstituti. Bud. ex Pand.

Ἀξιωματικῶς, aduerbium, Cum autoritate, Cum dignitate. ¶Item apud dialecticos ἀξιωματικῶς τι λέγειν, Aliquid vt axioma ponere, quod nostrates dicunt Aliquid pro vna maxima ponere. Bud.

Ἀξίωσις, εως, ἡ, Idē quod ἀξίωμα. vnde οἱ ἐν ἀξιώματι & οἱ ἐπ' ἀξιώσεως idem sunt, videlicet Primates vel Magistratus. ¶Est etiam Amplitudo, vt ait Budæus. A Suida exponitur τιμὴ in quibusdam locis quos citat. ¶Et ἀξιώσιν Plutarch. in Cæsare non semel vocat postulatum, vt ait idem. ¶Apud Thucydidem autem ait ἀξίωσιν esse Existimationem vel præsumptionem & fiduciam sese non spernentis. Locus Thucydidis est, hic δὲ οἱ στρατηγοὶ ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν τοῦτον εἰλήφεσαν. μηδενὶ ὄχλῳ ἀθλιωτέροι ὄντες Πελοποννησίων ἐπιχωρεῖν. Schol. autē ἀξίωσιν hîc exponit πίστιν. Quidā verò ἀξίωσιν λαμβάνειν hic vertūt Sibi tribuere vel assumere: vt & apud Plut. in Pericle, οὐκ ἰδίᾳ ἄδικος ἀξίωσις αὐτῷ, pro Nō iniuria id sibi assumebat. Citatur ex eodē Thuc. ἀξίωσις τῶν ὁμοιοτρόπων pro συμμαχία. Præterea ex Hermog. pro

pœna, ex Æschine pro instituto. sed alii aliter accipiũt apud vtrunque. Æschinis locus est hic in Ctesiphontẽ, καὶ πῶ ἀξίων τοῦτω οἴει λανθάνειν ἡμᾶς.

Ἀξιωτέον, aduerb. positiuum, Existimandum est.

C. ΑΝΤαξιόω, ῶ, Vicissim peto, Vicissim postulo, Bud. At in vulg. lex. Græcol. ἀνταξιῶ τὰ ὅμοια citatur ex Thucyd. pro Paria rependo. sed locus examinandus est.

C. Ἀπαξιόω, ῶ, F. ώσω, Dedignor, Nõ dignor, Indignũ iudico, Contemno. ponitúrque interdum absolutè, vt, μηδένες ἀπαξιούσω ἢ τύχης πλεῖσμα νομιζέτω, ὅτι, &c. Interdum cum infiniciuo, vt apud Herodian. lib. 7, τὸ ὃ δ ἑ ὀνὸν ἑκάστοτε ἠύξετο, τῶ μὴ ποτύπου δήμου ἀπαξιοῦντες ἐπ' ὀλίγων καταφρονεῖν. Interdum cum accusatiuo, vt apud Appian. ὁ δὲ δῆμος ἢ Μάρκιον μετόπτα πῶ ἐπαπείαν οὐκ ἐχροτόνησε, ὑ τὸν ἄνδρα ἀπαξιῶν, ἀλλὰ τὸφρόνημα δεδιὼς αὐτοῦ. Plut. De defect. or. ὑ πῶ αὐτομαλίαν ἢ τὸν θεὸν πιεῖ, τὸ μὴ ὄντος ρεφόμενον καὶ ἀπαξιοῦντα πῶ κακίαν, τὸ ὃ πάλιν αὖ τρεφόμενον καὶ ἀγαπῶντα τὰ κακίαν. Auersantem & aspernantem vitia. vt Turn. interpretatur. Interdũ cum genitiuo rei & accusatiuo personæ, vt apud Aristot. De mundo, ὑσ' ἀνθρῶπῶ τῆς καλλίστης ἀπαξιῶσε. Ἀπαξιῶν, Renuens, Inuitus, Dedignans. Plut. αὐτὸ τὸ Μίλωνος μεταβαλεῖν ἐφοβεῖτο φαμὰ ἀπαξιῶσαν ὑς. vbi Bud. μεταλαβεῖν quoque legi posse existimat, & Indignari apud Lat. sic etiã accipi annotat. Ἀπαξιόω Hesychius exponit quoque ὑποφαυβύμαι.

Ἀπαξίωσις, εως, ἡ, Dedignatio, Plin. Contẽptio, Despiciẽtia, Cic. καταφρόνησις, Suid. Polyb. ὁ ὃ Φίλιππος ἐδ' ὑς χρᾶν ὅτι τῆ τῆ Κερκυραίων ἀπαξιώσει.

C. ΕΠαξιόω, ῶ, F. ώσω, Postulo, Rogo: vt vulg. lex. apud Sophocl. interpretantur.

C. ΚΑΤαξιόω, ῶ, Dignor, Dignum iudico, πρῆς ἀξιῶ. Suid. οἱ δ' ὑ καταξιοῦντες ἢ Τίμαρχον, δῆλον τὸ σωιεδέναι τὴς ἰῶ, ὑ φεύσεσδέξαντο. In pass. signif. plerũq; cũ genit. cõstruitur & significat Dignus iudicor aut sum qui &c. vt Lucæ 2, καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα. Eiusdẽ 20, οἱ καταξιωθέντες τὸ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Interdũ cum genit. vt 2. Thess. 1, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς ἢ βασιλείας τοῦ θεοῦ.

Ἀόρ, ρος, τὸ, Ensis, vel Ἀορ: cum ἄ vel ἆ. nã etiam producitur. Od. κ, Σπασσάμενος παύκικες, ἄορ παχέος ἐπὶ μηροῦ. Eodem lib. Ἀλλ' ἄγε δὴ νόκλεφ' μὴ ἄορ ἐξέο. In eodẽ, Ὅν τινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε φορεῖς. Quibus in locis corripitur α, sicut & in aliis multis. Sic apud Hesiod. — ἐρυσσάμενος ἢ' ἄορ ὀξύ. At producitur cum alibi. tũ Il. υ, Τὸν μὲ δευεὶ ἔκλαιν, τὸν δὲ ὀρέδον ἄορι τύψας. Sic autem & in compos. producitur α, vt in proximè sequente χρυσάωρ. Cæterùm ab ἀείρω, deducit ἄορ Etym.

C. Χρυσάωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Ensem aureum gestans. Hesiodus, — Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. Sed puto accipi (intelligẽdo ex parte totum) pro eo qui splendida arma gesset. ‖ Suidas habet etiã accusat. χρυσάορον, quem exponit non solùm χρυσοφόρον, sed etiam χρυσοκίθαρον.

Ἅπαξ, adiuerbium, Semel: vt ὑχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ δὶς καὶ τρὶς, Non semel tantùm, sed bis atq; adeo ter. Od. μ, — ὅπτ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἀνθρωποι, id est, Quũ alii homines semel moriantur, non bis. Ponitur autem hac in significatione cum genitiuo interdum: vt ἅπαξ τὸ ἐνιαυτοῦ, Semel in anno, & ἅπαξ τῆς ἡμέρας, Semel in die. Herodotus autem dixit ἅπαξ ὀν τῆ ζωῆ, Semel in vita. ‖ Item, vt dixit Horatius, Quem semel arripuit, tenet occiditque legendo, sic Isocrates in Panathenaico, ὑ σώζειν ἅπαξ αὖ ἅπαξ καπόχωσι. Apud nostrates Vne fois (quod propriè significat Semel, vt Deux fois Bis) sic etiam capitur. Ita enim redderemus Isocratis verba, Et garder ce qu'ils auront une fois empoigné. Quidam ὅταν ἅπαξ interpretati sunt Simulatque, in hoc loco, ὅταν ἅπαξ ἐκπίχωσιν, ὡὐὺς δέονται, Simulátq; semel pepererint. Posset etiam exponi, Si semel pepererint, Gall. De puis qu'une fois ils auront.

Ἅπαξ, Semel. quod vernacula lingua dicit, Tout en un coup vel Tout à coup. Hom. Od. μ, Βούλομ' ἅπαξ φεῦς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι. Potius enim ἅπαξ cũ ὀλέσσαι quàm cum χανὼν iungendum est. Eodem modo videtur accipi & in hoc Thucydidis loco, lib. 1, καὶ ἐδόκει, ἅπαξ φεῦ ἀπάντων βουλευσαμένοις. vbi scholiastes exponit παντελῶς. Videri etiam possit dixisse ἅπαξ φεῦ ἀπαντῶν, pro φεῦ ἀπαξαπάντων, de quo composito dicemus paulo pòst. Vt verò ἅπαξ exponit Thucydidis scholiastes παντελῶς, ita & Semel accipi solet pro Omnino siue Prorsus (quod est παντελῶς) in hoc Tullii loco, in Orat. pro Deiotaro, Cum facilè exorari Cæsar, tũ semel exorari soles. Gall. Vne fois pour toutes.

Εἰς ἅπαξ, (quod & Εἰσάπαξ) apud Demosthenem, quod dicitur Gallicè, Pour vne fois, Pour vn coup: barbarè autem Vna vice. Olynth. 2, τὰ πιεῦτα εἰς μὲ ἅπαξ καὶ βεραχὺ χρόνον αὐτέχ' καὶ σφόδρα γε λύσησεν ὅδε τὰς ἐλπίσιν, αὖ τύχη τῶ χρόνῶ δὲ φωεᾶται καὶ φεῦ αὐτὰ καταῤῥεῖ. Fortasse nõ malè εἰς ἅπαξ καὶ βεραχὺ χρόνον redderemus, Ad certum aliquod tẽpus, idque breue. Aut vtendo aduerbio, Semel, videtur opus esse particula Dũtaxat, vel huiusmodi alia, Semel duntaxat & ab breue tempus.

C. Εἰσάπαξ. vide proximè præcedens Εἰς ἅπαξ.

C. Εφάπαξ, idem quod εἰσάπαξ & καθάπαξ.

C. Καθάπαξ, Semel, Omnino, Prorsus, συλλήβδ'ὶω, Hesych. Demosthenes in Midiam, ἄπιμος ἔσται καθάπαξ. Idẽ pro corona, οἱ καθάπαξ ἐχθροὶ τῆς πόλεως πεῖ Ἀθηναίων κρίνοισι φίλοις. In vulgatis lexicis exponitur etiam Per omnia, Denique. Et citatur ex Dioscoride ἐν τῶ καθάπαξ, itidem pro Omnino.

C. Ἁπαξάπας, ασπις, ὁ, Semel omnis. Vsurpatur potius in plurali ἁπαξάπαντες: vt apud Aristophanem in Pluto, vbi dicente Chremylo, — εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοὶ, respondet Plut. Μὰ Δί' ἀλλ' ἁπαξάπαντες, id est ὁμοῦ πάντες (vt inquit scholiastes) Simul omnes. Dici etiam posset Semel & Simul omnes. Budæus apud Lucianum ἁπαξαπάντων exponit Omnium omnino.

D C. Ἁπαξαπλῶς, Aduerbiũ, In vniuersũm, Omnino. Exponitur etiam Sine delectu à Budæo in hoc Luciani loco, καὶ ἅπαντας ἁπαξαπλῶς ὑβρίζων. Compositum est ἅπαξ cum ἁπλῶς.

ΑΠΕΙΛΗ, ῆς, ἡ, Comminatio, Minæ. Apud Latinos dicitur plurali tãtùm numero Minæ: apud Græcos vtroque numero vsurpatur. Apud Homerum frequens est in plurali: vt Il. ν, — πῦσι ἀπειλαὶ Οἴχονται, τοὶ Τρῶσὶν ἀπείλεον ἦες Ἀχαιοῖ; Odyss. ρ, οὐδ' ὀνοσίχθων Λήθετ' ἀπειλάων, τὰ οἱ ἐπόβεῶ Ὀδυσῆϊ Πρῶτον ἐπιπείλησε. Il. ξ, Ἀργεῖοι ὁμόφρονι ἀπειλάων ἀκέρπει. Demosthenes in Midiam πολλὰς δὲ δίκας καὶ χάλεπας καὶ ἀπὶ Δία ἀπειλὰς ὑπομείνας. Plutarchus in Coriolano, πολλάκις δ' ὀν ἀπειλᾶς καὶ φεῦ κλίσεσι κ' τὰ μάχας ὀμόφρονι καὶ κομπάσαντες.

Ἀπειλὴ τὸ πνιγμοῦ apud Alexandrum Aphrodiseum eodem ferè modo dicitur quo τὸ φθορὰν ἀπειλῶν πάθος. sicut videlicet Latinè dicitur minari ruinã paries, quũ ei periculũ impendet à ruina. Vnde & ἀπειλὴ τὸ πνιγμοῦ à quibusdam non Minitatio strangulationis, sed Periculum strangulationis exponitur.

Ἀπειλὴ est etiam Gloriatio, καύχησις, inquit Eustath.

Ἀπειλέω, ῶ, Fut. ήσω, Minor, Minitor, Interminor. Aliquando ponitur cum solo datiuo personæ, aliquando cum datiuo personæ & accusatiuo rei. Homerus Iliadis α, — ἀπειλήσων δέ τι ἦλθε. Odyss. υ, — μάλα σ' ἡμῖν ἀπειλήσας ἀγορεύει. Xenoph. Pædiæ 6, καὶ τοῖς μὲ τὸ δέον ποιοῦσι, ὅπη κελεύοιεν, τοῖς δὲ κακωνομοῦσι ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς. Rursus Homerus Iliadis ο, Ἄλλο δέ τι ἐρέω καὶ ἀπειλήσω τό γε θυμῶ. Alicubi verò ne datiuus quidem personæ ponitur, sed subaudiendus relinquitur. Iliadis φ, — ἀπειλήσας σ' ἀπέπεμψε. Demosthenes Philipp. 1, ἀπειλεῖ καὶ λόγοις ὑποφαίνοις, ὡς φασι, λέγ. Itidẽ nonnunqam cum solo accusatiuo rei, subaudito videlicet datiuo personæ, vt ἀπειλῶ θάνατον apud Herodotum, Mortẽ minitor. Dicitur etiam ἀπειλεῖσθαι sequente εἰ μή. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τὸ πεμπόμενον δὲ ὑπέλησεν εἰ μὴ ἰσχυρῶς ταῦτα ἀπαγγέλοι. Apud Aristophanem autem ἀπειλῶ sequente ὅπ, in Pluto, ὑπείλησ' ὅπ ὡς τοὺς κοσμίους μόνους βαδιοῖμιν. Et cũ infinitiuo, vt apud Æschinẽ, ἀπειλῶ εἰσαγγέλλειν. Interdum etiã pro datiuo personæ ponitur genitiuus cum præpositione κατά: vt apud Plutarchum in Camillo, μεγάλας ζημίας ἀπειλῶν κ' τὸ μὴ ὑπακούσαντος, id est, Ingentes mulctas minitans ei qui non paruisset. Ex quo loco apparet perinde esse siue dicas, ἀπειλῶσοι εἰ μὴ ἀπαγγείλῃς, siue ἀπειλῶσοι μὴ ἀπαγγείλαντι. Dicitur

etiam ἀπειλεῖν eo modo quo Minàri, in hoc genere loquendi, Ruinam minari. A Α

Ἀπειλοῦμαι, ῶμαι, pass. vox, pro Minis terreor, vt exponit Bud. in hoc Xenophontis loco in Symposio, ὑκ ἐπὶ δὲ ἀπειλοῦμαι, ἀλλ' ἤδη ἀπειλῶ ἄλλοις. Potest etiã exponi Minas perfero. ‖ Eustathius autem participium aor. med. ἀπειλησάμενος pro ἀπειλήσας poni docet.

Ἀπειλεῖν pro αὐχεῖν siue καυκᾶσθαι, i. gloriari. vt Il. η, Ὡς πτ' ἀπειλήσει. Od. θ, Ἠ μὲν ἀπειλήσας βηπάρμονας εἶῖ ἀείσας. Vult autem Eust. verbum ἀπειλεῖν pro hac significatione aliam habere etymologiam, quàm pro altera. Sed neutra satis certa est, imò nec satis verisimilis: licet veraque nitatur etiam Etymologistæ autoritate, qui tradit ἀπειλεῖν capi & pro εὐχεσθαι: vt οὐδ' ἀπίλιπεν ἀάκπ. cuius significationis meminit & Eustathius. B

Ἀπειλητικὸς, ῶ, ὸν, Minax. vt ἀπειλητικὰ νόμιμα apud Platonẽ De legib. Minaces leges, vel Plenæ minarum. vt Plena minarum verba vocat Horatius ἀπειλητικοὺς λόγους.

Ἀπειλητήρ, ῆρος, ὁ, Comminator, seu Minator, Qui comminationibus vti solet, seu minis, Minax. Et in fœm. gen. Ἀπειλήτειρα, Comminatrix. vt ἀπειλήτειρα φωνὴ apud Nonnum, Vox cõminatrix, Vox minitabũda. HINC & adiectiuum Ἀπειλητήριος, ῶ, ὸν καὶ ἡ, idem quod ἀπειλητικὸς, vt ἀπειλητήριοι λόγοι apud Herodot. Verba minacia, Verba minarum plena. C

Ἀπειλητήρ, Iactator vanus. ὁ μόνον καυχώμενος καὶ εἰς κενὸν αὐχῶν. ita enim accipit ἀπειλητῆρες Eustathius in hoc loco, Il. η, Ἤτοι μὲν ἀπειλητῆρες Ἀχαιοί, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Sed potest & in altera signific. accipi. Cæterùm sciendum est ἀπειλητικὸς & ἀπειλητήρ à verbo ἀπειλῶ potius esse deducta quàm à nomine ἀπειλή. quod quidem secundum quosdam itidem ab ἀπειλῶ deriuatum dicemus, secundum alios contrà hoc verbum ab illo nomine. D

Ἀπειλητήριος vide paulo antè cum Ἀπειλητήρ.

C. ΕΠαπειλέω, λῶ, Minor, Cõminor. Nã ὅτι in hoc verbo vel vehementiã addit, vel vacat. vt præp. in Cõminor. Il. α, Λίην γ' ἔειδος ἢ φρεσὶν ἐπιπείλησ' Ἀχιλῆϊ. Soph. Aiac. ἐμοὶ τὰ δεῖν' ἐπιπείλησ' ἔπη, ad verbũ, Mihi aspera verba cõminatus est. quod potis per ablat. Mihi asperis vel acerbis verbis cõminat est. Vide Ἐπιπείλησε apud Suid.

ΑΠΛΟΟΣ, & per contractionem ἁπλοῦς, in genitiuo ἁπλοῦ, Simplex. Nõ inuolutus. vt ἁπλοῦς λόγος, Simplex oratio, Non inuoluta oratio, vel Nulla inuolucra habẽs. Isocr. in Paneg. ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ῥάδιος ὁ λόγος ὁ φεῦ πύτων. Ab eodẽ in Panath. ἁπλοῦς λόγος & χαλεπὸς inter se opponuntur. Euripides, Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὁπλίζειν χρεὼ. Vbi ἁπλοῦς μῦθος pro ἁπλοῦς λόγος ponitur. Denique per ἁπλοῦν λόγον, id est simplicem orationem, intelligunt orationem non inuolutam, nullásque ambages habentem, sed & apertam & breuem, nihilque fuci habentem. Dicunt etiam sæpe ὡς ἁπλῶ λόγῳ, pro Vt apertè breuitérq; loquar & sine vllis ambagibus. Videtur autem mihi Livius duo hæc Græca verba voluisse ad verbum exprimere, quum dixit, Simplicem suam orationem esse. ea enim se dicturum, quæ ni fiant, nulla sit pacis conditio. De via itidem vsurpauit hoc nomen Xenophon Pæd. 1, ἁπλουστέρα καὶ ὀξυτέρα παρ' ἡμῖν ἡ ὁδός, quasi minus ambagiosa via. E F

Ἁπλοῦς ἀνὴρ etiã dicitur sicut apud Latinos Simplex vir. A quibusdã tamen ἁπλοῦς ἀνὴρ exponitur etiã Vir candidus. Plato De rep. 2, ἀνδρα ἁπλοῦν καὶ ῥῥωμένον, ὑ δοκεῖν ἀλλ' εἶ ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Sic ἁπλοῦς τῶπος opposuit dolo Aristophanes in Pluto, Οὐ δόλου νοῦ ἔχον ἀλλ' ἁπλοῦν τῶπον. ‖ Sed ἁπλοῦ vocati etiã fuerunt qui mente carerent, id est stulti. Isocr. ad Nicoclem, ἁπλοῦς δὲ ἠρώτῶν τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας. Sic ἁπλοῦν pro εὔηθες, stultum, Bud. citat ex Aristotele Meteorol. 1. G

Ἁπλοῦν, Planè verùm & sine cõtrouersia, vt ait Budæus, citãs hæc Platonis in Phædro, εἰ μὴ ὀ ὦ ἁπλῶν τὸ μαινίαν κακὸν εἶ, καλῶς αὖ τῶτο ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ, &c. Huc autem facit fortasse quod ait Euripides, Ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Fieri etiã potest vt ἁπλοῦν copulatum cum δίκαιον sit ita accipiendum, vt quum dicit Demosthenes in Androtionem, ἁπλοῦν μὲ ὑδὲν δίκαιον οὐδέν. & Xenophon Pæd. 3, ὑδὲν ἔφη, ὦ Κῦρε, ἔχω ἁπλούστερον εἰπεῖν, ὑδὲ δικαιότερον. Nisi quis malit ἁπλοῦν hìc esse simplex, id est minimè fucatum. cui interpretationi non magnopere repugnabo. H

Ἁπλότη, ητος, ἡ, Simplicitas, Synes. εἴδεσι ἁπλότη ἢ πολιτευμάτων. Opponitur & τῶ διπλόη in propria significatione sumpto.

Ἁπλότης, ητος, ἡ, Simplicitas. vt ἁπλότης ἢ τῶπων, sicut ἁπλοῖς τῶποις dicit Aristophanes. Æsch. in Ctesiphontẽ, ἔπειτα ὅδε πῶ ἁπλότητα καταφεύγῃ.

Ἁπλῶς, Aduerb. Simpliciter, Simplici modo, Simplici via & ratione, Non accuratè. Versus est comici cuiusdam apud Athenæũ, Ἀχρειοτέρος ἐμοὶ ἄφθ' ἁπλῶς μοι δῆλός ἐστι. q. d. Crassa minerua. Ita enim interpretandũ puto hìc ἁπλῶς, quòd hæc interpretatio conuenire optimè videatur cum ἀχρειοτέρος. Sic vsus est Aristoteles, scribẽs, λίαν σοῦ ἁπλῶς εἴρηται. Isocr. ἁπλῶς & ἀκριβῶς (id est accuratè) inter se opponit: ad Philippũ, μήτε παντάσιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Itidẽ in Panegyrico, τὰν δ' ἀκριβῶς ὅπῃ ἀμφοῖν λεγόν, ἁπλῶς ὑκ αὖ μὴ δυνάμενον εἰπεῖν. Quibus in locis videtur ἁπλῶς posse etiã exponi Inelaboratè. Præsertim quũ alibi ἁπλῶς εἰρῆσθαι dicat quæ μηδὲν μαῖς κοσμότητος μετέχει in Panath. Budæus pro Nullo delectu, Inscitè, Imperitè, Stultè, ab eodem Isocrate alibi poni ait. Sunt qui itidem apud Plutarchũ in Solone ἁπλῶς exponant Nullo habito delectu, vbi iũgitur cum ἀτέκνῶν. ‖ Aliquam cognationem habet cum præcedentibus ἁπλῶς, quũ pro Leuiter ponitur. Euripides, οὐχ ἁπλῶς φέρω, Non leuiter fero, id est, Maiorẽ in modum id mihi dolet. Quidam verterunt, Dolet id mihi nõ vulgariter. Budæus in hoc loco Isocratis paulo antè citato, μήτε παντάσιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς, vult ἁπλῶς esse Leuiter, vel Tenuiter. Idẽ ait Areopagitã οὐχ ἁπλῶς vsurpasse pro Non de nihilo, Nõ abs re. I J K

Ἁπλῶς, Simpliciter, Vno modo. sicut dicitur interdũ Simplex & vnius modi. Plut. De poet. aud. καὶ πότερον ταῦτα ἢ ἁπλῶς ἢ πολλαχῶς λεγομένων ὅτι παρ' αὐτῆς.

Ἁπλῶς, Simpliciter, id est Per se, Sine adiectione, quod & Absolutè dicit vulgus, præsertim quum tractantur grammatica.

Ἁπλῶς, Simpliciter, Candidè, Sine fuco. Demosthen. Pro corona, ὥσπερ αὐτὸς ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας πάντας εἰρηκὼς τοὺς λόγους. Non malè etiam verterit aliquis (meo quidem iudicio) ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας, Simpliciter & amicè: vt dixit Plinius iunior in quadam epistola, Simpliciter & amicè reprehenderunt.

Ἁπλῶς, Omnino, Prorsus. Theoph. De caus. lib. 3, ἁπλῶς δὲ πάγε λίθοις ὀκλέγειν οὐδ' ὀκ ἄγῆς φιλῆς οἴονται τινες συμφέρειν. Pro eodẽ dicit paulo pòst ὅλως δὲ. Quidã comicus apud Athenæũ l. 9, ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἐν μὰ τοὺς θεοὺς, ὧν λέγει σωίκμι. Idem sonat ἁπλῶς & in hac phrasi ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Isocr. ad Philippum, πᾶσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀφειδῶς ὁρμῆσαι φεῦς τὸν πόλεμον. id est Omnino, vel Vt in vniuersum loquar, inquit Budæus. Exponitur etiã, Vt summatim dicam, Vt vno verbo eloquar. Iungitur verò ἁπλῶς cum παίτης siue παῖτα, & extra hoc loquẽdi genus. Demosth. Phil. 1, κοῦ τε ἀ γιγνώσκω παῖθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, πεπαῤῥησιάσαμαι. vbi ἁπλῶς itidem verti potest Omnino, siue Prorsus. L

¶ Ἁπλοϊκὸς, ῶ, ὸν, Simplex, Cãdidus, Apertus, Non fucatus, Homo minimè malus, Non versutus. Lucianus, φεῦς ἀνδρα οἷόν σε ἁπλοϊκὸν καὶ τῶ ὄντων κοινωνικόν. Idem, ὡς ἀφελὴς ὁ πᾶς ὅδε καὶ ἁπλοϊκός. Apud eundem in superl. gradu, ἁπλοϊκώτατε ἀνθρῶπε. Huic opponitur πανοῦργος, id est Vafer, Versutus, Versipellis. ‖ Dicitur etiam de rebus: vt ἁπλοϊκὸς λόγος. Vnde illud, τῶ ἁπλοϊκῶ τῶ λόγῳ αἰτήσειτοι τὸ ἑξκαιδεκαδυον καὶ ἐμπεφεῖβολον.

Ἁπλοϊκῶς, Aduerbium, Cum simplicitate, Candidè, Sine fuco.

¶ Ἁπλοῖς, ίδος, ἡ, Vestis simplex, cui opponitur διπλοῖς. Vt plurimũ dicitur ἁπλοῖς sine ἑῶῆς. Homerus tamẽ dixit ἁπλοΐδας χλαίνας. Od. ω, Δώδεκα σ' ἁπλοΐδας χλαίνας. Pollux lib. 7, c. 13, ἁπλοΐδες, ἁπληγίδες, διπλησίδες, & δίβολοι quid sint, his verbis indicat. Lænæ quædam sunt ἁπλοΐδες (de quibus Homerus, Χλαίνας τ' ἐνθέμδαι οὔλας καὶ θύσανον ἔσαν) quædã verò διπλᾶς: vt Διπλῶ ἐκτεδίνω. has autem Attici ἁπληγίδας & διπλησίδας & δίβολοις πο- M

minabant.

C. Ἁπλοίζομαι, Simplicē & candidū me exhibeo. Simplicitate vtor. Xenoph. ἐπειδὴ, 4, λέγεις, ἔφη, σὺ οὐδὲ πρὸς τοὺς φίλους ἅπαντα δεῖν ἁπλοίζεσθαι. id est, Sine calliditate loqui. Bud. interpretatur Sine cautione loqui & agere, & apertè animi sententiam indicare.

¶ Ἁπλόω, ῶ, Expando, Explico, Extēdo. & passiuū Ἁπλόομαι, ῶμαι, Expandor. Vnde præteritū ἡπλωμένος, Expansus. Capitur etiam à Dionysio Areopagita pro Singularis & simplex, & ἡπλωμένος, inquit Budæus. quòd, siquis expansa & explicata cōuoluat, ex simplicibus faciet duplicia, aut etiam multiplicia. ἁπλῶσαι τοῦ λόγου, Her.

C. Ἀναπλόω, ῶ, F. ώσω, Explico, Expando, Diosc. lib. 2, cap. 189, ὅπερ [πέφυκε] κατὰ τοὺς οἰκείους καρποὺς ἀναπλούμενον βότρυς αἴνησι, i. Dehiscens, pandénsque sese. vt Ruell. interpretatur. Reperitur & ἀνεπλωμένος, Explicatus, Expassus.

C. Ἐξαπλόω, ῶ. F. ώσω, Expando, Explico. Suidæ autem est Duplico, aut Multiplico, hoc in loco, Ἀρ' ὅτι ζῶπα δὶς ὀξαπλῶν κακά. i. διπλασιάζων, πολυπλασιάζων. Vbi notandum est scribi in editione Chalchondylæ ὀξάπλων, cū ά in medio dictionis: in Sophocle autem diuisim ὀξ ἁπλῶν. Est enim versus iste in Aiace Μαστιγοφόρῳ, qui integer sic habet. Ἀρ' ὅτι ζῶπα δὶς τόδ' ὀξ ἁπλῶν κακά. ita vt à Suida locus iste malè sit citatus & expositus.

¶ Διπλόος, & contractè διπλοῦς, ὁ, Duplus. vt apud Paulum 1. Tim. 5, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, Duplici honore. Sic διπλοῦς λόγος, Duplaris proportio, & διπλοῦν ὄνομα, nomen compositum. διπλοῦν κόκκινον, Bis tinctum coccinum, Exodi 25: vt habetur in vulg. lex. Eustathius inter διπλοῦν & διπλάσιον sic distinguit, vt διπλοῦν κατὰ μέγεθος dicatur, διπλάσιον autem κατ' ἀριθμόν.

Διπλοῦς cum genit. Duplo maior quàm. cuius exemplum cum Gazæ interpretatione in vulg. lex. hoc adfertur, τὸ μέγεθος διπλῆς τῆς χρηστῆς μελίσσης, Duplo maior quàm apes frugi. In qua significatione Matthæus Euang. cap. 23, vsus est comparatiuo, πιέσετε αὐτὴν ἐφ' ὑμᾶς γέεννης διπλότερον ὑμῶν.

Διπλοῖς (vt referunt vulg. lex.) Marcello interdum significat nō Duplex, sed Latus & grandis, vt apud Dioscoridem lib. 2, cap. 213, quemadmodum etiam Duplex apud Lat. vt apud Virg. in Georg. — duplici aptentur dentalia dorso. Et paulo pòst, Duplex per lumbos agitur spina.

Διπλοῖ in plurali numero accipitur etiam pro Duo. vt διπλοῖ βασιλῆες. item διπλόα ἤματα. quorum prius ex Sophocle, posterius ex Apollonio Rhodio citatū reperitur in vulg. lex.

Διπλοῖς duplicem etiam & versipellem significat: vt contrà ἁπλοῖς hominem simplicem. διπλοῖς ἀνὴρ, Euripides.

Διπλῆ nota est & σημασιμὰς in comœdiis atque tragœdiis, cuius vna speciesdicitur ἔτω νευδυκῦα, altera ὄξω βλέπουσα. figura est trianguli obliqui sine basi. Vide Hephæstionem περὶ μέτρων. & scholiast. Aristoph. in Pluto. Διπλῆ etiam Hesychio est ὀρχήσεως εἶδος ἢ κρούσματος.

Διπλόη, ης, ἡ, Duplicitas. Themist. De anima lib. 2, ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἠθικοῖς διῃρῶν τὸ τέλος ἐλέγετο, ὅτω δὴ καὶ ἐν τῇ φύσει ζώντων τῶν διπλόην θετέον. Bud. Comm. Pisides apud Suidā, ἐπεὶ ἐν ὑμῶν τῶν βολῶν ὑπηρμένην ἢ τὸ χιτῶνος ἐμπεσοῦσα διπλόη. Gregor. ἐν τῷ περὶ φιλοπλουτίας λόγῳ διπλόῃ appellat varium & multiplicem Scripturæ intellectū, de allegoria legis loquens, εἰ μὴ τι καὶ ἄλλο κρύπτων ἀπόρρητον καὶ βαθύτερον (οἷα πολλὰ τῶν νομικῶν βάθους καὶ τῆς διπλόης) οὐκ ἐμὸν τοῦτο εἰδέναι. Διπλόη etiam (sicut διπλόος de versipelle dici paulo antè indicaui) vafritiam versutiámque ac fraudem significat hominis aliud in ore aliud in corde habentis, opponitúrque τῇ ἁπλότητι, id est ἀφελείᾳ. Gregor. alter frater Basilii, in libro De homine, τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ μονοειδές ὂν τῇ φύσει, πάσης διπλόης καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον συζυγίας ἀλλότριον· τὸ δὲ κακὸν ποικίλον τι καὶ κατεσημασμένον. Bud. Comm. Διπλόη, inquit Suidas, ἡ ὄξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας· καὶ οἱ φιλίαν μὲν ὑποσχόμενοι, πρὸς ἔριδας δὲ αὐτὴν τοῖς πολεμίοις.

A Διπλῆ, aduerb. Dupliciter. Synes. epist. 98, διπλῆ τιμῶμαι, καὶ ὃ μεγέθει τῶν γραφομένων καὶ τῇ ποιουμένῃ τῶν γυμνασίων. Διπλῆ ἢ, Duplo magis quàm, sicut etiam διπλόος ἢ. Plato lib. 1 De rep. διπλῆ ἢ οἱ ἄλλοι ἀποτείνουσι αὐτά, Duplo amplius quàm cæteri ea amplectuntur.

Διπλοΐς, ίδος, ἡ, Læna duplicata. διπλουμένῃ χλανίς ἐν τῇ φορέσει. Hesychius. Vulgata lexica de hac intelligi dicunt quod Horat. lib. 1 epistol. dixit, Contrà quē duplici panno patientia velat. item Tunicam & Pallium in sacris Bibliis exponi, & Chlamydem 1. Reg. 24.

Διπλοίζω, F. ίσω, Duplico. Hesych.

Διπλόω, ῶ, F. ώσω, idem quod Διπλοίζω, Duplico. Plutarch. Camillo, κάμπτεσθαι σίδηρον καὶ διπλοῦσθαι, Flecti ferrum atque duplicari.

C. Ἀναδίπλωσις, εως, ἡ, Figura apud grammaticos. q. d. Reduplicatio. Fit tanquam ab Ἀναδιπλόω. Vide Ἀναδιπλασιασμός.

Δίπλωμα, ατος, τὸ, Vas (vt Gorræus tradit in suis Defin. medic.) duplex. id quod patet ex scriptis Galeni libro 7 περὶ κρίσεως, vbi Critonis arteriacas describit. eas enim ipse ἐν διπλώμασι coquendas præcipit: quo modo vnguētarii vnguēta sua præparare solent, in magnū lebetem calidam aquam infundentes, & in eum alterū statuentes qui medicamentum quod coqui debet contineat: deinde suppositis carbonibus aut lignis quæ fumum non faciunt, ignem accendentes. Idē habet libro etiā quinto, vbi coquēdi olei lentiscini rationem instituit. Verùm non semper ab eo δίπλωμα dicitur, sed aliquādo διπλοῦν ἀγγεῖον, & διπλοῦν σκεῦος, quo nihil est in officinis pharmacopœorum vsitatius, à quibus & Duplex vas & Balneum Mariæ appellatur. Hæc ille. Sunt etiam διπλώματα (vt annotat Bud. in Pand.) quas literas patētes nunc appellamus: cuiusmodi sunt edicta & mandata principium regio signo sancta, & quas bullas pontificias vocant. Cic. in Epist. Diploma statim non est datum. de literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiā duplicato compositum significans aut complicatum, vt linteum quod πόλυμα dicitur. Paulo pòst scribit appellari à Macrobio Chartulas complicatas & lino traiectas obsignatásq; eóq; in loco Codicillos etiā Latinè ab eo vocari. vnde Codicillaris potestas Lampridio. Vocari igitur codicillos chartulásve signo principali obsigatas, vel tesseras, quibus agnitis qui ἔπαρχοι dicuntur, hoc est præsides & alii magistratus præfectique, vehicula cum equis publici cursus accommodarent. Plura qui desiderat, consulat eius Annot. post. in Pand.

Τείπλοος, οῦς, Triplus, Triplicatus. τειπλοῦν ὀθόνιον, Triplicatum linteum, τειπλᾶ κηρία, Triplices faui, Aristot. lib. 5 Animal.

Τειπλῇ, aduerbium, Tripliciter, Triplicató. Il. α, 5. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Τειπλῇ τε πλῇ τ' ἀνοπαίοντο. id est, vt exponit Hes. τειπλασίονα καὶ τετραπλάσια.

Τετραπλόος, οῦς, Quadruplus, Luc. 19, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν, Reddo quadruplum.

Τετραπλῇ, aduerb. Quadrupliciter. cuius exemplum vide in præcedente Τειπλῇ.

Πενταπλόος, πλοῦς, eodem modo dictum esse videtur. vnde sit πενταπλόος calix apud Athenæum lib. 11, cui nomē inditum quòd in eo quinque rerum species essent cōmixtæ, vinū, mel, caseus, farina, & paululum olei. Præmii autem loco calix is dabatur in ludis publicis, ephebis cursu certātibus. Vide Athenæum lib. 11, & Eras. in Chiliad. Sed & πενταπλᾶ φιαλὴ ἐπίνει legitur 3 Reg. cap. 6, pro Quinquplicia limina.

Ἑξαπλόος, οῦς, Sesquplex, vt Bud. exponit. Vnde & Ἑξαπλῇ aduerb. quod ex Areopag. citat. sic Ἑπτάπλους, & cætera huiusmodi, siue à denario numero, siue centenario, siue millenario, siue alio formata fuerint, iuxta eandem analogiam exponi poterunt. quæ singulatim omnia hic inserere prolixum nimis esset.

H ¶ Διπλάσιος, ου, ὁ, ET Διπλασίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Duplo maior, cum genit. vt apud Polyb. διπλάσιος ἑαυτοῦ φαίνεται, Duplo maior apparet quàm sit, Bud. interpr. Isocr. Panath. διπλασίαν πεποιηκέναι τὴν Ἑλλάδα τῆς ἀρχῆς οὔσης. Aristot. De mundo, ἐν διπλασίονι πύτων χρόνῳ. Interdum

cum ἤ. vt Isocrates De pace. διπλασίας ἢ νῦν παρ' προσόδους λαμβάνουσαν. Plato epist. 7, διπλασίαν πῶς πατρῴαν ἀρχὴν ποιεῖν, Duplo maiorem reddere. Vel, vt alii, Duplicare,

Διπλάσιος, (& interdum etiam Διπλασίων) Duplex, διπλοῦς. Thuc. lib. 2. διπλασίον τι πόνον ἔχειν, καὶ ἐν ἀμφιβόλῳ μᾶλλον γίγνεσθαι. Sic διπλασίας ζημίας dixit idē lib. 3. Isæus, διπλάσιοι καθάπερ τὸ μίασμα, Geminat piaculum, interpr. Bud. Idē apud Demosth. ἀποδιδόντων διπλάσια τὰ χρήματα, interpr. Esto dupli persequutio. Sic apud Plat. De leg. διπλασιαν ὀκτίνειν vertitur Duplum restituere. Apud eundem, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος, Duplici honore aut eo amplius dignus. Et, σὺν διπλασίονι ἐλαίῳ, in vulg. lex. pro Cum olei partibus duabus. ‖ Διπλάσιοι plur. num. apud Plut. in Apoph. 206, pro Bis tot, vt annotat Bud.

Διπλάσιον ἔθος, Anthol. epigramm. lib. 2. Duplicata vestis.

Διπλασίως, aduerb. Vt διπλασίως ἐλάττω, Platoni De leg. Duplo minora.

C. Διπλασιολογία, vt γνωμολογία, verba sophistarum, apud Plat. in Phædro, Bud.

Διπλασιάζω, Duplico, duplo maiorē facio. Plutarchus. De Socr. dæm. διπλασιάσαι τὴν ἐν Δήλῳ βωμόν. Philo De vita Mos. l. 1, διπλασιάσας τὴν χαρά. HINC Διαπλασιασμὸς, Duplicatio. Plut. περὶ ἀόργ.

c. 2. Ἀναδιπλασιάζω, idem quod ἀναδιπλόω, & ὑπαδιπλόω. Reduplico. VNDE Ἀναδιπλασιασμὸς, Reduplicatio. quæ & ἀναδίπλωσις. Cuius exēpla sunt hæc, δάπτω, δαρδάπτω. & κράμβ κεκράμω. sic λάθω λελαθω, sic λάχω λελάχω Tryphon exempla reduplicationis in nominibus etiam ponit hæc, ἀπαρτηρὸς pro ἀρτηρὸς, & ἐπήτυμος pro ἔτυμος.

C. Τεμπλάσιος, Triplo maior, seu amplior, ET Τεμπλασίων, pro eodem. Item pro Triplus, τειπλοῦς. ET Τεμπλασιάζω, Triplico. vel Triplo maiorem facio.

C. Τετραπλάσιος, Quadruplo maior seu amplior. ET Τετραπλασίων, pro eodem. Plato De rep. lib. 2, τετραπλάσιον χρόνον ἀναλίσκειν, Quadruplo temporis plus impendere. Aristot. Probl. ἐν τετραπλασίονι λόγῳ, In quadrupla proportione. Diosc. ἐν τετραπλασίονι ἀγγείῳ, In vase quadruplo capaciore. Vel, Quadruplæ capacitatis, vt alii reddunt. Idē libro 1, τετραπλασίων σμύρνα τῷ τὸ κιννάμωμον, myrrhæ quadrupla ad cinnamomū proportio.

Τετραπλασιάζω, Quadruplico, eadem forma, qua διπλασιάζω, & τειπλασιάζω. Sed & τετραπλασιασμὸς verbale.

C. Πενταπλάσιος, Quinquplo maior seu amplior. Vel Quintuplus. Exponitur & Quinquies tantus. ET Πενταπλασίων, pro eodem. sic Ἑξαπλάσιος, ET Ἑπταπλάσιος, Sesquplo maior, vel Sesquplex. Exponitur & Sexies tantus. vt ἑξαπλάσιος τὸ κρητῆρος (quod Herodoti esse puto) Sexies tantus quàm crater. sic Ὀκταπλάσιος, Octuplus (& Octuplicatus etiam, ex Liuio) sic deniq; & reliqua huiusmodi, secundum eandem significationis analogiam, vt suis locis dicetur. ET Πενταπλασιάζω, Ἑπταπλασιάζω, itidem.

¶ Δίπλαξ, ακος, ἡ, Duplicata vestis, διπλῆ, μεγάλη διπλοῖς, ὥστε διπλῆ χρῆσθαι. inquit Hesyc. Il. γ, — ἡ δὲ μεγὰν ἴστὸν ὑφαινε, δίπλακα, μαρμαρέην. vbi Eustathius dicit subintelligēdum ἱστουργίαν aut ὑφὴν, aut tale quid. quosdam autem subaudire χλαῖναν, & intelligere per δίπλακα, magnam, quæ dupla indui possit. & paulo pòst, ὡς ἴδιον τοῦ εἰπεῖν, δίμιτον νοοῦσί τινες. Alibi verò scribit non solùm de læna dici, verùm (vt & τείπλαξ) de aliis quoq; Ac certè Il. ζ, legitur etiam δίπλακι δημῷ. Aliam autem habere originē hæc duo δίπλαξ & τειπλᾶξ quàm διπλοῦς, τειπλοῦς, videtur existimasse idem Eustath.

Τείπλαξ, ακος, ἡ, Triplex, τειπλοῦς, τειπλῆ, Hesych. Iliad. σ, — πεῖρε δ' ἀνὴρ ἔλλε φαεινὴν τείπλακα, μαρμαρέην. 1. τρίδιπλον καὶ τρεῖς πλάκας, inquit Eustath.

Ἀπὸ, A. Il. π, Οὐ γὰρ πω Τρῶες ἀρηΐφιλοι τρέψαν Ἀχαιοὺς Προβοπάδην φοβέοντο μελαγχαίτας ἀπὸ νηῶν. id est Fugiebāt à nauibus. Il. υ, initio, — θεοὺς ἀγορηδὸν καλέσασα Κεραὸς ἀπ' οὐλύμποιο πολυπτύχου, Conuocare deos à vertice olympi. ἀπὸ autem differre hoc modo à παρὰ dicit Ammonius, vt ἀπὸ inanimatis iungatur, vt ἀπ' Ἀθηνῶν, Ab

Athenis: παρὰ animatis, vt παρὰ Σωκράτους, à Socrate. Homerus autem, inquit, permutato præpositionum vsu dixit παρὰ νηῶν ἀντὶ τοῦ pro ἀπὸ τῶν νηῶν. sicut alibi vsurpans ἀπὸ in propria significatione, scripsit, Οὐδέ ποτε πρεσβηΐτερ μελαγχαίτων ἀπὸ νηῶν. Eustathius quoque in hunc versum Il. σ, Τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄνακτος, annotat, magis propriè dictum esse παρ' Ἡφαίστοιο quàm παρὰ νηῶν. nam παρὰ τινος, conuenire animato, ἀπὸ τινος, inanimato. Vsurpant verò ἀπὸ cum in aliis loquendi generibus in quibus Latini A vel Abs, tum verò in his. vt ἀπὸ πάντων τρόπων ἄγων, Naz. Ab omnibus feriatus. Plut. Alcibiade, οὐδὲν ἐλπίσας τῇ πόλει χρηστὸν ἀπὸ τῆς στρατείας ἐκείνης λέγεται, Nihil commodi sperasse ab illa expeditione. Vel ex illa. ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, vel ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, quod Cicero A memoria exponere dixit quodam loco. pro Memoriter. ἀφ' ἑαυτοῦ δυνάμενος χρήσιμος εἶναι apud Xenophontem, Ascipso vtilitatē afferre valens. Isocr. De pace, τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας, Calamitates quæ ab ipsis procedunt. Item, vt Latini dicunt Ab illo tēpore, sic Græci ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου, & sæpius omisso genitiuo χρόνου. Isæus, ἀπ' ἐκείνου ἀθηναῖοι δεκα ἔτη οὐκ ἀφίκοντο. Ex illo etiam dicunt Latini, subaudientes itidem ablatiuum tempore. ἀπὸ τοῦ νῦν, & ἀπὸ τοῦδε, Ab hodierno die. Sed exponitur ἀπὸ τοῦδε (sicut τὸ ἀπὸ τότου & τὸ ἀπὸ τοῦδε) aliis etiam modis. Apud Thucydidem ἀπὸ τοῦ παυ ἀρχαίου, subaudito itidem χρόνου. Item ἀπὸ in hac significatione cum aduerbio vt ἀπὸ πέρυσι, ab anno superiore. Inest verò tēporis significatio, & in aliis loquēdi formulis cū ἀπὸ. vt ἀπὸ γενέσεως, A primordio. ἀπὸ γενεσῆς, A natiuitate. Item ἀπὸ sequente μέχρι, vt ἀπὸ πατρὸς ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας. Sic ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, A principio vsq; ad finem. Bibliorum autē Græci interpretes post ἀπὸ posuerunt ἕως. vt 3. Reg. cap. 13, ἀπὸ πυνθανοῦ ἕως ἀγαθοῦ οὐκ ἐλάλησε. Sed & ipsam ἀπὸ fine μέχρι Cicero vertit Vsque à, quum ἀπὸ πρῴρης apud Aratum interpretatur Vsque à prora. Apud eundem πρῴτης ἀπὸ νυκτὸς reddit idem, Prima confestim à nocte. ‖ Quinetiā vt A in lingua Latina sumitur pro Post, sic & ἀπὸ in Græca, vt ἀπὸ δείπνου, à cœna, vt Il. θ, Οἱ δ' ἀρα δεῖπνον ἕλοντο κατὰ κρατερὸν ἀγαιοί Ῥίμφα κατ' κλισίας· ἀπὸ δ' αὐτὰ θωρήσσοντο. vbi annotat scholiastæ ἀπ' αὐτὰ esse μετ' αὐτὸ, sub. τὸ δεῖπνον. & ita vsurpari alibi ἐκ. Sic dicitur ἀπὸ δείπνου εἶναι, Cœnatum esse. Eodem verò modo vsurpatur γίνεσθαι & participium γενόμενος cum ἀπό. vt apud Plutarchum in Catone, ἀπὸ τῶν στρατοπεδῶν γενόμενος ἔρχεται, Post munera militaria peracta. Postquam munera militaria quiescens. Est item apud Diodorum Siculum passim obuiū hoc loquēdi genus, ἀπὸ δὲ πύτων γενόμενος, pro Post hæc à se peracta vel His peractis, His finitis. Et sic rursum Plutarchus in Othone, ἀπὸ πύτων γενόμενος, μετὰ μικρὸν ἤκουσι θορύβου. Idem in Cæsare, γενόμενος δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, πείθει ἤγετο γυναῖκα Πομπήιαν. Quod tamen & aliis modis exponi potest, sed eodem sensu. Vt autem capitur ἀπὸ his in locis, ita & quū dicitur ἀπὸ σάλπιγγος, & ἀπὸ παραγγέλσεως, secundum quosdam. Exponunt enim ἀπὸ σαλπιγγος, Post tubam, id est Post auditam tubam, vel Post tubæ sonitum, Quum tuba insonuerit. & ἀπὸ παραγγέλσεως, Post imperium quasi per manus traditum, vel Post denuntiationem. Quidam etiam verterunt, Ex imperio. sed ego mallem Per imperium, quàm Ex imperio, vel Post imperium: vt paulo pòst docebo. ἀπὸ σάλπιγγος autem nō video quo alio possit verti modo quàm per Post. Xē. in Hipparchico, καὶ τὸ ἀπὸ σάλπιγγος αὖτε δεύτερον θᾶττον ἐπαύνευν, καλόν. ‖ Item quod dicitur Græcis ἀπὸ τραύματος (vel potius ἄπο) Latinis est ad verbum, Abs re, ex imitatione Græcorum, vt quidem creditur. Vide ἄπο.

Ἀπὸ, E. vt ἀπὸ τοῦ τείχους μάχεσθαι, vel ἀπὸ τῶν νεῶν, Pugnare è muro, Pugnare è nauibus, potius quàm A nauibus. Xenoph. Hell. 1, ἀπὸ τῶν νεῶν ἐμάχοντο. Potest etiam verti Ex muro.

Ἀπὸ, Ex. Apud Xenophontem. λαμβάνομεν δὲ οὔτε ἐκ τῆς γῆς οὐδὲν, οὔτε ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, id est Nihil percipimus neque ex terra, neque ex domibus. Vbi obseruandum in priori parte periodi ἐκ, in posteriori autem, ἀπὸ Χέ-

nophontem posuisse indifferenter. Posset verò tã ἀπὸ quàm ἐκ per præpositionem A reddi, si λαμβάνοιμι verteremus Accipimus. Sic & in hoc Isocratis loco De pace, παῖς συμφορᾶς παῖς ἀπ' αὐτῆς γιγνομένας, possumus ἀπὸ vel per Abs vel per Ex reddere, prout hoc vel illo vtemur verbo in exprimendo participio γιγνομένας. Itidẽ verò ἀπὸ & ἐξ indifferenter vsurpãt, quum dicunt ἀπὸ τοῦ ἴσου vel ἐκ τοῦ ἴσου, aut sine articulo, ἐξ ἴσου. id est Ex æquo, pro Æquo iure. Thucydides, καὶ μέχρι μὲν ἀπὸ τοῦ ἴσου ἠγωνίζοντο, ὡς δ' ἔμοιγε εἰπεῖν ἔφη. Sic & ἀπὸ τῆς ἴσης dicitur ab eodem pro Ex æqua cõditione: vel potius præposititio ne omissa, Æqua conditione. Item vt Græcè ἀπὸ μέρους, sic Latinè Ex parte. Dicitur etiam ἀπὸ συνθήματος, vt Latinè Ex composito, Ex compacto & constituto. Sic dicitur ἀπὸ κελεύσματος & ἀπὸ ἑνὸς σημείου apud Thucydidem. Ἀπὸ vertitur Ex & in huiusmodi loquendi generibus, ἀπὸ δικαστηρίου ζῆν, it ẽ ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν. Xẽ. Pæd. 3, εἰδότες μὲν ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν, Soliti ex bello viuere, id est, victum quærere. vt dixit Ouidius, Viuitur ex rapto. Sic apud quẽdam, Victus ex rapina. Est autem apud Isocr. ἀπὸ δικαστηρίων ζῆν. Huc pertinet ἀπὸ τῶν κοινῶν πλουτεῖν apud Aristoph. Citatur etiam ex Thucydide, ἀπὸ πολέμου ἐφθαρησαν, pro Ex bello sunt attriti. sed Latinius diceretur Bello attriti, præpositione omissa. At in hac loquutione, ἀπὸ τῆς λυπης κοιμώμενος, potest ἀπὸ verti Ex, vel Præ: vt sit, In somnum conuersus ex mœrore, vel Præ mœrore.

Ἀπὸ, De, Matth. 15, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων ἐσθίουσι, Canes de micis comedunt. ἀπὸ τῶν σῶν αἱαλίσκω, apud Isocr. Absumo de tuis bonis, vel de tuo. Sic ἀπὸ τῶν σῶν δαπανῶ, Cœno de tuo. vt apud Terentium. Olet vnguẽta de meo. pro Meis sumptibus. Aristoph. in Pluto, ἀπὸ τῶν ἐμῶν δεῖπνήσεσθον. Plut. in Publicola, ἀπὸ τῆς οὐσίας πολίταις εἰς πολεμον εἰσενεγκεῖν χρήματα, De suis facultatibus. Quidam tamen exponunt Pro suis facultatibus, id est Pro modo seu proportione suarum facultatum.

Ἀπὸ, Per. vt Il. θ, Τόξῳ ἀπὸ κρατεροῦ Τεύων ὀλέκοντα φάλαγγας. Sic apud Thucydidem scholiastes quodam loco ἀπ' αὐτῆς exponit δι' αὐτῆς. Sic ἀφ' ἑαυτῶ δυνάμενος χρήσιμος εἶναι, vertitur Per se valens prodesse. Plut. De Alex. fort. lib. 1, ἡ γὰρ φύσις ἀγαθὸς ἐστιν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὸ καλόν. id est Per se. Potest tamen aliis modis verti. Bud. interpretatur Suapte sponte. Apud Chrysostomum, καπελύθη πόλεμος ἀπὸ προσευχῆς, Per preces bellum finitum est, seu cessauit. Nisi quis malit ἀπὸ προσευχῆς vertere Post preces. Item ἀπὸ προγραφῆς, Per programma, Programmate. Xen. τὰς γεμεὼ ἐξαγαγὼν τὸν ἱππικὸν ἔφευγον αὐτοὶ πολέμιοι αἰσθάνοιντο, εἰ ἀπὸ προσαγορεύσεως γίγνοιντο μᾶλλον, ἢ ἀπὸ κήρυκος, ἢ ἀπὸ προγραφῆς. Sic apud eundem ἀπὸ προσαγορεύσεως malim vertere Per denuntiationem quàm Post denuntiationem. quia ipsemet διὰ προσαγορεύσεως alicubi dicit quod aliis in locis ἀπὸ προσαγορεύσεως. Item ἀπ' ἐμοῦ, A me, id est Per me. hoc est Nõ obstabo. Xen. Pæd. 3, καὶ ὅσοι πύοις ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πάντες τὰ πιστά. καὶ ἐλευθέροις μὲν ἀμφοτέροις ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνεπέθεντο, & vtrosque liberos per vtrosq; esse placuit. hoc est παρ' ἀλλήλων ἀλλήλων ἕνεκα, inquit Bud.

Ἀπὸ, Absque. Thuc. lib. 6, ἔλεγε δὲ τοῖς Ἀθηναίοις αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει id est χωρὶς ὅπλων, inquit scholiastes. Sic & quum vidua vocatur ἡ ἀπ' ἀνδρὸς ὖσα quasi ἡ ἄνευ vel χωρὶς ἀνδρὸς ὖσα. Itidẽ ἀπ' ὀμμάτων dicitur ὁ ἄνευ ὀμμάτων, Qui est sine oculis, Qui caret oculis, Oculis captus. ὁ πηρωθεὶς, inquit Eustathius: vt Δίδυμος ὁ ἀπ' ὀμμάτων. Similem significationem habere dicit ἀπὸ in hoc loquendi genere, ὁ ἀπὸ ἐπάρχων, ὁ ἀπὸ βασιλέων. Manasse autem hæc ex Homerico ἀπὸ θυμοῦ, pro ἔξω ψυχῆς. Quidam tamen non ἀπὸ θυμοῦ legunt, sed ἄπο θυμοῦ, scribentes ἄπο cum accentu in priore. Sic & ἄπο τῶν ὅπλων apud Synesium pro Procul ab armis, vt postea dicetur.

Ἀπὸ cum genitiuo suo aliquando nomine vno reddendum: vt οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων apud Laertium, Mathematici. sic οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, Philosophi & literati. vel Studia literarũ tractantes. Sic οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, Stoici: & οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Peripatetici. Athenæus, εἷς τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς. id est εἷς τῶν στωϊκῶν. Sic οἱ ἀπὸ βήματος, Concionatores: & οἱ ἀπὸ θυμέλης, Comici vel tragici, vt vertit Budæus apud Plutar. in Demetrio. Quidam verò οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς vertunt, Qui sunt è philosophorum numero. & οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, Qui sunt è Stoicorũ numero. vel Qui sunt Stoicæ factionis. vt οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Qui sũt Peripateticæ factionis. qui sectæ potius dicere debuerãt, quàm factionis. Sed rectius hic est quod breuius, Stoici, Peripatetici. ‖Eadem autem interpretationis ratio tenenda est & in his loquutionibus, ὁ ἀπὸ πηλάνου, ὁ ἀπ' αἰθράκων. nam ὁ ἀπὸ πηλάνου idem aliter dicitur vno verbo, ὁ πηλανισὸς, id est, In fartagine frixus. Athenæus, ἡ ὦ ἀπὸ πηλάνου, βαρεῖα ἡ δύσπεπτος. Idẽ, ὁ δὲ ἀπ' αἰθράκων, γλυκυπρος. Alibi dicit pro eodem ὁ ἐξ αἰθράκων.

Ἀπὸ cum genitiuo suo per aduerbium redditur interdũ. vt ἀπὸ τυχομάτου, vel ἀπὸ τύχης, Fortuitò, vel Forte fortuna. ἀπὸ μνήμης vel ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, Memoriter exponere. quod etiam dixit Cicero alicubi ad verbum, A memoria. Sic & quũ dicitur ἀπὸ τῶν προφανοῦς, pro προφανῶς seu φανερῶς, vt apud Thucyd. & ἀπὸσπουδῆς pro σπουδαίως, vt apud Homerũ. & ἀπὸ τῶν παραχρῆμα, pro παραχρῆμα vt apud Xenophontem.

Ἀπὸ cum genitiuo suo interdum per nomen ablatiui casus redditur: vt apud Aristophanem in Pluto, ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικρᾶ πάνυ ἐθέλω δραχμῆς ἀγοράσαι. id est Parua impensa, Paruo sumptu, vel Paruis sumptibus, Cum paruo impendio. Sic & ἀπὸ σμικρῶν positum reperitur. Itidẽ hoc in loco Demosthenis, στεφανοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸν βουλόμενον χρυσῷ στεφανῶ ἀπὸ πελάντων ἑξήκοντα, quidam vertunt ἀπὸ πελάντων ἑξήκοντα, impendio sexaginta talẽtorũ. Sed videtur posse verti simplicius στεφανῶ ἀπὸ πελάντων ἑξήκοντα, Corona è sexaginta talentis: Vel sine præpositione, Corona talentorũ sexaginta.

Ἀπὸ in quibusdam loquendi generibus vix potest reddi Latinè sine alicuius vocabuli adiectione: vt apud Thucydidem lib. 2, οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες, Ab Athenienses in coloniam deducti Iones, οἱ ἄποικοι τῶν Ἀθηναίων, inquit scholiastes. Puto verti etiã posse, Ab Athenienses ortiũdi. ‖Apud Plutarchũ in Othone, ἀπ' ἐλαφρᾶς ναῦς θαρροῦσι exponitur, Audent quum sint pauciores.

Ἀπὸ per tmesin etiã ponitur, sicut & aliæ præpositiones. nec verò in carmine dũtaxat ita vsurpatur, sed interdũ & ab Herod. Iliad. σ, Πρῶτος ἐμοὶ ἀπὸ δουρὸς τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ. Aristoph. in Pl. Εἰ μὴ φρέσστς γὰρ, ἀπόσ' ὀλαὶ κακὸν κακῶς. Herodot. καὶ ἀπὸ μὲν ἑωυτὸν ὤλεσας ἀπὸ δ' ὤλεσας Κῦρον. Quũ autẽ in tmesi postponitur præpositioni, tum & accentum in priorem reiicit, aliarũ præpositionum more quæ sunt dissyllabæ. vt, — ἐλεφάρων ἄπο δάκρυα πίπτει.

Ἀμβλυνόπτω, Cæcutio, Caligo, Allucinor. Sum luſciſoſus, Nō
cerno acutum, Hebetem habeo aciem oculorum. Plato
Pol. 6, ὀφθαλμοὶ ἀμβλυνωπίοισί τε καὶ ἐγγὺς φαίνονται τυφλῶν.
id eſt Caligant, interprete Budæo. Lucianus, οὕτω κατηγό
σοι ἀμβλυνόπτω πρὸς τὸ φῶς. Cæcutio, καὶ βαρύωμαι τῷ ὀφ
θαλμῷ, inquit Budæus. Idem Lucianus in Timone, λη
μᾶς καὶ ἀμβλυνόπτας πρὸς τὰ γιγνόμενα, Cæcutis & lippus
es ad ea quæ fiunt, In iis quæ fiunt non es perſpicax, vel
ad ea quæ fiunt. Aliquando τὸ ἀμβλυόπτον ponitur tan-
quam nomen ſubſtantiuum pro caligatione & cæcutiē
tia. Ἀμβλυόπτω autem non eſſe compoſitum (vt puta
uit autor Etymologici, & cum eo viri noſtræ ætatis do
ctiſſimi) alibi probare conabor.

Ἀμβλύωπω etiam dicitur pro ἀμβλυωπῶ, inquit Heſychius.
eſt autem ἀμβλυωπῶ idem quod ἀμβλυόπτω, Cæcutio.
factum ergo exiſtimo ἀμβλώπω, ex ἀμβλυόπτω, ablato
per ſyncopen υ. Nam quin ἀμβλυώπω dici poſſit ſicut
& ἀμβλυόπτω, minimè cuiquam dubium eſſe debet. Vti-
tur autem hoc verbo ἀμβλώπω Nicander in Theriacis
Ὄμμασιν ἀμβλώπωσε. ‖ Eſt etiam ἀμβλώπω ſiue ἀμ-
βλόπτω, Abortior, Abortiuum pario, ἀμβλόω, de quo po-
ſtea.

Ἀμβλυωπὸς, οῦ, ὁ, vel Ἀμβλυωπὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Obtuſam habēs
aciem oculorum & hebetem, Qui eſt oculis hebetibus.
vnde ἀμβλυωποὶ κριταὶ apud Lucianum, Iudices non a-
cutùm cernentes. Theophr. lib. 3 de cauſis plant. καὶ ἀμ-
βλυωπῆς ὀπτήνονται πολλοὶ τοῦ ὀφθαλμῶν. Ibidem, ἀμβλυω
πῆς ὀφθαλμοὶ τῆς ἀμπέλου. id eſt Excæcati oculi, vt Bu-
dæus interpretatur. Dicitur autem ἀμβλυωπὸς ex ἀμβλὺς
& ὤψ, ὠπὸς eodē modo quo dicitur ὀξυωπὸς (quod illi
opponitur) ex ὀξὺς & ὤψ, ὠπός.

Ἀμβλυωπὸς, in actiua ſignificatione, Obtuſam reddēs
aciē oculorum & hebetem, Oculorum aciem hebetans.
vt apud Dioſcoridem lib. 2, cap. 174, ἀμβλυωπὲς ὤπιμον.
Apud eundem, ἀμβλυωπὸς φαῦς, eadem ſignif.

Ἀμβλυωπόπτερος, Comparat. Qui eſt hebetioribus ocu-
lis apud Athenæum. In vulg. lexicis ἀμβλυόπτερος legi-
tur, itidē verò in Luc. loco modò citato ſcribitur ἀμβλυω
πὶ non ἀμβλυωπί. quam ſcripturam vtrobique eſſe
mendoſam perſpicuum eſt.

Ἀμβλυωπία, ας, ἡ, Viſus obtuſus, Hebes oculorum acies.
Budæus viſum obtuſum apud Gregor. interpretatur. V-
titur & Plutarchus Sympoſ. 4.

Ἀμβλωπῆς etiam reperitur & ἀμβλωπὲς apud Theophra-
ſtum, lib. 3, cap. 20. vbi ſi mēdum non eſt, ἀμβλωπῆς &
ἀμβλωπὲς per ſyncopen perdidiſſe υ dicemus, vt ἀμ-
βλώσω pro ἀμβλυώσω. ‖ Citatur verò & ἀμβλῶπις αὐγαὶ
ex Eurip. id eſt hebetes oculi, vel cæcutientes. quæ ſcri-
ptura ſi mēdoſa nō eſt, ab ἀμβλῶψ eſſe dicemus plurale
ἀμβλῶπες ſi quidē à ſingulari ἀμβλωπὴς pro ἀμβλὺς πὴς
pluralis eſſet ἀμβλυωπεῖς, de quo modò dictum eſt. ‖ Iam
verò Heſychius habet ἀμβλώπη quod exponit τυφλή. id
eſt cæca. apud quem nemo dubitare poteſt quin ἀμβλώ
πη mendoſè ſcriptum ſit παροξυτόνως pro ἀμβλωπὴ ὀξυ-
τόνως, vt ſit ἀμβλωπὴς, ἀμβλωπή, ἀμβλωπόν, pro ἀμβλυω-
πὸς, ἀμβλυωπή, ἀμβλυωπόν.

H ¶ Ἀμβλόω, ῶ, F. ώσω, Abortior, Abortiuū pario, vel Abor-
tum pario. Ἀμβλῶσαι (inquit Euſtathius) τὸ φθεῖραι βρέφος
ἐν γαστρὶ, id eſt, Interimere infantem in vtero. Vſurpan-
tur frequentius COMP. Ἐξαμβλόω & ἀπαμβλόω quorū
hoc apud Plutarchum extat, illud apud Ariſtoph. & Pla
tonem. ſed pro ἀπαμβλῶσαι. apud Plutarchum legitur
etiam Ἐπαμβλῶσαι. Dicitur autem, ſecundum eun-
dem Euſtathium mulier ἀμβλῶσαι, quaſi αἰαβάλλειν

ἐκ τῆς μήτρας τὸ ἔμβρυον. Ego autem pono poſt ἀμβλύς, A
eos ſequens qui inde deducunt.

Ἀμβλόω, ῶ, F. ώσω, Idem quod ἀμβλώω. nam Obtundo &
Hebeto vertitur à Gaza.

Ἀμβλόομαι, οῦμαι, paſſ. Hebetor, Hebeſco. Theophr. in
4 De plant. ἔνια δὲ καὶ ῥηγνύμενα τὰ νοσεῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος.
ἀμβλοῦται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ὀπῆς. id eſt Hebetan
tur. Alibi autem vocat ἀμβλωπὴς κλῆμα cuius ὀφθαλμοὶ
ἀμβλοῦνται.

Ἄμβλωμα, ατος, τὸ, vel Ἄμβλωσις, εως, ἡ, Abortio. Partꝰ abor
tiuus. Partus abortiui infantis, vel potius ſimpliciter a-
bortiui. ἀμβλώσεως καὶ δίδωσις, apud Greg. Abortionis pe- B
ricula: In v. l. vertitur Partus pericula, non ſine manifeſto
errore. ‖ Dicitur autem ἄμβλωμα nō ſolū pro ἄμ
βλωσις, ſed etiam ἀμβλωθρίδιον, i. abortiuus fœtus. vt do
cet Euſt.

Ἄμβλωμα & Ἄμβλωσις, Obtuſio & Hebetatio. vt ἄμ-
βλωσις τοῦ ὀφθαλμῶν, Hebetatio oculorum. Apud Theo-
phraſtum autem, vbi de vitibus loquitur, ἄμβλωσις ὀ-
φθαλμῶν eſt excæcatio oculorū. Alii hebetationem ver C
tunt.

Ἀμβλωθρίδιον, υ, τὸ, Idem quod ἄμβλωμα, Fœtꝰ abortiuus. à
quibuſdam vertitur Partus abortiuus. ſed partus abor-
tiuus eſt ipſa ἄμβλωσις, niſi quis partum intelligat pro
ipſo fœtu, non pro ipſa pariendi actione. Videtur præ-
ceſſiſſe ἀμβλωθρίον, deinde addita ſyllaba δι, dictum
fuiſſe ἀμβλωθρίδιον diminutiui forma. Quidam cum ἔκ-
τρωμα confundunt: alii diſtinguunt, ex quibus eſt Euſt.

Ἀμβλωθρίδιον, Medicamentum quod abortum pro- D
uocat, vel, ad prouocandum abortum, Medicamentum
ad partū abigendu, ſiue elidēdū, vt loquitur Celſus. Ἀμ-
βλωθρίδιον, inquit Suidas, οὗτο τι τὸ φθορεῖον φάρμακον, καὶ
δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν.

Ἀβλωθρίδια etiam legitur apud Heſ. idem ſignificās
quod ἀμβλωθρίδια. Quanuis autem ſcriptura illa ſine μ
planè videatur ab omni etymologia verbi, à quo dedu
citur hoc nomen, aliena: tamen apud eum ſuo loco, ſe-
quendo ſeriem alphabeticam, poſita eſt.

Ἀμβλώσκω, Idem quod ἀμβλόω. Suidas.

Ἀμβλίσκω, Idē. Dicitur autem ἀμβλόω & ἀμβλίσκω eodē E
modo quo αἰαλόω & αἰαλίσκω. Plato, καὶ ἐὰν νέον ὂν δίξῃ
ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσι. Iulius Pollux, ἀμβλίσκουσι δὲ (in-
quit) τὸ ἀμβλίσκειν τοιοῦσι, φησὶν ὁ Πλάτων. id eſt, Plato au-
tem ἀμβλίσκουσι dicit pro Faciunt ἀμβλίσκειν. hoc eſt,
Faciunt abortiuum parere, Faciunt abortiri.

Ἀμβλύσκω etiam legitur apud Heſ. in eadē ſignific. i-
témq; de vite dictum, fortaſſe in excæcationis ſignifi-
catione. nam mendo carere non videtur hic eius locus,
Ἀμβλύσκει, ἐξαπλοῖ κυρίως δὲ ὅθεν ἀμπέλου.

Ἀμβλυσκαίω, Idem apud Pollucem. F

ΒΑΠΤΩ, Mergo, Immergo. vt apud Arat. τὰ μὲν εἰς
κεφαλὴν μάλα πάντα βάπτων ὠκεανοῖο. Pro
quo Cicero, Hic caput & ſuperas potis eſt demergere
partes. Item Tingo (quod fit immergendo) Hom. Od. 1,
Ὡς σ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν ἠὲ σκέπαρνον Εἰν ὕδατι
ψυχροῦ βάπτῃ. In Epigr. — ἐς ὕδατα κρεῶν ἔβαψε, Immerſit.
Dioſc. 1. 1, βάπτειν πεύκας. Sic apud Lucill. Epigr. 2, πᾶς βύκας
βάπτειν & τὴν κεφαλὴν βάπτειν. Apud Soph. βάπτειν ἔγχος, In-
ficere, Imbuere. Apud Luc. autē noua cōſtru. Euāg. c. 16, G
v. 24, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, pro Vt intin
gat extremū digitū ſuū in aquam. ‖ Βάπτω, Lauo, πλύω.
Suid. ex Ariſtoph. βάπτειν etiā neutraliter nauis dicitur a-
pud Eurip. pro ἔφαλος γίνεσθαι. Is enim in Oreſte ſic habet,
Καὶ ναῦς ἐνηνέμωσε πρὸς βίαν πολὺ ἔβαψεν [Βάπτω ſchol. Ni-
candri exponit etiā δρόμου, & κυμίζω, i. Hauriō, Impleo
[hauriendo ſub.] in hoc loco Alexiph. Ἡ σὺ γὰρ ὠσαμὸν κα
θαλμεῖ βάλανα γαίης Ναιομένῳ. Τὰ λεπτὰ δὲ τέσσαρα μὲν ὀβολὸν κα
τὰ ἕξαις. Ἡ αὐτὰ ἄλα βάπτει. Sed melius cōuenire videtur
poſterior expoſitio loco Eurip. in Hecuba. Βάψασ' ἑνὶ κύκλῳ, H
&c. Paſſ. Βάπτομαι. vnde βάπτομαι, & βάμμα.

Βάμμα, ατος, τὸ, Tinctura, ſeu id ipſum quod tinctum eſt.
χρῶμα, inquit Heſych. Plato 12 Leg. βάμματα δὲ μὴ
προσφέρειν, ἀλλ' ἢ τοῖς τὴν κόσμησιν τοῦ σώματος. Pro quo Ci-
cero De legib. 2, Tincta verò abſint, niſi à bellicis inſi-
gnibus. Βάμμα Σαρδιανὸν, i. τὸ φοινικοῦν, à Sardo inſula
in qua purpuræ celebres fiebant. prouerbialiter accipi-
tur pro plaga, de quo apud Suidam. Eſt etiam idem-

quod ἔμβαμμα, hoc eſt intinctus, quo Plinius vtitur. i-
liquor in quo panem vel obſonia intingimus. Salſa-
mentum vertunt vulg. lex. Dioſc. lib. 3, cap. 94 de radice
laſerpitii, ὀξύτατος δὲ ὀδὶ μυγυμβῆν καὶ εἰς βαμματα καὶ εἰς
ἅλας. vbi Barbarus vertit, Commendatur ad intinctus
inſulentáque. Nicand. Alexiph. πηλάνιόν τε πίοις ὀνὶ βάμ
μασι σμβλων. vbi ſchol. annotat βάμμα vocari omne
ὑγρόν: &, ſi ſolum ſine adiectione ponatur, ſignificare a-
cetum.

Βάψις, εως, ἡ, q. d. Tinctio, Ipſe tingendi aut mergendi a-
ctus. βάψις χαλκοῦ καὶ σιδήρου, Temperatura æris & ferri. B
Citat Pollux ex Antiphonte.

Βαπτὸς, ῆ, ὸν, Tinctus, Infectus, ſ. colore aliquo. Ariſtoph. Plu
to, Οὔθ' ἱματίων βαπτῶν δαπαίας κοσμῆσαι ποικιλομόρφων.
Sic ex Platone citatur βαπτὰ χρώματα, Colores. & ex Eu
rip. βαπτὰν κάλπιδα πηγάν, Fontem hauriendum ſitulis.
nam & βάπτω in ea ſignif. ſuprà habuimus. ‖ Βαπτὸς eſt
etiam nomen proprium apud Plut. ‖ Βαπτὸς etiam la-
pis eſt ſeu gemma bituminoſa, molli odore prædita. ſic
dicta ex tinctura, quanuis Plinius non explicet quo co-
lore fuerit tincta. ſunt qui exiſtiment anchuſæ radice
intinctam fuiſſe Gorr. ET Βάπτεια, ας, ἡ, Tinctrix. C
Pollux ex Eupolide. AT Βάπται, οἱ, in vulg. l. Fucati.
Item, ſacerdotes quidā apud Ariſtoph. Suid. & Politian.
Miſc. Item nomen Comœdiæ Eupolidis. Polit. cap. 10
Miſcell.

Ἄβαπτος, υ, ὁ καὶ ἡ. vt ἄβαπτος σίδηρος, Non temperatū ferrū,
ab α priuatiuo, & βάπτω, id eſt Intingo. Nam ferrum
intingendo in aquam, temperatur. ἄβαπτος, ἀστόμαχος,
inquit Suid. i. (vt opinor) οὐχ ἑλῶν τὴν γλῶσσαν. quod de ferro
dici ſolet. Apud Heſychium legitur, ἄβαπτος, ἀστομώ
πατος. malè, meo quidem iudicio: ac legendum credo ἄ-
βαπτος, ἀστόμωτος: ἀβαπτόπατος, ἀστομόπατος: vt & apud Sui-
dā. Varinus hæc haber præterea, neſcio vnde deſcripta,
λέγεται καὶ ὅθεν τοῦ ἀρχαιολόγου.

Βαπτικὸς, οῦ, ὁ, Tinctilis, in v. l.

¶ Βαφὴ, ῆς, ἡ, Immerſio. Sophocl. Aiace, Κἀγὼ γὸ ὃς τὰ δύν' ἐ-
καρτέρουν πάτε, Βαφῇ σίδηρος ὡς. Item Tinctura, Color. Phi-
loſtratus Epiſt. Ἵνα ἀγνοῶσι τὸ αἷμα τῆς κοινωνίας τῆς βαφῆς.
Theophr. De cauſ. plant. lib. 1, cap. 24, βαφὴν ὑποτεθλιμμέ-
να. At Plut. τοῦ βαφοῦ οὐκ ἀφιέντα τῆς πορφυρίδος, ὃν πολλῷ
χρόνῳ δεύσαντιν οὖσαν, metaphoricè dixit pro macula.
Item color fucatus. Philoſtr. epiſt. 39, ζωγραφίαι παρειῶν
καὶ χλεύων βαφαί. Sic Herodian. φύσει τὸ πρόσωπον ὡραῖον
ὑβρίζων βαφῆς ἀφίεσι. Simili ferè modo Plutarchus Pe-
ricle dixit, βαφὴ ῥητορική.

C. Ἄβαφος, υ, ὁ καὶ ἡ, Non tinctus.

C. Δίβαφος, υ, ὁ καὶ ἡ, Bis tinctus. vt δίβαφος πορφύρα. qua vo-
ce & Plinius vtitur lib. 9, cap. 39; Dibapha tunc dicebā-
tur quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico imperidio,
qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tin
guntur. Cicero quoque ad Cælium ſcribens, eleganti
ioco, Curtius (inquit) noſter δίβαφον cogitat: ſed eum in-
fector moratur.

C. Ὀξύβαφος, ſeu Ὀξύβαφον, & Ὀξυβάφιον, Acetabulum. ἀγ-
γεῖον δεχόμενον ὄξος, vt Athen. exponit lib. 2. Propriè dictū
fuit vaſculum in quod acetum infundebatur ad intingē-
dos cibos: Pollux verò ἐμφάβια, μελάδεμα, λεκάνια, βυ-
βλία & ὀξύβαφα inter ἀγγεῖα quoque ἡδυσμάτων ἢ βρω-
μάτων commemorat: addens mox, ὀξύβαφα olim vocata
etiam τὰ ὑποδεχόμενα τὰ λάπαθα, ſeu (vt quidam emendāt)
τὰ λαπάθας: & alibi ſcribens ὀξύβαφα non ſolùm dici
ὅθεν κεφαλικῶν, verùm etiam ὅθεν τοῦς εἰς τὸν ἐδωδίμων χρῆσ-
αι, ſicut in Ariſtoph. Auibus, Ὀξυβαφοῖ ὑπὸ θεῖ τοῦς θοῦ
λαῶν ἢ πρυβλίον. & in Phrynichi Muſis, Καὶ ὀξυβάφων
τρεῖς χοινικας ἢ δύ' ἀλθύρων. Hinc ad menſuræ nomen
tranſlatum eſt quæ quartam heminæ partem continē-
ret, τέταρτον κοτύλης, vt Græci loquuntur: hoc eſt (vt Bud.
de aſſe ſcribit) 24 drachmas, id eſt quadrantale. Ὀξύβα-
φον vulg. lex. ſcribunt vocari etiam; ſimiliter vt κοτύλιον
& κοτυληδόνα, ab anatomicis ſinus profundiores oſſium
capita excipientes: obſeruari autem eiuſmodi cauitates
atque acetabula in coxēdicis oſſe maximè, & in eo qui
cymbam refert figura: vnde ei & nomen.

C. Κοκκοβαφὴς, ET Κοκκινοβαφὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Cocco tinctus,
Coccineo colore infectus. erat autem coccum rubens
Galatiæ granum, Plinio teſte. Citatur ex Athenæo

C. Μελαμβαφής, ές, ὁ καὶ ἡ, Niger ex tinctura, vt in v. l. exponitur. seu Nigro colore imbutus. A

Βαφικός, ῇ, ὸν, Tinctorius. Vnde Βαφικὴ, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, Tinctoria ars.

Βαφεύς, έως, ὁ, Tinctor.

C. Ἀποβάπτω, Intingo, Immergo leuiter. Dioscor. lib. 5, ἀποβάψας εἰς ὕδωρ, Intingens vel immergens in aquam.

Ἀπβάπτομαι, Pass. vnde ἀπιβάφη apud Athen. lib. 7, ὅς πῃ ἐν ἁλμῃ τοῦ τῶν τειχέων ἀπιβάφη.

C. Εμβάπτω, Immergo, Intingo, Aristoph. Nub. ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε. Xen. Pæd. 2, ὄψον ὁ ἔπ αὐτῷ λοιπὸν ἰῶν τῷ ἐμβάπτεσθαι. Athen. lib. 9 ex Aristoph. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλῳ φάγομι αὖ ῥῆμα, εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ λθ. κοτὶ σῦκα. vbi actiuè in pass. voce sumitur. VNDE Ἔμβαμμα, ατος, τὸ, Intinctus. Embãma etiã Colum. & Vlp. vocant. Xen. Pæd. 1, παντοδαπὰ ἐμβάμματα καὶ βρώματα. ET Ἐμβάφιος, Bibulus, vt v. l. exponunt. AT Ἐμβάφιον, ου, τὸ, Vas in quo intingitur. Galeno apud Hip. idem est quod ὀξύβαφον. sicut Nic. quoq; schol. κύμβον scribit appellari & κυμβίον & ἐμβάφιον & ὀξύβαφον. Pollux verò inter ἀγγεῖα ἐν οἷς τὰ ἡδύσματα ἢ βρώματα, vnà cum κελαρίοις, λεκανίοις, τριβλίοις & ὀξυβάφοις connumerat. AT Ἐμβαφίας ἀπὸ τοῦ βάθαι, ἀπὸ τοῦ βάπτειν ἢ βάθ. Hesych. B C

C. Εἰπιβάπτω, Immergo, Intingo

C. Κατάβαπτω, Demergo, Obruo.

¶ Βαπτίζω, Mergo seu Immergo (vt quæ tingẽdi aut abluẽdi gratia aquæ immergimus) Plut. De superst. ἢ τοῦ μάκρου κάλει χρῶν, καὶ βάπτισον σαυτὸν εἰς τὰ λαοῦσαν, ἢ καὶ σίραις ἐν τῇ γῇ διημέρευσον. Sic apud Alex. Aphrod. βεβαπτισμένος, pro Immersus. Bud. βεβαπτισμένος exponit etiam Intinctus. ¶ Βαπτίζω, Mergo, id est Submergo, Obruo aqua. Et βαπτίζομαι, Mergor, Submergor. Strabo lib. 6, de lacu Agrigenti loquens, ἢ δὲ ὀ τῆς ἀκολύμβοις βαπτίζεται συμβαίνει ἔχειν τὸν ὀλιγοπλάτοιον. Basil. 256, τοῖς ἐν τῇ θαλάσσῃ βαπτιζομένοις συμπίπτοντες. Naz. orat. De facto bapt. ἵνα μὴ αὐτανδρῶ τῇ νηῒ βαπτισθῶ. ¶ Vt autẽ Latini aliquẽ aqua obrutũ dicunt, significantes submersum, itidémque vino obrutũ pro Bene appotum & ad ebrietatẽ vsque, nec non Obrutum aliquem negotiis, præterea Obrutum ære alieno: sic & Græcos suo βαπτιζεσθαι metaph. vsos esse cõperio. Plato in Sympos. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰμι τῶν βεβαπτισμένων. Idẽ in Euthyd. καὶ ἐγὼ νοῦς βαπτιζόμενον τὸ μειρακιον, ἢ λόμβος ἀνατεινόμενος αὐτὸ μὴ ἀποδειλιάσῃ. Argumẽtis sophisticis obrutũ. Plut. in Galba, de Otho ne loquẽs, πενταετιῶν μειράδων ὀφθήμασι βεβαπτισμένος. Βαπτίζω, Abluo, Lauo. Marc. 7, v. 4, καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. Sic Luc. 11, v. 38, ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου. ¶ Apud Christianos autem βαπτίζειν de solenni illo mysterio initiationis dictum qua Christo initiamur, nomen suum retinet, nã Baptizare dicim⁹. & qui Lauare seu Abluere, pro Baptizare, itidémque Ablutionẽ seu Lotionẽ pro Baptismo seu Baptismate, dicere ausi sunt, explosi iure optimo fuerunt. Cyprian. tamen cum alibi, tũ in quadã ad Cæc. epist. (certo, vt opinor cõsilio) pro βαπτίζοντες dixit Tingentes. nã hæc. Matth. in fine cap. vlt. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, interp. ita, Docete omnes gentes, tingẽtes eos in nomine Patris & Filii & spiritus sancti. Sequitur autẽ in hac interpr. Tertullianũ magistrum suum, qui non solùm Tingere sed & Intingere interpr. Quibusdam tamen verbum Græcũ hac de re dictũ Latino Mergere interpretari magis placuit. Atque adeo idẽ Tertullianus De corona militis, magis propriè interpretatus est Mergitare, seruata propter trinã in baptismo immersionem, forma quã frequentatiuam grammatici vocant: sicut à βάπτω deductum βαπτίζω eam habere videtur. D E F

Βαπτισμός, ET Βάπτισμα, Mersio, Lotio, Ablutio, id est, ipse mergẽdi item lauandi seu abluendi actus. Marci 7, v. 4, βαπτισμοὶ ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν. Item Baptisma seruato nomine apud Christ. scriptores. ET Βάπτισις ex Luciano affertur pro lauacro. ET Βαπτιστήριον, Lauacrũ. Plin. Iunior, Cella frigidaria in qua baptisteriũ amplũ & opacũ. Habetur apud eundem in epist. ad Gallum. Vide & Vitruuium. G H

Βαπτιστής, Qui immergit, Qui abluit. Pharisæi à Iust. Martyre βαπτισταὶ dicti sunt peculiari epitheto ab illa consuetudine de qua Mar. 7 agitur. Et Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς in Euang. q. d. Baptizator. ET Ἀναβαπτιστής, q. d. Rebaptizator. Est autem hodieq; diabolica Anabaptistarum secta passim nota. ET Καταβαπτιστής, de quo in Καταβαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, ὁ καὶ ἡ, Immersabilis, Qui vel quæ mergi nequit. nam βαπτίζω est mergo, præteriti passiui tertiam personam habens βεβάπτισται: vnde ἀβάπτιστος, præfixo α priuatiuo. Pindarus hoc epitheto suberi tribuit. Plutarchus, σώματος ἀβαπτίστου καὶ ἐλαφροῦ.

Ἀβάπτιστον, ου, τὸ, Substantiuè Terebella, chirurgorum instrumentum, sic dictum quasi quod non mergatur. Nam ita confectum fuisse aiunt vt altius defigi non posset, ne cerebri membranam læderet.

C. Εμβαπτίζω, Immergo. Apud Synes. metaphoricè, epist. 57, καὶ πολὺ ψυχῶν ἐμβαπτίζει μειλιχίαις προσφάτων. Idem in lib. De somn. καὶ ὁ νοῦς αὖ ἐμβαπτιζόμενος τῷ ὑδεῖ. H

C. Κατάβαπτίζω, Submergo. Itẽ Obruo. vt exponit Bud. apud Alex. Aphrod. Probl. 4. AT Καταβαπτιστὴς à Gregorio απτιστὴ opponitur.

ΒΑ΄ΡΒΑΡΟΣ, ου, ὁ ἡ, Barbarus, Pronũtiatione vitiosa & insuaui vtens literásq; malè exprimens, blæsorũ balborũmque more. Hanc nim primã vocabuli huius signif. fuisse Strabo l. 14 scribit, per onomatopœiam factum esse addens. Quum autem Græci (inquit) hoc vitium in peregrinis linguis animaduerterent, eos per conuitium βαρβάρους appellare cœperunt, quasi crassilingues seu durilingues: tandẽ verò omnes qui diuerso ab aliis sermone vterẽtur, hoc nomine appellarunt. De Caribus autem dictis βαρβαροφώνοις vide paulo post. At quidam scripserũt peregrinos homines Athenis linguam Græcam discentes, quum aliquid ex ea proferre conarentur, in hanc vocem βαρβαρ subinde incidere solitos. Sed mihi magis rationi cõsentaneum videtur vt vox hæc ab iis qui irridere illos volebant, ficta fuerit, tãquã eorũ τραχυστομίαν imitans. Cæterùm βάρβαροι opponuntur Græcis (sequendo quæ modò ex Strabone protuli) vt apud Plut. in Consol. γυναῖκες δὲ ἀνδρῶν φιλοπονωτέραί εἰσι, καὶ οἱ βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων, καὶ οἱ χείρους τῶν ἀμεινόνων. Sic Philostr. epist. οἱ μὲν βάρβαροι ὅπλοις, οἱ δὲ Ἕλληνες κράνεσι. Dicitur autẽ βάρβαρος & pro Barbaricus. vt βάρβαρος γλῶσσα, Soph. βάρβαρος πόλεμος, Thucyd. Bellũ barbaricũ, i. à barbaris illatum. βάρβαρον ῥάπυμα, X. Pæd. 3. βάρβαρος πόλις, Dem. βάρβαρος δόπολις, Æsch. βάρβαρος χιών, Luc. Sed & βάρβαροι ἔμπλαστοι pro barbaricis emplastris. Interdũ autẽ ἡ βάρβαρος, sub. subst. χῶρα vel χώρα, pro barbarica regione. Affertur & τὸ βάρβαρον pro barbaris. Apud Thuc. legitur & superl. gradu, lib. 8, λαβὼν κατ' πάχος τοξότας πολλοὺς τοῖς βαρβαρωτάτοις. A B C D E F

Βάρβαρος apud Paulum cuius est peregrinum & ignotum idioma ad Cor. 1 cap. 14. v. 11, ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. vel potius (vt habebat vnum ex nostris vet. exemplar.) ἐμοὶ βάρβαρος, sine ἐν. Tale est omnino quod dicit Quidius, Barbarus hîc ego sum, quia non intelligor vlli.

Βάρβαρος, Qui barbarè loquitur, Qui barbarismum cõmittit (de quo vide in Βαρβαρισμός.) Luc. in Soloec.

Ἐνάρβαρος, Agrestis, Qui agrestibus moribus est præditus. Item, Inhumanus, Ferus. Sæpe autem & de re dicitur: vt Theophylact. epist. τὸ μανιώδες τοῦ κυνὸς καὶ βάρβαρον. Sic autem & Plut. μανικὰ & βάρβαρα coniunxit, sed βάρβαρα tamẽ potius simpliciter pro barbaricis accipiẽs: De Alex. for. μανικὰ καὶ βάρβαρα κολασθέντα θαλάσσῃ. G

C. Βαρβαροστομία, ας, ἡ, Barbara loquẽdi prauitas. Strabo 14.

C. Βαρβαρόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Barbariloquus) Barbarã vocem habens. Il. β, Cares βαρβαρόφωνοι appellantur quod sermone Græco minimè puro vterentur, sed corrupto. ET Βαρβαροφωνέω, νῶ, Barbarè loquor. Item, Barbaro sermone vtor, vt qui Græco sermone vtens, eum corrumpit. καὶ ὡς ἑλληνίζω. Strabo.

C. Φιλοβάρβαρος, Barbaros amans. Item, Barbariem amans, & ex consequenti Osor elegantiæ.

Βαρβαρόω, ῶ, Barbarum reddo, id est agrestem & ferum, vel ferocẽ. Vel, Effero, Efferatũ reddo. Exponitur etiam Barbarorũ potestati subijcio. Pass. Βαρβαρῶμαι, Eur. Or. Βεβαρβάρωται χρόνος ὢν ἐν βαρβάροις. Sic & in Maccab.

ET Ἐκβαρβαρόω, ῶ, Idem. sed vsitatius. I socr. in Euag. πολὺ δὲ πόλιν ἐξεβαρβάρωσε. Et ἐκβεβαρβαρωμένος, Ibidem Effectus barbarus, Qui barbaros mores induit. A

Βαρβαρίζω, Barbaris fauco, Abarbarorum partibus sto. Xẽ. Hell. 5, pag. 326. Primã autem hanc signific. pono quòd conueniat cum vsitatissima signif. multorum verborũ huiusmodi, vt μηδίζειν, λακωνίζειν, &c. ¶ Alioqui βαρβαρίζω est etiam Barbaros imitor, vnde βαρβαρίζειν à Theodorito in Eccles. historia Budæus positum suspicatur & pro Minari barbarico more. Sæpius autem est Barbarorum mores imitor, vel cultum. Sed βαρβαρίζειν peculiariter dicitur (& quidẽ frequentissimè) de iis qui barbaros in suo sermone imitãtur, eum videlicet corrũpentes. Hoc autem Barbarè loqui appellatur: sed ego & hic ad imitationem respici puto. Strabo βαρβαρίζειν (sicut & & βαρβαροφωνεῖν) exponit κακῶς ἑλληνίζειν. Distinguuntur autem βαρβαρίζειν & σολοικίζειν à Plut. πρὸς δυσωπίας. sic & à Lucillio lib. 2 Epigr. HINC Βαρβαρισμὸς Barbarismus. quem quidam à solœcismo distinxerunt, quidã autem confuderunt. vt docet Eust. sed ex iis quæ in Βαρβαρίζω attuli, distinguendum esse constat. ὁ μὲν βαρβαρισμὸς, inquit Eustathius, ἁμαρτία δοκεῖ τοῦ φθεγγομένου περὶ λέξεις ἢ πόνους γινομένη· ὁ δὲ σολοικισμὸς, τὴν σύνταξιν ἀνοίας οὖσαν λόγον αἰκίζουσα. ET Βαρβαρίζει, Barbaros imitando, Barbaricè, Barbarico more. Plu. de Al. for. B C D

Βαρβαρικός, κή, κόν, Barbaricus. vt dicitur Ἑλληνικός. Xen. Hellen. 5, λέγων Ἑλληνικὰ καὶ βαρβαρικά. Apud Aristot. βουβαρικὰ ἔθνη, pro quo & βαρβαρικά. Item vt τὸ βάρβαρον pro barbaris dicitur, sic & τὸ βαρβαρικόν. Interdum βαρβαρικῶς, Ad barbarorum mores accedens, Aliquid barbaricũ habens. vt βαρβαρικὰ πέφθη Plut. in Consol. ad Apoll. ET Βαρβαρικῶς, Barbarico more, Barbarè. D

ΒΑΡΟΣ, εος, τὸ, Pondus, Onus. Xenoph. Pæd. 3, καὶ ὅσῳ βάρος τῆς σολῆς. Idem Pæd. 7, καὶ ὃ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες, ὑπὸ βάρους αὖῶ κυρτοῦσθαι. Apud Sophocl. βάρος πλούτου, Pondus diuitiarum, pro abundantia. ¶ Βάρος Xen. metaph. Molestia: vbi scribit, χρὴ τὸ βάρος μεταδιδόναι τοῖς φίλοις. Hãc autem metaphoram pulchrè declarat hic Aristot. locus. Ethic. 9, cap. 11, κουφίζονται δὲ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων τῶν φίλων. διὸ κἂν ἀπορήσειέν τις πότερον ὡς τοῦ βάρους μετιλαμβάνουσιν, &c. Sũt autẽ correlata hæc βάρος μεταδιδόναι & βάρος μεταλαμβάνειν. ¶ Βάρος alia etiam metaph. vt Põdus apud Lat. Plut. Pericle, οὐδεὶς βάρος ἔχων ἰσόρροπον οὐδ' ἀξίωμα τοῖς ποσὶ τῶν ἐχόντων ἡγεμονίαν ἐφανέτο. Item βάρος, Grauitas, metaph. Plut. Demetrio 283, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ χαλεπὸν καὶ βαρὺ καὶ ἀσχὲς εἶχε. Paulo post σιμότητα βασιλικὴν eadem de re dicit. E

C. Ἀβαρὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Nõ onerosus, Minimè grauis, Leuis. Aristoteles in 1 De cælo, τὸ μὲν δὲ ἀβαρὲς σῶμα, τὸ δὲ ἔχον βάρος. Sic apud Lucianum, οὐτοῦ ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι. Crediderit autẽ aliquis ab α priuatiuo & nomine βαρὺς deduci, mutato η in υ. sed Eustathius repugnat, qui in hac terminatione ad βάρος dicit respici, vt in ἀνδρὴς, ad ἥδος: in ἀγλυκὴς, ad γλῦκος. sic in ἐμβελὴς, ad βέλος. F

Ἀβαρὴς, per metaphoram. Non molestus. Non grauans. D. Paulus 2 ad Cor. cap. 11, ὃ πανταχοῦ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, Omni in re me vobis minimè onerosum seruaui. Sic & Latinè dicitur aliquis esse oneri alii.

Ἀβαρὴς, Stultus, per aliam metaphoram. ἀσοφὸς, Hes. G

Βαρέω, ῶ, Grauo, Degrauo, Deprimo põdere. Luc. βαρύνει δὲ ἅπαντα τὸ πορθμεῖον συνεμπεσόντα. Et βαρέομαι, ῶμαι, Grauor. vnde ὕπνῳ βεβαρημένος, In Epigr. Et Plat. Sym. βεβαρημένος ὕδατι, quod ex aliquo versu sumptum est. Apud Homerum autem βεβαρηότες οἴνῳ. Od. γ. pro βεβαρημένοι. Sic Od. τ, — βεβαρήοτα με φρένας οἴνῳ. Apud Greg. βαρηθεὶς τοῖς πόδας. Apud Herod. βαρεῦν pro βαρύνεσθαι significante Grauari (id est grauiter ferre) seu indignari cum accus. βαρουῦντά τε αὐτῷ τὴν ὀργήν. Quæ quamuis ita sint, Lucianus tamen quendam Socratem τῶν ἀπὸ Μουσείου cuipiam vtenti verbo βαρεῖν, dixisse ait, οὐκ ἔστι τὸ βαρύνειν ἢ γενόμενας Thucyd. itidem scholiastes βαρύομαι dicendũ esse tradit, non βαρόομαι. Ex ipso tamen Luciano βαρύομαι modò protuli. H

Βαρύλλιον, Ponduſculum. B. ex Synes. 14.

Βαρὺς, έος, ὁ, Ponderosus Grauis. Cui κοῦφος à Platone opponitur in Crat. & in Minoe, Et vt Gallicè dicitur *un homme pesant*, cui opponitur agilis, sic & βαρὺς sumi videtur à Plutarcho in Cor. ὑπὸ τῶν καμάτων βαρυόμενα ἢ ἔρραμμένα. Apud Lucianum autem legitur in Tim. βαρὺ ὀνομάζειν σκελοῖν. At βαρὺς ἀνὴρ apud Nicandr. exponitur Robustus in Alexiph. — ἐν ᾧ μοιμήσει Φιδίας ἀκμὴν βαρὺ καὶ πεναίρεται ἀνδρα. Cuius significationis hanc esse puto rationem quòd robusti soleant magis esse πάχυοι & δυσβεβῆκότες quam ad rem pondus requirãt. Huc autem referendam puto & βαρεῖαν χεῖρα apud Homerum: vt videlicet ita vocet robustam seu validã, aut πολὺ βαρὺς ἀνδρὸς χεῖρα. Quidam tamen dextram manum intellexerunt. At βαρεῖαι χεῖρες alio sensu, vt paulo post dicetur. ¶ Βαρὺς de sono etiam dicitur. Xenophon Cyneg. πολὺς πόνος τῆς φωνῆς ποιούμενον, ὀξὺ, βαρὺ, μικρὸν, μέγα. Sic apud Platonem, ὀξεῖα & βαρεῖα συμβολὴ opponuntur: sicut & à Latinis acutus & grauis sonus. Sed & in βαρὺ τε καὶ χαῦν eadẽ vox Latina retinetur, sed mutata in aduerb. exponitur enim Grauiter suspirans, Od. θ, — βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσεν. Scribitur autem & coniunctim βαρυστενάχων. Huc porro referenda sunt βαρυηχὴς & βαρύβρομος & βαρύδουπος, & βαρύκτυπος, ac similia. ¶ Βαρεῖαι χεῖρες apud eundem Homerum sunt etiam manus violentæ, Il. α. ¶ Sed βαρεῖαν ἄπτω possumus eadem metaphora seruata reddere Graue incommodum, vel Grauem noxam. ¶ Βαρὺς etiam dicitur Grauis, id est Molestus, Odiosus. vt Herodian. 7, εἰ μὴ τοῖς οἰκείοις καίτοι ὑπὸ κόσμοις βαρύτερος ἐγγίνεται καὶ φοβερώτερος. Dicitur & de re: vt idem lib. 2, οὐδὲν τῶν μεγάλων ἥδεται τοῖς θεοῖς τῶν. HINC Βαρέως, Grauiter. Sæpe pro Molestè, vt Latinè Grauiter. Xenophon. Pæd. 2, οὕτω βαρέως ἔφερε τὸ πάθος. Idem alibi, ἐοικὼς βαρέως φέρειν τῷ grauiter ferre & iniquo animo. Et βαρέως ἔχω cum τινός, vt ex Aristot. affertur Pol. 5, c. 10, βαρέως ἔχω τινὸς ὁμιλίαν.

Βαρύτης, Grauitas. Βαρύτης ναρκώδης, Plutarchus De prud. animalium. Apud Hippocratem βαρύτητος & κόπου copulãtur, qui ab iis νοῦσον φεύγεσθαι scribit. Βαρύτης exponitur etiã Morositas. Quò pertinere videtur hic Isocr. locus in Panathenaico, πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνδρῶν καὶ βαρυτητος ὀκόλως καὶ ῥαδίως φέρουσας. Demosthenes autem Thebanis ἀναλγησίαν & βαρύτητα tribuit in orat. Pro cor. ¶ Βαρύτης est etiam schema orationis apud Hermogenem, vt annotat Budæus. Quidam onerosum sermonem interpr.

Βαρόω, Grauo, Premo. Hom. Od. ε Εἵματα γὰρ ῥ' ἐβάρωσε πάρος Διὸς Καλυψώ. Et Il. τ, χῆμα βαρώσεται. Apud Athenæum 2, βαρώσῃ τὴν κεφαλὴν, Capitis grauedinem afferre. Sic βαρώσεσθαι τὴν κεφαλὴν. At βαρώσεσθαι τὴν γαστέρα dicitur quæ est grauida. Redditur & ingrauescere: vt in βαρώσεσθαι ὑπὸ χυμῶν, apud Galenum ad Glauconem. vbi tamen Grauari malim. At βαρώσεσθαι καμάτοις, non malè Ingrauescere, vt Cicero dixit corpus exercitationum defatigatione ingrauescere, in lib. De senectute. Sed & quod Polybius dicit βαρώσθαι ὑπὸ τῆς ἡλικίας, sic dicitur vt Latini ingrauescentem ætatem appellant senectutem. ¶ Βαρόω, metaph. Molestia afficio. vt βαρῶσαι τὴν δίκαιαν. Xenophon. Βαρόομαι autem Molestia afficior, seu dolore, vel potius Grauí dolore afficior. Sic vtitur Thucydides initio lib. 8. Idem lib. 2, ἐβαρώνετο & χαλεπῶς ἔφερον copulat. Apud Xenophontẽ, τοῖς θεασθεῖσι βαρυόμενοι. Sic Plutarchus Numa, βαρυόμενοι τὴν Σασιθυίαν. Sæpe autem & cum accusatiuo pro Grauiter fero, sicut apud Latinos Grauor. Plutarchus, ὄχλον ἐν πόλει βαρυόμενος συνῴκει. Sic in Camillo, βαρύεσθαι τὴν ὀλιγαρχίαν & in Theseo, βαρύεσθαι τὴν Θησέα. Poterit autem (vt opinor) & verbo Indignor reddi, accusatiuo itidem alicubi iuncto, in soluta etiam orat. vt Indignari imperia apud Quintil.

Βαρύω, pro βαρύομαι, Grauor, Premor. Hesiodus Erg. — βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς. Apol. Arg. 2, καμάτῳ τε καὶ εἴρεσιν βαρύθοιεν.

ΒΑ΄ΣΑΝΟΣ, ου, ἡ, Lapis quo probatur aurum, Lapis index, Lapis Heraclius, seu Lydius, quem coticulam appellant, inquit Plinius libri 33, capite 8. Athenæus Dipnos. 13 ex Pindaro affert, ἐδιδάξαμεν χρυσὸν κιθάρᾳ βασάνῳ. Quæ tamen verba, mendo carere non videntur. ¶ Βάσανος, Probatio.

Explorātio, Inquisitio Examen. Syneſ. epiſt. 44, τὸ μὴ δι' ἀκριβείας ἐλθεῖν βασάνου μετέπειτα καὶ θηρεύειν τὸν ἀλήθειαν. A
Philo De vita Moſ. lib. 3, τὸ δὲ ἰῶ ἄρα βάσανος ἀκριβὴς τῆς ἑκάστου διανοίας, Index certiſſimus. Iungitur autem & verbis coniecturatiuis διδόναι & λαμβάνειν. Xenoph. Pæd. 7, τὸ δὲ πιστὸ εἶναι, ἐν τῇ φορᾷ τοῦ δεσποτοῦ μάλα βάσανον ἐδίδοσαν, q. d. fidem certiſſimam fecerunt, probare volentib⁹, vel periculum facere: vt & βασανον λαμβάνω τινός apud Plutarch. Periculum facio. ‖ Βάσανος peculiariter Inquiſitio quæ per tormenta fit, Quæſtio. Item Tormenta. Iſocr. ἵνα μηδεὶς ἔλεγχος μηδὲ βάσανος γένοιτο περὶ αὐτοῦ. B
Bud. αἰτιᾶσθαι τινὰ οἰκέτας εἰς βάσανον interpr. Poſtula ſeruos ad quæſtionem. Pro tormentis autē ſæpius plur. numero ponitur βάσανοι. vt quum Demoſthenes dicit iiſdem verbis ſecus vtens quàm Iſocrat. in loco quem modò citaui: οὗ εἰδότες ἤδη ὅτι δεῖ βασάνων ὁ ἔλεγχος ἔσται. Herodot. 4, ἔνεστι γὰρ καὶ δεῖ βασάνων χωρήσασι μακρὴν. Sed βάσανοι generaliter de quibuſuis etiā cruciatib⁹ dicitur. vnde βάσανοι Matth. 4, etiam morbi appellantur, ſed ii demum qui ægrotos acerrimis doloribus excruciant. C
Βασανίζεσθαι tamen de ægroto dictum quidam reprehēdere apud Lucianum videtur, vt paulo pòſt docebo.

Βασανίζω, Exploro, Probo, Examino, Periculum facio. Ariſtoph. Ranis, κατ' ἔπος βασανιεῖν φησὶ τὰς τραγῳδίας. Plato, βασανίζειν τὰς ἐμπειρίας ἔκαστα, Experientia probare, Bud. interpr. Apud eundem Platonem βεβασανισμένος εἰς δικαιοσύνην, Quaſi quodam examine ad iuſtitiam probatus, Ficino interpr. Tale ferè eſt apud Chryſoſt. De ſacerdotio, ἀκριβὴς καὶ βεβασανισμένη ἔρευνα. ‖ Βασανίζω, D
Torqueo ad eruendam veritatem, Quæſtionem habeo de aliquo. Plut. De garrul. βασανίζε καὶ τρέβλου τὸν ἀλάστορα. Thucyd. lib. 8, λαβὼν καὶ βασανίζων ἀνδρὸς ὑπὸ τοῦ πυρὰ κοσίων, ἀνέκρινε ὅτι μὰ κελεύσαιτο εἴπειν. Sed generalius etiam accipitur pro Torqueri, Afflictari, (idē autē & de actiuo intelligendū) & quocunq; modo vexari, apud Matth & Marc. Quinetiā à Matth. nauigium dicitur βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων. Minus autē nouē ab eodē dicitur ὠδύνῃ τινὸς δεινῶς βασανιζόμενος. Min⁹ nouē, inquā, quia de ægrotis dici ſolitum, apertè oſtendit (meo iudicio) quod apud Lucianum legitur in Solœc. videlicet alicui dicenti puerum ſuum ægrotantem βασανίζεσθαι, Socratem quendam τὸν ἀπὸ Μόψου reſpondiſſe, ὅτι πῶς οἴει τοὺς μὴ βουλομένους τοῦ βασανίζοντος; Cuius ioci hunc eſſe ſenſum exiſtimo, vt iſte ad veram huius verbi ſignificationem reſpiciens interroget, Quānam de re quæſtio habetur: Is qui de eo quæſtionem habet, cuius rei veritatem ab eo elicere conatur: Quaſi videlicet βασανίζεσθαι hoc ſignificet, non item illud quod alter eo ſignificare voluerat.

Βασανισμός, ῞ου, ὁ, Exploratio, Quæſtio ſeu Tormenta. E T E
Βασανιστὴς, Explorator, Bud. ex Themiſtio. Eſt etiam Tortor, Qui tormentis veritatem elicit. Bud. autē apud Dem. τὸν βασανιστὴν Μνησικλέα interpr. Quæſtionis habendæ moderatorem & arbitrum. Itē Βασανιστήρια fœm. eadē ſignif. E T Βασανιστήριον, q. d. Exploratoriū. Inſtrumentū ad explorādū, vt Βασανιστήριον χρυσοῦ eſt lapis Lydius. Themiſt. in orat. quæ βασανιστὴς inſcribitur, καὶ δῆλα τοῖς ἐξεβύρηται ἡ μὲν πολλὰ μὲν χρυσοῦ, πολλὰ δὲ πορφύρας, πολλὰ δὲ ὑακίνθων βασανιστήρια· καὶ βασανιστὰς τινες ὅτι πύτῳ καθήμενοι. G
Item Βασανιστήριον, Locus in quo habetur quæſtio. Item generalius, Locus cruciatus. Citatur ex Syneſio.

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, inquit Suid. Non examinatus, vel Nō exercitus, & non probatus. Eraſmus pro adagio ponit ἀβασάνιστος ἄνθρωπος, Inexploratus homo, quem autorē ſequens neſcio. Ἀλλ' ἀβασάνιστος αὐτῆς ἡ τῆς ἀληθείας κρίσις ἔρρηπται. Heracl. Pont. in Alleg.

Ἀβασάνιστον πρᾶγμα, Res tormētis nō examinata, De qua quæſtio nō eſt habita, Cuius veritas tormētis non eſt inquiſita. Antiphon, ὥσπερ σωπῶν ὢν καὶ ἀβασάνιστον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐβεβαιοῦτο. à Βάσανος enim, quod quæſtionē & tormenta ſignificat, fit verbum βασανίζειν, Lat. Torquere, id eſt Tormētis admotis aliquem examinare, Torquere hominem ad extorquēdam ab eo veritatem. Eius paſſiuum eſt Βασανίζεσθαι. Idem orator paulo antè, ἐκ μὲν τῆς τοῦ ἀνδραποδῶν βασάνου· οὐ γὰρ ὅπῃ οἷόν τ' ἦν αὐτῇ ἐξ

ἀνῶν· ἐν δὲ τῷ μὴ βασανιζόμενοι ἠγεῖτο τὸν σωτηρίαν εἶναι.

Ἀβασάνιστος, Expers doloris, apud Ælian. in lib. De prouidētia. inquit Suid. à dolore videlicet qui ſentitur ἐν τῇ βασάνῳ, i. in quæſtione, in tormētis. Vlpian. Quæſtionē intelligere debemus & tormenta & corporis dolorē ad eruēdā veritatē. ‖ Apud Heſ. exponitur etiā μὴ κολαζόμενος, i. Qui non punitur. Itē ἄτρωτος, hoc eſt inuulnerabilis. Cuius ſignificationis exemplum deſidero.

Ἀβασανίστως, Inexploratè, Re non examinata, vel non diſcuſſa. Sne certa probatione, Abſq; examine, aut examinatione. Thuc. lib. 1, οἱ γὰρ ἀνθρωποι ταῖς ἀκοαῖς τῶν παρεγγιγνομένων, καὶ οὐ βεβαιότερα σφίσιν ἢ ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται). Vbi ſchol. quoq; annotat à lapide dicto βάσανος ductam eſſe metaph. Plut. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημ. Τῶν δὲ μειζόνων ἀβασανίστως ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δέχονται τὴν πίστιν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ,

ἕως, ὁ, Rex. Hom. Il. α, Δημοβόρος βασιλεύς, ἐπὶ ὑπερβολῇ ἀνοίας καὶ ἀπάτης. Et Il. β, pulcherrimo epitheto inſignit (ſicut & alibi) dicēs διοτρεφὲς βασιλῆος. Sed alicubi αἰνῆρ addit: vt Il. γ, — βασιλῆϊ δ' ἀνδρὶ ἔοικεν: & Od. ω, — βασιλῆϊ δ' ἀνδρὶ ἔοικας: vtrobiq; ſimpliciter pro βασιλῆϊ. Apud eum tamen βασιλεῖς & ἄνακτες dicuntur non ſolùm reges, ſed quilibet ἔνδοξοι καὶ βασιλικοί, vt inquit Euſt. Qui & à Soph. in Iocaſte quotquot ex Thebanis nobili genere nati erāt, χώρας ἄνακτας vocari ſcribit: ab Heſiodo autē βασιλέας iudices etiam appellari. Apud eundē Euſt. de huius vocis ſignif. plura vide. ‖ Sciēdū eſt autē βασιλέα μέγαν à Græcis ſcriptoribus regem Perſarum intelligi: (ſicut hodiéq; Turcarū imperator appellatur *le grand ſeigneur*. quod & Itali imitantur) item βασιλέα interdū ſimpliciter à Dem. & aliis eundē nūcupari. Cæterùm βασιλεὺς quidā à βάσις & λεώς deduxerūt, vt qui ſit βάσις τοῦ λεώ, quòd in eo velut fundata ſit populi ſalus. Alii βασιλεὺς quaſi ἀσινεὺς dici putarūt, vt qui ſit inuiolabilis. Alias deductiones apud Etym. vide. ‖ Βασιλεὺς, Ariſtot. Regulus, auis.

C. Ὑπεβασιλεὺς, έως, ὁ, (Prorex) Qui regis locum obtinet.
C. Παμβασιλεὺς, Omniū rex, Sūmus rex. Ariſtot. 1 Polit. 3.
C. Φιλοβασιλεὺς, Regis amans. Plut. Apophth. Κεφαπρὸς μὲν φιλοβασιλεὺς· Ἡφαιστῶν δὲ φιλαλέξανδρος.

Βασιλεύτερος, Qui regiā maieſtatē magis præ ſe fert quàm cæteri, Auguſtior. Item pro βασιλικώτερος, i. Regno dignior, vel aptior, vt Bud. interpr. Il. 1, καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστι. Iliad. 1, βασιλεύτερός εἰμι. Od. ο, Γ' μετέρου δ' οὐκ ἔστι νῦν βασιλεύτερον ἄλλο Ἐν δήμῳ Ἰθάκης. E T Βασιλεύτατος, Regno digniſſimus. Il. 1, σὺ γὰρ βασιλεύτατός ἐστι.

Βασίλειος, ῞ου, ὁ καὶ ἡ, Regius, Regalis. Herod. lib. 3, αὐτὸς ἐλθὼν εἰς τὸν βασίλειον θρόνον. Plut. καθίσας βασιλείοις δικαστάς. Herod. lib 4, ἡ βασίλεον φέροντες πορφύρεον. Et l. 1, μή τις ἐκείνῳ τοιαῦτα βουλεύοι ἡ βασίλεον ἔσται. Et apud Athen l. 3, σῦκα βασίλεα quæ cōp. voce συκοβασίλεα quoq; dicūtur. E T Βασιλῆϊος, Ionica dialyſi, idē. vt apud Apoll. δόμος βασιλήϊος: apud Nonn. βασιλήϊος ἀνήρ. & in Epigr. βασιλήϊος αὐλή. V N D E Βασιλὶς, ίδος, ἡ, fœmin. gen. Regia: adiect. Il. γ, Δῶκε δέ οἱ πημῆς βασιλίδος ἤμισυ πάσης. Et Heſiod. Theog. ἔχε βασιλίδα τιμὴν. Et βασιλὶς ὀρνὶς apud Eurip.

Βασίλειον, ῞ου, τὸ, Regia ſ. domus: vt in Græco quoq; δῶμα ſubintelligi videtur. Xen. Pæd. 7, τίνας τῶν ἄλλων αὖ τινὰ τοιαῦτα περὶ τὸ βασίλειον φύλακας λάβοι. Et in Plurali apud eundem, ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεπόηται. & apud Platonem Axiocho, ἐν ᾗ βασίλεια Πλούτωνος, οὐχ ἥττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς. Athen. 5, νῦν δὲ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλαί. E T Βασιλήϊον, Ionicè pro eodem.

Βασίλεια, ας, ἡ, Regina, ſeu (vt apud antiquos Euſt. vſurpatum fuiſſe tradit) Domina. Od. ν, Ἀγχαλέον βασίλεια δίλυε κέως ἀγορεύουσ' Κύδε'. V N D E Comp. Παμβασίλεια, Omnium regina, Summa regina. Ariſtoph. Nub.

Βασιλείδης, ου, ὁ, Regis filius. Suid.

Βασιλὴ pro βασίλεια Heſych. citat ex Soph. Iphigenia.

H Βασιλικὸς, Regalis, Baſilicus Plauto. Iſocrat. Panath. πνεῦμα οἶκον τυραννικῶν καὶ βασιλικῶν. Idē, βασιλικὸν βίον φαπωπικῶς ζῆν. Athen. βασιλικὴ ἐφῆς, & βασιλικὸν συμπόσιον. Plut. Alex. τὸν νικᾶν τοῖς πολεμίοις τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος. Idē, δεινὸν κωμῳδεῖν μὴ θέλειν τὸ φυφᾶν, βασιλικώτερον ὄν τὸ πονεῖν. Sic etiā metaph. βασιλικὸς ἀστὴρ. Regia ſtella, βασιλικὸν κάρυον, Regia ſeu baſilica nux. quod genus Plinius etiā

Baſilicon & Perſicon vocat. βασιλικὴ ἄμπελος, ex qua vua baſilica apud eundem Plin. Necnon herbæ aliquæ huius nominis ſunt. βασιλικὸν enim à recentioribus appellatur ocymū: item genus ſaryrii quod Palmā Chriſti vocant: & ἄμμι apud Hippocratem, vt multi volūt. βασιλικὸν autem ἄχριον dicitur à quibuſdam ἄκανος, vt habetur apud Dioſc. Gorr. Eſt verò & emplaſtri nomen apud medicos quod aliàs πυραφάρμακον appellatur. A
E T Βασιλικὴ, ῆς, ἡ, Regia domus. Et Baſilica peculiari ſignif. Domus ampla & ſpatioſa cauſarum cognitioni deſtinata, quòd principes eò ad ius dicendum venirēt. B
Vnde Subbaſilicanos Plautus dixit qui ibi deambularent. Plut. Publ. ἐν μίαν εἶδεν ἐν εἰκίᾳ δυμεπανοδεύοντα, ἡ βασιλικῶν, ἢ βαλανεῖον. Idem in Galba, Παύλου βασιλικὴ. Itē τὸ βασιλικὸν, Regia domus, vt citant ex Plat. v. l. Et Regia poteſtas, vt in iiſdem annotatur. E T Βασιλικῶς, Regiè, Regaliter. Iſocr. ad Phil. οὐ βασιλικῶς ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς αὐτῶν ὑπεστῆς.

Βασιλίνδα, Polluci lib. 9, cap. De coniuialibus ludis, ludi genus eſt in quo qui ſorte rex factus eſt, facienda imperat: cui verò ſeruum eſſe ſorte obuenit, imperata facit. C

Βασίλιννα, ας, ἡ, Regina, apud Menandrum.

Βασλὶς, ίδος, ἡ, ſubſtantiuè ſumptum, it idem reginā ſignificat, vt apud Athen. ἐπεδείξαι βασλίδα: adiectiuè verò dicuntur βασλίδες ἰρᾶδες apud Euſtath. αἱ ἐν τοῖς βασλείοις σύκοις. Et βασλίδες calceamēti genus quod Poll. à regibus Athenienſium geſtari ſolitum teſtatur.

Βασίλισσα, ας, ἡ, Regina. Plutarch. Apophth. ἡ τοῦ Καρῶν βασίλισσα.

Βασιλίσκος, ου, ὁ, Regulus. βασιλίσκος αὐτὴ βασλέων τῆς Σπαρτιάτας ἠγουνᾶν προσαιρεῖται. Citat Tur. ex Athen. ‖ Βασιλίσκος itē dicitur ſtella in corde leonis: & auicula quædam, & ſerpens de quo Plin. l. 8, c. 21. D

Βασιλεύω, F. εύσω, Regno, Dominor, Impero. Interdū abſoluè ponitur, vt apud Plut. Ἀνηρόνα βασιλεύοντος. Apud Xen. βασιλεύω ἐν Πέρσαις. & apud Platonem ἐὰν οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσι. pro quo Cicero, Si docti & ſapientes homines reſp. regere cœpiſſent. Apud Homerum verò cum dat. cōſtruitur, Il. β, v. 206, — ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ. Sed apud proſaicos ſcriptores plerunque cū genitiuo. Plutar. Alex. ἀφῆκεν αὐτὸν ἀρχεῖν ὧν ἐβασίλευεν. Apud eundē βασιλεύειν τῆς Ῥώμης. Et apud Athen. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἀπόδος εἰμὶ Νίνου μεγάλης βασιλεύσας. Peculiari verò & raro vſu in ſacris literis ſignificat Regem creo. vt 1 Regū 8, Βασιλεύσον αὐτοῖς βασλέα. In paſſ. βασιλεύομαι eſt Regor, Regio dominio gubernor, Sub regio imperio ſū. Plut. Alex. πάντες ἄνθρωποι βασιλεύονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Syn. χρόνον συχνὸν ὑπὸ τοῦ ἱερέων ἐβασιλεύθησαν. V N D E Βασιλεύειν ἤθους ἀνθρώπων, Qui ferre regnum apti ſunt natura: vt Bud. interpr. apud Ariſtot. 3 Polit. E

C. Ἀβασίλευτος, ῞ου, ὁ καὶ ἡ, Regem non habens, Sub rege non viuens. vt apud Thuc. Χάονες καὶ Θεσπρωτοὶ ἀβασίλευτοι, Qui non ſolent reges habere, ſed duntaxat præfectos & magiſtratus. Sic Θρᾶκες ἀβασίλευτοι, apud Xen. 5. Hellen. Formatur autem ἀβασίλευτος à βεβασίλευται tertia perſona ſing. præteriti verbi βασιλεύομαι. adeo vt Θρᾶκες ἀβασίλευτοι perinde ſit ac Θρᾶκες οἱ μὴ βασιλευόμενοι, id eſt Qui nō regnantur: (ſi ita loqui liceat eo modo quo dicitur terra regnata.) propriè tamē ſonare deberet, μὴ βεβασιλευμένοι, Non regnati. Herodianus, ἐμείναν δὲ δύο ἡμέρας ἀβασίλευτοι, Manſerunt duos dies ſine rege. vel, In interregno. F

Ἀβασιλεύτως, Aduerb. Sine rege, Sine regio imperio.

C. Ἐμβασιλεύω, Regno in, Regno inter. Od. ο, Τῶν δὴ ἀμφοτέρων πατὴρ ἐμὸς ἐμβασίλευε. Heſiod. Erg. Οἱ μὲν ὅπῃ Κρόνου υἱοῦ ὀτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.

C. Συμβασιλεύω, Vnà regno, Simul regno.

Βασιλεία, ας, ἡ, Regnum, Regia poteſtas. Xen. Pæd. 8, οὐ πόθεν τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τοῦ βασιλείου δηλοῦν ὅτιν. Idem, καλῶν καὶ μεγάλων τοῦ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐφύετο. H
Plato Epiſt. τοῦ ἀρχοῦ αὐτὸ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταβῆναι. E T Βασιλήϊη reſolutione Ionica pro eodem. Herodot. οὐ μὰ οὐδὲ ἡ βασιλήϊη ἐς Ἀλέξανδρον τρέπει. Βασιλήϊη pro aula regia etiam poni, ſcribunt v. l.

C. Παμβασιλεία, ας, ἡ, Regia poteſtas pleniſſima aut ſumma, Merum ſeu ſummum imperium. αὐτοκρατορία, κράτος αὐτεξούσιον. Citatur ex Ariſtot. l. 3 Pol. c. 11. 12.

C. Φιλοβασίλειος, ου, ὁ καὶ ἡ, Regiæ poteſtatis amans. φιλοβασίλειοι Μακεδόνες, apud Plut.

Βασιλιάω, F. ήσω, q. d. Regnaturio, Regnum affecto, βασιλείας ἐπιθυμῶ, Euſtath.

¶ Βασιλίζομαι, Regis more ago, Regiam ſpeciem præfero. Appian. Mithr. αὐτὸν τε τὸν Μιθριδάτην πάντων ἀπηγορεύοντα, βουλεύσαι τι δρῶντα καὶ βασιλιζόμενον, ἢ δι' ὀργῆς ἀποθανεῖν, (vbi locus corruptus eſſe videtur) Exiſtimātes eū in extrema deſperatione quippiam experiri velle dignū rege potius quàm ignauè mori. Idem 3 Ciuil. bell. φασὶν ἀνελεῖν αὐτὸν βασιλιζόμενον οὐχ ἡγουμένον ἔτι, Non iā ducis munera ſed regis obeuntem, Non iam ducis aut imperatoris ſpeciem ſed regiam præ ſe ferentem. Hæc Budæus.

C. ΔΙΑβασιλίζομαι, Idē, niſi præpoſitio aliquid ſignificationi addere videatur. Euſtathio certè βασιλεῦν & διαβασιλεύειν idem ſunt.

ΒΑΣΤΆΖΩ,

Porto, vt baiuli onera portantes. Ariſtot. De mundo, βαστάζειν φέρονται ὑπὸ τῶν ὤμων. Hinc οἱ βαστάζοντες, qui Baiuli Cic. Geruli, Gellio. Scribit tamen Suidas βαστάζειν Atticis non eſſe ἄρειν, ſed rem aliquam manu contrectando eius pōdus explorare. Miror autem ab eo in huius ſignificationis exemplum non afferri iſtum Homeri locum, Odyſſ. φ, v. 405, Αὐτὰρ ἐπὶ μέγα τόξον ἐβάστασε καὶ ἴδε πάντῃ. Hic enim (vt opinor) ſignificat eum manibus verſauiſſe atcum, aut eius pondus videlicet aut aliud explorantem. At Euſtath. ἐβάστασε dictum eſſe tradit κοινότερον, aliud nō addens. Suidas βαστάζω exponit etiam δοκιμάζω, (non ſolùm in Βαστάζω, ſed & in Βάσασε) quam ſignif. ab illo quem dixi explorationis modo ad alios trāſlatam exiſtimo. Vide Διαβαστάζω. ‖ Βαστάζειν pro Sepelire ex Sophocle affertur: ſicut & συγκομίζειν hac in ſignif. ab eo poni ſcribit ſchol. H I N C Βάσταγμα, ατος, τὸ, Onus quod portatur. Gall. *La portee.*

C. Ἀβάστακτος, ῞ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Importabilis) Portatu impoſſibilis. vt ἀβάστακτον φορτίον. Et aduerb. Ἀβαστάκτως, Ita vt portari non poſſit. Heſych. δυςβάστακτος. A T Δυςβάστακτος, Portatu difficilis. vt Matth. 23, φορτία βαρέα καὶ δυςβάστακτα. E T Δυσβαστάκτως (quo Heſych. exponit ἀβαστάκτως) Cum difficili portatione, Ita vt vix portari poſſit. C O N T R. huic Εὐβάστακτος.

C. Ἀνα βαστάζω idem quod βαστάζω, vel Porto ſublatum in altum, ſeu Tollo in altum ad portandum. Luc. in Anarch. εἰς ὕψος ἀναβαστάσαι τὸν ἀνίπαλον.

C. Διαβαστάζω eandem habet ſignificationem quam modò τι βαστάζω ex Suida dedi, & ex Homero comprobaui. Affertur autem in v. l. hoc exemplum, δίγα βαστάσαντες τὸ ἐκπώματος βάρος. E

ΒΑΫ́ΝΟΣ,

Fornax, Caminus, Euſtath. & Ariſtophanis ſchol. At Heſych. βαύνοις exponit etiam χυτροπόδας. Hinc autem βαύσσω & κρίβανος (pro quo & κλίβανος) deduci, idem Euſtathius aliique nonnulli ſcripſerunt. Sed & hoc ipſum nomen βαῦνος aliunde deduci putat Etymol. videl. ab αὔω, ſignificante καίω, vt antea dictum eſt. Quidam autem Peloponneſium vocabulum eſſe putarunt iſtud βαῦνος.

Βαύνη itidem Caminus apud Heſych. Item χωνευτήριον.

G ¶ Βαύσσω, ῞ου, ὁ καὶ ἡ, (quaſi βαύ. αυσις) q. d. Qui caminū accendit, [ad cōficienda ſua opera] Qui igne ad cōficienda ſua opera vtitur. Vel, Qui ad fornacem ſeu fornaci aſſidens opus facit. Sed generaliter ita vocatur Artifex mechanicus, id eſt eorum operum quæ mechanica dicuntur, Qui quampiam artem mechanicam tractat, Siue Qui manibus ſibi victum quærit. Exponitur & Artifex illiberalis, vel ſordidus. Itē, Sedentarius artifex, ex Plauto: ſeu Sellularius, ex Liuio. Luc. De ſacrif. αἰκὰ βάυσσον καὶ χαλκεῦ καὶ πυρίπνου. Alibi autem coniungit βαύσσω & χειρώναξ, & ἀποχειροβίωτος. Legitur & βαύσσω πηλίτης. Dicitur autem & de re: vt βαύσσω τέχνη Ariſtot. Ars mechanica, Ars ſedētaria, vel Ars illiberalis & ſordida. Et βαύσσον ἔργον apud eundem, Pol. 8. Apud Luc. βίος βαύσσος. Et ſuperlat. Βαυσσότατος: vt apud

eundem Aristot. Pol.1, βαυαυσόπαται δὲ ὧν αἷς πᾶσι σώματα λαβοῦσαι μάλιστα. ‖ Βαύαυσος φιλότης ex Plat. Triuialis amicitia. ‖ Βαύαυστος pro ineptè magnifico, apud Aristot. Ethic.4, inquit Bud. ET Βαυαύστως aduerb. vt βαυαύστως τραφέντες citat Bud. ex Chrys. in epist. ad Col.54. Quod esse ait q.d. παχυμερῶς.

C. Βαυαυσουργία, Opus quod ad caminum cõficitur, Opus mechanicum, seu eius qui quampiam artem mechanicam profitetur. Idem Polluci quod βαυαυσία.

Βαυαυσία, Ars quæ ad caminũ exercetur. Vel, Opus quod ad caminum conficitur, vel (generalitus) ad ignem. Exponitur & Ars illiberalis, &c. sequendo analogiã sign. positarũ in βαύαυσος. B. interpr. sordidã & turpem professionem apud Plat. ‖ Βαυαυσία, Inepta magnificentia, & aliquid prodigalitatis habens. Aristot. Eth.4, τῆς μεγαλοπρεπείας ἡ μὴ ἔλλειψις, μικροπρέπεια καλεῖται· ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βαυαυσία καὶ ἀπειροκαλία. Hippocr. autem ἀκολασίην & βαυαυσίαν copulauit.

Βαυαυσικὸς, Ad eos pertinens qui βαύαυσοι appellantur, vel ad eorũ artem. Sed βαυαυσικαὶ τέχναι X. Œ. eædem sunt quæ & βαύαυσοι. Aristot. autem Pol.6, βαυαυσικὸν μέρος, pars ea ciuium quæ artes illas exercet.

¶ Κρίβανος, seu Κλίβανος, Clibanus, propriè in quo ordeum coquitur. dicitur enim quasi κριθῆς βαῦνος. Quidam vt ἰπνὸν, furnum, (quo & Athen. modo exponit, lib.3) ita κρίβανον seu κλίβανον esse volunt qui Testus Catoni, Testum Plinio dicitur. Furnum certè non esse (quanuis Linacer apud Gal. ita reddiderit) ostẽdit vel hic eiusdẽ Gal. locus in lib. De antidotis, πρὸς παίτων δύζυμές τε καὶ καλῶς ἀπηωμένος ὁ ἄρτος ἔσται, κριβανίτης, οὐκ ἰπνίτης. Sic autẽ & apud Athẽ. panis ἰπνίτης (qui & καμινίτης) ab eo distinguitur qui κλιβανίτης nomen habet. Sed & Plin. ac Colum. clibanũ à furno distinguunt. Sunt qui μαγειρικὸν instrumentum esse putent eiusmodi quale est quod Gall. *tourtier* dicimus: cuius & in Italia ad conficiendas quas *tortas* appellant magnus est vsus. Dioscorides aliquid de eius forma scribit, vt in Κριβανοειδὴς videbis. Cæterùm quãuis longè vsitatius sit Κλίβανος, priorem tamen τῷ Κρίβανος locum dedi, propter illam quam attuli etymologiã, ex Eustathio petitam. cui & Etymol. assentiri videtur. Interim autem non sum nescius alios κρίβανον velle habere ρ ex linguæ Atticæ proprietate, pro λ quam habet ex linguæ communis vsu. Sed his repugnans Etymol. κλίβανον Doricum esse dicit.

Κριβανίτης, seu Κλιβανίτης, ET Κριβανωτὸς, Testuaceus, In testu coctus. vt κριβανίτης ἄρτος apud Athen. Aristoph. autem κριβανωτὸς pro eodem dixit.

Κριβανοειδὴς, seu Κλιβανοειδὴς, Clibani seu testu formam habens. Dioſc.1, πυρίσας τὴν λύχνον κοινῷ ἀγγείῳ κεραμέῳ κλιβανοειδεῖ, οὗ ἄνωθεν μὴ πάνυ εἰφερὲς καὶ στενῷ, κάτωθεν δὲ πλατὺ ἔχοντι καθάπερ εἰς κλίβανον.

Β Δ Α Λ Λ Ω, F. αλῶ, Mulgeo, Sugo. Plato, ἀδαμονίζων βυκόλον πολὺ βάλλοντα. Nic. in Alex. Ἢ σύ γε βάλλαιο νέον γάλαγος ἐν δόῃ πίλης. vbi observa vocem mediam. Aristot. autem pass. Βάλλομαι, vt βόες βάλλονται γάλα. Idem, βοῦς βάλλεται ἀμφορέα. q.d. Mulgetur amphoram, pro Amphoram lacte implet. Ab Aristotele βάλλειν de muliere etiam dici testatur Bud. HINC Βάλσις apud Gal. De Sympt.4, Mulctus. item Suctus, quo vtitur Plin. ET Νεόβαλτον γάλα, Lac recenter mulctum. DE Βάλλω autem vide in Βέλλα.

¶ Βέλλα, Hirudo, Sanguisuga. Theocr. Idyll.2, — τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα ἔμυξις, ὡς λιμνᾶς ἄπαν ἐκ βέλλα πέπωκας; Habetur hæc vox & in Salom. parab. Cæterùm Etymol. à βάλλω fieri scribit, mutato α in ε. At sch. Theocr. βέλλω esse dicit, significans ἀμέλγω & ἐκπίλω: vnde βέλλα dicta sit ἡ ἐκμυζῶσα καὶ πίνουσα τὸ αἷμα: Atticè autem βάλλω pro βέλλω dici. Idem tamen schol. alibi τὸ βάλλω duntaxat mentionem facit.

Βέλλα est etiam Bdellium, Hesychio teste. Sic & apud Arrianum, Dioſc. Galenum. De bdellio autẽ consule & Plinium.

Β Δ Ε Ῑ Ω, Flatũ ventris emitto. In v.l. exponitur etiã Pedo. quam signif. habere mihi non videtur in locis quos ex Aristoph. subiungam. Quin & Suid. in Βέννυσθαι, pro me facere videtur. Aristoph. μὴ βέβεπε, μηδὲ χίζε. Idem in Pluto, ὥσθ' ὃς δέος βέβευσα δριμύτερον γαλῆς. Ibidem cum accus. εὐ λιβανωτὸν γὰρ βέβε. ‖ Sũt qui βέβειν accipi etiam pro Fœtere putẽt, ex cõsequenti: atque ita apud Gal. χῦ πόμις lib.2, & Aetium l.2, c.33, σίλφης βέβεούσης interpretentur, tanquã videlicet de tertio blattarum genere, quod & Plin. odoris tædio inuisum esse testatur, l.29, c. vlt. circa finem.

Βέβλος, Flatus ventris. Exponitur & Crepitus. Item Fœtor extinctæ lucernæ. Etymol. postquam exposuit πρδὴ, subiungit hunc locum adespotum, τὸν βέβλον οὐκ ἔθ' ἥμης ἢ ἰς ὑποσῆναι δωίαται. De deriuatione autem huius vocis illi non assentior.

¶ Βέννυσθαι, apud Suid. Hesych. Βένεσθαι, Flatum ventris emittere, vt βδεῖν. Illi tamen exponũt ὀκκενοῦσθαι seu κενοῦσθαι τὴν κοιλίαν. Ab hoc autem verbo fuerit fortasse Gall. *bedaine*.

¶ Βδύλλω, idem quod βδέω. Hanc enim signif. quam Suid. omittit, Hesychius autem vltimo loco ponit, primam esse existimo. Quod autẽ & pro Timeo atq; adeo Tremo, accipitur, in eo respici ad illos puto qui præ timore flatus ventris emittũt. quod exprimit & Luc. verbo cõposito vtens, ὥσθ' ἐβδύλλε ὥσθ' ὀρθὸ δέος καὶ περδαλέος ἦν. At βδύλλειν cum accus. pro Timere apud Aristoph. Eq. legitur, καὶ γὰρ οἱ πεπτοῦσι δεδίασιν αὐτὸν, ὅ, τι πένης βδύλλει λέως. Suidas exponit etiam ἀπελίζειν, item μισεῖν. ET Ὑπβδύλλω, vide in loco Luciani modò citato. AT Hesych. Βδέλλων etiam habet, quod exponit, πρέμων, ἢ βδέων.

Β Δ Ε Λ Ύ Σ Σ Ο Μ Α Ι & Βδελύσσομαι, Execror, Abominor, Detestor. Aristoph. Pluto, cum accus. Ἦπου σε δῆτ' ἀθὴς ἐβδελύσσετο. Exponitur etiã Formido. in qua signif. (vel potius pro Exhorreo) videtur accepisse idem comicus in hoc loco qui est in Nubibus, Εἰθ' ὦ ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν Δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύσσομαι. Sed dici de summa formidine ostendũt præcedentia: idéoque Exhorreo malim interpretari. Potest tamen (opinor) & pro Execror accipi. Greg. infinitiuo iunxit, φθὶ φιλοσοφῆσαι. scribens, ψαυεν αὐτὸν βδελυσσομαι. In Apocr. βεβδελυγμένοις pro Execrabilibus. Affertur & vox actiua Βδελύττω ex Can.9 Con. Antiocheni. De propria autem huius verbi signif. quid sentiam, dicam in Βδελυρός.

C. Ἀγκυλοβλέφαρον, ου, τὸ, à Celso lib. 7, cap. 7 dicitur quum inter se palpebræ coalescunt, aperirique non potest oculus: seu quū palpebræ cum albo oculi cohærescunt. Id verò Aetius lib. 7 cap. 66, distinctè πρόσφυσιν βλεφάρων nominat, & ἀγκύλωσιν. πρόσφυσις, quum palpebræ vel cum albo vel cum nigro oculi, vel ipsæ inter se coalescunt: ἀγκύλωσιν verò peculiariter ὅταν πρὸς τὸ λευκὸν ἢ πρόσφυσις τῆς βλεφάρων γένηται, κατὰ δὲ τὸν κίνησιν ἐμποδίζηται ὁ ὀφθαλμός.

C. Καλλιβλέφαρον, ου, τὸ, (s. φάρμακον) Calliblepharū. sic enim & Plin. vocat, id est medicamētum ad ornatum & venustatem palpebrarum faciens. Καλλιβλέφαρα (inquit Marcellus Dioscorides interpres) vna appellatione & malorū remedia & formæ lenocinium in palpebris Græci appellant. ideóque Plinius quale erat malum in quo remedio opus esset, sic eam vocem variè vertit, modò glutinandis, modò replicādis, modò honestandis, modò circūliniendis palpebris dicens. Hermolaus verò & Ruellius Circumlitiones dicunt quibus palpebras ornant colorémque mentiuntur.

C. Συνοβλέφαρος, Supercilioſus, Superbus. à magnis superciliis & adductis. In v. l.

C. Χαριτοβλέφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius palpebris gratia aliqua inest. Hoc nomine scribit Laertius Demetrium fuisse appellatum, quod venustatem oculorum notat. Cam. Est etiam eiusdem nominis frutex apud Plin. lib. 13, c. vlt. efficax in amatoriis.

Βλεφαρίς, ίδος, ἡ, seu Βλεφαρίδες in plurali frequentius, Cilia; vt Gorræus exponit, scribens Celsum non aliter quàm pilos palpebrarum dicere, Plinium verò Palpebras etiam vocare. (quod ex hoc loco patet. Eadem inquit Plinius de capno herba, reuulsus palpebras renasci prohibet: pro quo Dioscorides dixerat, τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων τρίχας μὴ ἐξ φύεσθαι) esse autem pilos ad extremū vtriusque palpebræ ambitum sitos. Hos Cicero vallum vocat, vt & Galen. χάρακα. Βλεφαρὶς (inquit Camer.) Aristoteli est & Palpebra, vt De partib. anim al. 4, οὐκ ἔχουσι δὲ τὰ ζῶα ταῦτα πλὴν ἀνθρώπου βλεφαρίδα. Nisi & hoc loco pilus significatur. nam in τῇ τοῦ μορίου planè dicitur, βλεφαρίδας δὲ ὅτι τῶν βλεφάρων ἔχει ὅσα τρίχας ἔχει. in primo tamen ἱστορίας ζώων dicit non coire scissim βλεφαρίδα, id est omnino palpebram. De βλεφαρίδων autem vsu, & quæ animalia βλεφαρίδας habeant aut nō habeant, si scire cupias, apud eundem Camerarium reperies, ex Polluce & aliis scriptoribus multa de ea re afferentem.

Βλεφαρίζω, F. ίσω, idem quod σκαρδαμύσσω, Nicto, i. Crebrò conniueo. quod timiditatis indicium putatur. Cam.

ΒΛΟΣΥΡΟΣ, ου, ὁ, Terribilis, aspectu, Truculentus. ὁ τὸ βλέμμα ὑποσύρων, vt Eustathius qui & ait habere quandam similitudinem cum παραβλῶψ. nam vt ille παραβάλλει τοὺς ὤπας, ita hunc τὸ βλέμμα παρασύρειν. non tamen vt παραβλῶψ, ἐφ' ὕβρει dici. Accipitur tam in bonā quàm in malam partem. Il. η, de Aiace, Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι. vbi Eustathius δεινότητα προσώπου significare dicit. (fortasse intelligēs terribilē aspectū cū quadā grauitate). Plato l. 7, De repub. πρός τε τὸ βεβαιοτάτης καὶ αἰδοιοτάτης ἀφαιρετέον, καὶ κατὰ δυνάμιν πρὸς ὀνειδεστάτης. πρὸς τε τὸν τῆς ζητητέον μὴ μόνον γλυκαίας τε καὶ βλοσυροῖς, ἀλλὰ καὶ, &c. vbi pro αἰσχιστάτης & σεμνὸς ponitur, id est (vt Budæus exponit) Censorius. Huc pertinet etiam illud quod ex Nicostrato affert Eustath. ἢ πλὴν Ἀφροδίτην οὐ ξένη βλοσυρόν γε πλὴν ψυχὴν ἔχεις. In malam partem capi potest apud Hesiodum in Clypeo Herc. — ὀπὶ δ' ἔν βλοσυροῖο μετώπου Δεινὴ ἔρις πεπόνητο. Item, Κείατο δ' ἀνεῶντες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέοντες. Item, Κῆρες κυάνεαι λευκοὶ ὀφθαλμοὶ ἐφαθεῖσαι ὀδόντας Δεινωπὶ, βλοσυροί τε. (vbi obiter annota cum nomine fœminino hanc vocem mascul. copulari) Sic βλοσυρὸν ὄμμα, Aspectus seu vultus trux siue truculētus. & apud Nicand. βλοσυρὸν δάκος, id est καταπληκτικὸν θηρίον. Metaphoricè etiam ad alia transfertur. Theophr. in 9, καλλίστη δὲ πίπλα γίνεται καὶ καθαρωτάτη ὀκ τῶν σωστικῶν καὶ τῶν σβόρρων· ὀκ δὲ τῶν πολισκῶν βλοσυρωτέρα καὶ βορβορώδης, Ferior, Tetrior, vt Bud. exponit. Plinius verò l. 16, c. 12 ita interpretatus est, Pix optima vbique ex apricis aquilonis situ: ex opacis horridior virúsque præferens. Sic lib. 6 De caus. plant. cap. 21, ὅσα δὲ ὀ ὑφῇ πλείονι βλοσυρωτέρα, καθάπερ τὰ λιμναῖα, ζωῦπα καὶ τὰς τοῦ σμᾶς ἔχει παρεμπνοίας, ζαφείας πνεῖ καὶ θολεράς. Idem cap. 18, εἰσὶ δ' ὀκ βλοσυρωτέρας ὕλης καὶ σταματωδεστέρας οἱ βλάσοι. Apoll. Argon. 2, Σιγὴ δ' οὔ πω πλόδε κῦρ βλοσυρῷ ἔχει ἄκμην. vbi schol. annotat significare fortassis λαμπρόν. Horridū verò ex Plinio non ineptè exposueris. Sic βλοσυρὰ κύματα dicuntur in Epigr. Et apud Nicandr. βλοσυροῖο κύδωνος, id est, τυφλικοῦ, vt schol. exponit. Item βλοσυρὸν δ' ἐξ αἷμα χέασθαι, id est μέλαν, κακόν.

ΒΛΗΧΑΟΜΑΙ, ᾶσμαι, F. ήσομαι, Balo. vnde βλησὶν οἰῶν apud Homerum, Balatus ouium. Theocritus de capris etiam dixit pro μηκᾶσθαι, sed composita voce vtēs, vt mox docebo. Quin & Aristoph. cōmune vtriusque facit in Pluto, quum dicit βληχώμενά τε πρόβατον αἰγῶν τε καὶ γερόντων μέλη. Et schol. Theocriti scribit itidem esse βληχᾶν tam caprarū quàm ouiū. Sed falli eum existimo: & quod Theocritus καπβληχῶντα de ouibus dixit, in eo esse catachresin. Apud Aristophanem autem syllepsin esse censeo: sicut vicissim μηκᾶσθαι Homerus non solùm capris sed & ouibus tribuens, illa figura vtitur. Aristophanes ad puerulorum vagitū transtulit in Vespis, τὰ δὲ παιδάρια συλλήβδην ἅμα βληχᾶται. Metaphoricè autem & in altero illo loco vsus est. Cæterùm Eustathius vult à βῆ deriuatū esse βληχή, includens ei & nomen ἦχος, vt βληχὴ sit ὁ τοῦ βῆ ἦχος. Affert autem istud exemplum huius βῆ ex Cratino, ὁ δὲ ἡλίθιος ὡσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Ex quibus videri possit Eustathius existimasse βληχὴ prius esse quàm βληχάομαι.

Βλήχημα, ατος, τὸ, ET Βληχή, Balatus. Od. μ, οἰῶν τε βληχήμ. Æschyl. in trag. quæ ἐπὶ ὀπὶ Θήβας inscribitur. Βλαχὰς (Doricè pro βληχὰς) vagitus infantium appellauit.

Βληχώδης, εος, ὁ & ἡ, (q.d. Balatiuus vel Balatorius) Mente similis ouibus. πρόβασι τὸν νοῦν ὅμοιος, inquit Suidas, subiungens hunc adespotum locum, μωρὸς δὲ τοι μιλῶ καὶ πάντα βληχώδης πέλεται ἔμελλεν. ET Βληχωὸς itidē Stultus, in vulg. lex. Apud Hes. ch. autem βλήχημα magis etiam suspectè legitur pro μωρός.

Καταβληχάομαι, ῶμαι, Theocr. pro βληχᾶμαι.

Βληχρός, ᾶ, ὁ, Debilis, Imbecillus. Alcæus, βληχρῶν αἰέμων ἀχείματοι πεσαί. Nicander, βληχρὸν μωὸς οἷα μυλιβόρου ὀκ χεοῖ νύγμα. Et apud Gal. βληχροὶ πυρετοί. quo & Alexand. Aphr. vtitur. ET Ἀβληχρός, aut (vt alii) Ἀβλήχρος, itidem pro Imbecillus, Inualidus, Infirmus. Hom. Il. θ, Νήπιοι, οἷ ἄρα δὴ τάδε τείχεα μηχανόωντο Ἀβλῆχρ', οὐδενόσωρα. Vbi Eustathius ἀβλήχεα exponit ἀδυνῆ, addens, hāc vocem multis in locis positā esse, ac potissimùm ὀπὶ σαρκῶν, i. de carnibus: (vsurpando carnes etiam de viuis) Idem in hoc loco Il. ε, Ἄκρῳ οὔτασε χεῖρα μετάλμενος ὀξεῖ χαλκῷ, Ἀβλήχρῳ, ait alios ἀβλήχρῳ finistrā, alios infirmā seu debilem exponere. Cæterùm in hac voce quidam α priuatiuum, quidam superuacaneū esse putauerunt, sicut in ἄσαχος pro σάχος. Qui autem α priuatiuum esse censuerunt, βληχρὸν pro valido & robusto.

acceperunt: ex quibus fuit Heraclides Milesius, cui & ἄβληχρο, scribere placuit, non ἀβληχρόν.

Ἀβληχρὸς θάνατος, pro ἀβληχροποιός, i. Inualidos reddẽs morientes, autore Eustathio: vt ἀβληχροποιὸς idem sonet quod ἀσθενοποιός: qua voce vtitur scholiastes Apollonii Rhodii, exponens hæc eius verba, — ἀβληχρῷ δ' ὅθι κώμα κύκλιτ' ἄπαυστος. Dicit enim ἀβληχρῷ intelligẽdum ἀσθενοποιῷ, vel ἀσθενεῖ. Idem exponit ἀσθενῆ καὶ ἥμεμαρον, δίχα τοῦ ἀθροῦν. vt videlicet intelligatur de morte qua quis perimitur, morbo non conflictatus. tunc enim lenis & non vehemens, tranquilláque & quieta mors videtur esse. Atque ita propemodum putarim intellexisse Ælianum, cuius hæc sunt apud Suidam verba, κατίσριψεν οὖν τὸν βίον πρᾴως καὶ σὺν γαλήνῃ, καὶ ἀβληχρῷ θανάτῳ· ὅν περ οὖν ἐπαινεῖν καὶ Ὅμηρος δοκεῖ. Hesychius ἁπαλὸν exponit, id est mollem: eodem, vt opinor sensu.

Ἀβληχρὰ νόσος, Morbus non vehemens, Morbus lentus, Morbus remissus & quasi languidus. Plutarchus in Pericle circa finem, ἀλλ' ἀβληχρᾷ τινι νόσῳ καὶ μήκει τοῦ πολίτου ἐρρύη μεταβολαῖς διαχρωμένου τὸ σῶμα χαλαίνων. vbi quidã exposuerunt ἀβληχρὰν νόσον remissum & longum morbum, quum tamen hac voce longitudo temporis non significetur, & ideo Plutarchus addiderit καὶ μῆκος ἔχουσι. Hesychius ἀβληχρὸν explicat etiam ἀμβλὺ καὶ ἀμαυρόν.

Ἀβληχρὸς in cõtraria significatione pro Robustus, ex Pindaro affertur ab Etymol. vt videlicet sit tanquam à βέβληκα, quum in altera signif. sit potius tanquã à βεβλημένος. Quòd siquis plura de etymo huius nominis scire velit (videlicet τοῦ βληχρός) ipsum Etymol. itémq; Eustath. adeat. Subiunxi autem hoc nomen verbo βληχῶμαι & nomini βληχή, illam etymologiam sequens quæ τοῦδε τοῦ βληχῶ esse vult, de illa tamen alioqui ἐπίχων.

Ἀβληχρής, ές, ὁ καὶ ἡ, Idem apud Nicandrum.

Ἀβληχροποιός, οῦ, ὁ, vt θνήσκοντας ἀβληχροποιὸς apud Eustath. ἀβληχροὺς ποιῶν τοὺς θνήσκοντας. id est Imbecillos reddens morientes.

¶ Βλήχρον, ου, τὸ, Filix herba, schol. Theocr. Apud Hesych. Βλήχεα. At Nic. habet βλήχων, pro filice: & eius schol. addit etiã βλόχρον. In v.l. βλήχρος herba affertur ex Theophrasto De c. pl. l. 1, cap. 8. Βλήχρος (inquit Gorr.) à quibusdã dicitur ὁ γλήχων, vt habetur apud Dioscoridem.

Βληχρὸν seu Βλήχον, Leguminis quoddam genus apud Hippocratem. vt à Galeno exponitur. Sunt qui & βληχροῖν scribant.

ΒΛΥΖΩ,

F. ύσω, ET Βλύω (quod prius esse videtur, est tamen rarius) Scaturio, Mano. Epigr. lib. 2, Ἀλλ' ἵα μοι θρέψεσσα κύλιξ βλύοντα λυαίῳ, Scateat & manet multo vino. Nonnus actiuum facit adiuncto ei accusatiuo, ἔβλυε πηγὴ ὑγρὸν ὕδωρ. sicut Plinius dicit Arborum manantium picem resinámque. Apud Euripidem metaphoricè, λέγουσα μύθους ὧν βλύω ἀφικόμην. Βλύω autem sæpe accusatiuo iungitur, pro Mano, Effundo. Gregorius loquens de Deo populum in deserto sustentante, ὥστε καὶ δρῦν ὀμβρῆσαι καὶ βλύσαι ὄρνιθας. vbi Bud. exponit, Emisisse abundanter, quasi aquam è fonte vel herbã è solo, hoc est ἀναβλύσαι. Idẽ in isto iambo, ῥῆθρα γλυκασμοῦ γλῶσσα βλύζει τιμώλη. Epigr. ἡδὺ μέλι βλύζων. ‖ Βλύζειν de latratu canum etiam dixisse quosdam refert Pollux lib. 5, in cap. θηρίων ζώων. ET Βλύστω, Profundo, Scatere facio. vulg. lex. ex Nonno.

Βλυσηλὶς, ίδος, ἡ q. d. Scaturitrix. vnde in Epigr. Βλυσηρίδι χειρί, Manu scaturiente & fluente. Abundante.

C. ΑΕΙβλύω, Perpetuò scaturio. διηνεκέω, Hesych.

C. ΑΝΑβλύζω, Sursum erumpo scaturiendo, Scaturio sursum. vel simpliciter pro Scaturio. Propriè dicitur πεὶ πηγῆς, id est de fonte. Athenæus, αἷμα δὲ ἐξ αὐτῶν κρουσθεὶς δύο, ὁ μὲν χάλαστος, ὁ δὲ οἶνος. Aristoteles tamen dixit φλόγες ἐκ γῆς ἀναβλύουσαι, Flãmæ quæ è terra eruperant. Ἀναβλύει apud Hesychium legitur, (à themate Ἀναβλύω) expositum non solùm ἀναζεῖ, sed & ἀναζεῖ, id est Efferuescit, Ebullit. Fit autẽ à themate ἀναβλύω sine ζ participium ἀναβλυθείσης apud Strabonem. nam is de Ætna loquens, ita scribit, ἔκκεισις γὰρ ἐν τῇ κρατῆρι τῆς πέτρας, εἶθ' ἀναβλυθείσης.

Ἀνάβλυσις, εως, ἡ, Scaturigo. Aristoteles De mundo, πηγὴ ἀναβλύσις.

Ἀναβλύες, Fontes. Hes.

Ἀναβλυστάω, Idem quod ἀναβλύζω. Hesychius, ἀναβλυστάνει καὶ ἀναβλύσαι. sed eũ aliter scripsisse suspicor. Theodor. Eccles. hist. 3, de Tigri fluuio loquens, ὅτε δὲ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἀναβλυστωνόρων. ET Ἀναβλυθονεῖν ex Rhet. lexico ponit Eustathius itidem pro ἀναβλύζειν. Suidas autem Ἀναβλυστωνῆσαι habet, idque non solùm exponit ἀναβλῦσαι sed & ἀναβλασῆσαι, id est Repullulare, Regerminare.

C. ΑΠΟβλύζω, Scaturio, Emitto aquas. vt fons dicitur ἀπιβλύζειν, sicut & simpliciter βλύζειν.

Ἀπιβλύζω, Euomo Per vomitum effundo. Homerus Πολλάκι μοι κατέδευσας ὀθόνας ἐπὶ σῇσι χιτῶνα, Οἴνῳ ἀποβλύζων. Suidas ἀναβάλλων exponit, item ἀπομῶν. In v.l. Græcol. nulla ponitur alia explicatio verbi ἀποβλύζω, quã hæc, Singultio comedendo, vt pueri faciunt.

C. ΕΚβλύζω, Excaturio (Bud. ex Plut.) Emano.

C. ΠΑΡΑβλύζω, Scaturiginis instar refundo & reiicio, Euomo. vt apud Suidam, εἴ πεπ ἠπηδεῖς οἴνου καὶ παρεμβλύσας τὸ πρεσβύτερον, εἶπα ὕπνου μέτοχος ἦν οὗτος, id est (vt ipse exponit) παρεμβάλλων, ἀποπνίγων.

C. ΠΕΡΙβλύζω, Scatebris affluo, Vbique & passim scateo, vt Bud. exponit in hoc Aristot. De mundo loco, ἡ τε γὴ φυτῆς κομῶσα παντοδαπῆς, νάματά τε περιβλύζουσα καὶ πελοχυμένη ζώοις.

C. ΥΠΕΡβλύζω, Supra modum scateo, seu (vt Bud. exponit) Exundo, Redundo, Exubero. Circũfluo. Arcopag. φῶς ἀγαθὸν ὡς ἀκτὶς πηγαῖα καὶ ὑπερβλύζουσα φῶς χυσία. Chrysost. De sacerd. ὑπερβλύζουσιν οἴνῳ αἱ λῆναι. Greg. εἰ δέ που τὸ ἀκρατὲς τῆς ὀργῆς ὑπερβλύσει. HINC Υπερβλυσις, εως, ἡ, Exuberantia. B.

ΒΟΑΩ,

ῶ, F. ήσω, & sæpe ήσομαι, Boo, Clamo, Vociferor. Il. 1, Κλῖδην εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν αἰθρέα κάστον, Μηδὲ βοᾶν. & Il. 8, μακρὰ βοῶν. & Il. 0, σμερδαλέον βιόων. Thuc. l 7, οἱ ναῦται βοῶσιν ὡς ἐν δεινοῖς ὄντες, κελεύσαι ἀφιέναι τὰ ἐναντία βοήσασθαι. Plato Apolog. ἐφ' οἷς ἔσται βοήσασθε. Plut. An sen. admin. καὶ μέγα βοᾶν ἐν ἐκκλησίᾳ. pro quo Homerus vtitur illo μὲ κραβοᾶν. ‖ Interdũ βοῶ pro Clamando seu clamans dico, Vel, Cum clamore dico. Thucyd. 8, ἀλλ' ἀναπτίνει ἐβόων τοῖς πνεῦμοι καταλύοντα. Et cum μὴ, vt Lucill. lib. 1 Epigr. — οἱ δ' ἐβόησαν Τῆπον μὴ σφαιοῦν. Aliquando autem pro infinitiuo ponitur ὡς cum præsenti. Demosth. Pro corona, Σῶν ὁ δάσκαλος ἔφη καὶ κεκραγὼς ὡς ἐν δημοκρατίᾳ δεινὸν ποιεῖ. vt accipiamus ὡς cum vtroque verbo. ‖ Saepe & cum accusatiuo rei, eadem significatione: cuius constructionis exemplum est in Thucydidis loco quẽ modò protuli, τὰ ἐναντία βοήσασθαι. Sic Naz. βοήσομαι τῆς ἡμέρας πολὺ δύναμιν. Soph. autem βοᾷ μέλος, Clamore sublato cãtare. ‖ At cum accusatiuo rei, βοῶ, Inclamo, Clamando voco. vt Luc. βοήσομαι τὸν πατέρα. Idem in Macrob. πῶς με βοᾷς; Apud eundem cum præpos. πρὸς, scribentem οὐδεὶς πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν. vbi exponitur Seipsum inclamare, ab aliis Apud seipsum clamore vti.

Βοῶ, Celebro, Herodot. vnde βεβοημένος, Celebratus, Celeber redditus. vt quũ dicitur βεβοημένος Φάλαρις ὑπὸ πυρανίδι, καὶ Ἀριστείδης ὑπὸ δικαιοσύνῃ. Pro eodem ἐκβεβοημένος apud eundem Herodot. vt infrà dicetur.

Βοῶ ad inanima etiam transfertur, vt κῦμα βοᾶ, Il. ξ, & κῦδος βοάσαν. Il. ρ. Sic Latini verbo Reboo hinc sumpto vtuntur.

Βοητὺς, ύος, ἡ, Clamor, Vociferatio. ea forma qua dicitur ἐδητύς. Od. α, — μηδὲ βοητὺς ἔστω.

C. Ἀβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Tacitus, Silens, Mutus. Ad verbum, Clamore carens.

Ἀβοεὶ, Aduerb. Tacitè, Sine clamore. At Hesychio, Facilè. nisi fortè legendum est apud eum ἀβοηθεί, id est Citra auxilium. Nam ad ea quæ facilè fieri possunt, auxilio minus est opus.

H C. Ἀμφιβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circunquaque celebratus. Idem quod περιβόητος, in Anthol. epigr.

Ἀμφιβόητος etiam reperitur pro eodem. Citat Hesychius ex Ione in Teucro.

¶ Βοὴ, ῆς, ἡ, Clamor, Vociferatio, vt Il. π, Σοὶ δ' ἄρβεστος ὀρόρει

Od. κ, Αὐτὰρ ὁ πεζὸς βοὴ ἄστος. At Il. σ, Αὐλοὶ φόρμιγγες πεβιβὴ ἔχον. Thuc. 4, οἱ δὲ βαρβαροι ἰδόντες, πλὴν βοὴ καὶ θορυβῶ πρεσέκειντο. Luc. καὶ βοῆς μεσὸν ἐν τῷ συμπόσιον. Rursũ apud Thucyd. 8 legitur, ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις. Vbi scholiastes exponit ἀπὸ βοῆς, καὶ μὴ ἀμαθῶς. Idem verò loquẽdi genus (alioqui rarissimũ) apud Xenophõtem reperio Hell. 2, ἐπὶ δ' οὐκ ἐπέθοντο, πρεσέβαλλον ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν, ὅπως μὴ δῆλος εἴη ἀμαθὴς ὤν. vbi exponitur Clamore tenus. ‖ Βοὴ, Pugna, ex consequenti, quòd cum magno clamore confligi soleat. Hinc βοὴ ἀγαθὸς Μενέλαος, & Ἕκτωρ, &c. Bello strenuus. Quidam tamen exposuerunt hic quoque κραυγὴν. vide Eustathiũ. ‖ Βοὴ pro auxilio, affertur ex Æschyli schol. in illum locum Supplicum, Ὅμως ἄμεινον, εἰ βοᾷ δωσοὶ ἐμοὶ βοὴ, Ἀλκῆς λαθέσθαι.

Βόης, ὁ, Clamosus, Vociferator. Gallicè criard. Luc. in Symp. ἐδεδείκεισαν γὰρ τὸν Ἀλκιβιάδην βόην ἀπεχῶς ὄντα καὶ κραυγαστικώτατον κωμικῶν ἁπάντων. Pro quo βοὴν in v.l. perperã βοὴ legitur.

C. Ἀκαμποβόας, ου, ὁ, Loquax, Blatero, q. d. Qui intempestiuè clamat. Sed exponitur simpliciter λάλος.

C. Καλαμοβόας, ου, ὁ, q. d. Calamostrepus.

C. Αὐπβοεὶ, q. d. Cum ipso clamore. Vrbem capi dicunt αὐπβοεὶ quæ statim capitur & quasi primo impetu seu incursu. Thuc. 3, αὐπβοεὶ αἱρεῖται [Ἀμπρακίαν.] Ibidem, δείσαντες οἱ ὀλίγοι μὴ αὐπβοεὶ ὁ δῆμος τὸ νεωρίου κρατήσειεν ἐπελθών. Paus. ὀλίγου μὲν ἢ λθεν ἑλεῖν αὐπβοεὶ τὴν πόλιν. Redditur autem, Primo statim clamore.

C. ΑΝΑβοάω, F. ήσω, Exclamo, Vociferor, Magna voce clamo. est enim epitaticum ἀνὰ hac in voce. ‖ Interdum accusatiuo iungitur, & significat Clamando profero, Magna voce dico, vel elata voce, Declamo. vt ἀνέβοησε τὸν π. & apud Platonem Epist. 7, παῦνα ἀναβοᾶν. Item Clamando voco, vel clamore, Inclamo. vt capitur apud Aristophanem ἀναβόησον: licet exponatur simpliciter κάλεσον.

Ἀναβόησις, Exclamatio, Vociferatio, vel Inclamatio.

c. 2, Ἐπαναβοάω, Acclamo. vulg. lex. ex Aristoph. Pluto.

C. ΑΝΤΙβοάω, ῶ, Contrà clamorem edo, Clamãdo respondeo, vel Vicissim clamo. Item Reclamo.

C. Αὐπβοάω, Ipse me mea voce prædico, Ipse mei præconem ago: vt Erasm. Chil. interpr. dicens αὐπβοᾶν simile esse alii prouerbio, αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ, & οἴκοθεν ὁ μάρτυς. Αὐπβοᾶς (inquit Suidas) ὅμοιος ὢν τῷδε, id est αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖς κεκραγὼς ὅμοιος εἶ τῷδε. VNDE Αὐπβύπης, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ipse sua voce de se testatur. At αὐπβύπης δακτυλος apud Nonn. exponitur Digitus vocalis.

C. ΔΙΑβοάω, Diuulgo, Rumorem disseminо. Et q. d. Per clamorem huc illuc spargo. Thuc. 8, σφαπῶται καὶ σφᾶς αὐτοὺς διεβόων ὡς ὑπὸ Ἀσυόχου καὶ Τισαφέρνους φθείρει τὰ πρεσίγματα. vbi scholiastes exponit διάπρυσι ἐβόων. Herodianus lib. 2, διαπέμπεται δή τινας τῶν πιστῶν τοὺς διαβοήσοντας ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε, qui passim rumorem disseminẽt. In pass. vsus eius creberrimus est tam in bonam quàm in malã partem, pro Celebror, Fama percrebresco. Plato epist. ταῦτα διαβεβόηται, Hæc sunt fama & hominũ sermone celebrata. Ioseph. lib. 7, πόλει διαβοηθείσῃ, Vrbi famosissimæ. Plutarchus Pericle, διεβοήθη πρὸς τοὺς ὀκτὼ ἀνθρώπους. Synes. epist. διαβεβοημένος Σπάπαλος. Sic διαβεβοημένος σωτῆρι. VNDE Διαβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuulgatus, Rumoribus crebris disseminatus. Herodian. lib. 4, ἤδη δὲ καὶ τὸ φόνου διαβόητον ἠρωμένῳ ὑπὸ τῶν ἐδόκει, Vulgata passim per eos cæde. Sic lib. 5, διαβόητον ἐπέθεσαν φήμῃ. Item Celebratus, Nobilitatus, Diffamatus, tam in malam quàm in bonam partem. Lucian. Pseud. αὐτίκα μάλα τῶν ὅτι κακία διαβεβόητον ἀκρότατος ἀπέπλεόθη.

C. ΕΚβοάω, Exclamo. Basilius, οἱονεὶ παγδία πνὰ ὑπὸ πληγῶν ἐκβοῶντα. Item Proclamo. vnde ἐκβεβοημένος, Fama celebratus, Celeber, Budæus ex Herodoto. ‖ Apud Thucydidẽ verò lib. 1, ἐκβοάω est Cum clamore erumpo, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοήσαντες ἐν τῷ Μεγάρων, πεῖ τὸ ἐστρατοπεδευκότας διαφθείρουσι, id est (vt scholiastes exponit) μετὰ βοῆς ἐξελθόντες. VNDE Ἐκβόησις, εως, ἡ, Exclamatio. Synes. epist. 67, καὶ πεπόνθασι ἱκανῶν, ὡς πρὸς παρόντα τὰς ἐκβοήσεις καὶ τὰς ὀλοφύρσεις πεποιήμεθα.

C. ΕΜβοάω, Inclamo, Clamorem tollo. Thucyd. lib. 4, p. 133, καταφρονήσαντες καὶ ἐμβοήσαντες, ἀθρόοι ὥρμησαν ἐπ' αὐτούς. Basil. καὶ πάντες πρεσφῶσι ἐμβοῶντες οὐκ εἰσηκούσατο. Lucmεῖζον ἐμβοᾶν τὸ Σπένθρος.

C. ΕΠΙβοάω, Inclamo, vt Camer. interpretatur Thucyd. lib. 5, τῷ Ἀγιδὶ ἐπεβόησε. In passiua voce significatione actiua capitur pro Inuoco, Imploro auxilium, Deûm fidem hominũmque imploro, Bud. Cum clamore obtestor. Thuc. lib. 3, ἡμεῖς δὲ αἰτούμεθα ὑμᾶς, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῷ Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι τάδε, cõmunis cultus & publica Græciæ deorũ numina inuocantes. Camer. Et lib. 8, pag. 292, καὶ ἐπιβοωμένου μὴ ἐφεδρεύοντων ἐγγὺς τῷ πολεμίων, ἐπολέσαν πολὺ πλείδα. Citat idem Budæus & ex Basil. 67. ‖ Ponitur & pro Celebro, In ore habeo, id est ὑμνῶ, vt idem Bud. tradit apud Alex. περὶ ἑρμαρμ. 261. Ad quod in malã partem acceptũ, referri potest illud Thucyd. lib. 5, καὶ δίχα τῶν πάλαι ἐπιβοώμενος. quod Camer. interpr. Quum propria hæc mea in hominum sermones incurrant. nam laudem hoc loco nequaquam significari putat. HINC Ἐπιβόημα, ατος, τὸ, Acclamatio, vt Camer. in hoc Thuc. loco lib. 5 interpr. ὁ δὲ, ἔπε καὶ δίχα τὸ ἐπιβόημα, ἢ καὶ αὐτῷ ἄλλο τι ἢ τὸ αὐτὸ δόξαν, ὀξαφνῆς τὸ θράσυμα ἀπῆγε. Quod vocabulum durum esse testatur Pollux. ET Επιβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Celeber, Diffamatus, & in bonam & in malam partem. quanuis Pollux in deteriorem partem capiẽs, cum ὀπτήρητος & ὀπτίφορος copulet. Thucyd. lib. 6, καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω εἶναι. εἰ γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τῆς μὲν πρεσγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρειν τῶν. verùm ibi & πρεσβόητος legi indicatur. Et apud Anacr. Καὶ μ' ὀπιβόητον χρὴ γείτονας πυνάτεις.

D C. Καρηβοάω, Præ sonitu & clamore vertigine capitis laboro, ὑπὸ ἤχου καὶ βοῆς πολὺ κεφαλῶ ἀλγῶ καὶ ἰλιγγιῶ. Hesych.

C. ΚΑΤΑβοάω, Reclamo, Clamore obruo, Clamore vinco. Bud. Clamoribus infector, Camer. Thucyd. καταβόων αὐτῷ πολὰ πρεὸς τὸν ὄχλον οἱ δήμαρχοι, Inuehebantur in ipsum. Philo lib. 3 De vita Mosis, σωιστάμενοι καὶ αθροιζόμενοι καταβόων τὸν πρεσφήτου, Magno clamore prophetam increpabant. Greg. καὶ τῆς ἐκδημίας ὡς τυραννίδος καταβοῶντες. Aristoph. Acharn. καταβόησε δ' ἀν' κεκραγὼς ἑξακόσιος πεζικοὺς, Superasset clamando ministros publicos ter mille, Camer. In eadem significatione media vox etiam vsurpatur apud eundem Aristoph. Equit. At in passiua καταβοώμενος (inquit Bud.) dicitur qui omnium clamore in inuidiã vocatur. Appian. in ς Ciuil. καὶ καταβοώμενος ὑπὸ τῶν ἀφαρπαζόντων, ἔφερε πολὺ ὕβριν. de Augusto loquens contra quem oppidani Italicarũ vrbium clamitabant ob agros ereptos & militibus datos. ‖ Καταβοάω exponitur etiam Imploro, in hoc Plutarchi loco Amat. Narrat. καταβοᾷ τῷ Βακχαδῶν. HINC Καταβόησις, εως, ἡ, Cõuitium, Incusatio, vt militũ in imperatorẽ: Bud. ex Plut. ἐν αἰτίας ἐν καὶ καταβόησιν ὡς οὐ κάθαρα κατεσκευῶν, ἀλλὰ πολὺ βυκλῶ. Idem De defectu oracul. ἀλλ' ὅμως πολὺ γέγονε κατάνυξις καταβόησις ὑπὸ τῶν ἄλλων φιλοσόφων, Magnis etiam aliorũ philosophorum clamoribus exagitatus & vexatus est. Volunt autem esse Atticũ hoc vocabulum, pro καταβοή, vt ἀγάπησις pro ἀγάπη. EST autem Καταβοὴ, ῆς, ἡ, idẽ quod καταβόησις, seu (vt Bud. exponit) Reclamatio, Inuectio, Querela. Thucyd. lib. 8, πρὸς ὀλίγον τὸν καταβοὴ τῆ αὐτοῦ μαλακα. Et, καταβοῆς ἕνεκα τῆς εἰς Λακεδαίμονα. Idem lib. 1, αἰσθόμενοι δὲ καταβολὴ οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν, παρὴλθομεν. Quum autem intellexissemus conuitium nobis non exiguum fieri.

C. ΠΑΡΑβοάω, Acclamo. v. l.

C. ΠΕΡΙβοάω, Celebro, Diuulgo, Decãto. Greg. κατ' Ἰουλ. 2, τὰ μὲ οὖν πρεσῶτα τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ καὶ λίαν νεανικὰ καὶ πολλοῖς θῦ τὰ ἐκείνου φρονεσιώτων πρεβεβοώμενα, τῶτα. id est Famigerata, vt διαβοώμενα. Bud. HINC Περιβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Celebratus, Decantatus, Nobilitatus, tam in malam quàm in bonam partem. Philo lib. 1 De vita Mosis, δόξαν καὶ πρεβόητον ἀπέφηνε πολὺ ἀσίβειαν τοῦ πρεφήτου, Illustrem & celebrem vatis pietatẽ ostendit. Lysias, ἐπεθύμησε πρεβόητος γενέσθαι. Plutarchus in Themist. πρεβόητος νίκη. At in malam partem apud Demosthenem pro Ctesiphonte, αἰσχρὰς καὶ πρεβόητον πατρίδος

Turpis famosissimæque seditionis. Et apud Lysiam in Apolog. aduersus Sim. καὶ πότε μὴν ἄρα ἵνα μὴ βοηθοῦντος ἦν, ὑπῆχον ἦχον. ET Περιβόητος, Clarè, Manifestè. v.l. ex Demosthene.

C. ΠΡΟβοάω, q.d. Præclamo. Cohortor. v.l.

¶ Βόσας quoque reperitur & Βώσομαι ac Βώσεσθαι apud poetas & Ionicos scriptores, pro βοήσας, βοήσομαι & βοήσεσθαι per contractionem facta. Il. μ, — ἀλλ' οὔ πως οἱ ἔην βώσαι πολεμοῖο. Τόσσος γὰρ κτύπος ἦεν. Et βωσόμεθα, quod Suid. exp. καλέσομεν, & μαρτυρούμεθα. Apud Herodot. in Thalia βεβωμένα, Fama celebrata, Celebria. (AT Βῶσον apud Cratinum est βοήθησον, vt idem Suidas docet.)

HINC Ἀναβῶσαι apud Herodotum pro ἀναβοήσαι, id est Exclamare. is enim in Clione, ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας εἶπε. Et in Thalia, οἱ δὲ, ἀμβώσαντες μέγα ἀφῆκαν ἐκέλευον. ET Ἐπιβώσομαι, pro ἐπιβοήσομαι apud Homerum Od. α, ἔνθ' δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰεν ἑόντας. Il. κ, — σὲ δὲ προφέρω ὀλύμπου Παάων ἀθανάτων ἐπιβωσόμεθ' ἀλλὰ καὶ αὖθις.

¶ Βωτῶ quoque idem quod βοῶ, facto videlicet βοητῶ à βοήσω, deinde per contractionem βωτῶ. VNDE Ἐπιβωτᾶ apud Herodotum. Hæc Eust. ITEM Βωγρῶ, eiusdem est significationis, quod ab illo βωτῶ deriuat idem Eustath. quemadmodum ex Ἐλατῶ (quod fit ab ἐλάω seu ἐλαύνω) Ἐλαγρῶ. Exponit autem βωγρῶ, αὐαβοῶμαι vel ὑπακούομαι, addēs apud Theocritum poni pro ψιλαφητικῶς ἐν ἀγυιᾶς αὐαβοῶμαί τινα. Od. μ, Ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωγρεῖν τε Κεραμεῖν Μητέρα τῆς σκύλλης, ἣ μὴν τέκετῆμα βροτοῖσι. Theocritus Idyll. ε, τὸν δρύπεμον βωγρήσομες.

ΒΟΗΔΡΟΜΟΣ, ET Βοηδρόμος, Doricè, ὁ καὶ ἡ, Auxiliator, Opitulator, βοηθος. Eurip. Phœn. ὦ τέκνον, ὑστέρα βοηδρόμος Παρῆμι. Et in Oreste, πολὺ βοηδρόμῳ. VNDE Βοηδρομέω, μῶ, Auxilior, βοηθῶ. Eurip. Oreste, βοηδρομῆσαι πρὸς δρόμοις τῶν ἐναντίων, id est, ὡς ὅτι βοηθεῖα δραμεῖν, inquit schol. Vtuntur autem hoc verbo non solùm poetæ, sed & prosæ scriptores interdum. Plut. ἐπὶ δὲ ἤκουσε Σύλλαν μὲν κατὰ τάχος, Πομπήϊον δὲ κατ' οὐρὰν βοηδρομοῦντας ἐπ' αὐτόν, id est Suppetias contra se venientes, vt B. interpr. Idem affert ex Luc. ἢ πῶς γὰρ ἔτι καλέσαιμι, ὡς βοηδρομήσαντες αὐτοῖς συλλαβοίεν, id est (inquit) Tumultuosè accurrentes. De etymo autem harum vocū vide in βοηθός.

Βοηδρόμος, ου, ὁ, Auxiliaris. Callimachus in Apoll. Ὦ πολλοί, πολλοί σε βοηδρόμον καλέοισι. ET Βοηδρόμια, ων, τὰ, Festum quoddam Athenis celebrari solitum, ob prælium à Theseo aduersus Amazones feliciter gestum, QVIA Βοηδρομιὼν nomen est mensis eius quo illud gessit. Ita quidam e x Plutarcho, cuius tamen hæc sunt verba, in Theseo, ἡ μὲν οὖν μάχη βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς, ἐφ' ἣ τὰ Βοηδρόμια μάχεται νῦν Ἀθηναῖοι θύοντες. Apud eundem verò in lib. De frat. char. legimus, τὴν δὲ δευτέραν ἄγουσιν ἀεὶ τοῦ βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηναῖων γενομένης τῆς διαφορᾶς. Est autem Græcorū tertius mēsis, quem Augustum quidā, alii Iunium, Septembrem nonnulli esse volunt.

ΒΟΗΘΟΌΣ, ET Βοηθός, (sed prius illud apud solos poetas est in vsu) Auxiliator, Opitulator. Ex βοὴ & θέω, id est Curro: sicut βοηδρόμος ex βοὴ & δρομέω (à δρόμος) quod in compos. τρέχω significat: ita vt propriè de eo dicatur qui ad clamorē alicuius accurrit, periclitātis videlicet. Quidam tamen à βοὴ significante μάχην deducere maluerunt. quo fit vt Eustathius βοηθὸν exponat μάχιμον: vnde esse dicit βοηθὸν ἅρμα in Iliade. Xen. Pæd. ς, μὴ χείροις βοηθοὶ πρόσεστιν αἱ σοι. Et βοηθὸς ὁρμῶ μαί σοι, ex eodem. Apud Plutarchum Themist. τειήρεις ἡμῖν παρεσται βοηθοὶ (vbi obserua iungi cum eodem verbo cum quo & Xenoph. iungit) exponitur, Triremes nobis præsidio adsunt. Et Thucyd. βοηθοὺς πέμπω, Subsidia mitto. ¶ Item Βοηθὸς nomen proprium apud Homerum. Sic & Βόηθος (retracto accentu in primam) nomen propriū cuiusdam philosophi apud Plutarchum De plac. phil. VNDE Ἀβόηθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui succurri non potest. vt ἀβόηθον φάρμακον, Immedicabile venenum, apud Theophrastum lib. ς, Hist. pl. Et apud Polyb. lib. 16, ἀβόηθοις ἐσκύλευον πληγάς. id est (vt Bayf. interpretatur) Vulnera inflixerunt quibus arte nulla mederi quis posset.

ET Δυςβόηθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui succurri difficulter potest, Vix medicabilis. ET Συμβοηθὸς, ὄ, ὁ, Qui ad suppetias ferendas vnà cum aliis conuenit, Auxiliaris.

Βοήθεια, ας, ἡ, Auxilium, Subsidium. τῆς ἀπορίας βοήθειαν δίδωμι, ex Xenophōte. (vt ταῖς ἰδίαις ἀπορίαις βοηθεῖν, Isocr.) Et βοήθεια χρημάτων ex Demosth. Sæpe autem de auxilio quod fertur in bello, & quidem pro iis qui auxilio veniunt. Xen. Hellen. 7, ἀφικνεῖται καὶ ἡ παρὰ Διονυσίου δεύτερα βοήθεια. Demosthenes, βοήθεια ἡ εἰς Πύλας. Et βοήθειαν μεταπέμπεσθαι Isocrat. in Archid. Item βοήθειαι plurali numero apud eundem & cæteros. Et βοήθειας ποιεῖσθαι ex Æschine pro Auxilia suppeditare.

C. Ἐκβοήθειά, ας, ἡ, Eruptio, vt apud Thucydidem exponitur lib. 3, καὶ ἐκβοηθείας πυνθανόμενος, πληγῶν ὑπὸ τῶν Ἀνποταίων καὶ τῶν ὁπλιτῶν. quæ expositio simile quid habet cum illa verbi ἐκβοάω pro μετὰ βοῆς ἐξέρχομαι.

C. Ἐπιβοήθεια, ας, ἡ, Auxilium.

C. Παραβοήθεια, ας, ἡ, Suppetiæ, Auxilia, Bud. Polyb. in ς, περαίνειν οὐδὲν δ' ἀνάμορφος διά τε τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου καὶ τὰς παρὰ τὸν Νικόλαον παραβοηθείας.

C. Συμβοήθεια, ας, ἡ, Ad auxilium ferendum cōcursus, Suppetiæ.

¶ Βοηθέω, θῶ, (q.d. ὅτι βοὴν θέω, Ad clamorem accurro) Suppetias eo, Auxilio venio, seu ad auxiliandum. Budæus βοηθῶ interpretatur Suppetias eo, item Occurro hostibus: & subiungit ex Isocrate in Paneg. καὶ βοηθήσαντες ὅτι τοῖς ὅροις τῆς χώρας, μάχῃ νικήσαντας, ἐθήραγον ἔτι, Idē Bud. βοηθοῦσιν ὅτι τὰ ἄκρα apud Xenophontem interpr. Suppetias eunt, vel mittunt. (Sic autem in v. lex. ἐκεῖσε βοηθεῖν redditur Illuc mittere auxilium) Tale est βοηθεῖν ὅτι τὰ Μέγαρα Thucyd. l. 4, & βοηθεῖν ὅτι φύλαξιν, Xen. Hellen. 1. Demosthen. autem ἐβοήθησεν ὅτι τὴν τυραννικὴν οἰκίαν. Interdum cum ἐς, vt idem Xenoph. ibidem ἄνεις ἐς Χαλκηδόνα ἐβοήθει. Sic βοηθεῖν εἰς Φωκέας ex Demosthene. Sed interdum & sine his præpositionibus motū indicat, habens solum datiuum: vt Thucyd. 3, οὐπιδὶ πῆς Ἀθηναίοις ἐβεβοηθήκεσαν. Ibidem, αἷς ἔδει βοηθῆσαι αὐτῆς. Sic autem & alibi vtitur: vbi βοηθεῖν est Auxilio venire, vel Subsidio venire. Sed & simpliciter pro Occurrobo stibus (vt Budæus interpretatur) vel Propugnatum accurro, apud hunc scriptorem legitur. In vulg. lexicis ex Herodot. affertur βοηθέοντιν ἐπ' αὐτὸν pro Ad se defendēdos ei obuiam tendunt.

Βοηθῶ, sine motu, Auxilior, Opem fero: vt βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, Isocr. Idem Panath. ἐκ δὲ τῶν κοινῶν τοῖς ἰδίαις ἀπορίαις βοηθεῖν ζητοῦντες. At Xenophon addit accusat. rei, τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν δύνασθαι. Ex Demosthene autem βοηθεῖν τινι πρὸς τοὺς πολεμίους. Dicitur & βοηθῶ τινι πύτῳ, cum datiuo instrumenti, Hac re te adiuuo & tibi opitulor. q.d. Per hanc rem. Sic Xenoph. Hellen. 6, καὶ ὅσους εἶχον ὁπλίτας, ἅπασιν ἐβοήθει. Tale est βοηθεῖν χρήμασι. Interdum verò vterque datiuus ponitur, vt Æschines in Ctesiphontē, βοηθῶ τῷ τὸν ὅρκον καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ, καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ, καὶ φωνῇ, καὶ πᾶσιν οἷς δυνάμαι. ¶ Βοηθῶ, Patrocinor, Bud. ex Æsch. in Tim. μὴ βοηθῆσαι τῇ πόλει πάσῃ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν καὶ ἐμαυτῷ. Sic Isocr. ἄξιον δ' ὄντι καὶ τῷ νόμῳ βοηθεῖν καθ' ὅν, &c.

Βοηθοῦμαι, pass. Auxilio iuuor, Mihi feruntur suppetiæ. vnde βεβοηθημένον. Plat. epist. 7, ταύτῃ μοι βεβοηθημένον ἐγκρίνῃ φιλοσοφία καὶ φίλοις, Hac ratione latum à me erat auxiliū. Ex Hermog. βοηθούμενοι πρὸς σωτηρίαν. Interdum βοηθεῖσθαι dicitur qui re aliqua vt remedio iuuatur. Ath. 2, βοηθούμενοι ὑπὸ ὑδρομελίτος πόσεως. Diosc. autem dixit lib. 4, cap. 83, πρὸς μυκήτων loquens, id est de fungis, βοηθοῦνται δὲ πάντες πιπτόμενοι νίτρῳ ἢ κονίᾳ, &c.

Βοήθημα, ατος, τὸ, Auxilium. Item, Remedium. Plut. Exponitur & Medicamentum apud Galenū ad Glauconem. HINC Βοηθηματικός, Auxiliatorius, Auxiliādi vim habēs.

Βοηθητικός, Auxiliaris, Qui auxiliari potest, Vel, Qui lubenter auxiliatur. Aut, Aptus ad auxiliādum. Gall. *secourable*, à nomine *secours*, quod βοήθειαν significat. Aristoteles Rhet. 1, βοηθητικὸν ἐστὶ τοῖς φίλοις. Plut. Solone, βοηθητικὸς ἦν τοῖς πένησι.

C. Ἀβοήθητος, Auxilio carens, Auxiliatorem non habens, Ope omni destitutus. Formatur à βεβοήθηται, tertia persona præteriti verbi βοηθοῦμαι, præfixo α priuatiuo. Epi

cterus, ἀλλά σε οἱ φίλοι ἀβοήθητον ἔασαν. Ἀβοήθητος, Remedio carens, Immedicabilis, αἰτίαις, ἀθεράπευτος. Poly. lib. 1, καὶ πνεῦμα, τῶν ἐν αὐτῇ ῥωγῶν ῥώμῃ ἐλκῶν καὶ φυμάτων ἀβοήθητον συμβαίνει, καὶ πολλοὺς ἀβοήθητα γίνεσθαι. Sic ἀβοήθητον δῆξιν immedicabilem morsum Dioscor. appellat lib. 9.

Ἀβοήθητι. aduerb. Citra auxilium.

C. Δυςβοήθητος, ὄ, ὁ καὶ ἡ, Cui vix succurri potest, Cui ægrè auxilium ferri potest. Vix medicabilis. CVI CONTR. est Εὐβοήθητος, ὄ, ὁ καὶ ἡ, Cui facile est opitulari. Facilè medicabilis.

Βοηθητέον, Auxilium ferendum est, Opitulandum est. Vel, Remedium adhibendum est.

C. ΑΝΤΙβοηθέω, Vicissim auxilium fero. Xen. Hell. 7, ἀντεβοήθησε δ' αὐτοῖς οὐδείς.

C. ΕΚβοηθέω, Ad opitulandum procurro, Auxilium fero, Plut. Amat. narr. 8, καὶ νεανίσκων πολλοὶ ἐκβοηθούντων.

c. 2. Ἐπεκβοηθέω, Ad opem ferendam procurro, Thuc. lib. 8, ἐπεκβοήθησαν τῶν Ἀθηναίων καὶ τρεῖς ἁμάμορον τοὺς Χίους. id est (vt scholiastes exponit) ἐκδραμόντων εἰς βοήθειαν ὅτι τῷ συμβάντι.

C. ΕΜβοηθέω, Auxilium fero.

C. ΕΠΙβοηθέω. Ad auxilium ferendum superuenio. Thuc. lib. 3, ἐπειδὴ πρὸς τὰς ἐσβεβλήκει, πολλῇ χρεὼ ἐπεβοήθουν πάντες. Idem eodem libro, ὅτι βοηθεῖν διὰ τῶν Ἀμφιλόχων. Et l. 1, ἀδυνάτων ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ὅτι βοηθεῖν, Auxilium ferre alii aliis aduersus ingentē classem. Herod. l. 1, ἐπεβοήθουν ὡς δήμῳ, Populo suppetias raptim tulerunt.

C. ΠΑΡΑβοηθέω, Suppetias fero. Thuc. lib. 1, ἦσαν δὲ τῶν Κορινθίων ἐν τῇ ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες, Habebant multos barbaros auxiliares. Polyb. lib. ς, παντὶ βελόμενος ἐπιβοήθειν, καὶ παντὶ ὡς δεομένῳ παραβοηθεῖν. Et lib. 16, παραβοηθοῦντες τοῖς κινδυνεύουσι.

C. ΠΡΟΣβοηθέω, Ad opitulandum accurro. Thuc. l. 8, λέων γὰρ ὕστερον δέκα ναυσὶ προσεβοήθησεν ἐκ τῆς Ἀθηνῶν. Et lib. 1, οἷς αὐτῆς ὁ κῆρυξ τῶν βαρβάρων προσβιβοηθεῖν, Quò eis copiæ terrestres barbarorum ad opem ferendam venerant.

C. ΣΥΜβοηθέω, Ad auxilium ferendum conuenio. Thuc. 3, οὐ χαλεπὸν ἀπέφαινον πρὶν ξυμβοηθῆσαι, καταφρονοῦντες. In eodē lib. ὑπὸ τῶν αὐτόθεν ξυμβοηθησάντων καὶ φρουρῶν πνῶν ὀλίγων. Et lib. 7, ἀξιώσοντας συμβοηθῆν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ. i. βοήθειαν πέμπειν, vt schol. exponit.

BOΑΞ, ακος, ὁ, Piscis qui à Plin. Box vocatur. Aristoph. ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα Μεσὴν βοάκων ἀπιβαδίζον οἴκαδε. Ath. lib. 7, παρὰ τὴν βοῶ dictum esse hunc piscē scribit. Vnde Pherecrates quum scripsisset, ἄλμον φωνῶ οὐκ ἔχειν ἰχθῦν φασὶ τὸν πράπαν, subiungit, νὴ τὸν θεὸν οὐκ ἔστιν ἄλμος ἰχθὺς ὑδρεὺς ἢ θάλαξ. ET Βῶξ pro eodem. Numen. in Halieut. Ἢ λευκὴν σιωόδεντα, βόκας τε, τεύγκους τε. ET Βῶξ quoq; per contractionem pro eodem, vt docet ibidē Athen. citans ex Aristot. & Epicharmo. HIC idem ipsis βοῶψ ab Aristoph. Byzantio (contendēte non rectè βῶκα appellari, vt eodem in loco testatur Ath.) dictus fuit, quoniam μικρὸς ὑπάρχων, μεγάλας ὤπας ἔχει, q. d. βοὸς ὀφθαλμοὺς ἔχων.

BΑΤΡΑΧΟΣ, ου, ὁ, Rana dicta quasi βοάτραχος (quemadmodum & βότραχος pro βάτραχος apud Hipp. scribi Galenus autor est) παρὰ τὸ βοῶ τραχεῖαν ἔχειν, vt Etymol. docet. Autor Batrach. Βάτραχος ὑψόπους ὠχρὸν δέμας ὑδατοπλοῦκα. ¶ Est etiam piscis nomen quem Plinius modò Batrachum modò Ranam vocat, Aristot. autem inter σελάχη recenset. ¶ Βάτραχος etiam dicitur διόγκωσις τῶν ὑπὸ τῶν γλωσσῶν μερῶν, μάλιστα δὲ τῶν φλεβῶν, vt Aet. tradit. Tumor (inquit Gorr.) phlegmonides partium quæ sub lingua sunt, sed maximè venarum, pueros præsertim infestans. Quem morbum interpr. modò Ranā modò Ranunculum vocant. ¶ Hesychio est etiam ἐχάρας εἶδος.

C. Βατραχομυομαχία, ας, ἡ, Ranarum & murium pugna. cuius nominis poemation Hom. adscribitur. Plutar. De Herod. ὥσπερ βατραχομυομαχίας γραῦς. sed in vulg. exempl. legitur βαρραχομαχίας, quod significat simpliciter ranarum pugnam.

Βαρράχιος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Ranalis. vt βαρράχιος μοῖρα apud Suidā. At βατράχιον, ου, τὸ, (l. χρῶμα) Coloris species quo facies illinebatur antequam personæ repertæ fuissent: vt tradit Aristoph. schol. VNDE Βατραχὶς (vt idem Aristoph. schol. docet) ἰδέα, ἡ, Vestis eo colore tincta. εἶδος (inquit) ἐσθῆτος αἰθιῶνος, ὅμοιον τῷ ὁμόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα, Vestis florida ad ranarum colorem accedens. Hesychio verò est ἱμάτιον χρῶμα ὁ βάπτεται ὑπὸ βαρράχων πάνυ. Dion. lib. 58, ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τῆ βατραχίδι ἐνδυόμενοι, καὶ δεῖ τὸν ὑπὸ τῶν χρώματος τῷ προσώπῳ καλουμένῳ, προσκεῖσθαι. AT Βατράχιον, ου, τὸ, herba est quæ Latinis Ranunculus dicitur de qua Diosc. lib. 2 c. 26, Plin. lib. 26, cap. vlt. Alio nomine σέλινον ἄγριον dicta & πολυκάρπιμον apud eosdem autores.

Βατραχίσκος, ου, ὁ, Pars quædam in cithara. Hesych.

Βατραχίτης, λίθος, Batrachites lapis. Plin. l. 37 cap. 10. Coptos & batrachitas mittit: vnam, ranæ similem colore: alteram ebori, tertiam rubentis è nigro.

Βατραχίζω, In morem ranæ nato. Apud Hipp. accipitur pro In modū natātis ranæ extendi, quum de luxatione membrorum agitur. ὅταν δὲ τραχίζων ὀλισθήσῃ καὶ πεσὼν διαστρῇ, καὶ ὁ λεγόμενος βατραχίσῃ. v.l.

BΟΜΒΟΣ, per onomatopœiam, seu ex imitatione soni literæ β, vt ῥόιζος à ρ, & σῖμος à σ) Bombus, Sonus quem edunt apes. Vnde βόμβησατα μέλισσα in Epigr. & βόμβηδὸν κλονέοντες, it idem de apibus dictum ab Apoll. Latini quoque bombum apibus tribuerunt. Reperitur autē & Bombitatio seu Bombizatio, de quibus vide in verbo proximè sequēte. Transfertur βόμβος & ad alios sonos, vt ad sonum tonitrus.

Βομβέω, ῶ, F. ήσω, Bombum edo, vel Bombum facio, vt loquitur Varro de apibus (Fortasse autem & Bombitare seu Bombizare dicere possumus, prout apud Festum legendum censuerimus, nimirum vel Bombitatio, vel Bombizatio. sed prius illud magis mihi arridet) Apud Aristoph. Pluto, ψύλλαι etiam βομβοῦσαι πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνῴσαι. Transfertur autem & ad alios longè diuersos sonos. nam & tonitru dicitur βομβεῖν, item δίνος, nec non remi, quum pulsant æquor, aut verrūt, seu fulcāt, vt loquūtur poetæ. Od. μ, Τῶν δ' ἄρα δεισάντων ὀκ χάρμ' πέπαστο ἐρετμά. Βόμβησεν δ' ἄρα πάντα κατ' ῥόον. Apud Senecam autem resonant non ipsi remi, sed freta pulsata remis. Apoll. Arg. 2, Κοῖλαι δὲ κατήλυγγες ὑπὸ κοπλάδι κυρηχίας Κλυζούσης δίνος ἔνδον ἐβόμβεον, id est ἤχουν. ¶ Quod autem Sappho dixit βομβοῦσιν δ' ἀκοαί μοι, Catullus interpr. — sonitu suopte Tinniunt aures: vt videbis inter Græc. poetarum Lyricorum fragmenta à me superioribus annis excusa.

Βομβήεις, εντος, ὁ, Bombum edens, vt in Epigr. βομβήεσσα μέλισσα. Exponitur etiam Stridulus.

Βομβητής, idem quod βομβήεις, in iisdem Epigr.

Βομβηδόν, aduerb. Edendo bombum, Cum bombo. Apoll. Arg. 2, de apibus, Αἱ δή τοι πίονες μὰ ἀόλλεες ὦ ἐνὶ σίμβλῳ Βομβηδὸν κλονέοντες.

Βομβᾶξ, aliud aduerb. iocosè ab Aristoph. fictum ad similitudinem aduerbii βαβαί, inquit Eust. ET Βομβαλοβομβᾶξ apud eundem Aristoph.

C. ΔΙΑβομβέω. vt διαβομβοῦσιν λέξις πρὸς τὰ χείλη καὶ τὰς ἀκοάς, Dionys. Areop. pro Stridentes, vel Stridulæ, Tinnulæ, Sonoræ, Bud.

C. ΕΠΙβομβέω, Bombo seu bombis assono. In v. l. Bombos edo & strepitum facio.

C. ΠΕΡΙβομβέω, Bombo circunsono. Et generalius pro Circunstrepo. Simocates apud Suidam, ὡς δὲ τὸ Περσικὸν πρὸς βόμβοι φανέστερον. Et passiuum Περιβομβοῦμαι, pro Persono apud Nazianz. περιβομβούμεθα τῆς τῶν λόγοις πᾶσαν ἀγορά.

¶ Βομβαίνω videtur esse Sonum bōbo similem edo, apud Basil. βομβαίνοντες τῇ γλώσσῃ.

¶ Βομβύλη, ης, ἡ, Apis quoddam genus magis obstreperæ quàm sint cæteræ, vt quidam tradunt. ¶ Item Poculum quoddam angusti oris. Vide schol. Apoll. ET Βομβύλιος, aut etiā Βομβυλιός, idem quod βομβύλη. Sunt autem qui culicem interpret. apud Isocrat. vbi scribit quosdam βομβυλίων laudationem scripsisse. Vide Athē. & Suidam. Polluci βομβυλιὸς est illud etiam poculum angusti oris, βομβοῦ ἐν τῇ πόσει, vt ille ait. Et βομβυ-

λιος ἄβρωπς prouerbialiter de inutili, Suidas.

HINC Βομβυλιάζω quod apud Aristot. redditur Ventris murmur edo, in hoc Probl. loco, διὸ καὶ βομβυλιάζουσιν οἱ δεινῶς δεδιότες.

Βόμβυξ, Bombyx, Vermis ille qui telas araneorum modo texit ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bōbycina appellā tur. inquit Plin. quem vide lib. 11 cap. 22. itē Aristot. Poll. & Athenæum. ET Βομβύκιον, diminut. Idem, ex Aristot. De animal. 5. ‖ Item Βομβύκια, quæ & Plinio Bombycina, in loco proximè præcedente.

B Pabulum, Esca, Cibus, [sed propriè brutorū]

BOPA, Aristo. Ethic. 3. ὁ ὃ λέων βίρων ἢ ἰδὼν ἔλαφον ἢ ἄγελον αἶγας, χαίρει ὅτι βορὰν ἕξει. Herod. ἰδὼν τὰ αὐτῷ σώματα τοῖς βουλομένοις ὀνυβελίζειν, ἐάσας τοῖς κυσί τε καὶ ὄρνισι βορά. Ex Herodoto citatur & pro cibo humano. Hinc Lat. Voro.

Βορός (vel βόρος, vt alii) Edax. Vnde superl. βορώτατος, Luc. γυπῶν ἀπάντων βορώτατε καὶ ἀνθρώπων ὀπτεικιόταται. quibus no minibus parasitum quendam insignit Timon.

C. Ὠμοβόρος, Crudiuorus. θυάδες ὠμοβόροι, Apoll. At Αἱμοβόρος & Δημοβόρος, & Σαρκοβόρος, aliáq; multa, vide in substant. cum quibus componitur Βόρος.

BOΡΒΟΡΟΣ, Cœnum, Limus. Plut. De Socr. dæm. σύες ἁπαντῶσιν ἀθρόοι βορβόρου τοῦ πλέοι. Sic & in prouerb. βόρβορος datur suibus εἰς ἐν βορβόρῳ κυλιωδεῖς apud Naz. Et 2 Petri c. 2. εἰς λουσαμένην εἰς κύλισμα βορβόρου. Luc. Lexiph. ποσόν βόρβορον συνεραυίσας καὶ τὴν τλυσάμου. Propriè autem ἡ ὀπὸ τῆς βορᾶς κόπρος: quam expositionem sequens subiunxi nomini βορά.

C. Βορβοροποίης. In cœno cubans.

C. Βορβορόπη, In meretricem iactatū ab Hipponacte, quasi videlicet βορβορώδη τὴν ὁπλὴν ἔχουσα. AT Βορβορωπὸν Hesychio est Quod cœni speciem refert, vnde & pro fœdo ponitur.

C. Βορβοροπαίεξις, ὁ, Aristoph. Equit. (q. d. Qui aliquid turbidū reddit tanquā cœnum) pro eo qui fœdum & turbulentum ciuitatis statum reddit, ὦ βορβοροπαίεξι καὶ πάσῃ πόλιν ἅπασαν ἡμῶν αὐτεπυρβακώς. Dicitur autem βορβοροπαίεξις quasi βορβοροπαιόκτης, inquit B.

C. Υποβόρβορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cœnosus, q. d. Cui subest cœnum.

Βορβορώδης, Cœnosus, Cœno plenus, vel Cœnum referens. Pla. πηλοῦ βορβορωδέστερον.

Βορβοείπαι diiuidā hæretici quasi cœnosi, quòd turpissimas libidines sacris suis immiscerent. In v. l.

Βορβορόω, ῶ, Cœno obduco, In cœnum conuerto. Item Cœno contamino. Βορβοροῦμαι, pass. Aristot. ὕστερον δὲ δι' ἔνδειαν ὑγροῦ τὸ πόπου βορβορωθέντος ἐκμύετο κινόστρεα. Apud Chrysost. autem pro Cōtaminor cœno. in epist. ad Coloss. 83, ὥσπερ τὰ σπεκκὰ ἱμάτια ἀπολέστερα φανεῖται ῥακίων ἢ βεβορβορωμένων.

Βορβοείζω, Cœnum refero. vt apud Dioſc. lib. 5, βορβοείζων τὴν γύσιν, Cœnum referens in sapore, id est, Cœni saporē referens. Est etiam Cœn o inquino. Ab Hesych. tamē exponitur simpliciter μαίνω (id est Inquino) Cypriorū linguæ tribuēte. Sed dicit etiā esse γογγύζω, id est Murmuro. ET Ἀναβορβοείζω ex Aristoph. pro Exclamo. in v. l. ITEM Διαβορβοείζω pro Strepitum edo, vt ὑποχόνδρια διαβορβοίζοντα apud Hipp. Bud. Vide Βορβορυγμὸς quòd proximè sequitur.

G Βορβορύζω, Strepitum edo: sed peculiariter de intestinis murmurantibus seu crepitantibus. VNDE Βορβορυγμός: vt apud Dioſc. lib. 6, βορβορυγμοὶ τῶν ὑφοῖς μετὰ λεπτοῦ μάς ὀπφέρῃ. quod quidā interpr. Intestinorū tumultus & strepitus. ET Βορβορυγή, Strepitus ille. ITEM Ἀναβορβορύζω, ex Aristoph. pro Exclamo. quod alii cum scribunt Ἀναβορβοείζω. Crediderim autē βορβορύζειν hāc signif. accepisse ex strepitu quem edūt qui per βόρβορον incedūt. ITEM Κορκορυγή idem quod Βορβορυγή apud Hes. scribit enim βορβορυγμὸν esse certū quendā sonū qui H & κορκορυγή appelletur. Sed vox hæc κορκορυγή ex Æschylo annotatur generalius pro strepitu. ET Κορκορυγεῖν de ventre dictum apud Aristoph. pro Strepere, Latrare. A QVO Κορκορυγμός, Strepitus ille. ET Διακορκορυγεῖν compos. apud eundem Aristoph. pro Strepitum edere cogo. ex Aristoph. Nub. εἶτ' ἐπαφήθης τὴν γαστέρα, καὶ κλόνος ὀξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησε.

A BOPEAΣ, Boreas, Aquilo. Od. ε, Καὶ βορέης αἴθρηνδρόμος μέγα κῦμα κυλίνδων. Od. ξ, Ἡ ἑῴθεν βορέη ἀνέμῳ ἀκραέϊ, καλῷ. Hanc vocem à βορᾶ deductam fuisse, apud Etym. legimus, & quidem duabus rationibus: vel quòd nos βορᾶς auidiores ac edaciores reddat, vel quòd frugibus incrementum præbens, βορὰν, id est alimentum, nobis ministret. Affert autem & alia etyma: sed quum nunc illud sequar quod βορέας à βορᾶ deducit (quippe qui nomini βορᾶ id subiungam) ex duabus huius etymi rationibus priorem illam rationi magis consentaneam mihi video ri dico. Cæterum βορέας dicitur etiam pars à qua flat βορέας, Pars aquilonaris, i. septentrionalis. vt apud Thuc. πρὸς βορέαν τῆς πόλεως exponitur Ad septentrionalē vrbis partem.

Βορέηθεν apud poetas A parte septentrionali. Ad verbum A borea.

Βορεήπιδες ἀκταί, Aquilonaria littora. ex Dionys. Alex.

Βόρειος, ου, ὁ καὶ ἡ, Borealis, Aquilonaris. vt βόρεια πνεύματα, Theophr. βόρειος θάλασσα, Ad boreā spectans. Βόρειον κλίμα, Aristot. Et τὰ βόρειοι (sub. illud κλίμα aut μέρος) Aquilonaris pars seu septentrionalis, Septentrio. Et pro eodem τὰ βόρεια plur. quod exponitur Septētrionales partes. ‖ Item βόρειον herba seu frutex, alio nomine ἐλλεβόρινη, in v. l. ET Βορειάς idem, vt βορειαίης νιφάδος, in Epigr.

C. Προσβόρειος, vide Πρόεβορρος.

Βορήϊος, apud poetas pro βόρειος. Apoll. Arg. 1, βορήϊοι ὕλης.

Βορεάδαι, filii Boreæ, Zethus & Calais, Apol. schol.

CY Ὑπερβόρειος, q. d. Superborealis, Superaquilonaris. Dicti sunt autem Hyperborei populi quidam Scythiæ, quia D supra eos (id est vltrà) flat boreas, vt Seruius etiam testatur. Sed & pro iis qui ex remotissima quapiam regione adueniunt, apud Luc.

¶ Βορρᾶς idem quod Βορέας. VNDE Βόρραθεν, A Borea, Ab Aquilone. Quo aduerbio vtitur & Theodor. Hist. Eccles. 4. ET Καπνόβορρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Boreæ expositus. Boreæ obuersus, Bud. καπνόβορρος οἰκία, Aristot. Œcon. ET Παρεμβόρρος, Qui transuerso Borea perflatur, Qui à latere aut in orbē perflatur à Borea, Bud. apud Theophr. ET Πρόσβορρος siue Προσβόρειος, Qui à Borea perflatur, Ab Boream vergens, ex eodem Theophrasto.

BOTPYΣ, υος, ὁ, Botrus seu Botryo, Vua. Marcell. Dioſc. interpr. docet, βότρυα esse non acinum, sed in racemum confertas coaceruatásque plures vuas Theophr. De caus. plant. lib. 3 cap. 22. πῶς ἡ ὑποχονδρία τὰ μὲν ὀν τῆς τροφοῖς καρποῖς, ὅταν ἀρξωνται φρικᾶν οἱ βότρυες, μὴ ἐᾶν ἄχρις οὗ πεπανθῶσιν, ὀρθῶς ἔχει. Aristophan. Ranis βότρυος ἕλικα πανσίπονον. ‖ Est & herbæ nomen, quam Botryn Plin. etiam vocat, quæ alio nomine Artemisia. à Cappadocibus Ambrosia dicitur. cuius descriptionem vide apud Dioſc. lib. 3, cap. 130, & apud Plin. lib. 27 cap. 8. Nominis verò rationem affert Plin. eodem lib. cap. 4, de Ambrosia loquens, Circa imum caulem in ramulis semē est vuis dependentibus, odore vinoso: qua de causa botrys à quibusdam vocatur. Marcellus verò ita dictam esse vult non quòd vuarum acinis aliquid simile habeat, sed quòd plura eius semina totis caulibus sic conferta pendeant vt racemi in vua imaginem faciant. ‖ Βότρυα etiam dictas fuisse Pleiades, testatur Eustath. ὅτι πλείοις ὁμοῦ κεῖνται.

C. Βοτρυόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Botrorum largitor. Aristophanes Pace, Ὦ πότνια βοτρυόδωρε. Pacis id epitheton, à rusticis ei impositum, quòd ea vigente vineæ colantur.

C. Βοτρυοστάγης, ος, ὁ καὶ ἡ, E botris distillans. Athen. lib. 1, Οἶδα δ' κἀξ ἄλλων πόλεων βοτρυοστάγῆ ἔρνη.

C. Βοτρυοστέφανος, υ, ὁ καὶ ἡ, Sertis ex botryonibus confectis redimitus.

C. Βοτρυοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Racemifer. Eust. à Βοτρυοφόρος factum scribit ὅτι τὴν τοῦ ο εἰς η.

C. Βοτρυοχαίτης, ου, ὁ, Botros crinibus implicatos habens. Bacchi epithetum est lib. 1 Epigr.

C. Βοτρυηρὸς, ῶ, ὁ, Qui è botrifero genere est, Qui botrifero genere comprehenditur. vt βαλανηρὸς, καχυηρὸς, καρυηρὸς, ὀγκακηρὸς. Et τὰ βοτρυηρά pro ipsis botris.

Βοτρυίτης, ου, ὁ, & Βοτρυίτις, ίδος, ἡ, Botrytes & Botrytis,

A sicut etiam Plin. vocat. vt βοτρυίτης λίθος, Botrytes gemma: cuius (vt docet idē) alia nigra est, alia pāpinea, incipienti vuæ similis. Βοτρυίτις κᾶδμεία, Botrytis Cadmia, Cypria alio nomine dicta: de qua Dioſc. lib. 5 cap. 84. Interior (inquit Plin. l. 34, c. 10 de Cadmia) optima, cameris dependēs, & ab eo argumento botrytis cognominata.

Βοτρυόεις, όεντος, ὁ, Racematus, Racemosus, Racemi in modū collectus & intortus. Ath. lib. 10, Ἐξ οὗ βοτρυόεσ' εἶναι ὑποχθόνιον Πόρδον ἀνάρμοστον. Et βοτρυόεις κισσὸς in Epigr. Metaph. aut ē apud Apoll. Rh. Arg. 2 πόκα μοι βοτρυόεντες.

B Βοτρυώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Racemosus. Ath. lib. 14. de pistacio, ὃ δὴ καὶ βοτρυώδη τὸν καρπὸν ἀφίησι, λεπτομφλοιον ὄντα καὶ μακρὸν, παρεμφερῆ τοῖς δακτύλοις, ἃ δὴ ῥαγῶν ὄντων ἀλλήλοις ὀπτάλλει. Dioſc. de Cadmia, ἔχουσα πῶς ὀπωφάνειαν βοτρυώδη.

Βοτρυών, ῶνος, ὁ, Botryo, Martial. Βοτρυῶνες, Vuæ, Condiditii racemi v. l.

Βοτρυμιὰς, Vindemia. τρυγητὴς, Hes.

Βοτρυχάς, Botri acinorum pediculus, seu Radix è palmite prodiens, vnde acini ipsi dependent: vt tradunt v. l. citantia Gal. 2, De alimentis.

C Βοτρύδιον, ου, τὸ, Acinus. Dioſc. de hippophae. ἔχει αἴθη κορύμβοις ἐοικότα κισσοῦ, ὡς βοτρύδια τοιοῦτοι ἀλλήλοις, μετὰ τοῦ λευκοῦ φοινίσσοντα ὀκ μέρους. Pro quo Plin. Hederæ modo racemosa est, candidis & ex parte rubentibus acinis.

Βοτρυδὸν, In modum racemi, Instar acinorum. il. β, de apibus, Βοτρυδὸν δὲ πέπυκται ἐπ' αὔθεσιν εἰαρινοῖσιν. Vbi Eust. ἐπεὶ γὰρ αὐ (inquit) ἰδὼν τὸ ἔθνος τῶν μελισσῶν, ὅταν ὀπτηκεσθῆ αὔθεσι, βότρυσι ἐοικέναι, ὡς ἀπὸ ῥαγῶν συγκειμένων ξαι θῶν. ἐξηρτῆσθαι γὰρ ἀλλήλων ὡς ῥάγες.

D Βοτρυόομαι, οῦμαι, Racemor, vt Gaza vertit. Theophr. lib. 1 De caus. pl. cap. 22, ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀμπέλων τῶν μαυρομόρων καλουμένων, αὐ οὐ μόνον βλαστάνεισι, ἀλλὰ καὶ πέπωσι καὶ αὐξοῦσι καὶ βοτρυοῦται, καὶ οὐ δυνάμενα τελειοῦν. Quò videtur respexisse Plinius, quum scribit, Vites quidem & trifera sunt, quas ob id insanas vocant: quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescant, alia florent.

BOYΛOMAI, ησομαι (tanquam à Βουλεόμαι, οῦμαι) Volo. vt βούλομαι σοι τοῦ ἀπιέναι, item βούλομαι πιεῖν, item οὐ λόμαι δηλῶσαι ὑμῖν, Xen. Sic Pla. De rep. βούλομαι θεασάσθαι. Et cum præterito ex Luc. in Somn. βούλομαι κεκτῆσθαι. Sic & part. cum infin. vt βουλομένων δ' ἀναπῶν ἡδύ, Xen. Interdum sine infinit. cum εἰ, vel articulo postpositiuo. Syn. De insomn. καὶ τοῦ καθεύδειν τρὶς ἀπιέναι, εἰ μὴ βούλοιτο, Σικελικὴν, εἰ δὲ βούλοιτο, Μηδικήν. Cum articulo autem (vt Lat Quisquis, cuiusquis, &c.) Luc. ὁ δὲ πεῖσον ὅστις τῆς βούλει περιφυείσης ἀμείνων. Sic Plut. in Gryllo, τῆς βούλει κορώνης τὸ σεμνὸν ἀπολείπειν. Sic dicitur ἐν ὅτῳ βουλοιτο μόνῳ. Et cum ὡς, vt ὡς βούλονται, Vt volunt, Pro suo arbitrio. Aristot. Œcō. 2, εἶτα ὑπαγορεύοντες ἐδόκουν τοῦ βουλομένου, πόλεις πωλοῦν, Deinde exportationem permiserunt, primo cuique volenti, pretio constituto, Bud. interpr. In his autem & huiusmodi locis potest etiam subaudiri infinit. Cæterùm iungitur βούλομαι & cum coniunctiuo, sicut Lat. Volo. Luc. βούλει πεισθῶμεν; Idem. βούλει ἐπιμόσωμαι; Et per periphrasin, ἐμοὶ βουλομένῳ ἐστὶ τοῦτο vel τοῦτο. q. d. Mihi volenti est, pro Volo. Et οὐκ ἔστιν ἐμοὶ βουλομένῳ. Thuc. 2, ὦ δὴ πολίται τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι. Idem, βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἔστιν. Idem G αὐ βουλομένοις ἢ πόνοις. Greg. οὐδεμίᾳ, ἀπείλῃ, πείσει ὅ, τι αὐ ἢ ἐθελοντῷ σοι, Quidlibet, Quodcunque libuerit. Aliquātum ab his diuersum est illud Eurip. τὸ θεῶν οὕτω βουλόμενον ἔσται. Ex eodem affertur τὸ βουλόμενον ἐκείνου pro Voluntas eius vel Sententia. At ex Plat. De leg. βουλόμενος ἔμελλες λέγειν pro Dicturus eras. Pro nolle autem dicunt βούλεσθαι præfixa particula οὐ vel μὴ. vt Dem. μὴ βούλεσθε δοκεῖν, No lite videri. Et οὐ βουλόμενος interdum Inuitus exponitur.

Γυνίς, ιδος, ἡ, Semimas, Semiuir. i. ἀνδρόγυνος, μαλακός, vt Suidas exponit, seu (vt Eust.) θηλυδρίας, μὴ οὖ ἀρρενίδιος πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Plut. Alex. ἀλλὰ δὴ τὸν μὴ γυνίς εἶν. Apud eundē γυνίδος τόπου. Apud Suidā ἡ τῷ ἀθήνῃ Ἐπικούρῳ λόγοις καὶ γυνίδας ἐπαινῶν, τῆς ἡδονῆς ἰῷ ὀκνῶν ὑμνεῖ ὁ χλοιώνης τε καὶ γυνίς. sic enim ibi scribitur cum νν.

ΓΥΡΟΣ, Curuus, Incuruus. Item, Rotundus. Homerus Od. τ, Γυρὸς ἔην ὤμοισιν. (nam malè scribitur γυρὸς ὀν ὤμοισι.) vbi Eustath. exponit Rotundos humeros habens, & addit ὑπανύστρος, οὐκ ἀμηκής. Hinc quidā interpr. Qui est humeris valde extantibus & teretibus. Rursum autem Eustath. in hunc locū Od. β, Ὃς δὴ γήραϊ κυρὸς ἔην, annotat dici ad differentiam τοῦ γυροῦ, qui non è senectute, sed natura talis est. Idem alibi γυρὸς πέτρας ad imitationem illius γυρὸς ὤμοις, appellatas fuisse tradit. Legitur & γυρὸν ὅπῃ πεπίων in Anthol. Epigr. quod redditur Incuruum supercilium, vel inflexum. HINC Γυρόω, ῶ, Incuruo. vt vertitur in hoc Opp. loco, De venat. lib. 3, Λύχνα δ' ὑψόσ' ἄειρεν ἐς ἠέρα γυρώσασα.

Γυρὸς, Scrobs. Ita enim scribit Eustath. in hac etiam signif. idque ex veterum autoritate. At Hesych. habet γόβρος, βόθρος. Sic & ex Theophr. afferrur βόρους τοῖς ὀρύττειν, νῦν γυροὺς. HINC Γυρῶσαι φυτὰ apud Aratum, Scirpes in scrobes condere, B.

Γῦρος autem Gyrus, Circulus, vel Ambitus, vt exponit B. in hoc Plut. loco, τὸν κλῆμα τὸ γῦρον τοῦ αὐτὸν ὁ Ποππίλιος τοῦ ἐξέφυσεν. ‖ At γῦρος pro scrobe vide in γυρός. ‖ Et γῦρος placentæ quoddam genus, Athen. Sed quanuis υ producatur in γυρόω, scribitur tamen & γύρος in omnibus signif. COMP. Γυρόδρομος. vt γυρόδρομος πέτρος v. l. ex Epigr. Lapis in orbem motus, vt mola. ET Γυροειδής, Circularem formam habens, aut Rotundus. VNDE Γυροειδῶς, Gyri forma, vel Per gyrum, In orbē. ET Γυρήπμος αὖλαξ in Epigr. Sulcus proscissus orbiculatim, quoniam aratrum ad extremum agrum perueniens, in orbem verticur. ET VERB. Γυρόω, In gyrum colligo, In orbem verto. Bud. γυροῦσθαι interpr. Volui, in hoc Greg. versu, Γυροῦσθαι τοῦ περὶν ἔμπαλιν ἐς κακίνν. HINC Γύρωμα, ET Γύρωσις, Circumactio in orbem. Sed & Circus vertitur à Gaza apud Theophr. ITEM Γυρεῦω cui Hesych. in Κυρεῦσαι videtur dare illam signif. τὸ γυρεῦσαι apud Aratum. Sed idem βέμβεται quoque exponit γυρεῦσι. HINC deductum γυρεία Gaza apud Cicer. De sen. pro fossione ponit. Ab hoc γῦρος Gall. *giroette*.

ΓΥΡΙΝΟΙ, Ranæ rotunda specie, quibus videlicet nondum sunt pedes; inquit Eust. qui & addit, κεῖνοι ab Ionibus vocari, teste Pausania, qui γυρῖνοι ab Atticis appellentur. Alii γυρίνοις ex Hesych. interpr. Ranarū pullos.

—ΓΩΝΙΑ, ας, ἡ, Angulus. Aristoph. Vespis, ἐποφρᾶ γωνίαν τὸν τοῖς ὕλου. Idem in lib. De fiat. char. γωνίαν pro angusto loco dixit, ἐν τῷ οἰκοπέδου καὶ γωνίας τοῖς ἀδελφοῖς δῆμον ὀνομαχοῦσιν. Alioqui γωνία potius pro loco abdito ponitur, sicut & in sermone Gall. *coin*, & *coingnet*. i. γωνίδιον (de quo dicam infrà.) Quo & Lucas vsus est modo Act. cap. 26, v. 26, λανθάνειν δὲ αὐτὸν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν. οὐ γὰρ ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο. Contrà verò apud Matth. cap. 6 dicuntur hypocritæ lubenter orare stantes ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν, non vt se abdāt, sed vt ab omnibus cōspiciantur. Sunt enim γωνίαι platearum, id est anguli, loca in quibus desinunt plateæ in angulos: adeo vt perinde sit ac si dixisset In triuiis. Quare & Angiportis platearum quidam interpr. sicut Catullus Quadriuiis & angiportis copulauit. Volunt autem quidam grammat. à γόνυ deduci γωνία, cui ideo nostram illam lineolam præfixi.

C. Γωνιαῖος, Anguli formam habens, Velut in angulum seu angulos desinens, Theophr. AT Γωνιδής, Angularis, Angulosus, In angulum seu angulos exiens. ET Γωνιωδής, In formam anguli, Eustath.

C. Γωνιόφυλλος, Angularia seu angulosa folia habens.

C. Ἀγώνιος, Angulo seu angulis carens, Vel Non angulosus, vt Plin. interpr. apud Theophrastum.

C. Ἀκρογωνιαῖος λίθος, In extremo angulo positus lapis. Sūmus vel imus angularis lapis. Sed apud Paulum ad Ephes. 2, & apud Petrum epist. 1 cap. 2, significat potius imum angularem [redacted]. ET Ἀκρόγωνος pro eodem in v. l.

C. Ἀμβλυγώνιος, Obtusum angulum habens.

C. Εὐγώνιος vide in Εὐγώνιος.

C. Ἑξάγωνος, Sexangulus, Sex angulos habens. Greg.

C. Ἐπιγώνια quædam organa. Vide in Τείγωνος.

C. Εὐγώνιος, In quo anguli recti constant, vt interpr. Bud. afferens ex Xen. in Œcon. ὁρθοὶ δὲ οἱ τοῖχοι τῶν δένδρων, ἐὐγώνια δὲ πάντα καλῶς ἦν. Gaza autem quod Cic. dixit directos in quincuncem ordines, interpr. εἰς ὀρθόγωνον πεντάδα ὀρθοὺς στίχους. Sed in illo Xenophontis loco sunt qui ἐγγώνια legant. Est autem ἐγγώνιος, angulos habens.

C. Ἰσογώνιος, q.d. Æquiangulus, Æquos seu pares angulos habens. Exponitur & Rectangulus.

C. Ὀρθογώνιος, Rectangulus.

C. Παγγώνιος, q.d. Omniangulus. i. ab omni parte angulos habens. In vulg. lex. παγγώνιος, Lapis ab angulorum multitudine.

C. Πολυγώνιος, ET Πολύγωνος, Multangulus, Multos angulos habens.

C. Τετράγωνος, Quadrāgulus, Quadratus, πτράγωνος τάξις ὦν

ὁπλιτῶν, Thuc. 4. Hippocr. πτράγωνα βέλη, Sagittæ quadruplici acie armatæ. Quidam quadridentes interpr. Et metaph. πτράγωνον πῆμα nonnulli dici putant sicut à Celso quadratū, neque gracile, neque obesum: quod habilissimum esse dicit. Item alio genere metaph. πτράγωνος ἀνήρ, apud Aristot. Ethic. Nicom. l. 1, & Rhet. 3, pro bono viro. quod sumptum est ex loco Simonidis quē Plato in Protag. affert, χρεὸν τε καὶ ποσὶ τε καὶ νόῳ τε πτράγωνον. Ab Horatio autē dicitur torus teres atq; rotūdus, sic & à quodā in opusculis Virg. subiūctis. Retulit & Erasm. inter prouerb. Quadratus homo. ‖ ET πτρόγωνον, locus quidam in manu. Cam. HINC compol. 2, Τετραγωνοπρόσωπος, Quadratā faciem habens. vt πτραγωνοπρόσωπα πλινία apud Gelonos esse ait Herodot. Melpom. ET Τετραγωνίζω, Quadro, In quadram formam redigo. vt apud Philop. πτραγωνίζω λίθον, item pass. πτραγωνισμένος λίθος. Sed & πτραγωνίζουσαι γραμμαὶ apud Proclum in Euclidem, neutraliter. ET Τετραγωνισμός, Quadratio.

Τετραγωνία pro quadā arbore affertur ex Theophr. Hist. l. 3, c. 6. sed locus mendi suspectus est nonnullis.

C. Τείγωνος, Triangulus, Qui est triangulari seu triquetra forma. Et τείγωνον sine adiectione pro figura triāgulari. Est autē aliud ἰσοσκελές, aliud σκαληνόν, est præterea ὀρθογώνιον, item ἀμβλυγώνιον, & ὀξυγώνιον: de quibus vide suis locis. ‖ Sed & tres quidā versus Homerici vocati sunt τείγωνον, vt tradit Eust. pag. 397. ‖ Τείγωνον, instrumentum quoddam musicum à triangulari forma ita vocatum. Vide Athen. lib. 4. Aristot. Pol. his τεγώνοις annumerat & ἐπιγώνια, itidem musica instrumenta, q.d. septangula: item σαμβύκας. ‖ Τείγωνος pathillus ad sistendos dolores, sic dictus à figura qua fingebatur. Gal. Paul. Aet. ‖ Τείγωνον à triangulari forma dictum & forum iudiciarium Athenis, vt v. l. annotāt ex Suida & schol. Aristoph. HINC Τειγωνίζω, In trigonum formo, seu triangularem formam. Plut. 277.

Γωνιόομαι, ῶμαι, vnde γωνιωμένος apud Diosc. (q.d. Angulatus) quod redditur Angulosus. ET Ἀπεγωνιόω, quod Gaza apud Theophr. vertit In angulum se colligere.

Γωνίδιον, ου, τὸ, q.d. Angululus, Gall. *Coignet*. Luc. ἐδείχθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μεσῶν ἀκούμενος τὸ σαθρὸν τοῦ ὑποδήματος. Sæpe autem γωνίδιον dicunt non solùm pro loco angusto sed & pro abdito.

c Γωνιασιός, Angulus concurrentium parietum, in v. l. Vide Hesych. & Suidam.



ΑΕΙΩ, ῶ, inus. F. ήσω, præt. δεδάηκα, & pass. δεδάημαι, à quo part. δεδαημένος. ficut & pass. fut. δαήσομαι. Exponitur μανθάνω, δεδαήσομαι, i. Disco, Doceor. Od. θ, Δεῦτε φίλοι, τὸ ξεῖνον ἐρώμεθα εἰ πόν' ἀέθλων Οἶδέ τε καὶ δεδάηκε. Idem alibi, Λύγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκήν. Et Od. γ, Ἦ θέμις ὅδε δαήσεται, οὐδέ σε κεύσω. Iungitur & genitiuo, sicut οἶδέναι, vt mox docebo.

Δάω itidem inuit. (in hac quidem certè significatione) format δέδαα (pro δέδηα) vnde partic. δεδαώς. Et pass. δάομαι, itidem inusitatum in hac signific. format aor. post. ἐδάην, vnde δαήσομαι & δαήμεναι, item δαέω pro δαῶ apud Homerum. Sunt tamen qui ab vno rhemate omnia deriuanda putent: quidam à δάω, vt δεδάηκα fit pro δέδηα, itidémque in aliis temporibus: alii à δαέω, vt δέδαα fit Ionice pro δεδάηκα, quorum ego sententiæ potius subscriberem. Il. φ, ὄφρα ἴδωμαι οἷ τρέσσιν ἠδὲ δαέω Ἥρ' ὁμῶς καὶ νῦν ἐλθόντα. Et cum genitiuo δαήμεναι πολέμοιο, pro γνῶναι τοῦ πολέμου. Sic & δεδαημένος cum genitiuo, sed pro perito: vt Castorem δεδαημένον ἵππων dicit Apoll. Arg. 1. Item cum accusatiuo, vt παλαιμοσύνας δεδαημένος, Epigr. lib. 1.

Δέδαα autem non solùm pro Noui dixit Homerus (vt δεδάασι γραῖαι) sed etiam pro Docui, & quidem cū accusatiuo res simul & personæ, Od. φ, — ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ πολλὰ Ἀθήνη Τέχνα πολλά. Δαήμων, Doctus, id est Gnatus, Peritus. vt Od. θ, δαήμονι ἄθλων, Perito certaminum. Vtitur & Xen. & quidem in superlatiuo, δαημονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι. Et post eum Arrianus, l. 6, de Alexandro scribens, καὶ τάξαι σφᾶς καὶ ὁπλίσαι καὶ κοσμῆσαι δαημονέστατος. ET Δαημοσύνη, Peritia, Scientia. Apoll. Arg. 2. CONTR. Ἀδάημων, Imperitus: vt μάχης ἀδαήμονι φωτὶ, Iliad. ε. ET Ἀδαημονία, Imperitia. Apud Hesych. ἀδαημοσύνη.

C. Ἀδαής, ές, ὁ καὶ ἡ, Ignarus, Imperitus. Herod. Τερψίχορε, τοῦ τέκνον ἀδαές. X. Pæd. 1, οὐδένος αὐτῶν ἡμέληκας, οὐδ' ἀδαὴς γε γίνου. ET Ἀδαϊστί, Imperitè.

C. Ἀδαστος, Incognitus. Hesiod. οὐκ ἀδάστα πιφάσκεαι.

C. Ἀρτιδαής, Qui nuper didicit, Qui nuper cognouit. Vel pass. Qui nuper cognitus est, seu mente perceptus. apud Suid. de argento ἀρτιδαὲς σύμπνοον ἐρωσίν. i. ἀρτιμαθές.

c C. Αὐτοδαής, Qui ex seipso & sine magistro didicit. Et pass. αὐτοδαὲς ἄρχμασι apud Sophocl. in Aiace, Quorum scientia sine magistro percepta est.

C. Παντοδαής, (q.d. Omniscius) Qui omnia didicit. Democriti epithetum apud Laert.

C. ΠΡΟδαήσαι, Præuoscere, Præscire. vnde participium προδαείς, Hom.

¶ ΔΑΙΜΩΝ, Deus, quasi δαήμων, vt & Plato vult in Cratylo, (quidā tamen & δαίμονας dictos ὑπὸ τῶν δεισιδαιμόνων crediderunt, quòd sint δεισιδαιμονῶν καὶ δεισιδαιμονοῦντες ἀνθρώπων) Sæpe autem generaliter δαίμων vocatur à poetis præsertim, quiuis deus vel dea: vt Il. τ, Οὐδ' ὀπωρκήσω τοῖς δαίμονες. Idem Il. ρ, δαίμονα & θεὸν pro eodē in vna cadémq; sententia dixit, Ὅππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ τοῖς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι Ὅν κε θεὸς πτῶσῃ, πάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθῃ. Et de dea Venere, Il. γ, ἥ, χ δὲ δαίμων. Plato vniuersi moderatorem deum μέγιστον δαίμονα appellat. ‖ Interdum verò δαίμονες & θεοὶ tanquam diuersa ponuntur: vnde apud Aristoph. in Pluto, καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες. Æsch. in Ctes. ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἀνθρωποι ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τάληθῆ. Sic & Platoni in Timaeo & lib. De rep. 3, pag. 32, atque alibi sunt alii δαίμονες quàm θεοί. Necnon Plutarcho, cum alibi tum in lib. De orac. defectu, εἰ δὲ τοῖς νενομισμένοις τῶν θεῶν ὀνόμασι δαίμονάς τινας καλοῦ τῶν θαυμαστέον. Et in Probl. Rom. πότερον τὸ μὲν θεοῖς δοῦναι ἀνθρώπους, ἀνόσιον ἡγεῖσθε, τὸ δ' δαίμοσιν, ἀσεβὲς ἡγεῖσθε. Et paulo post dicit

ἀλλοκότοις τοῖ δαίμοσι. Idem in Sympos. sept. sap. τὸ ὠφελιμώτατον, θεός· τὸ βλαβερώτατον, δαίμων. Et subiungit, τὸ ρωμαλεώτατον, τύχη. Sed de δαίμων qui opponitur τῷ θεῷ, dicetur infrà. nunc quod ad δαίμονας illos attinet qui non opponuntur θεοῖς, sed ab illis distinguuntur duntaxat, quidam deos indigetes vertunt: at Cicero lares, apud Platonem: verùm addens, Si modò hoc rectè conuersum videri potest. Hic autem nec illud omittendum, Philonem existimasse ἥρωας & δαίμονας à Græcis appellatos fuisse quos Moses angelos vocauerit. Vbi & audit, animas eorum esse qui philosophiæ studio constanter olim indulserint. Manauerit autem fortasse hæc Græcorum opinio ex Hesiodo in Erg. qui δαίμονας itidem vocat aurei seculi viros postquam vita functi sunt, qui & φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων ab eo appellantur. Vide & Plat. De rep. lib. 3.

Multis item in locis δαίμων vertitur Genius, ac tum præcipuè quū dicitur huius vel illius δαίμων (vel certè genitiuus subauditur) vt ὁ δαίμων τοῦ βασιλέως apud Plutarchum & Athenæum. Sic Plut. in Consol. ad Apoll. ἔρεσθαι οὐδ' ὅστις εἶη· καὶ τὸν φάναι, δαίμων τοῦ ἤθους σοῦ. Idem in Cæs. ὁ μὲν τοι μέγας αὐτοῦ δαίμων ὡς ἀληθῶς τὸν βίον ἐχρήσατο, καὶ τελευτήσαντος ἐπηκολούθησε. Quem locum Budæus afferens, δαίμονα esse dicit cuiusque genium præstitem, conciliatorem fortunæ vel bonæ vel aduersæ. vnde εὐδαίμονας & κακοδαίμονας esse appellatos. Hæc ille. Sciendum est autem eādem esse & τοῦ ὀλβιοδαίμων rationem, in quo, sicut & in illis duobus, posse δαίμονα accipi etiā αἰτὶ τύχης, vel μοίρας, quod & alicubi Eustathius (ni fallor) sentit. Illud etiam addo, pro genio bono interdum δαίμονα simpliciter, interdum ἀγαθὸν δαίμονα dixisse: at malum genium, interdum κακὸν δαίμονα, (vt Od. κ, -τίς τοι κακὸς ἔχρας δαίμων) interdum βαρὺν, nonnunquam & συκοφάντην appellauisse, vt — δαίμων ὅς περ ὅδε σοὶ βαρύς. Et ἔσται αἰεὶ τοι συκοφάντης δαίμονι, apud Soph.

Δαίμων & pro fortuna sæpe accipitur. Plutarch. ἐδείετο δὲ τὸν μεταβολὴν τοῦ δαίμονος. Idem, οὐδὲ τοῦ νοῦ ἀλλὰ τοῦ πάλαι δαίμονος ἀνάξιος. Synes. fœm. gen. εἰ δή τοι φιλία πρὸς τὸν δαίμονα, σύστησον αὐτὴ τὴν ναυάγιον. (Sic & ex Theophrasto affertur ἡ δαίμων θεά) In his autem locis δαίμονα Budæus pro fortuna accipit. sed animaduertendū est, in vno eodémque loco interdum variè exponi, nimirum vel deum (generali signif.) vel genium, vel fortunam, vel fatum. Eustathius certè in hoc loco Iliad. κ, — ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰ σόκε δαίμων Ἄρμε δίακρίνῃ, δόξῃ δ' ἐπιροιή γε νίκην, vult per δαίμονα intelligi vel τύχην vel μοῖραν. Verùm in hoc loquendi genere, κατὰ δαίμονα, vel κατά τινα δαίμονα, extra controuersiam est per δαίμονα fortunam intelligi, quum id planè fit quod Latini dicunt, Forte fortuna, vel Forte quadam. Luc. in Scytha, μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονα ἔοικε αὐτὸς ἡμῖν προσπίπτειν. Sed & κατὰ τύχην τινὰ καὶ δαίμονα Demosth. dixit. Nec tantùm in hoc loquendi genere, sed & alibi copulata hæc nomina reperiuntur: vt apud Æschinem in Ctesiph. τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην τὴν συμπαραγκολουθοῦσαν ἑκάστῳ φυλάττεσθαι. Plutarchus in Polit. præceptis, ὅθεν οἱ μεγάλοι καὶ δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιτιθέασιν. Sed (quæ fuit ethnicorum hac in re vt ignorantia, ita etiam inconstantia) ille ipse Demosthenes qui alicubi τύχην & δαίμονα coniungit tanquam ἐκ τοῦ παραλλήλου, alibi separat: vt Pro cor. εἰ ἄρ' δαίμονός τινος ἢ τύχης ἰσχύς. Atque adeo idem in eadē oratione δαίμονα datorem τύχης facit, scribens, τῇ τύχῃ ὃν τὸν δαίμονα ἀπενεμεν ἑκάστοις, ταύτῃ κέχρηται. Sed eos qui de numine variè & incertè senserūt, variè itidem de eo loquutos esse, mirū videri nō debet. Præsertim verò illud ἢ δαίμονος ἢ τύχης minimè nouū ei fuerit qui vel ipsos poetas Lat. subinde dubitātes audiuerit deóne an fortunæ seu casui imputare debeant quod accidit. Exemplo est hic locus Virg. Æn. 12, Quis tantam Rutulis laudem, casúsne deúsne Attulerit. Alicubi verò non deum sed rationem fortunæ opposuerunt, quemadmodum Græci λόγον (apud quos inueniuntur interdum & tria hæc coniuncta, ἢ θεός, ἢ λόγος, ἢ δαίμων) vt quū dixit Horat. quam sibi sortem Seu ratio dederit, seu fors obiecerit. Quod verò ad eos locos attinet in quibus δαίμων & τύχη iungūtur, aut id fit ἐκ τῆς παρεμπίπτου, (vti dixi) aut certè si δαίμονες appellatione ibi aliquam diuinitatis significationem includi existimemus, tale hoc fuerit fortasse quale est apud Herodotum θείη τύχη, quod à me in Apologia quam illius editioni præfixi prætermissum nō est. Sed vt ad Latinos poetas redeam, Virgiliani cuiusdam loci nunc recordor qui lucem afferre videtur aliis expositioni huius vocis δαίμων, à me nondum allatæ, quam Eustathius σοφοῖς quibusdam adscribit. Ita enim hic in quendam locum Il. 1, εἰ δ' ἤτοι δαίμων ἐνοσώσατο ἠὲ καὶ αὖτε ὕστερον σοφοῖς, οἱ δαίμονα καὶ τὸν ἐν ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ ψυχὴν ἔλεγον, εἴη ἄν, &c. Virgilius autem ita, Æneid. 9, — diine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido? Aut enim fallor, aut hæc cupido est illa ψυχὴ, sed cui tamen non solùm dira cupido, sed quælibet competat. ‖ Δαίμονα δοῦναι fortasse pro eo quod dicitur *donner malencontre*, apud Homerum Il. θ. Vide Eustath. ‖ Κατὰ δαίμονα contrà pro Prosperè Budæus accepit in hoc loco Hippocratis in epistola ad Damag. ἐπὶ κατ' δαίμονα τοῦ ὄντος ἱστοδρόμησεν ἡ ναῦς. vertit enim, Quando omnino prosperè nauis velificata est. ‖ Δαίμων est etiam Sors vitæ, vt interpr. idem Budæus apud Plat. in fine lib. 10 De rep. vbi scribit δαίμονα dari vnicuique à Lachesi. Sunt autem & qui δαίμονα interpretentur conditionem vitæ (malim tamen vertere fortem vitæ) in isto Hesiodi versu, Δαίμονι δ' οἷος ἔνεστι, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον. Alii vertunt, Quacunque fortuna es. Sic Tzetzes, τῷ δαίμονι καὶ τῇ τύχῃ οἷος ὑπάρχεις, ἀπυχὴς ἢ ἄδυτυχὴς, ἢ πένης ἢ πλούσιος, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον.

Δαίμων autem in scriptura sacra, & δαίμονες, ITEM Δαιμόνιον & δαιμόνια, semper de spiritibus noxiis & impuris, qui & diaboli. Multóq; in ea frequentior est vox δαιμόνια quàm δαίμονες. Legitur autem δαίμων in malam partem & apud Plut. (vt antea dictum est) τὸ βλαβερώτατον, δαίμων, sicut τὸ ὠφελιμώτατον, θεός. Et l. 2 Epigr. Τέχνης ῥητορικῆς δαίμονα λοιδορόφορον. Sed apud prophanos scriptores δαίμων in vituperationem dictū interpretari potius debemus malum genium, opponendo videlicet ei bonum. Cæterùm quanuis δαίμονας & δαιμόνια in scriptura sacra de illis spiritibus impuris passim legamus, sunt tamen qui apud Paulum ad Cor. 1, cap. 10, poculum δαιμονίων referant ad poculum quod ἀγαθοῦ δαίμονος Græci vocabant.

C. Δαιμονολάτρης, Dæmonum cultor. ea forma qua εἰδωλολάτρης.

C. Δαιμονομανία, Insanus dæmonū amor, (id est quo quis prosequitur dæmonum cultum) Insana quædam idololatria, apud Aretham: ea forma qua dicitur γυναικομανία.

C. Δαιμονοφόρητος, Qui à dæmone agitatur, Dæmoniacus.

C. Ἀγαθοδαιμονισταί, Qui parcè bibunt, οἱ ὀλιγοποτοῦντες. Hesych. Vide Erasmum in hac voce: vide & in prouerb. Seruatori tertius: vbi docet ex Athenæo, post cœnam à lotis manibus inferri solere calicem Iouis seruatoris, qui idem fuerit cum eo qui dictus ἀγαθοῦ δαίμονος. Vide & alia de calice ἀγαθοῦ δαίμονος (id est, vt quidā volunt, ἀγαθῆς τύχης) apud eundem Athen. item apud Pollucem & Suidam.

C. Βαρυδαίμων, Cui grauis & inimica est fortuna, Infelix. vt ψυχὴ βαρυδαίμων in Epigr. HINC Βαρυδαιμονία, Grauis fortuna, Graue infortunium, apud Lysiam 101, Sic & Antipho pag 104, εἰς τοσοῦτο βαρυδαιμονίας ἥκω, ita graui fortuna pressus sum, Bud. interpr. ET Βαρυδαιμονέω, ῶ, ex Aristoph. Graui fortuna premor, Grauiter mihi est infensa fortuna, Miserrimus sum.

C. Δις δαίμων, Infortunatus. Et δις δαίμων τύχη, Pla. q. d. Infortunatus casus.

C. Εὐδαίμων, Fortunatus, Felix, Beatus. εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, Hesiod. Erg. At Plato & Isocrates εὐδαίμονες & μακάριοι copulāt. Xenoph. autem Pæd. 5 dixit μέγα εὐδαίμονας γενέσθαι. Apud Aristotelem, εὐδαίμονες & ὄλβιοι opponuntur, Ethic. 1, c. 13. Ex Plat. De leg. affertur εὐδαίμονες τύχαι pro Quæ feliciter cedūt, Quæ prosperè euenunt. ‖ Εὐδαίμων, Diues, Opulentus. Paus. in Phocicis, ἐσύλησε δὲ καὶ οἴκους ἀνδρῶν εὐδαιμόνων. Sed ita vsos antè eum comperio Herodotum & Xenophontem. ita enim Herodotus lib. 1, ὅσοι μὲν δὴ ἔσαν εὐδαίμονες τῷ Βαβυλωνίων ὁπόσοι, ὑπαβάλλοντες ἀλλήλοις, ἐξωνέοντο παῖδας καλλιγενούσας. Plutarchus autem in Cam. ciuitatem quādam appellauit εὐδαίμονα καὶ πλουσίαν, vt Cicero Syracusas, opulentissimam & beatissimam ciuitatem. Sed & Beatus pro diues apud Ouidium legitur, necnō apud Propertium, si bene memini. HINC Εὐδαιμόνως, Fortunatè, Feliciter. Plato epist. 8, εὐδαιμόνως ἔζων. Sic Isocr. Bus. enc. εὐδαίμονας αὐτὸν βίον διατελοῦμεν. Et comparat. Εὐδαιμονέστερον, Felicius. superl. Εὐδαιμονέστατα, Felicissimé. ET Εὐδαιμονία, Felicitas, Beatitudo, Beatitas. Plato in Epitaph. πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, quod Cicero interpr. Omnia quæ ad beatè viuendū ferunt. ET Εὐδαιμονέω, ῶ, Beatus sum, Beatè viuo. εὐδαιμονοῦσι γὰρ, Xen. Pæd. 4. Apud eundem OEcon. ἀγαθὸς γὰρ ὢν εὐδαιμονεῖς Cicero interpret. Virtuti tuæ fortuna coniuncta est.

Εὐδαιμονικός, Ad felicitatem idoneus, vel Ad felicitatem pertinens. Et εὐδαιμονικοὶ philosophi Athen. 6 & 12, & apud Laertium (nam vulg. edit. malè εὐδαιμονιακοὶ) ab eo quod sectabantur εὐδαιμονίας genere, sic appellari. ‖ Item pro Beatus: vt Aristot. Ethic. 10, vt ἐνέργεια εὐδαιμονικωτάτη. B. ET Εὐδαιμονικῶς, Beatè, ex Aristophane in Pace.

Εὐδαιμονίζω, Beatum iudico, Beatum prædico. Aristot. τὸν τελευτήσαντα αὐτίκα, οὐδεὶς εὐδαιμονίσει. Dicitur & εὐδαιμονίζω σε τῷδε, vt Luc. in Somn. καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῷ λόγῳ τῆς εὐωμαίας. Sed & εὐδαιμονίζω σου τῷδε, in v. lex. ET Εὐδαιμονισμός, Opinio beatitudinis quæ de aliquo cōcipitur, vel Prædicatio beatitudinis, Aristot. Ethic. 4. ITEM Εὐδαιμόνισμα, quæ vox Platoni epist. 8 significare videtur Quod pro beatitudine habetur, siue Id in quo felicitas collocatur.

C. 2. Τριστυδαίμων, Ter fortunatus, id est Fortunatissimus. Lucian. Sic dicitur τριστόλβιος & τρίσμακαρ.

C. Κακοδαίμων, Infelix, Miser, oppositū τῷ εὐδαίμων. Luc. De sacrif. in princ. θεοῖς ἐχθροὶ καὶ κακοδαίμονες. ‖ Κακοδαίμων exponitur etiam Malus dæmon seu genius. Vide Κακοδαιμονάω. VNDE Κακοδαιμονία, Infelicitas. nam εὐδαιμονία opponitur κακοδαιμονίᾳ apud Synes. ET Κακοδαιμονέω, ῶ, Infelix sum. Aduersa fortuna cōflictor. Philo De vita Mosis lib. 5, & Laert. in Aristot.

Κακοδαιμονάω, ῶ, A malo genio agitor, Sū fanaticus, Vel, Intemperiis agor, vt accipi dicit Budæus à Dinarcho. Sic autē & κακοδαίμων à Luc. alis ubi sumi videtur pro eo qui intemperiis agitur.

C. Ὀλιγοδαίμων, Fortunatus, εὐδαίμων. Sed illud poeticum est, quo vtitur Hom. Il. γ.

C. Σοροδαίμων, Capularis dæmon, Bustuaria larua seu sepulchralis. nam σορὸς capulum id est sarcophagum significat. Plutarchus in lib. De puerorum instit. scribit senes vulgato conuitio sic appellari solitos fuisse, sicut & κρεωλήρους. Vide Eras. in prouerb. Alterum pedem in cymba Charontis habere.

C. Φιλοδαίμων, Dæmonum amans, Dæmonum cultor, apud Greg. qui ei opponit φιλίθεον.

Δαιμόνιος, ου, ὁ & ἡ, Diuinus, Ad dæmonem pertinens, (id est deū, apud profanos scriptores.) Plato in Apologia, ἔθ' ὅστις δαιμόνια μὴ νομίζει πρεσβεύματα εἶναι, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει; Sic apud Synes. καὶ μόνα θεραπεύεσθαι τὰ δαιμόνια πρεσβεύματα. Sed & τὰ δαιμόνια sine adiectione dicuntur res diuinæ à Xenophōte Apomn. lib. 1. Et apud eundē, εἰ μὴ τὸ δαιμόνιον εἴη, exponitur Nisi quid diuinitus contingat. Sic idem in lib. De arte equestri, εἰ μὴ τὸ δαιμόνιον κωλύοι. Et apud Thucydidem lib. 2, φέρειν τὸ χρὴ τὰ τοῦ δαιμόνια αἰσχύνας τὰ τοῦ ἀνθρώπου πλεμίων αὐθρείας, quæ diuinitus inuecta sunt. Et δαιμόνιον πῦρ in Epigr. A deo vel à diis missus. Et δαιμόνιον μῶμα, Plut. in Romulo. & Synes. Et δαιμόνιος ἀνάγκη apud Lys. quod interpr. B. pag. 973. Item δαιμόνιος τύχη apud Herodianum (sicut θείαν τύχην suprà ex Herodoto annotaui) scribentē lib. 1, ἅτε τοῦ τινος δαιμονίου τύχης ἐπιχθέντος, quod Politian. interpr. Siue forte quadam diuinitus huc impellente. Herodianus huius vocis signif. restrinxit, quum non solùm τὰ δαιμόνια dixit sed ei τὰ θεῖα præfixit lib. 4, οὐ μόνον τὰ ἀνθρώπων πάντα εἰδέναι ἤθελεν, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ δαιμόνια πολυπραγμονεῖν, id est (Politiano interprete) Non hominum modò res cognoscere studebat, sed deorum dæmonúmque etiam rimari arcana. Sic & Synes. δαιμονίαν φύσιν appellauit in lib. De insomniis dæmonum naturā. Idem verò δαιμονίας ἐπιρρείας κρείττονα vocauit Non succumbentē fortunæ. Sic & Luc. δαίμονος ἐπίρειαν dixit. ‖ Δαιμόνιος homo etiam appellatur, id est Diuinus, Qui diuinū aliquid habet. Δαιμόνιοι ἄνδρες etiam dicuntur (inquit Budæus) qui humano fastigio maiores à Latinis dicuntur, & diuino minores. Idem à Demosthene δαιμόνιον pro augusto & venerando poni scribit. (intelligens tamen, vt opinor, locum ex orat. in Mid. vbi rei tribuitur non personæ.) Sed apud Plat. magis speciali significatione δαιμόνιος ἀνθρωπος est ὁ ὁμιλῶν τοῦ θεῷ δίχα τῶν θυσιῶν, &c. Vide Bud. 973. Ad hāc autem significationem pertinere mihi videtur hic Plut. locus in lib. De Socr. dæm. vbi scribit, μόνοις ἐνηχοῦσι τοῖς ἀθόρυβον ἦθος καὶ νηφέμον ἔχουσι τὴν ψυχὴν, οὐχ ἧκα ἱεροῖς καὶ δαιμονίοις ἀνθρώποις καὶ λοιδῷ. Ita δαιμόνιε cōpellatio apud Hom. pro μακάριε (id est beate) vt vult Eustathius, qui & Il. β ita exponit, Δαιμόνι' οὔ σε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίσσεσθαι, vbi tamen Bud. huic voci accōmodat illam significationē quā modò ex eo retuli in δαιμόνιοι ἄνδρες. ‖ Δαιμόνιος, Admirandus, Mirus. vt in Epigr. lib. 2, δαιμόνιος βεβαυτής. SIC Δαιμονίως, Mirabiliter, Mirum in modum, vt Bud. in hoc Aristophanis loco, ἐφ' ὧν ἐπθυμοῦν δαιμονίως ἐφερτύσαι. ‖ Sed δαιμόνιος ironicè interdū dicitur (sicut & θαυμάσιος quod propriè sonat Mirabilis) interdum verò & increpantis est. vide quæ proximè sequuntur.

Δαιμόνιος in malam etiam partem ponitur: vt δαιμονία τύχη pro dira & miseranda fortuna, Bud. apud Plat. Sed multo frequentius malè sonat quum adhibetur compellationibus: vt apud Herodotum in Melpom. δαιμόνιε ἀνδρῶν, pro O miserrime hominum. (vbi obserua δαιμόνιε ἀνδρῶν, quo & Aristophanes vsus est: atque huic constructioni occasionem dedit Homerus quum dixit δαιμόνιε ξεῖνε Od. ξ, vbi tamen contrà in laudem dicitur) Manauit autem ab Homero hic vocis istius vsus: vt Il β, v. 201, Δαιμόνι' ἀτρέμας ἧσο, καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε, pro Miser. Sic Il. α Iupiter Iunoni succensens dicit, Δαιμόνιε, αἰεὶ μάλα, Misera. Sunt tamē & qui interpr. Improba, Scelesta: sicut & in illo altero loco δαιμόνιε, Improbe, Sceleste. Quæ interpretatio mihi non displicet, præsertim quū sermonis Gallici cōsuetudinem cōsidero vocantis *miserable* interdum miserum, interdum improbum. Alioqui certè δαιμόνιος propriè vel beatū id est εὐδαίμονα, vel miserum, id est δυσδαίμονα significat (quòd δαίμων sit vox media) non improbum. Sed alicubi tamen δαιμόνιε minus acerbum esse puto, nec tam vituperationem & reprehensionem quàm irrisionem ei subesse, siue ironiā, qualis est in θαυμάσιος, quod & significatione alioqui respondet in nonnullis loquendi generibus. Talis ironia est in οἷ βέλπστε, & apud Lat. in Bone vir.

Δαιμόνιον autem neutro genere (sicut & τὸ θεῖον) Numē supremum, Deus supremus, & diuinitas mundi moderatrix. Ita Budæus, qui & τὸ δαιμόνιον interpr. deos: quū tamen Demosthenes alicubi θεοὺς & δαιμόνιον separatim dixerit, videlicet pag. 173, εἰ θεοὶ δέ εἰσιν καὶ τὸ δαιμόνιον τὴν μὴ τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Apud Athenæum autem pag. 251 eodem in loco & pro eodem τὸ θεῖον & τὸ δαιμόνιον ponuntur. Isocr. πάντα τὸ δαιμόνιον. Sic & apud Xenophontem, ἃ πάντα αὐτοῦ ἥκουσα τοῦ δαιμονίου διαγορεύειν. vbi sunt qui diuinam prouidentiam interpr. Apud Plutarchum in Galba tonitrua & fulgura ἀπὸ τοῦ δαιμονίου proficiscuntur, pag. 751. ‖ Apud eundem verò δαιμόνιον Socratis peculiari significatione, & quidem cōtrouersa, vt disces ex eius libello qui inscribitur περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. Luc. quodam loco (cuius in præsentia non recordor) δαιμόνια mihi visus est appellare quod Ouid. vmbras nocte volantes. Videtur autem pro hac expositione facere illa terroris significatio quam Eustathius dat voci δαίμων pag. 705. ‖ De δαιμόνιον autem spiritum impurum signif. siue diabolum, vide suprà in Δαίμων.

Δαιμονιώδης, Ad dæmonia pertinens.

Δαιμονικός, Dæmonicus, Qui est dæmonis. vt δαιμονικὸν εἶδρον ὑποφέρειν, Chrysost. De sacerdotio. Sic apud Lact. dæmonicæ fraudes. At ex Plut. Pericle afferunt vulg. lexica δαιμονιακὸν φθόνον, pro inuidia à dæmone incensa: quum potius δαιμονικὸν legēdum videatur. At pro Dæmoniacus, id est, Qui à dæmone seu dæmonibus possidetur, dicitur potius δαιμονιῶν vel δαιμονιόληπτος.

Δαιμονίζω, Pro dæmone habeo, id est pro deo. Vide Hes. AT Ἀπὸ δαιμονίζω idem exponit ἀποκαρτερῶ ἐν τῇ ἐνστάσει.

Δαιμονίζομαι, A dæmonio teneor, seu possideor. Aliquoties habetur apud Euangelistas, & Matth. præsertim. A Marco cap. 5, ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ idē est qui & δαιμονιζόμενος. A profanis scriptoribus dicitur potius δαιμονιᾶν.

Δαιμονιάω, ῶ, Sum dæmoniacus, A dæmonio teneor. Luc. Sed generalius accipitur pro Insanio, Furore correptus sum, vel Furiatus sum, vt Bud. ex Lact. interpr. Plut. Pericle, τοῖς τὰ θεῖα δαιμονῶσι καὶ θεραπευόμενοις δι' ἀπιστίαν αὐτῶν.

Δαήρ, ἑρος, ὁ, Leuir, Mariti frater. Il. γ. Δαήρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε. id est ἀνδράδελφος. De huius autem vocis etymo vel à δαίω significante γινώσκω, vel a δ' αἴω, quod est καίω. vide Etymol. aurorem.

ΔΑΙΔΑΛΟΣ, Dædalus, ingeniosus ille artifex Cretensis, à poetis celebratus: ita vocatus à δαίω de quo dictū modo fuit. (alioqui enim nisi huic etymo acquiescam, plusquam Dædalea ad excogitandum aliud aptius sollertia mihi opus fuerit) nimirum à δαίω, δαμάλος, deinde per pleonasmum literæ η, δαηδάλος.

Δαιδαλέος (vel Δαιδάλεος, accentu in antepenultima) Artificiosus, Artificiosè factus. vt ζωὴν δ' αἰδαλέος, Hom. κυνέη δαιδαλέη, Hesiod. ET Δαιδάλεος per syncopen pro eodē. vt Il. ξ, — πῆχε δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. Sed alicubi δαίδαλον exponitur etiam subitaneus: δαίδαλμα & ποίκιλμα, videlicet Od. τ, — πάρυθε δὲ δ' αἰδαλοπῆεν. HINC Δαιδαλόχειρ, Artificiosas manus habens & solertes, in Epigr. ET Πολυδαίδαλος, Summo & vario artificio elaboratus, Hom. Hesiod. ITEM Δαιδάλλω, Artificiosè elaboro, Magna arte elaboro. Item Vario artificio distinguo, Variego. Iliad. σ, πάντοσε δαιδάλλων. A QVO Δαίδαλμα, Artificiosum opus, Opus summa arte elaboratum, Opus vario artificio confectū. ET Ἀδαιδαλος, Artificio carens, Non variegatus. DICITVR & Δαιδαλόω, ῶ à Pindaro p. ο δαιδάλλω. Sed sciendum est hoc δαιδαλέος quosdam non à Dædalo sed à Dædale deriuare, matre Meridis, apud quam Dædalen educatā fuisse Mineruam scribunt. quidam autem & nutricem Mineruæ hanc fuisse tradunt. Sed ego à Dædalo deductam esse vocem, multo credibilius esse iudico, vtpote cuius longè celebrior fama fuerit: poetas certè Latinos voce hac Dædalus pro artificioso vtentes, ad Dædalum respexisse persuasissimum habeo.

ΔΑΙΩ, & Δαίομαι, Diuido, Partior, vt volunt grammatici. quin & δεδαῆται ex Herodoto affertur pro δεδαίνται signif. Diuisi sunt. Sed intelligendum tamen propriè de eo partiendi modo qui in conuiuiis vsitatus erat. Sic apud Hom. Od. ο, v. 140, Παρ' ὃ Βοηθοίδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοῖρας. ‖ Hinc autem factum vt & δαίειν γάμον dicatur (quasi δαίειν τὰ τοῦ γάμου κρέα, vt opinor) pro Epulū nuptiale celebrare. vt Iliad. τ, v. 299, — δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι Quo & Eurip. modo nō solùm ἑδαῆσαν γάμους, sed etiam δαίσασθαι υμφίους dixit. ‖ Quinetiā δαίεσθαι sine adiunctione pro Epulari, Hom. Odyss. σ, v. 408, Ἀλλ' ἐν δαίσασθαι καταείπεν οἴκαδ' ἰόντες. Ponitur & simpliciter pro Edere cū accusatiuo, vt Phocyl. Μηδὲ πηνοδόρον δαίσῃ κρέας. ‖ Dicitur & δαίειν πνά pro Epulum præbere alicui, vt ab Herodoto lib. 1, τὸν Ἀστυάγης ἀνόμω τραπέζῃ ἔδαισε. HINC comp. Ἀναδαίομαι, vt ἀναδαιομένη, in vulg. lex. Ager qui diuiditur. ET Μεταδαίομαι, quod quidam interpr. Inter alios epulor, Particeps sum epuli. Secundum quam interpretationem, legerem apud Hesychium, μεταδαίσομαι, μεταλάβω δωχίας. SED & Ημιδαὴς (ex quo ἡμιδαὶς in Anthol. Epigramm. Semesum) hinc deduco, (non ab ἔδω, quod tamen voluit Lascaris. vt videlicet quemadmodum à δ' αἴω signif. μαίομαι fit ἐδάην, ex quo ἀδαὴς, sic a δαίω significat. μαείζω fiat itidem ἐδάλω, ex quo ἡμιδαὴς. Est autem locus lib. 1 titulo εἰς ἄμπελον, in quodam incerti autoris epigr. — ὡς ἂν ὁ δίψαις Εἰν ὑγρομέροις ἡμιδαὲς σκύφαλον. ‖ Est & ἡμιδαὴς semiustus, à δ' αἴω significante Vro.

Δαίνυμι, Epulas do seu tribuo. At Il. ι, Δαίνυ δ' ἄρα γέροντι, Eustathius Atticismum esse tradit, vt in δώχει δωχίαν & βουλεύω βουλεύου: esse autem δαίνυ pro δαίνυε. aliis tamē pro δαίνυθι dictum id videtur. Καταχρηστικῶς autem de aliis etiam dicitur: vt Il. ψ, αὐτὰρ ὁ τίσι πάφον ὠδυκίκα δαίνυ. id est, δαῖτα ὀπιπάφιον ἐδαίνυεν, vt Eustathius explicat. Reperitur etiam apud Homerum alibi δαίνυ χάμον ἡμερόεντα.

Δαίνυμαι, Epulor, Comedo, Depascor. ἐν δαιτὶ δαπανῶ. Od. κ, Ἤμεθα δ' αἰνύμενοι κρέατ' ἄπετα καὶ μέθυ ἡδύ. Il. ω, — ἐν ᾗ σύ τίσι Δαίνυ' ἔχων φόρμιγγα. Impropriè autē apud Plut. ex Pindaro, δαίνυται βροτοὶ πήματα. Soph. Trach. ἕπα φοινίας Ἐλθεᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο.

C. ΚΑΤΔαίνυμαι, Epulor, Comedo. Nonn.

Δαὶς, δαιτὸς, ἡ, Epulum, Epulæ. Od. θ, Αἰεὶ δὴ ἡμῖν δαὶς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε. Il. ψ, Καὶ σφι δαὶς' ἀγαθὴ τοῖς ἐθέλουσι φαγεῖν κλισίησιν. Hesiod. Erg. Τὸν φιλέοντ' ὄπῃ δαὶς ἀγαθὴ καλέῃ. Δαῖτα φάλειαν autem Seleucus vult esse δίαιταν, vt tradit Eustath.

Δάσμον, ου, τὸ, Edule, Quod esui est. ἐδώδιμον, Hesych.

C. Παν δαισία ας, ἡ, Epulum. δαψιλὴς καὶ πανπία δωχία, seu πυκίλη καὶ ἐκ ὁλοφύρων ὄψων δωχία, quum vnusquisque sua obsonia secum portans in medium conferebat: aut quum multis propositis edulibus, capere quisq; quod vellet, vt tradit Aristoph. schol. Pace, addens aliis παν δαισαν esse λάχανόν τι ἔχον παντοῖον ἔδεσμα. Apud Herod. Terpsich. p. 72, pro conuiuio opiparo & veluti saliari B. poni scribit, ὦ Πέρσαι, οὔκαπι παν δαισίᾳ τελεῖν εἰσὶ ἕσθαι, quod paulo antè vocarat δεῖπνον μεγαλοπρεπές. Greg. ἐπειδή σοι πάντα τοῦθ' ἡ φύσις ὡς ἐν παν δαισία κοινῇ. Synes. δωχῶν ἡμᾶς παν δαισία κρεῶν.

Δαίτη, ης, ἡ, idē quod δαὶς. Il. κ, Αἰεὶ δ' ἐν δαίτῃσι καὶ ἐλαπίνῃσι παρέῃσι. Eustath. id σκληρότερον esse dicit. Vtitur & Apoll. Arg. 2, δαίτῃσι ἀμφίεπον.

Δαίτηθεν, E conuiuio, Ex epulo. Od. κ, Ὡς ὅ τ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα Σαίνασ'.

Δαιτηταλός, έως, ὁ, Conuiua, Epulo. θιασώτης, συμπότης, Eust. vt Athen. lib. 6, ἐπιγνοὺς μὴν ὁ δαιταλὲς, ὁ ᾧ Κυνοῦλκος ἔφη, ἄνδρες σύσσιτοι, Et lib. 14, ἀγωνεῖν μοι δοκεῖτε ὦ ἄνδρες δαιταλεῖς. dictum vtrobique de illis dipnosophistis solenni epulo exceptis quos lib. 7 τοὺς μὴ ἥθρας δαιταλεῖς appellat. Apud eundē l. 15 comœdiæ Aristophanicæ nomen est.

Δαιταλουργία, ας, ἡ, Coquendi ars.

Δαιταλόω, ῶ, Epulor, Cōuiuor. ἑστῶμαι, δωχοῦμαι. Lycophr.

Δαιτὺς, ύος, ἡ, idem quod δαὶς. Il. χ, Τὸν δὲ καὶ ἀμφιταλὴς ὀκ δαιτὺς ἐσυφέλιξε.

Δαιτυμὼν, όνος, ὁ, Epulo, id est qui epulas instituit, vt Liu. explicat. seu ἑστάτωρ. & (vt Eustath.) ὁ πολὺ δαῖτα ἐπιμάζων. Quo sensu accipi vult idem Eustathius Od. η, Δαιτυμόνες η' ἐς δῶματ' ἴσαν θείου βασιλῆος: quū subiungat, Οἱ η' ἄρα μὲ μῆλα, φέρον η' ἀϋσόρα οἶνον. ‖ Item Epulo, i. qui epulatur, ὁ ἁπλῶς δαινύμενος. Od. ο, Δέπα ἡδὲ τραπέζας Ἀνδρῶν δαιτυμόνων. & Od. χ, μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι. Eustath. apud Homeri posteros accipi scribit pro amicis qui ad epulum seu conuiuium vocantur. vt apud Platonem intelligi potest lib. 1 De rep. ὥσπερ δαιτυμόνα πινὰ καὶ μέλλοντα ἑστάσεσθαι. ET Δαιτυμονὶς hinc deriuatum, pro eodem, Nonn. σοὶ γὰρ δ' αἰτυμονῖδι.

C. ΕΝδαιτέομαι, οῦμαι, Fut. ήσομαι, Epulor, Conuiuor. Depon. in v. l.

C. ΕΠΙδαιτέομαι, οῦμαι, F. ήσομαι, pro eodem. Vnde ὅπῃ δαιτήσομαι apud Hesych. i. δωχηθήσομαι. item ὀπῃσελῶ.

¶ Δαιτεὺς, οῦ, ὁ, Coquus. τραπεζοκόμος, μάγειρος, inquit Plutarch. Sympos. à more videlicet antiquo, ὁ διαχειρίζων τὰ κρέα, vel (vt Eustathius) ὁ ὅσον ἐκάστῳ μοῖραν δαινυμένων, seu ὁ τὰ κρέα μερίζων τοῖς δαινυμένοις. Od. ρ, ἔνθα δὲ δαιτεὺς ἐφίζεσκεν κρέα πολλά. ‖ Δαιτεὺς exponitur & μεμερισμένον ὀπῃ μεταφορᾶς τὰ κρέα μερίζοντες δαιτεῦσι. vt Eustathius tradit in illud Il. η, ἄλλοι γε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαιτεὺς πάντοσε, τὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεί. vbi opponitur τὸ πλεῖον δέπας, quasi quod certa portione datum est.

C. Δαιτεύτης, ου, ὁ, Hesychio est σπονδοφόρος, σπονδιός.

C. Ἀδαίτευτον, Non distributum & diuisum. ἀδιαίρετον, ἀμέριστον Sic Hesych, qui exponit & ἀπόρριπτον.

C. Ἐπιδαιτεύτου, ου, τὸ, Obsonium. ὄψον, Hesych.

Δαιτεύπωλις, ιος, ἡ, Sciencia ministrandi more δαιτεύειν. Od. π, Καὶ δεινὰ θεράποντα δαήμονε δαιτεύπωλιν.

Δαιτεύω, F. ύσω, More δαιτεύειν carnes distribuentis diuido. Itē δαιτεύειν ago. Il. λ, τὰ δ' ἄλλ' ἐς δῆμον ἔδωκεν δαιτεύσαι. Od. ξ, αὐ ᾗ συβώτης ἵστο δαιτεύων. Quod mox explicans, subiungit, Καὶ τὰ μὲ ἔπεμπε πάντα διεμοιρᾶτο δαίζων. Od. ο, Δαιτεύσαί τε καὶ ὀπῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι. Apud Apoll. verò Arg. 1, ἀλλ' ἵππους δαιτεύσον exponitur Mactabant.

C. Ἀδαιτεύτος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. δαιτεύσεως expers: vt μετὰ δεῖπνον ἀδαιτεύτοιο τραπέζης, apud Nonn.

Δαΐζω, Diuido, Partior. vt Od. ξ, v. 434, Καὶ τὰ μὲν ἔπεμπε πάντα διεμοιρᾶτο δαίζων. Sed & pro Diuidere poni existimo metaphora simili ei qua dixit Virgilius, Atque animum celerem nunc huc nunc diuidit illuc: vt Il. ι, v. 8, Ὡς ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. q. d. Diuidebatur animus, vel scindebatur. Sic Il. ξ, v. 20, Ὡς ὁ γέρων ὤρμαινε δαΐζομένος κῆρ θυμὸν Διῒ θάδε, ἢ καθ' ὅμιλον ἴοι, &c. Eustathius tanquam exponens dicit διχθάδια βουλεύοιμος. ‖ Est etiam Discerpo, Lanio. vt Il. ο, v. 27, — φίλησε δὲ χεῖρε κόμης ἠχμῆς δαΐζων. Et Ἕκτορον ᾧ κτῆνα τε θέσθαι δαΐξαι Χαλκῷ ῥωμαλέον, Il. β, v. 416. ‖ Δαΐζειν est etiā Occidere apud eundē, addito interdum datiuo χαλκῷ: sicut & δεδαϊγμένος χαλκῷ, vel simpliciter δεδαϊγμένος. sed videtur propriè significare Occidere discerpēdo, vel tanquam membratim concidendo. quod de Agamemnone ab eodem poeta dicitur κατακοπέειν. Sic in bello dicunt interdum Galli *tailler en pieces*, significare simpliciter volentes Occidere. Cæterùm miror cur Eust. δαΐζος nō potius à præcedēte δαίω deriuet pag. 1765 quàm ab hoc δαΐζω, vel potius cur non δαΐς ab illo δαίω, at δαΐζος à δαΐς. Sed & huic aliā deriuationē dat, p. 1401, videlicet à δαΐειν. Verùm multa sunt apud eum sicut & apud cæteros grammaticos talis oscitantiæ exēpla.

C. Αὐτοδαΐκτης, A seipso interfectus. ET Ἡμιδαΐκτης, Semiocissus, in vulg. lex. ET Ἡμιδαΐκτος, Crudeliter laniatus ὠμοπαρέκτος, Hesych. In vulg. lex. simpliciter Laniatus. Potest etiam significare Qui crudus laniatus sit. ITEM Ψυχοδαΐκτης, Bacchus ex Epigr. pro Animorum diremptor.

C. ΣΥΝδαΐζω, Simul occido. Soph. ἀλλά με συνδαΐξον.

¶ Δαίζομαι, (nam vocis actiuæ δαίζω nullum exemplū afferturi) Diuido, Partior. vt autem δαΐζω à δαίω, sic & δαίζω (nam fingenda saltem est illa vox actiua) à δαΐζω fieri existimo. Sed δαΐζω apud solos poetas legere me memini: at δαίζομαι poetis cum prosæ scriptoribus commune est. Hom. Od. γ, Μοῖρας δασσάμενοι δαΐζομ' ἐκαστοτε δεῖπνα δαῖτα. Et alibi, κτήματα δασσάμενοι, ἰτὸ ζωὴν ἐδάσαντο. Xenoph. Pæd. 4, κἂν τι μεῖον ἡμῖν δόσωσι, κέρδος ἡγήσασθαι. vbi tamen δάσασθαι est potius Impertiri & Partē dare quàm Partiri. Apud Hesiod. σπέρματα δάσσασθαι pro Despertiri semina, seu dispergere, id est Seminare. Sed & δέδασται pass. signif. apud Hom. δίχα δὲ σφίσι πάντα δέδασται. ‖ Apud Hesiodum vertitur etiā Assigno, Ἐνθ' ἄρα οἱ δάσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν. quia videlicet qui partitur, suam cuique portionem assignat. ‖ Sunt & qui δάσασθαι apud Homerum exponant Edere, vel potius Vorare, de canibus videlicet dictum. Il. ψ, Ἤ κε φέρε δεῦρ' ἐρύσας δώσειν κυσὶν ἠμὲ δάσασθαι. (& sic Etymol. δάσωνται, φαγοῦνται, ἢ μεμιῶνται: Hesych. item ῥώσωνται, μεμιωῦνται) sed malo Dilaniare, vel Discerpere, vt alii reddunt. Sic Il. χ, Ἀλλὰ κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατὰ πάντα δάσωνται. quod tamen δάπτεται esse illud puto quod ab Etym. & Hes exponitur.

Δασμὸς, οῦ, ὁ, Diuisio, Partitio. Il. α, — ἰοῦ πτε δασμὸς ἵκηται. ‖ Δασμὸς, Tributum, Vectigal. quòd qui tributum pendunt, illius solutionem inter se partiantur. Est autem Tributum pendere Xenoph. δασμὸν ἀποφέρειν, vel ἀποδιδόναι.

C. Δασμογράφος, Tributi scriba.

C. Δασμολόγος, Tributi seu tributorū collector, Quæstor.

alio nomine φορολόγος. VNDE Δασμολογία, Tributi collectio. ET Δασμολογέω, ῶ, Tributum colligo. Et cum accusatiuo personæ. Isocrates pag. 68, τοὺς ἀνθρώπους δασμολογεῖν, Tributa ab illis exigere, vel Ad tributa pēsitanda cogere, Bud. Idem δασμολογῶ interpret. Colligo pecuniam à multis, & subiungit ex Demosthene, in Neæram, 232, καὶ δίδωσιν αὐτῷ παρόγυρον ὁ τοῦδε τοὺς ἄλλων ἑρασταὶ ἐδασμολόγουν, ἐφέρετον εἰς τὴν ἐλευθερίαν συλλέγουσα. At pass. Δασμολογέομαι, οῦμαι, q. d. Tributum colligor, id est Tributum à me colligitur, Tributum pensito. QVOD & Δασμοφορῶ dicitur. ET Δασμοφόρος (quod illo prius esse puto) Tributi pēsitator, Tributarius.

Δάσμα, ατος, τὸ, Partitio. ET Δάσμιος, idem: vtrunque apud Hesych. ITEM Ἄδασος, Non diuisus, Soph.

C. ΑΝΑδαίζομαι, Iterum diuido, Rursus partior. Thue. l. 5, καὶ ὁ δῆμος τὴν γῆν ἐπνέει ἀναδάσασθαι. Vbi schol. ἀναδάσασθαι exponit τὴν ἀρχῆς δασμὸν καὶ μερισμὸν πᾶσαν τοῖς Λεωτίνων.

Ἀναδαίζομαι pro simplici δαίζομαι, Partior, Diuido, Distribuo. vt exponitur apud Plutarchum in Lycurgo ἀναδάσασθαι χώραν, Agrum diuidere. Bud. apud Luc. ἀναδάσασθαι τὴν γῆν exponit Viritim diuidere.

Ἀναδασμὸς, οῦ, ὁ, Diuisio seu partitio quæ fit de integro: vt exponitur hoc in loco, ἀναδασμὸν τῆς ἀγαθῶν ποιεῖν κελεύων. ‖ Item ἀναδασμὸς pro simplici δασμὸς, Diuisio, Partitio, Distributio. Plutarchus Lycurgo, δεύτερον δὲ τῶν Λυκούργου πολιτευμάτων καὶ νεανικώτατον, ὁ τῆς γῆς ἀναδασμὸς ὄν. Demosthenes in Timocratem, οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν τῶν Ἀθηναίων, Neque diuisionem agri Attici. Ibidem, ἀναδασμὸς γῆς καὶ οἰκιῶν, Lex agraria, inquit Budæus. Isocrates in Panathenaico γῆς ἀναδασμὸν inter mala ἀνήκεστα enumerat.

Ἀνάδασος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuisus, Distributus. ἀνάδασον χώραν ποιεῖν vel γῆν, idem quod ἀναδάσασθαι, Diuidere, vel Viritim diuidere. Quidam, Æqua portione diuidere, Æquè partiri. Aristot. Pol. 5, θαλεῶ δυοῖ γὰρ πνες δῆα τὸν πόλεμον, νῆξιον ἀνάδασον ποιῆσαι τὴν χώραν. Sic apud Platonē, ἀνάδασον γῆν ποιεῖν. & apud Aristotelem ἀνάδασις ποιεῖν τὰς οὐσίας, item τὰς κτήσεις, idem quod ἀναδάσασθαι τὰς οὐσίας, vel ἀναδασμὸν ποιήσασθαι τῶν οὐσιῶν.

Ἀνάδασος, Rescissus: eo sensu quo dicitur Rescindere acta alicuius. Dion historicus, ἀνάδασα τὰ πρὸς χθὲς τὰ αὐτῷ πάντα γένεται.

C. ΑΠΟδαίζομαι, Diuido, Partior, Impertior. Homerus Il. ρ, Ἥμισυ τοῦ ὀνείρου ἀποδασσάμην, ἥμισυ δ' αὐτὸς Ἐξοχέω. Idem Il. ω, Σεῖο δ' αὖ ἐγὼ καὶ πόνῳ ἀποδασσάμενος ἐοῦ ἐπέοιμι. Vtitur cum Homero & aliis poetis Herodotus etiā, vt hoc in loco, ἀποδασάμενος τῆς σφαγῆς μόριον. Duplex autem σ ponitur in illis duobus locis Homeri, ad producendam syllabam.

Ἀποδασμὸς, οῦ, ὁ, Diuisio, Partitio. Aliquando Pars seu portio. vt in hoc loco quem Suidas citat, autore non nominato, ὁ δὲ σφαγιὸς ἀπὸ δασμόν τινα τοῦ σφαγῆς ἀπολέξας, ἐκελεύετο παρεύεσθαι. Citat & alium. ET Ἀποδάσμιος adiectiuum hinc deriuatum, id est ad verbum, Portionalis seu Partialis, si modò Latinè hæc dici possent: hoc est, Pro parte seu portione cedēs alicui. vel Ἀποδάσμιος, In diuisionem cadens, Cuius fit aut fieri debet diuisio, aut iam facta est. Ἀποδάσμιοι, inquit Hesych. Ἀποδεδασμένοι. ita enim legendum apud eum, non ἀποδεδραμένοι.

¶ Δαπόμαι, ῆμαι, idem quod δαίομαι, Diuido, Partior. Homerus Iliad. ι, — δαπώμεθα κλῆρ' Ἀχαιοί. Sed in ὁμοιοτόνοις δαπόντο in alio eiusdem loco, δαπόντο exponit κατέκοψον. Et δαπέεσθαι ἄρτιν vel μόρος ἄρτος dicuntur qui bello decernunt, tanquam bellum inter se partientes, vel bellum dirimentes, Bud. Vide Eustathium. Δαπέεσθαι γῆν vel χθόνα præterea dicuntur iumenta gradientia, quum magno impetu ferūtur. De hoc quoque vide Eustathium. HINC Δαπτὴς, Diuisor, Distributor. διανεμητὴς, Etymol. ex Aristotele. COMP. Διαδαπόμαι idem. quod sonat ad verbum Dispertior. Hesiod. Theog. ἀποφθιμένου δὲ διδ' κτῆσιν δαπόντας. ET Ἐνδαπόμαι, idē. Eustathius θεῖαν δ' ὠάμιν ἐνδαπῆσθαι exponit κατ' ἕκαστον μερίζεσθαι. Cæterùm existimo vt δαίζω, vel potius δαίζομαι à δαΐζω, sic δαπόμαι à δάζομαι formari.

videlicet à tertia singul. præteriti δέδαεται, ablato σ.

¶ Δαύσσω, Voro, Helluor. Hesych. λαφύσσω, ἐσθίω.

Δ AΙΩ, Cõburo, Incendo. Il. υ, Μυῖαι ὅπποιαι Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δαηται. Δαιόωμι, δαίω σι δ' ἀρηΐοι ἥες Ἀχαιῶν. Soph. Trach. Ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο Φλὸξ ἀμαιμακρά. Pertinet huc & δεδαήκει, quod Hesychio est ἐφλέγη, διεκέκαυτο, & ὀξέως ἤγρετο, respicienti fortasse ad illud Il. β, μετὰ δὲ σφίσιν ὄσσα δεδήει, Ὀρνύουσ' ἱέναι. quod Eustathius ad δαίω quoque pro μαίζω sumptum, referri posse scribit.

C. ΑΜΦΙδαίω, Circumaccendo. vnde in Iliad. ζ, πόλεμός τε δεῦτ' ἀμφιδέδηε, Circumardet. Quomodo & μάχη καυστηρὶ à poetis dicitur à verbo huic synonymo.

Δαηθμός, οῦ, ὁ, Incendium, ἐμπρησμός, Hesych.

Δαηρός, Hesychio est θερμός. Item & λαμπρὸς, περιφανής. Et καμπηρός. SIC VT Δαερὸν quo que eidem est μέλαν & πεκαυμένον.

Δαΐς, ΐδος, ἡ, Fax magna & ardens. καταχρηστικῶς autē pro allii capite ponitur, ὁ ἐκ πολλῶν ἀγλίδων συγκειμένος κεφαλὴ πλησίον φυσᾶ δεῖσθαι τῆς λαμπάδος. PRO eo apud Erotianum legitur Δεῖσ à δέω.

¶ Δαΐς, ΐδος, ἡ, Fax accensa seu ardens. Od. ν, de simulacris puerorum faces tenentium, Ἑστασαν αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες, Φαίνοντες νύκτα καὶ δώματα δαιτυμόνεσσι, Lũpades igniferas manibus retinentia dextris, Lumina nocturnis epulis vt suppeditētur, Lucretio interprete. Sic apud Hesiodum, ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε. Δᾶς, ᾶδος, ex δαΐς per contractionem factum, Tæda, Fax. Xenoph. Pæd. 7, πολλὼ δᾶδα ἔχομεν ἢ ἔχω πολὺ πῦρ πέξεται. Aristoph. Nub. σὺν ἔργον δᾶς ἴεναι πολλὴν φλόγα. Idem Pluto, Ἀλλ' ὀκόβοτο τις δεῦρο δᾶδας ἡμέρας. Sic δᾶσ' ἡμέρας Æschines dixit, quod Cicero Tædis ardentibus reddidit.

C. Δᾳδεκοπέω, ῶ, Tædam excido. Theophr. De caus. pl. l. 5, cap. 23, δᾳδοκοπουμένη ἡ πεύκη, Tæda detracta seruatur pinus.

C. Δᾳδοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui tædam seu facem gestat. Plut. ad Colot. Αἴδε με δᾳδοφόροι μελανεσμόνες ἔμμα πυροῦσι.

ET Δᾳδοφορέω, ῶ, F. ήσω, Tædã fero. Theophr. historiæ plant. lib. 9, cap. 2, οὐχ ἅμα δὲ καρποφοροῦσιν αἱ πεύκαι καὶ δᾳδοφορεῦσι.

C. Δᾳδουργός, οῦ, ὁ, Qui tædas conficit. Theophr. lib. 3 hist. plant. cap. 10, οἱ δεῖ πλὴν Ἴδαν δᾳδουργοί. VNDE Δᾳδουργέω, ῶ, Fut. ήσω, Tædas conficio. Theophr. De caus. plant. lib. 5 cap. 23, πλὴν πεύκης οὐκ ἀεὶ δᾳδουργοῦσιν, Ex pinu tædas non semper faciunt, id est detrahunt tædas ex pinu. idem enim est quod δᾳδοκοπέω. Idem De hist. pl. lib. 4, cap. 19, τὰ δ' οὐδὲν πάχος, καθάπερ ἡ πεύκη δᾳδουργουμένη. Quo sensu antè habuimus πλὴν πεύκης δᾳδοκοπουμένου σώζεσθαι.

C. Δᾳδοῦχος, ου, ὁ, Facem seu tædam tenēs aut gestans, λαμπαδηφόρος, Hesych. Δᾳδοῦχοι dicebantur Cereris sacerdotes quia portabant faces in eius sacris nocte, imitantes Cererem quum Persephonem quæreret: vnde & tædifera dicitur ipsa dea. Bud. Huc pertinere videtur quod apud Suidam est, δοῦξαντο δὲ καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὴν κόρη δίδοσθαι τοῦ ἱεροφαντῶν καὶ τὸ δᾳδοῦχου σωτηρίαν αὐτῆς. ‖De oculis metaphoricè dixit Philostr. Epist. 50, τὸ δὲ ὦ κακοὶ δᾳδοῦχοι ἔρωτες, καὶ τῆς σκοτίας ὥρας θεῖοι μάρτυρες;

VNDE Δᾳδουχία, ας, ἡ, Quum faces accēsæ manibus tenentur. Herodian. lib. 5, ὁ δὲ δῆμος ἑκατέρωθεν παρέθει μετὰ πάνυ δαπανῆς δᾳδουχίας στεφάνοις καὶ ἀνθῆ ἐπιρρίπτοντες, Discurrente cum facibus vtrinque populo. ET Δᾳδουχέω, ῶ, Facem tenco, Facem præfero. Plautus lucere facem alicui dixit in Casina, Primùm omnium lucebis huic nouæ nuptæ facem. Athen. φάσκοντες ἔρωτες καὶ πᾶνες καὶ Διονύσοι πολλὰ εἴδωλα φρουροῦσι δᾳδουχοῦντα λαμπῆρσι. Basil. ἥλιον ἔχεις ὀξυπάτῳ φρόμῳ δᾳδουχοῦντα πάσης ἡμέρας δᾳδουχοῦντά σοι πλὴν λαμπάδα. Sic δᾳδουχὶν φέγγος in Epigr. In pass. est Tædis illustror, vt B. apud Athen. lib. 4, interpr. δᾳδουχουμένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως. VNDE Ἀδᾳδούχητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui fax prælata non est, Cui face nemo præluxit. vt ἀδᾳδούχητοι γάμοι. Nuptiæ sine tædis celebratæ, id est clandestinæ. αἱ λαθραῖαι μίξεις.

C. Ἀδᾳδος, ου, ὁ καὶ ἡ, Tædam non habens. Theophr.

C. Ἐνδᾳδος, ν, ὁ καὶ ἡ, præcedēti contrar. Qui tædã in se habet. Theophr. lib. 9 De hist. pl. cap. 2, ἅπασα γὰρ ἔνδᾳδος πεύκη τῆς ῥίζαις. Idem alibi, νόσημα δὲ τῇ πεύκῃ ὅταν ἔνδᾳδος γένῃται. Pro quo Plin. Laricis morbus est vt tæda fiat.

Δᾳδώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Tædaceus, Tædæ similis. sic enim apud Theophr. δᾳδώδης χρώματι interpr. Gaza. Item Tæda abundans. vnde idem Theophr. πεύκην Ἴδαίαν dicit esse δᾳδωδεστέραν.

Δᾳδόω, ῶ, F. ώσω, neutraliter pro In tædam cõuertor. cuius exemplum paulo pòst habes in δᾳδώσις. Actiuè autem sumẽdo, In tædam conuerto. vnde Theophr. De caus. pl. l. 5 cap. 15, ὅταν αἱ ῥίζαι δᾳδωθῶσι, Quum radices mutatæ in tædam fuerint. Idem lib. 6, cap. 15, δᾳδωθέντα δένδρα. VNDE Δᾳδώσις, εως, ἡ, In tædam mutatio. Quod Theophr. De historia plant. ita describit, δᾳδώσεις ἐν τῇ πεύκῃ, ὅταν αἱ ῥίζαι δι' ὅλου τοῦ κολοῦ τῆς θρῆς δᾳδοῦσι καὶ φθείρονται.

C. ΕΝδιαδέω, ῶ, Fut. ώσω, idem propè quod præcedens: seu ἔνδᾳδον reddo. Vnde in pass. apud Theophr. hist. pl. l. 9, cap. 2, τῶν δὲ ὅταν ὀκτὼ λεκησασιν, ἐν ἑτέρῳ [ἐνιαυτῷ] πάλιν ἐνδᾳδοῦται.

C. Δᾳδίον, ου, τὸ, Facula. Pro tædaria item materia apud Dioscoridem accipi tradunt vulg. lex. VNDE Δᾳδιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod δᾳδώδης. Theophr. loco antè citato, τῶν τὸ μάλιστα δᾳδιώδες. nisi δᾳδώδες ibi scribendum aliquis existimet.

¶ Δαλὸς, οῦ, ὁ, Titio, Torris. Od. ε, Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν ἀποδὴν ἐνεκρυψε μελαίνῃ, Σπέρμα πυρὸς σπίζων ἵνα μὴ πυθοῖ ἄλλοθεν αὖτις. Sic Athen. 7, ἐνέκρυψε δ' ὡς πυρ δαλὸν εἰς πελλὴν τέφρας. Ponitur & pro titione extincto, vt B. ex Luciano annotat, ὅτω δαλόν τινα ἐπανατεινάσθαι δοκεῖς αὐτοῖς ὡς πῦρ ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδίναι. ‖Δαλοὶ in cælo οἱ διῃθούντες ἀστέρες. Bud. ex Aristot. Meteorol. 165. ‖ Hesychius μελάνουρον piscem hoc quoque nomine vocari scribit.

Δ Ἄ Η, ης, ἡ, Pugna magna. μάχη μεγάλη, Hesych. seu μάχη καυστηρὶ secundum Homerũ, vt etymologia exprimatur. à δαίω enim deriuatur. (licet δαΐ, solum hinc deducant grammatici, alterius vtpote parũ vsitati aut obsoleti etiam fortasse, mentionem non facientes) nam & πόλεμος ἄυσ ἀμφιδεδήειν dicitur, quasi bellum circum ea loca quibus infertur, ardeat.

Δαΐς, ΐδος, ἡ, Pugna, seu potius Pugna ardens aut feruẽs. à δαίω enim deriuari iam dixi. Il. ν, Ἀεῖται δὲ τάχιστα μιγῆναι ὀν δαΐ λυγρῇ. vbi apocopen esse pro δαΐδι tradit Eustath. & grammatici.

C. Δαΐφρων, ονος, ὁ. Bellicosus, Prudens. seu ὁ δαΐα (id est πολεμικὰ) φρονῶν. Deducitur & à δαίω, quod est Disco, quasi qui δέδαε φρεσὶ, vt de Circe loquitur Homerus: vel ὁ δεδαηθὼς φρονεῖν, id est ἀπὸ μαθήσεως φρονιμος. Item à δαίω quod est μαίζω, quasi cui δαΐεται ἦτορ, vt alicubi Hom. loquitur, πολλὰ φρεσὶ μερμηρίζων. Il. ρ, — Αἴαντ' δὲ δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε. Od. γ, Ἀμφ' Ὀδυσῆα ἄνακτα δαΐφρονα πεικιλομήτιν. Od. ο, Κουρίδης τ' ἀλόχοιο δαΐφρονος.

ΕΤΙ, Adhuc, Etiam nunc. Thucydides libro 2, καὶ Πυθοδώρου ἔτι δυοῖν μηνῶν ἀρχοντος Ἀθηναίοις, & quum Pythodoro duo menſes adhuc ſupereſſent ſummi magiſtratus. Ad verbum, Duos adhuc menſes ſungente magiſtratu. Idem in 7, ἔτι καὶ ὁκ τῶν παρόντων ἐλπίδα χεν ἔχεν. Vbi καὶ non iungo cum ἔτι. Bion initio cuiuſdam idyllii. Ἰξὺ τὰ ἔτι κῶρος ὢν ἄλσει δενδράεντι Ὀρνεα θηρεύων. qui adhuc erat puer (licet Naſo aliter vſus ſit hoc aduerbio, de ætate itidem loquens, O nec adhuc iuuenis, nec iam puer) Opponuntur verò ἔτι & ἤδη a Luciano in Lex. ἤδη μὲν ἀγενὴς κὴς, ἄπεπος δὲ ἔτι. Itidem in hac Philoſtrati epiſtola, quæ tota paucis hiſce cõtinetur verbis, ἔτι μεμφάσει σῦκα ἑωμά· θαυμάζοις δ' αὐ αὐτῶν ἢ τὸ ἤδη ἢ τὸ ἔτι, Erit autem quod mireris eas vel adhuc eſſe, vel iam eſſe. Intelligit autem (vt opinor) Mireris adhuc eſſe, ſi ſint anni antecedentis: mireris iam eſſe, ſi ſint huius anni. nam vtrumuis ſit νεοὰ fuerint, habita ratione temporis quo reperiuntur. vt ſi niuem æſtiuam vocemus quæ æſtate reperitur. At Naſo in loco quem modò attuli, Latinarũ vocum vſum immutaſſe videtur, O nec adhuc iuuenis, nec iam puer. pro Qui ætate es media inter iuuenilẽ & puerilem, Qui nec iam es iuuenis, nec adhuc es puer. id eſt, Et nondum es iuuenis, & non amplius es puer, οὔτε νεανίσκος ἤδη, οὔτε παῖς ἔτι. Sed Adhuc dixi: hic pro Ad hũc vſque diem, vt ſæpe accipitur, licet in paulo diuerſis loquendi generibus. Alibi verò Adhuc & ipſe dixit pro ἔτι, de ætate itidem loquẽs, Seu caperis primis & adhuc creſcentibus annis. Scholiaſtes Sophoclis annotat ἔτι idem eſſe quod ἀκμῶ, quum dicitur, ἔτι νέος ὄστ', & ἔτι πιῶ πόδε. Cicero hæc Platonis in Phædro, νέος ἔτι ὦ Φαῖδρε Ισοκράτης interpretatur, Adoleſcens etiam nunc ὁ Phædre Iſocrates eſt. ‖ Ἐπὶ ἔτι, pro Vſque adhuc, Ad hunc vſque diem, Budæus ex Platone. Addit verò & ἔτι καὶ νῦν pro Adhuc, ex Gaza apud Ciceronem De ſenectute. In vulgatis lexicis, ἔτι μέχρι pro Huc vſque, Adhuc. & ἕως ἔτι pro Huc vſque, ex Æſchine.

Ἔτι, Amplius, Præterea. Demoſthenes Philippicωn 2, τί πρὸς πύστις ἔτι; Lucianus in Hermot. pag. 117, τί πίνος γὰρ ἕνεκα ἔτι κόμιεσθε; Sæpe verò cum οὐκ, vt Latinè Non amplius, Non iam. Thucydides 7, οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἢν ἔτι ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων. Lucianus in Piſcatore, pag. 80, οὐκ αἰ' ἀφεθείης ἔτι. Idem in Hermotimo pag. 117, οὐκοῦν αὖ τῶν πρὸ τοῦ πρεσβύτερῳ θῦρης αὐτίκα, οὐκ ἔτι τὴν ἕτερον ἀποδύσεις. Ibidẽ verò & præcedente ἤδη, quod otioſum videri poteſt, καὶ ἡμεῖς πίνωμεν εἰ θύρα μὴν ἤδη τῶν πρὸ τοῦ πᾶς Σπωϊκοῖς πλὴν φιάλαι, οὐκ ἔπερβινᾶν τοῖς ἄλλοις ἀξιώσομεν. Sed & ipſe Homerus ſic vtitur, vt Odyſſ. λ, — ἐπεὶ οὐκ ἔτι πίσαι γυναῖξί. Et Odyſſ. ι, σὺ δὲ μαίνεαι οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς. ‖ SED Οὐκέτι ſcribitur etiam coniunctim, SICVT Μηκέτι. Il. β, v. 261, Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη. perinde

acsi dixisset(inquit Eust.) ἐὰν μὴ τόδε ποιήσω, μηκέτι ζῴω. A Demosthenes, καὶ μηκέτι τοῦ συμβούλου, ἀλλὰ τοῦ κολακεύοντος ἑτέροις βουλομένων ἐξέπασις ἰῶν. ‖ Nonnunquam autem οὐκ ἔτι siue οὐκέτι sonat Non item. ‖ At per particulã Iam non solùm in præcedentibus exemplis & similibus: verumetiam in aliis redditur. Alicubi verò & per Iam inde. vt cap. 1 Euang. Lucæ, καὶ τὸ βρέφος ἀγάλλετο πληθύνεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. id est Iam inde ab vtero matris suæ. Lubenter enim hanc interpretationem admitto & vt sensui loci conuenientem, & vt quam reddat verisimilem. COMPOS. Ἐξέτι, quo- B titur Homerus Iliad. ι, v. 106, Ἐξέτι τοῦ ὅτε δὴ νῦν Βρισηΐδα κούρην Χωσάμενος Ἀχιλῆος ἔβης κλισίηνδε θοάων. nam & hîc accipio ἐξέτι τοῦ (siue ἐξ ἔτι τοῦ: vtroque enim modo scribitur) pro Iam inde, Ex eo tempore. (Quod Homericum imitatus Gregorius dixit in Carm. Ἐξέτι τοῦ ὅτε μοι πικρὴν ἐπεμόρξατο πυελὴν Γλῶσσα) Sed & simplex ἔτι pro Iã inde, alibi obseruasse mihi videor. Item quod dicitur à Latinis Iam verò, id Demostheni esse ἔτι πίνων putat Budæus, exponens tamen & alio modo, videlicet Atque etiam, pag. 917. ‖ Ἔτι non solùm per Præterea, C sed & per Etiam, seu Quinetiam, vel Insuper, verti potest aliquando. Homerus certè ἠδὲ ἔτι dixit pro Atque etiam, Iliad. α, v. 96, Τοῖσιν ἐπ' ἀλγε' ἔδηκεν ἐκηβόλος, ἠδὲ ἔτι δώσει. At Il. ι, v. 105 addidit & καὶ, Οἶον ἐγὼν ἐέω ἠδὲ πάλαι ἠδὲ ἔτι καὶ νῦν. Demosth. ἔτι τοίνυν pro Atque etiam, (sicut & pro Iam verò, vt antè dictum fuit) Et ἔτι μὲν, in vulgatis lexicis itidem pro Etiam, vel Præterea. Dicitur & ἔτι δὲ (VEL Ἔτι δὲ, vt alicubi scribitur) pro Quin etiam, Insuper. Plato in Phædro, δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατ' D τοὺς τοῦ Λυσίου εἶναι λόγους, τὰ τῆς τύχης, ἔτι δὲ ἢ τῷ γυνικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. vbi Cicero interpretatur Præterea. vide pag. 6 mei lexici Ciceroniani. (Sed paulo pòst habetur, ἔτι τε καὶ ἀπορῆσαι μὴ ἀποχρῆναι τοῦτο: vbi vertit Cicero, Aut si his contentus non fuerit) At ex Plutarcho affertur ἔτι δὲ μᾶλλον pro Sed magis etiam, non vacante videlicet particula δὲ. Suspicor autem hoc ipsum Latinum Etiam ab ἔτι hanc signif. habente sumptum esse. nam dici Etiam quasi Et iam, nullo modo mihi fit verisimile. B

Ἔτι de futuro tempore, pro Posthac, In posterum. Cuius significationis aptissimum exemplum esse puto hunc versum Odyss. α & ε, Μή πῃς ἔτι πρόσθεν ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω Σκηπτοῦχος βασιλεύς. At scholiastes Euripidis annotat ἔτι de futuro tempore in isto etiam Euripidis versu, vbi alioqui præsenti iungitur, in Medea, Θάρσει κρατεῖς τοι καὶ σὺ τοῦδε τέκνον ἔτι. Sed illi minimè subscribo, quum sumi possit in ea significatione quã primam illi dedi. Ex Aristoph. autem affertur pro Posthac, in Ranis, ὅς πῃς ἔτ' οἰμώξεται.

Ἔτι interdum vacat. vt Odyssea ω, ἐν ἔτι γοῦν. Sic & apud Sophoclem, παρέλκον annotatur nonvno in loco. Alicubi verò & apud Aristophanem: putatúrque Atticus esse hic istius particulæ vsus. Apud Hesiodum abũdat & post οὐκ, dicitúrque οὐκ ἔτι pro οὐκ solo: vbi canit, — δίδυμόν τε γείνατο παῖδε, Οὐκ ἔτι ὁμοφρονέοντε. Sed & in plerisque aliorum poetarum locis οὐκ ἔτι pro οὐκ obseruaui. Apud Homerum autem geminatur etiam hæc particula in vno eodémque orationis membro, Odyss. λ, — οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον Φεαζέσκετο θυμὸν ἔτι μοι κρατερώτερον ἢ ἀρετὴν. vbi vacare posterior censetur. G

DE Οὐκέτι, ET Μηκέτι, ET Ἐξέτι dictum est in præcedentibus. AT Εἰσέτι (pro quo & εἰς ἔτι scribitur) interdũ præpositionem otiosam habere videtur: vt apud Lucianum, εἰσέτι καὶ νῦν, seu εἰς ἔτι καὶ νῦν. Interdum verò dicitur pro Adhuc in posterum, vel In posterum quoque. Plutarchus in Apophth. εἰ γὰρ τὴμερον, ἔφη, τέθνηκε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰσέτι τεθνηκώς. Vbi tamen vulgò exponitur Vlterius. H

ΕΤΟΣ, ους, τὸ, Annus. Thucydides ι, καὶ τὸ δεύτερον ἔτος ᾧ πολέμῳ τῷδε. Et libro 3, καὶ ἑκατὸν ἔτος ᾧ πολέμῳ ἐπολεύετο τῷδε. Ex eodem, ἔτη δὴ τριακόσια ἔτι ἦλθε, trecenti sunt anni ex quo venit. Idem libro 1, ἐγένετο δὲ ἔτεσι πεντήκοντα, Gesta sunt annis quinquaginta, Per annos quinquaginta, Spatio annorum quinquaginta. Et in datiuo apud eundem, ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἕβδομος ὢν αἰχμάζετο. Idem verò libro primo datiuum sine præpositione cum participio iunxit, Θάσιοι δὲ τείτῳ ἔτει πολιορκούμενοι, Quum tertium iam annum obsiderẽtur. Vel (eodem sensu) Quum iam triennium obsiderentur, (vt apud Platonem quidam ἔτει ἑνάτῳ interpretãtur Nouennio) Sed malo (vt alii) Tertio quàm obsideri cœpti sunt anno. Interdum verò per accusatiuum. vt Demosthenes, ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ὀν Θρᾴκην τεῖτον ἢ τέταρτον ἔτος ἔχει, πολιορκῶν τεῖχος πολιορκῶν, pro eo quo est, Tertio aut quarto abhinc anno. Afferunt tamen vulgata lexica ex eodem τεῖτον ἔτος ἔχει, & interpretantur Hoc triennio. At τὰ μνημεῖα ἔτη γεγραμμένα ἢ πεντακόσια, Plat. pro Quæ ante annorum decem millia picta erant aut sculpta. Budæo interprete. Vtuntur aliquando & genitiuo: vt Plato Symposio, οὐκ εἰδὼς ὅτι πολλῶν ἐτῶν ἀγαθὸν ὄντα δεῦρο ἔρχεται, pro Iam à multis annis. ‖ Quum verò de annis ætatis agitur, aut per accusatiuum dicunt, γεγονὼς, vel ἐτῶν, seu βιώσας τεσσαράκοντα ἔτη, (vt Isocrates Panathenaico, γεγονὼς μόνον ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα τῶν ἐκείνου πόλεων & ἑξήκοντα ἔτη γεγονὼς, Plutarch.) Et cum βιοῦν, Æschines in Ctesiphontem, ἔτη δύο ἐνιαυτοὺς ἄρχων πέντε, ἐπὶ δυσὶν τὴν ὡς τεσσαράκοντα ἔτη. Sed substantiuum verbum sæpe omittitur. vt Plutarchus, Μαστιγωθεὶς ὑπὸ Πολυβίου ὀνενήκοντα μὲν ἔτη ὑπῆρχε. Sic in quodam lepido Gnathænæ dicto apud Athenæum lib. 13, μακρὸς γε ὁ ζωπυρὸς ἔτη (vbi tamen malim ὡς legere.) Dicitur cum eodẽ verbo εἰμὶ & alia constructione: vt ἔτη ἤδη οὖσης τῆς τῶν τὰ ὀγδοήκοντα, Athen. 4. Et τῷδε ἔτει ὢν ἐνενήκοντα, Lucianus in Macr. Dicitur præterea aliquis ὅτι δὲ ἐνιαυτὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος, vel εἰκοστὸν, aut alius, pro Attigisse annum tricesimũ, vel ingressus esse annum tricesimum. Sic Herodianus 1. 5, ὁ δὲ Ἀλεξιανὸς δεκαπενταέτης ὢν ἐβασίλευσε. Apud Xenophontem autem Pædiæ 1, pag. 4. dicuntur τὰ δέκα ἔτη διεπολεμεῖν, qui decem annos (seu potius decimum annum, Latinorum more) exegerunt. ‖ Quum verò Quotannis significare volunt, dicunt ἀνὰ πᾶν ἔτος, vel καθ' ἕκαστον ἔτος. Sed & ἔτος ἑκάστου ex Herodoto pro eodem. Item αἱ δι' ἔτους θυσίαι Aristidi, Sacrificia quæ quotannis fiunt, Sacrificia annua. At verò παρ' ἔτος sign. Alternis annis.

Ἔτος quũ annum significet, eandémque significationem habeat ἐνιαυτὸς, meritò aliquis miretur quod Aristophanes dicit, videlicet τοῦ ἐνιαυτοῦ: sed Eustathius scribit ἐνιαυτὸν interdum significare χρόνον διαπεπαυμένον ἔχοντα, non autem σύνταξιν. Vide plura apud eundem.

Ab ἔτος composita, quum de ætate dicuntur, ὀξυώδεσι, vt homo ἐνιαετὴς: at quum de tempore simpliciter, βαρύνεσθαι, vt ἐνιαετὴς, ex Suida annotatur. Idem tamen Suidas ex Aristophane citat ὀξέτει τῷ βαυλίσκῳ πεπόδιμος, dicens Attice accentum in penultima collocari.

C. Ἀμφέτος, VEL Ἀμφετὶ aduerbium, Quotannis. ad verbum quasi Circumannuatim. Suidas ἀμφέτει habet παροξυτόνως, & exponit ἐν ἀπαρτῷ ἔτει. B. habet Ἀμφέτος, quod & in vulgatis lexicis legitur. VNDE Ἀμφετέω, Quotannis sacrifico, vel Per totum annum sacrifico. Etymologistes. ET Ἀμφετίζεσθαι passiua voce (ab actiuo ἀμφετίζειν) Quotannis recurrere, & quasi in orbem redire. ad verbum sonat Circumannuari, Eustathius exponit κατ' ἔτος τελεύτεσθαι: sed format ἀμφετὶ aduerbium ab hoc verbo: quum multo magis sit rationi consentaneum, ab ἀμφετὶ aduerbio formare verbum ἀμφετίζεσθαι, & hæc formatio possit aliorum multorum exemplo confirmari.

Ἀμφετίζομαι, Idem quod ἀμφετίζομαι. Nam quod Eustathius dicit verbo ἀμφετίζεσθαι significari, id, secundum Hesychium & Etymologisten, significat verbum ἀμφετίζομαι. Nisi fortè aut apud hos aut apud illum librariorum est error. Certè mihi magis placet ἀμφετίζεσθαι. Sciendum est autem apud Hesychium corruptum esse τελεχομένας pro τελεχομένας, vbi habetur, ἀμφετιζομένας, τὰς κατ' ἐνιαυτὸν τελεχομένας.

C. Αὔτετος, Eodem anno. Odyssea γ, — ὅθεν τέ τοι αὖτε ἔπειτα οἰωνοὶ A Αὔτετος οἰχνεῦσιν, id est τῷ αὐτῷ ἔτει, vt vulgò exponitur. Eustathius tamen vult esse pro δι' ὅλου ἔτους, id est Per totum annum. Dicam autem de hac expositione & infrà, in Αὐτοδεκαετῶν. HINC Αὔτετος, ἔος, ὁ καὶ ἡ, vt αὐτοετὴς αὐαίνεται, eodem anno marcescit. Theophrastus, πύκνα δὲ καὶ ἐλάτη ἀποκόπτουσι, αὐτετεῖς αὐαίνονται. eodem ipso anno marcescunt, quo videlicet amputatæ fuerint. Et, τὸ μὲν αὐτετὲς, τὸ δὲ εἰς νέωτα φύεται, Partim anno primo, partim secundo oritur, Caza interprete. Pollux τὸ ἐνιαύσιον vocari etiam tradit αὐτέτη. ITEM B Αὔτετος οἶνος pro αὐτετείτης, (si Galeno credim' apud Hippocratem) Vinum quod est eiusdem anni, [quo bibitur videlicet,] Vinum hornũ. Sed à Polluce αὐτετος οἶνος exponitur ὁ ὀπτὸς χρόνος. itidémque Suidas αὐτεῖρῦν exponit, (pro quo male in quibusdam editionibus αὐτεῖρῦν) vt sit Vinum vernaculum. Sed qui Iam exposuerunt etiam ὁ ἀμιγὴς καὶ ἀνεῖ τοῦ χρόματος: pro quibus habet Erotianus ὁ ἀποθραυστος. Sequendo autem hãc alteram expositionẽ, ab ἔτος deducũ hoc vocabulũ non fuerit. C

C. Δεκαετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Decennis, Decennalis. vt δεκαετὴς πόλεμος. HINC Δεκαετία, Decennium. AT verò Αὐτοδεκαετῶν apud Thucydidem nõ est ex pronomine, & nomine δεκαετῶν (genitiuo plurali à δεκαετὴς) compositum. exponitur enim ὁλοκλήρων δέκα ἐτῶν, id est solidis decem annis. Atque vt minus hunc pronominis vsum mirer facit illud αὐτέτης quod ab Eustathio exponi δι' ὅλου ἔτους modò dictum fuit. hanc enim sequendo expositionem, idem fuerit vtrobique pronominis vsus. Inuenitur autem ille genitiuus αὐτο- D δεκαετῶν apud Thucyd. lib. 6, p. 172. Pro Δεκαετὴς verò dicitur ET Δεκέτης.

C. Διετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Bimus, Duorum annorum. Geopon. διετὴς δὲ θηλυδίοις τὴν μόρσιν ἀνοιχτέον. id est (vt Varro habet) Castrare non oportet ante bimatũ. Aristoteles de gener. animalium lib. 4, διετὴς ὁ πόρος τοῦ ἐλέφαντος ἐστί. Plinius lib. 8, cap. 10, de partu elephantorũ, Decem annis gestare in vtero vulgus existimat: Aristoteles biennio. Et διετὲς, neutro genere, Bimatus, Spatium E duorum annorum. Æschines, ὅσοι δὴ διετὲς ἡβῶσι, qui supra biennium sunt puberes, Qui biennium agunt supra pubertatem, Qui sextum decimum annum attingunt, vt exponunt vulgata lexica. Aristoteles De historia animalium lib. 3, ἀποβάλλει δὲ τὴν ἀρχὴν μόνον ἔλαφος κατ' ἔτος, ἀρξάμενος ἀπὸ διετοῦς. VNDE Διετία, ας, ἡ, Biennium. ET C. 2, Ἐπιδιετὴς, Qui biennium excessit, Qui supra biennium est.

C. Δωδεκαετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ Qui duodecim annorum est.

C. Ἑβδομηκονταέτης ET Ἑβδομηκοντούτης, Septuagenarius, F Qui septuaginta annorum est. SIC Εἰκοσαετὴς & Εἰκοσέτης, Qui viginti annorum est. εἰκοσαετὴς ἑταιρία, viginti annorum amicitia. εἰκοσαετὴς χρόνος, tempus viginti annorum. SIC Ἑκκαιδεκαέτης ET Ἑκκαιδεκέτης, Qui sexdecim annorum est. ITEM Ἐνναετὴς, Nouennis. Et ἐνναέτης, Per nouem annos. Hesiodus Ἐνναέτης δὲ θεῶν ἀνεείρεται, nouennio. PRO QVO Ἐνναέτης etiã dicitur, Odyssea ξ, ἐνναέτης πολεμιζόμην, Per nouem annos. SED ET Ἐνναέτης, ιδος, fœmin. G genere dicitur, id est Nouennis, Quæ nouem annorum est, Nouem annos nata. Epigramm. lib. 3, — κούρῃ αἰμύλον ἐνναέτην. ITEM Ἐννηκονταέτης ET Ἐννηκοντούτης, Qui nonaginta annorum est, Nonagenarius. ITEM Ἑξαετὴς, Qui sex annorum est. Et Ἑξέτης aduerbialiter, Sexennio, ex Homero. VNDE Ἑξαετία, ας, ἡ, Sexennium. Pro ἑξαέτης verò dicitur ET Ἑξέτης, Sexennis. Aristophanes, ἑξέτη τ' ἰπποκόμοι τε πεδόμβρος. Apud Platonem autem lib. 7 De legibus pag. 278, de pueris loquentem, τριετῆ δὲ δὴ καὶ τετραετῆ καὶ πενταετῆ καὶ ἑξετῆ ἤδη ψυχῆς δεῖ παιδιῶν, δέον αὐ ἐν τούτων, Budæo legendum videtur ἑξαετῆ. Cuius FOEM. Ἑξέτης, ιδος, H Sex annos nata. Plato lib. 7 De leg. 276, ὡς τ' δὲ πνεῦμα τῇ τῶν ἑξέτιν, διακρινέσθω οὐ πάνυ τι χρόνος ἑκατέρων. (vbi B. legẽdũ videtur ἑξέτιν vel ἑξαετῆ, pro ἑξέτη) Cæterùm Eust. à recentioribus Atticis fœmininum genus ετις, ιδος, huiusmodi ab ἔτος compositorum vsurpari annotat, citans adespoton hoc, τεσσαρακοντούτιδες ἀστοιδαί. Sed ea fiũt ab illis masculinis quæ ad normam nominum primæ declinationis inflectuntur. Qua de re in fine horum compositorum admonebo. ITEM Ἑξηκοντοετὴς, Sexagenarius, Qui sexaginta annorum est. ET Ἑπτάετὴς, Qui septẽ annorũ est, Septennis. Vnde ἑπτάετες aduerb. Septennio seu Septennium: Od. ξ, Ἔνθα δὲ ἑπτάετες μένον. HINC Ἑπταετία, ας, ἡ, Septẽniũ. Pro ἑπτάετὴς verò dicitur ET Ἑπτέτης, Septennis, Qui septem annorum est. A quo FOEM. Ἑπτέτις, Quæ septem annorum est. ITEM Ἑπτακαιδεκέτης, Qui septendecim annorum est. ET Μυριέτης, Qui decies mille (seu infinitorum) annorum est. vt μυριέτης βίος, Vita longæua, Vita annosa.

AT Ὀγδοηκονταέτης SEV Ὀγδοηκοντούτης, Qui octuaginta annorum est, Octuagenarius. ITEM Οἰέτης, Æqualis, Eiusdem ætatis, Qui idem annorum spatium compleuit. Il. β, [ἵππους] Ὁπηδοῦσας οἰέτας, id est ὁμοέτας, seu ὁμοχρόνους seu ὁμήλικας: vt sit Syncope ex ὁμοῦ & ἔτος, exempto μου, & inserto ι metri causa. Sunt tamen qui ab ἔτος quoque deriuatum hoc vocabulum existimẽt. ITEM Ὀκταέτης, Qui octo annorũ est. A quo FOEM. Ὀκταέτις. ITEM Ὀλιγοέτης, Qui paucorum annorũ est: VNDE Ὀλιγοετία, ας, ἡ, Paucitas annorũ. ITEM Πενταέτης, siue Πεντοετὴς, Qui quinque annorum est. vt πενταετεῖς ἀστοιδαί, fœdera quinquennalia, apud Thucydidem. Et πενταέτες aduerbialiter, Quinquennio, seu Quinquennium. VNDE Πενταετία, ας, ἡ, Quinquennium. Pro πενταέτης verò dicitur ET Πεντέτης. vnde πεντέτεις ἀστοιδαί apud Aristophanem, Fœdera quinque annorum. ITEM Πεντηκοντοετὴς ET Πεντηκοντούτης, Quinquagenarius, Qui quinquaginta annorum est. Plato De leg. πεντηκοντούτεις ἀστοιδαί, Quinquaginta annorum fœdera. Fœmininũ à πεντηκοντοέτης EST Πεντηκοντοέτις. Thuc. πεντηκοντοετίδων ἀστοιδῶν, fœderũ quinquaginta annorum. Ab eodem est ET Πεντηκονταετία, Quinquaginta anni. Thuc. ITEM Πολυετὴς, Qui multorum annorum est, Annosus. A quo EST Πολυετία, ας, ἡ, Multitudo annorum, Annositas. ET Πολυετέω, Multorum annorum sum, In multos annos duro, Vnde πολυετεῖ in vulg. lex. Afferuatur in multos annos. ITEM Τεσσαρακοντοέτης ET Τεσσαρακοντούτης, Qui quadraginta annorum est, Quadragenarius. ITEM Τετραετὴς, Qui quatuor annorũ est, Quadrimus. τετραετὴς χρόνος, Tempus quatuor annorum, Quadriennium. Herodot. A quo EST Τετραετία, ας, ἡ, Quadriennium. ITEM Τριακοντοέτης ET Τριακοντούτης, Qui tringinta annorum est. τριακοντούτεις ἀστοιδαί, Fœdera in triginta annos icta, Fœdera tricẽnalia. A quibus FOEM. Τριακοντοέτις ET Τριακοντούτις, Quæ triginta annorum est. Plut. Numa, τριακοντοέτις ἀγκύλη, Castitas triginta. In vulg. lex. annotatur τριακοντοέτιδας ab Aristophane vocari scortas: indéque ESSE Καταστριακοντοῦσθαι, Cum scortis rem habere. ITEM Τριέτης, Qui trium annorum est, Triẽnis. Herodot. τριέτης χρόνος. Et τριετὴς παῖς apud Ammon. Puer trimus, seu tres annos natus. At τριέτης aduerbialiter, Triennio, Trienniũ, Per spatium trium annorum. Quò pertinet quod ex poeta Ammon. citat, Ὡς τριέτης μὴν ἀλιθεδόλῳ. VNDE Τριετία, ας, ἡ, Triennium. ET Τριετίζω, Fut. ίσω, Triennis sum, Triennium ago. vt τριετίζων μόχθος, Vitulus trimus seu trium annorum. Annotandum verò hîc quod ad accentuum diuersitatem in his compositis attinet, in communi lingua ea acui, dicio; τριέτης, διετὴς, & eodem modo in cæteris: ab Atticis autem accentum in penultimam retrahi: nec id solùm, sed ea ipsa secũdum normam nominum primæ simplicium declinationis inflecti, dicique δωδεκάετες, δωδεκάετου, sicut οἰκέτης, οἰκέτου. A quibus fœminina in ις, ιδος, formantur: vt à τριακοντοέτης, fit fœm. τριακοντοέτις: vnde τριακοντούτιδες ἀστοιδαί apud Eust. Cæterùm retracto accentu in penultimam Atticorũ more, nihilominus ea nomina inflecti ad canonẽ primæ contractorum declinationis, ostendit ἑξέτι apud Aristoph. quod Suidas quoque agnos. & πεντηκοντούτεις ἀστοιδαί apud Plat. & similia alia.

C. Αὐτήτης, Horn⁹, v. l. ex Hipp. (pro αὐτήτης, de quo suprà)

Simile huic compositō ET Τῆπες ET Τῆπα, Hoc anno.quo vocabulo Synes.crebrò vtitur.Aristoph.Vespis, ὁσοις δίκαι πῆπες μέλλοισιν ἔσεσθαι. PRO quo Τᾶπες & Τῆδες dicunt Dores, teste Suida. ITEM Σαπῆς apud Hesychium πὲ ἐπ' ἔπος, Doricè. Pro quo in vulgatis lexicis EST Σαπὴς:deducentibus INDE Σαπάνος πυρός.Apud eundem Hesychium est ETIAM Σαπῆς,id est ἐπ' ἔπος.

C.Ἐπέτειος,ου,ὁ καὶ ἡ, Anniuersarius, Annalis, Annū durans.Budæus ex Theophrasto, φασὶ δὲ οἱ μὲ ἐπέτειον εἶ), οἱ δὲ διαμένειν πλὴν ῥίζαν εἰς χρόνον. ‖Ἐπετείοις ὑμᾶς ὄντας, Suidas exponit ἀμεταβλήτους, ὀλιγχρόους, μὴ διαμένοντας ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ, ἀψικόρους: dicens metaphoram sumptam esse ἀπὸ τῶ οἰνῶν μὴ ἀοιήμων ὄντων, ἀλλὰ φερομένων τῆ τήσει. VNDE Ἐπετειόκαρπος,ου,ὁ καὶ ἡ, Vno anno fructificās. in vulgatis lexicis,ex Theophrasto,lib.1. ET Ἐπετειόκαυλος,ου,ὁ καὶ ἡ, Cuius caulis hyeme moritur. Budæus ex Theophrasto lib. 7, pag.82. Affert verò & Gazæ interpretationē, Qui annuo caule cōstat,etiamsi radices permanent.In vulgatis lexicis exponitur, Qui singulis annis caulem mutat. ET Ἐπετειοφόρος, Qui in singulos annos fructificat,Annuatim fructum ferens.Theophrastus in 1 De causis plantarum. πανεπιφόρα δὲ καὶ οὐκ ἐπετειοφόρα ἀλλ' δεῖ δρᾶν, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώδη. A quo EST Ἐπετειοφορεῖν,In singulos annos fructum ferre. ET Ἐπετειόφυλλος, ου,ὁ καὶ ἡ, Singulis annis folia mutans. Theophrastus in 7, τὰ δὲ κιττοειδῆ πάντα ἐπετειόφυλλα. Simile τῶ ἐπέτειος (quod ad cōpositionis formam attinet) EST Μακρέτειος, Qui in longos annos perdurat,Annosus,Longæuus.idem quod μακραίων.

C. Ἀμφιετηρὶς, ίδος, ἡ, Festum anniuersarium, Festum quod celebratur quotannis. Suidas. ET Δεκαέτηρος, Decennalis. δεκαέτηρος χρόνος, Decennale tempus, Decennium, Plato De legibus 6. Pro quo dicitur ET Δεκέτηρος. vt δεκέτηρος μάχη, Decennalis pugna, Bellum decem annorum. Epigramm. Quibus simile EST Ἐνναέτηρος, Nouennis seu Nouennalis. Hesiodus, βόες δ' ἐνιαύτηρες. ET Εὐετηρία,ας,ἡ, Annuorum prouēctuum felicitas, Copiosa anniuersariorum redituum exuberantia, Fertilitas.Xenophon Hellenicōn 5,ὅτι ὁ σῖτος ἐν τῆ πόλει πολὺ ἦν, εὐετηρίας γὰρ οὐκέτι τῶ πρόσθεν ἔτους. Demosthenes cōtra Philippum 4, τὸ δὲ ὠνίων πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν εὐετηρίαν κατὰ τὴν ἀγορᾶ. Item Felix anni successus. Aristoteles De historia animalium 8, ὅταν κῆ τὴν αἰθρῶπῶν εὐετηρία ἦ, καὶ τῶν πλείστων ἰχθύων συμβαίνει εὐτυχεῖν, quum prosperè & salubriter hominibus cedit tempus anni,Budæo interprete.Chrysostomus, εὐδοκιμῶν, εὐετηρίαν, τὴν ἑκάστου κακῶν ὑπεκκαιόντων τῶ χεῖραν ἀπαλλαχῶ αἰτῶν. ET Ὀκταετηρὶς, ίδος,ἡ,Octennium,Octennale tempus, Laertio. ET Πενταέτηρος,Quinquennis, Quinquennalis. Odysseæ ξ, τῆ πενταέτηρος. A quo EST Πενταετηρὶς,ίδος,ἡ, Quinquennium. ET Πενταετηρικὸς ἀγῶν, Quinquennale certamen, Maccabæorum 2,cap.4. Pro πενταετηρὶς autem dicitur ET Πεντετηρίς. Thucydides, πεντετηρίδα ἐποίησαν τὰ Δήλια,Delia festa quinto quoque anno celebrarunt. A quo EST Πεντετηρικὸς, Quinquennalis, Qui singulis lustris recurrit. Huiusmodi est ET Τετραέτηρος,idem quod πεντάετης, Hesychio. VNDE Τετραετηρὶς, ίδος,ἡ, Quadriennium. ET Τετραετηρικὸς,οῦ,ὁ, Qui quadriennio recurrit. vt πεντραετηρικὸς ἀγῶν, certamen quod quarto quoque anno instituitur. ITEM Τετέτηρες, Triennis, Trimus, Triennalis.Epigramm. VNDE Τετετηρὶς,ίδος,ἡ, Spatium trium annorum, Triennium.Latini etiam hac voce vtuntur. Martialis lib. 6, – paruus nec adhuc trieteride plena Regulus.Cicero De natura deorum 3, A quo trieterides constitutæ putātur. ET Τετετηρικὸς, Triennalis, Trietericus.Virgilius Æneid.6, celebrant trieterica Baccho Orgia. id est, quæ tertio quoque anno sumptuosiora annuis eius orgiis agitabantur.

Ἐτήσιος,ου,ὁ καὶ ἡ, Annuus. Apollonius Argonauticōn 1, ἐτήσια χύτλα χέοντες. Idem ἐτήσιοι αὖραι. Nonnus μνημοσύνῳ πελέσκον ἐτήσιον.Thucydid.ἐτήσιοι θυσίαι,anniuersaria sacrificia. Idē, ἐπ' ἐτησίῳ θεσταισία,annuo magistratu. Aristoteles in Problemat. βορέαι ἐτήσιοι, Aquilones anniuersarii,seu Aquilones etesiæ,vt Plin. vocat.Naz. τὰ ἐτήσια πανηγυρίζουσι, anniuersaria celebrant. ATἐτησίαι dicuntur venti quidam anniuersarii. Aristoteles De mundo, Τῶ ἀνέμων οἱ μὲ χειμῶνος, ὥσπερ οἱ νότοι, διαμένουσιν· οἱ δὲ θέρους, ὡς οἱ ἐτησίαι καὶ ἀπηλιῶται, μέχρι ἔχουσι τῆς τῶ ἀρκτου φερομένου καὶ ζεύγους.id est, Ex ventis quidam hyeme pollent,vt austri:quidam æstate,vt ἐτησίαι, (id est anniuersarii) cinnum quendam conficientes septentrionum atque fauoniorum. Vbi tamen Budæus interpretatur non Fauoniorum sed Subsolanorum:videtúrque (vt annotant vulgata lexica) legisse βόρων,sequutus Strabonem qui libro tertio, Venti (inquit)spirant subsolani,id est βόρειοι, qui & etesiæ dicuntur. Gellius lib.2,cap.22, Addidissemque eos qui Etesiæ & Prodromi appellantur,qui certo anni tempore, quum canis oritur, ex alia atque alia cæli parte spirant. Plinius lib.2, cap.47, Huius [caniculæ] exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt,quos prodromos appellant. post biduum autem exortus, idem aquilones constantius perflant diebus quadraginta; quos etesias vocant. Idem lib.18,cap.34,de aquilone loquens,Mollit sidera æstate media,mutatque nomen & etesias vocatur.Gorræus annotat ἐτησίας esse anniuersarios ventos qui circa decimum vel duodecimum diem à caniculæ ortu flare incipiant vsque ad arcturi exortum, hoc est, vsque ad æstatis finem: quos qui antecedant, προδρόμοις appellari:eos autem canis ortu dirimi.

C.Διετήσιος,ου,ὁ καὶ ἡ, Per totum annum durans. Thucydides lib.2,pag.60, ἀγῶσι μὲ γὰρ καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες,ἰδίαις δὲ κατὰ πόλεις εὐτρεπίσι, Ludis & sacrificiis toto anno,ex instituto patrio.

C.Διετίζω,Totum annū duro,Annum compleo.Budæus exponit Peranno, item ex Gaza,Annum solidum traduco. Aristoteles De historia animalium lib.9, cap.41, de vespis sylvestribus,εἰσὶ μὲ γὰρ ἐκεῖ διετίζουσι, καὶ ὑπερῶσι τὸ χειμῶνος ἐν ὑφειῶν κατὰ γῆν ἐν πόρῳ, seu,vt paulo post addit, ὑπερῶσι δὲ ἐνίοτε τὸ χειμῶνος, dicens illud ad differētiam τῶ ἔρχατῶν, de quibus sequitur, οὐ διετίζουσι, ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν ὅταν χειμὼν γένηται. Illud autem demonstrans, addit, τὸ γὰρ χειμῶνος δρῶμεν μὲ, μόνοι γίγνονται, τοῦ δὲ θέρους δὲ οὐ φαίνεται ὧν. vt διετίζειν ea dicantur quæ non tantùm verno & æstiuo tempore conspiciuntur, sed etiam autumno & hyeme. Sic idem Aristoteles, οὐ διετίζουσι πάντες, lacerti vita annum non transit. nam sequitur statim, ἔνεστι γὰρ ἔδεμιῶνος εἶναι ὁ σαῦρος. Theophrastus De historia plantarum lib.1, cap.3,ὅσα δ' ἐπετείοις καρπὸν καὶ ὅσα διετίζει, καθάπερ σίλινον. Gaza verò alicubi διετίζειν vertit Bimatum complere. quemadmodum nonnulli illud Aristotelis paulo antè citatum, οὐ διετίζουσι, ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν, ex Plinio interpretātur, Vita bimatum nō transit. Sed verba illa Aristotelis,de vespis sunt,at Plinii,de crabronibus sylvestribus.

E Ὑ, Benè,Recte. Iliad. β, εὖ κ' ἔπος ὧδε θεξάσθω, εὖ δ' ἀκουσάτω. vbi exponi etiam potest Ritè aptè clypeum. Sic & Iliadis γ, Κτήματ' ἐλὼν εὖ πάντα, γυναῖκά τε οἶκόν τ' ἀγάγεσθω. Aristoteles de natura loquens, εὖ δὲ καὶ τὸ ἡδὺ ὀνόμασαν μεμηχάνηται. vbi vel itidem Rectè, vel Aptè seu Commodè exponi potest: ad quas significationes extendunt interdum illæ etiam Latinæ particulæ Bene & Rectè. Plutarchus in Themistocle, οὐχ ἥδιον εὖ τὸν καιρὸν ἢ τὸν τόπον φυλάττει. Interdum dicitur εὖ μάλα pro Rectissimè, q. d. Valde rectè. Opponitur autem κακῶς huic εὖ. sed Thucydides ei opponit & comparat. χέρον, lib.2, εὖ τε καὶ χέρον εἰπόντι. Ex Aristide verò affertur εὖ τε καὶ ὡς ἐτέρως, itidem pro Bene & malè. Cui simile esse arbitror quod Latini dicūt, Bene vel secus. ‖Εὖ pro Facilè poni arbitror à Theophrasto De plantarum historia lib.9, μίσγεται δὲ πρὸς πλείστα, ὅπως εὖ ἐμίσθη, τὸ τῆς ἐλεβόρου σπέρμα. ‖Εὖ interdum (vt & Latinè Bene,ac Gallicè Bien)idem ferè quod ἀκριβῶς,id est Exactè,Planè.Nā vt Hom. dicit εὖ εἰδέναι & post eū cæteri quoque scriptores Græci, sic Lat.interdū Bene nosse, (præsertim tamē cum acc.personæ)& Galli Scauoir bien.

Nonnunquam verò Sat scire Latini dicunt.Sed tamen εὖ οἶδ' ὅτι & in εὖ ἴσθι vim illam non retinet, vt apparet ex iis quæ à Budæo traduntur pag.396. ‖Εὖ,Feliciter.Il.α,circa principium,Ἦ μὲν δὴ θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Ἐκτόρεα Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι, (Vulgata tamen interpretatio est hic quoque,Bene)Sic ζῆν εὖ non dubium est quin ab Aristotele dicatur pro Viuere feliciter,Felicem vitam agere: cum alibi, tum Polit.7,ὅσοι δὲ ἐν πλούτῳ τὸ ζῆν εὖ πεφεύγασι. Nec verò obscurum est hunc Græci εὖ vsum imitari voluisse Horatiū, quum cecinit,Si bene qui cœnat,bene viuit: lucet, eamus Quò ducit gula. (Et vicissim Malè pro infeliciter ab eodem poni existimo in hoc versu, Nec vixit malè qui natus moriénsque fefellit)Alibi verò Rectè in eadē aut simili significatione dicere videtur, Viuere nec rectè,nec suauiter. In memoriā autem mihi reuocans hi loci aliū quendam eiusdem poetæ,in quo eum opinor Græcum καλῶς imitari vel potius exprimere voluisse, (sicut in illis reddidit εὖ) nimirum vbi scribit,—bene erat non piscibus vrbe petitis, Sed pullo atque hœdo. Et alibi—sic vt mihi nunquam In vita fuerit melius.Sic loquuti sunt alii etiam scriptores Latini. Sed & Pulchrè esse alicui,eodem sensu ab illis quoque dicitur,atque adeo & ab hoc ipso poeta.Talem certeuium aduerbii καλῶς memini me apud quendam comicum obseruare. ‖Vt verò ab vno comico ad alium veniam,quid de hoc Philemonis loco dicendum est, in quo εὖ genitiuo iungituris est apud Athenæum lib.13, Οὐκ εὖ σεαυτῶ πυξαίνος ἔχων; ἐᾷς Πάνυ τι θυεσκέσας ἀνεψιῶν. Ego certè postquam diu multumque hūc locum expendi,nullam inuenī aptiorem expositionem quàm Gallicam.ita enim planè ad verbum dicimus. Il ne suis pas bien de moy, vel Il ne suis pas bien de ma personne, vt Græcè,οὐκ εὖ ἐμαυτῶ ἔχω.(Sic autem εὖ cū genitiuo iungitur,positum cum verbo ἥκω) Cæterùm non sequor vulgatas Athenæi editiones:sed interpunctionem quæ ibi est post πυξαίνος, pono post ἔχων,vel potius eam in notam interrogationis muto. Video autem & versum secundum imperfectum esse,& aduerbium aliquod deesse suspicor significans Statim.

Εὐγενής,q.d.Præclarè natus.id est,Nobili loco natus. (nam Bene natus aliud potius sonat)vide in Γίνομαι.Itidem verò εὖ cum βάκεμαι, cum ἔχω, cum ποιῶ, cum ἀγῶ,cū λέγω,cū ἥκω,aliisque multis verbis, vide in vnoquoq; illorum. Volūt porro quidā gramm. εὖ esse à NOM.Εὖς,id est Bonus.vt εὖς παῖς Ἰαπετίδης.vt videlicet sit tanquam à neutro εὖ,facta crasi. SED dicitur & Ἡῦς.vt Iliad.ε,—ἠῦς τε μέγας τε. Adeo vt illud alterum εὖς sint qui contrà ab εὖ deduci putent. Ab ἠῦς autem putatur esse ET genit. ἕος in παῖδος ἕος, vt sit ἠῦς, ἕος,& per metathesin ἕος. Alii tamen aliunde deducunt. Vide Eustathium. AT verò ἐάων, id est bonorum (in δῶρ' ἐάων) sunt qui ab ἐὼν potius deriuent.

Εὖγε,Rectè,Rectè sanè.Aduerbium laudantis,& approbātis seu assentientis.Philo De vita Mosis lib.3,postquam edictum quoddam Mosaicum retulit,illud laudās,subiungit,εὖγε ὦ πάνσοφε μόνος ἀμιγῶς ἠκρατέσω σοφίας· τὸ καταφρόνησαι χέρον τὸ ὀνομάζειν ἀπ' εἰλικρίνας. Lucianus pag. 46, εὖγε, οὕτω ποιεῖτε. Et ibidem, εὖγε. ἄξια ταῦτα ὠνήσω. Scio tamen neque hic neque illic distinguī post εὖγε in vulgatis editionibus:sed ego ex aliis locis distinguendum esse colligo. Nam εὖγε pro loco significat quod Gallicè dicimus,C'est bien faict, vel C'est bien dict, vel Cela va bien. adeo vt alicubi reddi posse existimem Laudo factum.Latinis tamen Euge traditur esse interiectio nō solùm assentientis & laudantis,sed etiam congratulantis,& exultantis. ‖Nonnunquam tamen cum πιεῖν ponitur,eodem modo quo καλῶς.vt Plutarchus Sympos. sept.sapient.εὖγε Χερσίας ἐπόησε μνησθεὶς τῶ οἴκου,Bene fecit Chersias quòd meminerit, vel Bene factum à Chersia,&c. ‖Interdum verò cum genitiuo. vt apud Luc.εὖγε τῆς θεραπαίνης.In hoc autem loco & similibus crediderim reddendum Macte. quod vocabulum non ablatiuo tantùm iungitur, vt in Macte virtute: sed genitiuo quoque(sicut εὖγε)vt in Macte animi.

Εὖγε,insultantis,apud Græcos Bibliorū interpretes: vt Hieron.annotat in hunc locum Ezech.cap.6, καὶ εἶπον εὖγε εὖγε, ὅτι πᾶσι τοῖς βδελύγμασι.

ET Ὀ Ἰ,quasi εὖ οἱ,Bene[sit]illi. Vox est quæ Baccho acclamabatur à bacchantibus mulieribus. Latinè Euo & Euohe.Et ἰοῦ βάκχε, quod Virgilius & Ouidius dicunt Euohe Bacche.Dionysius Alex. de Indis loquens, Καὶ μετὰ λιθάων ἱερὸν χορὸν ἐστήσαντο, Ζώματα καὶ κεφαλὰς ὅπῃ ἐπέεσσι λαβόντες, Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες.vbi Eustathius annotat ἰοὺ Βάκχε esse ὑμνητικὸν λόγιον quod Baccho acclamabatur:sicut & ἰὰ, vnde ἰάζειν deducitur: dicitúrque εὐΐος ipse Bacchus. Sed alios scripsisse εὐεῖ cum aspiratione,tanquam aduerbium primitiuum ex quodam enthusiasmo profiliscens: alios autem tenuasse, accipientes pro εὖ ἀπῷ.Hactenus Eustathius. At ego fateor quidem,vbi non additur vocatiuus Βάκχε, conuenire εὖ οἱ pro εὖ ἀπῷ:sed quum adiungitur,qui quadrare possit,non video.quis enim εὖ ἀπῷ Βάκχε pro εὖ σοι Βάκχε dicat. Pro me autem facit vnum exemplar cuius inter alia ex regia bibliotheca patri meo facta fuit copia,Dionysium sub typis suis habenti. quum enim ex iis quædam ἰοῦ,quædam εὖ οἱ haberent,in vno εὖ σοι legebatur. Quod nisi ita legamus, ἰοῦ coniunctim scribendum, miniméque ad id quod sonat pronomen οἱ respiciendum fuerit. Ac profectò scrupulum iniicit & vox Σαβοῖ,quæ alteri aliquando adiungitur. (vt a Demosthene Pro corona, καὶ βοᾶν ἰοὺ σαβοῖ. vbi Æschini exprobrat, eum aliquando matrem ad sacra comitari solitum,& clamare ἰοὺ,σαβοῖ)quomodo enim & in σαβοῖ separabimus οἱ ab altera syllaba? Vicissim tamen quum Euohe Virgilianum pariter & Ouidianum considero, in eo mihi videor aspirationem particulæ οἱ agnoscere, seorsim positæ. Dicam igitur infrà quomodo nodus hic solui posse mihi videatur.

Εὐαί,alia vox earundem mulierum bacchantium, quam Baccho acclamabant. de qua itidem dubitat Eustathius,an potius diuidenda sit,scribendo εὖ αἴ. Pausanias in Messenicis tradit montem quendam Itoniæ vt bi vicinum Euan fuisse nominatum ab ea voce Bacchica quam & Bacchus & mulierses cum eo bacchantes illo primùm loco ediderint. (At Latinis poetis est Euan & Bacchi cognomen) HINC Εὐάζειν esse constat,id est Euan clamare.Latini poetæ Euare dicunt:sed hoc Seruius poni tradit pro bacchari,à Libero qui Euā appellatur. In Epigrammatis,εὐάζειν Βάκχῳ, pro Orgia Bacchi celebrare.Sed & generalius εὐάζειν pro Celebrare:vnde εὐάζειν πάσχα Nonnus dixit pro Celebrare pascha. Cæterùm ex Euare(quo Latini Græcum εὐάζειν reddunt)factum esse Ouare crediderim. EST & compositum ἀνεὐάζω,idem significans.Nonnus,μυστικὸν αἰεὶ ἀζοῖτο ἰαχῆ.Et cum accusatiuo apud eundem, Χρεὼν αἰεὶ ἄζων νεκυοστόνον,Celebrans, vel Ouando celebrans. propriè tamen Euando celebrans. Cæterùm in vulgatis lexicis αἰεὐάζειν exponitur εὐοιάζειν. quam tamen vocem nusquam reperio:& vereor ne ex Suida per errorem sumpta sit: aliquo videlicet ex εὐοῖ ἄσαι (quo ille exponit αἰεὐάσαι)faciente εὐοιάσαι, deinde itidem εὐοιάζειν. ex hoc autem verbo fit Εὐασμὸς, Euatio, Vociferatio bacchantium. Interdum verò & ad aliam vociferationem transfertur. Plutarchus in Antonio,βοὴ ὄχλου μετὰ εὐασμῶν καὶ πηδήσεων σατυρικῶν. ITEM Εὐαστὴς, ET Εὐαστὴρ, Euator, Celebrator bacchanalium. Ex Epigrammatis εὐασταὶ pro Sacerdotibus Bacchi.Sed & ipse Bacchus εὐαστὴρ in iis appellatur.

Εὐΐος,Euius,Bacchi cognomen, itidem ab illa acclamatione εὐεῖ ductum.Epigramm.lib.1,in carmine in Bacchum,Εὐΐον,εὐχαριτῶν,εὐάμπελον,ἐγρεσίκωμον. Horatius 1 carmine ode 18,Sithoniis non leuis Euius. Pro quo malè scribitur in quibusdam exemplaribus Euthius. HINC Φιλεὐΐος,Qui Euium amat,id est Bacchum. At ipse Bacchus φιλεὐΐος βασιλεὺς ex Epigr. Euandi cupidus,Euationis studiosus.

Σαβοῖ, vox quædam bacchantium, quæ à Demosthene subiũgitur alteri Ἰοί, vt antea dictum fuit in Εὐοῖ. Item σαβοῖ, Qui Baccho sunt initiati. Item, Baccho, consecrata loca. In vulgatis lexicis exponitur etiã, Bacchi sacerdotes, ex scholiaste Aristophanis: apud quem tamẽ nõ ἱερεῖς sed ἱεροὺς legimus: & alibi πεὶ ἀφιερωμένους αὐτῷ τόπους. sed vno in loco, σαβοῖ vocem esse Thracium, in altero Phrygum esse tradit. HINC Σαβάζιος dictus ipse Bacchus (quem tamen alii Bacchi filium putant) à Thracibus: ET Σαβασιοῦς quod à Græcis Βακχιοῦς. Vide Harpocr. & scholiasten Aristophanis in Vespas & in Aues. Cæterùm si σαβοῖ aut σαβοῖ ex Phrygum lingua est, corrumpentium (vt credibile est) Græcum Ἰοί, non obstabit quominus Εὐοῖ scribendum dicamus: atque ita nodus ille de quo suprà, solui posse videtur.

Εὐθύς, ία, ύ, (quod ab εὖ & τίθημι deriuat Etym.) Rectus, id est Nõ obliquus, seu tortuosus. Fœmin. Εὐθεῖα. Neut. Εὐθύ. Εὐθεῖα γραμμή, recta linea. Εὐθεῖα ὁδός, recta via. Quo dixit modo Thuc. lib. 8. καὶ παρ' αὐτὸν τὸν Ἑλλησπόντον εὐθὺς ὁ Ἑλλησπόντος ἐστί. Is qui Demetrius Phal. vocatur τὸ εὐθὺ opposuit πλάγιον: quod & cæteri scriptores faciunt. Cæterùm subaudiendum sæpe relinquitur substant. cum εὐθεῖα dicitur enim εὐθεῖα, pro εὐθεῖα γραμμή, (vnde est ἐπ' εὐθείας ἔῃ) & pro εὐθεῖα ὁδός (vt καὶ τὴν εὐθεῖαν ἐπορεύετο Luc.) & pro εὐθεῖα δίκη. de quibus lege Bud. Sed addunt vulg. lex. ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν ex Dioscor. pro In rectum incidere. Et κατ' εὐθεῖαν pro Directis lineis, ex Aristotele De mundo, διεκπεραίωσις κατ' εὐθεῖαν, Spiratio directa linearum seu plural. Directis lineis. Sed & alia significatione, videlicet pro Rectè, Iustè, ex Phal. Verùm vt γραμμὴ illic, ita ὁδὸν subaudire hic oportet. Quod subaudiendum & in illo Luciani loco dixi: idémque nunc dico de isto qui apud Suidam legitur, εὐθεῖαν ἐδόκει ἐλαύνειν ὅτι πρὸς Σελεύκειαν. Necnon de hoc, εὐθεῖα τὸ εὐθέως, apud Aristotelem De mundo. (alii autem subaudiunt γραμμὴ, exponentes Recta linea) Hoc interdum fateor, accus. ὁδὸν qui adhibetur his locis, in priora signif. accipiat in illo Phal. κατ' εὐθεῖαν pro Rectè, Iustè, metaphoricè intelligi debere ὁδόν. Idem porrò & de ἀπ' εὐθείας dico in sequentibus locis: Plutarchus Fabio, πρὸς ὃν ἔφη τὸν Τρεβίου γνωριμίαν ἐπιστεῖλαι οὐδὲ γράψας τέρατος, οὐδ' ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας ἐτόλμα, ἀλλ' ἐφίστατο, πρὸς νικίαν ὅπερ δίκαιον αὐτῷ καὶ ἀμφίλογον ἐνόμιζε. vbi redditur Verè: quum potius significet Absque dissimulatione quam Absque mẽdacio. Nam aut ego valde fallor, aut ἀπ' εὐθείας φράζειν dicitur qui aliquid ita refert vt nihil dissimulet. qui autem dissimulare volunt, circuitione & ambagibus vti solent: quæ & ipsæ rectæ viæ (id est τῇ εὐθείᾳ ἐδῷ) opponuntur. Circuitionis autem vocẽ hac de re vsurpo cũ Terẽtio de Andr. Ita aperte ipsam rem modò loquutus, nihil circuitione vsus es. Cic. quoque Circuitionem ita dixit. Denique ἀπ' εὐθείας esse puto q̃ Gallicè Ouuertement: cui opponitur Conuertement. Quo & Latini modo Apertè dicunt, & Palam: contrà autẽ Tecto sermone, Tectis verbis, Cum inuolucris & integumentis verborum. Sed Apertè tamen non tam significans esse videtur quàm Gall. Ouuertement. Cæterùm non solùm ἀπ' εὐθείας dicitur, sed etiã ἐξ εὐθείας, & ἐπ' εὐθείας: atq; hoc vtitur idẽ Plutarchus De orac. Sibyllino: illo, autor libelli qui Dem. Phalereo adscribitur. Confirmãt autem meam sententiam de subaudiendo accusatiuo ὁδὸν duo Plutarchi loci, quorum vnus est ibidem vnde & primum exemplum attuli: videlicet in Fabio, paulo post verba à me citata, subiungit enim, loquens de alio qui contrà omni dissimulatoria ambage remota, cladem narrauerat, σπαραττόμενος εἰς ὀνκλησίαν τὸν δῆμον, οὐ σοφιστικαῖς, οὐδὲ τραγῳδικαῖς, ἀλλ' ἀπήκριβε ἔφη τὸν στρατηγὸν, νενικημένα, &c. Alter locus extat in Polit. præc. vbi scribit, πολλὰ δὲ ἀπ' εὐθείας οὐκ ἔστιν εἰρῆσθαι τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ δεῖ τινος ἀμφιγνώμονος καὶ μετὰ τέχνης καὶ τεθεραπευμένης. (Hic autem obiter admoneo, θεραπευμένη videri esse quam à Terentio circuitionem appellari modo dixi: præsertim verò in præcedente loco ex Fabio Maximo, vbi de sermone agitur. nam illic θεραπευτὴς pro τραγῳδὸς reponere minimè dubito.) Sed & alibi, videlicet in lib. De Herod. τοῦ ἀπ' εὐθείας opponit πλαγίως. nam ἀπ' εὐθείας καὶ κακῶς λέγειν & πλαγίως χρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, contraria facit. Enimuero in loco illo ex Polit. præc. quum ἀπ' εὐθείας de sermone non dicatur, aliam interpretationem postulat. Quare videndum an conuenire hic possit quod Latini dicunt Aperto marte. vt si dicamus in illo Plutarchi loco, Multa enim sunt incommoda in quibus summouendis aperto marte agi non potest. Vel breuius, Multa enim sunt incommoda quæ aperto marte nequaquam summoueri possint. Sed apud Suidam legitur etiam, ὁ δὲ κτῆσιν αὐτῷ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐθείας ἐδίωκεν. vbi duriuscula quidẽ mihi quoque videtur illa mea interpretatio, si ad verbum interpretemur κτῆσιν interfectione: sed ita reddendo, Eadem eius aperto marte moliri veritus est, terri eam posse (dum saltem aliquis meliorem afferat) existimo. In his enim aliisque multis huiusmodi loquendi generibus interpretandis viam aliis qualemcunque strauisse contentus ero.

Sed Thucydides, suo more à loquendi generibus quæ cæteris vsitata sunt, recedens, dixit ἀπὸ τοῦ εὐθέος pro illo ἀπ' εὐθείας de quo modò à me tractatũ fuit: videlicet pro illo q̃ de sermone dicitur. Ita enim ille libro 3 καθέστασε δὲ πάντα ἀπὸ τοῦ εὐθέος ἐς τὴν ἐλευθερίαν μηδὲν αὐτῷ ἀπαρεσκόν τι ἐξ τὸν κακῶν. Id est, Sine circuitione, Sine vllis verborum inuolucris & integumentis. Apud Arrianum autem ἐκ τοῦ εὐθέος αὐτοῖς pro Non dissimulanter, Apertè Palam. Sed quomodo hic itidem substantiuum ὁδὸν subaudire queas? dicet aliquis. Minimè certè hic quoque subaudiri dico, sed τὸ εὐθὲς hic substantiuè accipi pro ἡ εὐθεῖα ὁδός. Huc autem pertinet & ὁ εὐθὺς λόγος apud Euripidem pro sermone aperto minimé que vlla circuitione tecto. Cæterùm inuenitur ἐκ τοῦ εὐθέος & alio sensu positum à Thucydide lib. 1. vbi scribit, ὥστε ἀπορία μὴ τοῦ ἀγωνίζεσθαι ἐπ' αὐτῷ, εἰ ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ ὑποτοιχίσῃ. Hic enim ἐκ τοῦ εὐθέος, videtur sumi pro Temerè & inconsulte (ac certè scholiastes ἀπερισκέπτως exponit, sicut & εὐθὺς in alio eiusdem loco vult esse pro ἐξ εὐθείας & ἀσκόπως, abutẽs tamẽ fortasse significatione huius loquendi generis ἐξ εὐθείας, & ἀσκόπως accipiens pro ἀσκέπτως, id est inconsiderate) aut certè pro Statim, Extemplo.

INVENITVR & accusatiuus Εὐθὺ tãquam ab εὐθὺς, sed non apud satis idoneos autores, quod sciam. Inuenio enim duntaxat in Ecclesiaste. & apud Damascenũ, ita scribentem, pag. 42. ἐπιστεύσαμεν εὐθὺ τοῦ θεοῦ τὴν ἀληθεστάτην ἄκακον, εὐθὺ ἀπαθῆ. Sed & εὐθὲς apud Greg. habetur, καὶ πεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινίζομεν.

Εὐθύ, aduerbium. Recta. Xenophon. in Præd. 5 εὐθὺ τοῦ ἄστεος Βαβυλῶνος ἡμᾶς ἄγει, duc nos recta Babylonem. Sed multo frequentius est cum genitiuo: vt πλεῖν ὑπὲρ τοῦ Πειραιέως, Synesius. Sic apud Aristophanem sæpe. Item cum articulo ante ἐκεῖ, contra quam in illo Xenophõtis loco, rursum apud Synesium, τὰ εὐθὺ τῶν πολεμίων ἐπορεύετο, rectà in hostes duxerit. Subauditur autem accusatiuus ὁδόν. Sed & ἐξ εὐθὺ ὁ pro Rectæ viæ in Axiocho legitur, ἐδόκουν αὐτοῦ μοι ἀγεμόνα τῆς εὐθὺ ὁδοῦ, ἀπιστᾶν αὐτῷ. Et ἐς τὸ εὐθὺ ὁδὸ pro In rectam viam, in vulg. lex. ET Εὐθὺς in eadem significatione, Plat. in Euthydemo, nisi fit menda, inquit Budæus. Apud Thucydidem certè libro 6 de epipolis seu arce Syracusarum legitur, χωρίου ἀποκείμενον τι καὶ κατὰ τῆς πόλεως εὐθὺς κείμενον, id est recta supra vrbem.

C. Κατεύθυνσις, Recta. vnde ἡ κατεύθυνσις dicitur ἡ εὐθὺ ὁδός. Pausanias, ἐκ Σικυῶνος δὲ τὸν κατεύθυνσιν ἐς Φλιοῦντα ἐρχομένοις Πυραία καλουμένη ἐστὶν ἄλσος. Itẽ κατεύθυνσις pro Eregione quidã accipi annotat. Scribitur autem & κατ' εὐθύ.

Εὐθυτής, ητος, ἡ, q. d. Rectitudo. Item Recta forma. Exponitur etiam metaphoricè Æquitas, Iustitia. quo dicitur modo Gall. droiture. AT Εὐθυωρία (quod an cõpositũ sit, non satis cõstat) itidẽ pro εὐθυτής, 1. Rectitudo, si dici posset. A Bud. exponitur etiã Proceritas, vt est arboris. Item Directio. Et Rectus trames. Itẽ Rectus processus. Rectæ lineæ porrectio. Quarũ signif. exẽpla vide apud B. p. 53 & 328. HINC Εὐθυωρεῖν Recto tramite iter facere, Recta linea progredi. pro quo & κατ' εὐθεῖαν ἰέναι dicit Arist. Vide B. ibidẽ. ITEM Εὐθύωρον in v. l. ex Herm.

Recto tramite, κατ' εὐθεῖαν, non per diuerticula, propter obuios montes & flauios. At verò εὐθύωρον τὸν αὐλῶνα ἐποιήσαντο, affert Etym. pro εὐθυπάτου, seu σώπτμον, sed addens tamẽ esse ab ἐὐθὺ & ὥρα, quasi αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. At Suidas postquam εὐθυωρὸν (ita enim ibi scribitur ὀξυτόνως) accipi dixit pro κατ' εὐθεῖαν ab Antiphonte & Xenoph. subiungit accipi etiam pro αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, locũ hũc proferens, εὐθυωρὸν ἀπεῖναι. vbi aduerbium esse manifestum est. Sed & εὔθωρος pro Rectus in v. l. Sitne autem compositum in hac significatione, gramm. tacent.

Εὐθύω, Dirigo, Corrigo, Rectum facio quod prauum seu obliquum erat. (sicut & ἀπευθύνω dici ὅτι τοὺς ὀρθοῦμεν λοξοὺς testatur schol. Sophoclis.) Aut etiam generaliter, pro In rectum formo. Sumitur & pro Dirigere, eo modo quo dicitur Dirigere nauem aliquò, & quo Cæsar dixit Dirigere cursum ad litora. Euripides Hecuba, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας εἰναλίαν πάλιν. vbi schol. εὐθύνοντας exponit per compos. ἀπευθύνοντας. Xenoph. autem in princ. Pæd. dicit pastores εὐθύνειν τὰς ἀγέλας, pro Ducere recta via, seu potius Deducere, vno verbo. neque enim mihi placet hic verbum Dirigere quo vsus est Philelphus. ni fi adiungamus ei nomen Iter, vt εὐθύνειν τὰς ἀγέλας redamus Dirigere armentorum iter. Hic porro est Xenophontis locus, περὶ δὲ τοῦ αἰ ἀγέλαι εἰ μὲν αὐταὶ εὐθύνουσιν οἱ νομεῖς, νέμονται τε χωρεῖν ἐν ὁποῖα αὐταὶ ἐφίενται. Capitur verò & pro Regere. vt εὐθύνειν οἰκίας, Aristoph. Regere habenas. Item metaph. (sicut & verbum Corrigo apud Latinos itidémque verbum Redresser apud Gallos, quod alioqui propriè significat Corrigere.) Ponitur enim pro Reprehendo, Redarguo. vt Gregorius, μήτε ἡμᾶς εὐθύνετε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς. id est (Bud. interprete) Nolite redarguere nos & incusare ob verbũ altius elatum. Huc pertinet quod ex Hieronymo in cap. 2 Sophoniæ propheræ annotatur, εὐθύνειν nõ significare dirigentem, sed coarguentem atque conuincentem. Quod tamẽ Hieronymi dictum ad locum de, quo agit restringendum est: ibi videlicet εὐθύνειν non esse Dirigere, sed Coarguere. Cæterùm εὐθύνειν exponitur alicubi & Inquirere, cum præpos. In, (quod facere solent ii qui reprehendere & redarguere student, vt in hoc Plutarchi loco, in Symp. septem sap. ἀλλ' ἵνα μὴ δεκῶμεν εὐθύνειν τὰς τοῦ ἑτέρου ἰδίας ἀποφάσεις. Budæus εὐθύνειν esse dicit In alicuius gesta inquirere, & quæstionem de eius administratione exercere. Item Rationem reposcere vitæ anteactæ. (Et pass. item εὐθύνεσθαι, pro Rationem reposci &c. quod vulgus syndicari. In Pand. verò & pro In iudicium vocari) Nonnunquam etiam est forense verbum, vel pro Postulare, Reum facere: vel pro Damnare. De quibus signific. lege B. Comm. p. 37 & 39 & 150: item in Annot. In v. l. affertur item ex Plutarcho in Publ. τοῖς βαρεῖαις εὐθύνειν pro Mulctare pœna pecuniaria. Item εὐθύνειν eum magistratum gerere qui εὔθυνος dicitur, de quo mox.

Εὔθυνος, εος, ἡ, Directio, Correctio. Cui opponitur ab Aristotele κάμψις, id est Curuatio. Bud. ET Εὐθυνὸς, Directus: cui opponitur καμπύλος, Curuatus. Idem ex eodẽ Aristotele. AT Εὐθυνὴ, (SEV Εὐθυνὴρ, sed magis poeticè, vt apud Theognidem Εὐθυνῆρ' ἐκ κακῆς ὕβρεος ἡμετέρης) ET Εὔθυνος, Director, Corrector. Sed dicti sunt εὔθυνοι seu εὔθυνοι quidam magistratus qui aliorũ magistratũ cẽsores erant, & rationem administrationis ab iis exigebant. Vide B. p. 58. ITEM Εὐθυνικὸς, quod vulgò itidem exponitur: sed ex terminatione significat potius eum qui reposcendæ rationis peritus est. AB eadem origine est & Εὐθυνικία, quo tamen Hesych. ait ab architectis significari τὸ ἐν τῷ ἐδάφει σύμμαγμα, (quod quidam interpret. Soli rudus) item nauis partem.

C. Καθηγοῦμαι, Dux ſum viæ, Præeo. Plut. ad Col. εἰ μὴ καθηγεμὼν Δημοκρίτου, οὐκ ἂν ἐφήλατο Ἐπικουρος ὅθεν τοῦ σοφίαν. Plato Dionyſio, σὺ καθηγοῦ, ἕπομαι δ' ἐγώ. q.d. I præ, ſequar. Sed quia id metaphoricè ab eo dicitur, Budæus vertit, Prouocato me: at ego malim, Præi tuo exẽplo. Sic apud Xenophontem Apomn. 2, καθηγεῖσθαι pro Exẽplo meo illi præire. Quod autem dicit Plutarchus in Theſeo, καθηγεῖσθαι τὸ πολίτευμα πᾶς, verto ad verbum ex Cicerone, Ducẽ eſſe regendæ reipublicæ, potius quàm Principem gerere temp. vt habent vulg. lex. Idem Plutarch. in Camillo, καθηγήσαιτο τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατείας: quod in illis redditur, Duxit exercitum in Italiam. Ego malim, Dux fuit expeditionis in Italiam: vel autor, aut princeps: vt ſimul etiam conſilio eius ſuſceptam fuiſſe eam intelligatur. Item καθηγεῖσθαι τοῦ λόγου, pro Diſputationis initiũ præbere, B.812. vel Diſputationem inſtituere. ‖ Καθηγεῖσθαι item pro Præceptorem eſſe: Strabo. καθηγήσατο δὲ καὶ σοφιστὴς ὁ Ἀλεξανδρεύς.

Καθηγητής, οῦ, Dux viæ. ET Καθηγεμὼν eadem ſignificatione & quidem in fœm. etiam genere interdum, vt Ἀφροδίτη καθηγεμὼν πολέσσι, Plutarch. Theſeo Interdum vero auitus genitiuus ὁδοῦ. Exponitur & Autor, Suaſor, Impulſor: quia qui ſuadet & impellit, eſt velut dux viæ Item Qui inſtruit, Monitor, Præceptor. Gregor. de Baſil. ὁ οὐ βουλὴς ἀγαθὸς, θεραπαινὶς οὐδὲς, θεῖ ἐξηγητὴς, θεῖ ἀρχηγὸς καὶ καθηγητὴς. Syneſ. τῆς γνώμης καθηγεμὼν θεῖ φιλοσοφίας ὀρθῶν.

C. Περιέχειν, Circunduco, Duco circũ. Luc. περιήγαγε τὰ ἔνδον βίῳ ἅπαντα. vbi Bud Circunducere interpretatur Baſil. in Hexaem. homilia 6, ὡς τῶν οἱ πεῖραν ἔχοντες θεῖ πόλεως τῆς χώρας καθοδηγοῦσι θεῖ γεωμετρῶν. At ex Herodoto afferunt cũ datiuo perſonæ, περιήγαγε ἀμφὶ τὸ ὄρος Πέρσας, pro Qui circum montem Perſas duxerunt. Vbi videtur eſſe pro ἤγαγε ἀμφὶ τὸ ὄρος Πέρσας θεῖ πόδας. ‖ At Luc. cum illa conſtructione poſuit pro Singillatim expono, Singulas partes narro & commemoro: ſcribens, περιήγησόμεθα τὰ ἐν ἕκαστα ἅπαντα. ita enim Bud. hic exponit. Sed addo, intelligendum eſſe Singula exponere, tanquam ſimul per ſingula ducendo, vt Virg. loquitur.

Περιήγησις λόγου, Oratio qua res ita deſcribuntur vt quaſi in rem præſentẽ lectores perducantur. Aphthon.

Περιήγησις, q.d. Circunductio, id eſt Ipſa actio circunducendi, ſeu ducendi per ſingula Item, Expoſitio & commemoratio rei alicuius quæ fit ſingillatim, & quaſi lectores in rem præſentem atque adeo per ſingula ducẽdo, vt dixi Virgiliũ loqui. Hoc autẽ cum alii faciunt tum Pauſanias & Strabo. vnde & hic lib. 2, exponere incipiens ſitum orbis, ſcribit, καὶ δὴ καὶ ἐν θεῖ δρόμῳ τῆς περιήγησιν. Hinc & Dionyſii Alexandr. poemation inſcribitur τῆς οἰκουμένης περιήγησις. (& ab Euſtathio paſſim ipſe περιηγητὴς appellatur) Sed & ὕστερον περιήγησιν dixit Hermog. Vide Bud. p.423 & 424.

Περιηγητής, q.d. Circunductor, id eſt Qui circunducit, ſeu ducit per ſingula, Perductor, qui & Xenagogus Cicer. voce Græca vtenti Iuſtin. in Paræn. θεῖ τοῦ περιηγητὴν μαθηκαμὲν τῷ τὰ τόπους ἡμῖν ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ὑποδεῖξαι τοῦ. Luc. autem περιηγητὴν τῆς εἰκόνος appellauit τὸν λεπτομερῶς ἐκπεθέντα τὴν εἰκόνα. Item περιηγητὴς eo ſenſu quo tribui Dionyſio hoc nomen dixi: quod & Polemon ab Athen. itẽ Diodoro & Praxi. eli cuidam à Plutarcho datur. ET Περιηγητικὰ βιβλία apud eundem

Plut. Libri quibus huiuſmodi deſcriptiones continentur. ‖ Item περιηγητικὸς, Peruagator, & Peruulgatus. vt περιηγητικὴ δόξα Plut. Peruulgata opinio. B.

C. Προήγοῦμαι, Præeo, Præcedo, Antegredior. Ariſtoph. Pluto, περιῆλθ' τοῦ θεῷ σύ. Et metaph. περιηγουμένη αἰτία ſeu περιηγεμονία, ſeu περιηγούμενον αἴτιον, quæ Cic. ad verbũ Cauſa antegreſſa. Dicitur & cauſa antecedens. Celſo eſt cauſa abdita & in occulto poſita, quæ morbos continet. At προκαταρκτικὴ eſt cauſa externa, quæ & euidens dicitur. De his Gorræum lege. Plutarchus De fato, p. 648, τὸ μὴν οὐ αἰτίως γίγνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ τὰς περιηγουμένας αἰτίας. Sed illa differentia inter περιηγουμένας αἰτίας & προκαταρκτικὰς apud medicos præſertim extat. Paulus Ægineta l.3, περιηγουμένης μὴ ἐν τῷ σώματι τῷ τὰς πρεσβούσης τῆς ὕλης, τῆς δὲ προκαταρκτικῆς αἰτίας κινησάσης αὐτό. Hanc tamen diff. alicubi cõfuderunt cum alii tum Aetius. Apud Galenum ſunt etiam τὰ περιηγησάμενα relata ad ſua συμπτώματα, vt docet B.pag.497. Item περιηγούμενα generaliter pro Antegreſſa, id eſt, Ab initio & per ſe ſubſiſtentia. Budæus ex Baſil. in Hexaëm. 14, τὸ δὲ σκόπος οὐ περιηγούμενον λόγον λῶ, ἀλλὰ παρυφέσηκεν, ἑτέροις θεῖ ἀκολουθοῦν. Vide eundem Bud. & in Comm. pag.497. Et περιηγούμενα σπέρματα, Primigenia ſemina, vt idem interpr. Sic autem & in iſto Plutarchi loco vult περιηγούμενον eſſe primigenium, vel Antecedens: vbi videlicet ſcribit, ὅπ πάνυ περιηγούμενον λόγον δεῖ τὸ δὲ ὑστέρημον, τὸ δὲ κυκλικόν, ὅπ γενόμενον καὶ συμβεβηκός. id eſt (vt ibidem) πρεσβύτερον τῇ φύσει καὶ σπερμαιοτέρον. Item περιηγούμενοι ex Ariſtotele pro exemplari propoſito vnde effigies ducitur. ‖ In vulgatis lexicis τοῦτης περιηγούμενης ex Ariſtotele pro Huius ductu. Et περιηγουμένη ἀπόδειξις ex Hermog. Obiectio prima, cui opponitur ἡ ἐξ ὑποθέσεως. Item τὸ περιηγούμενον θεῖ βλαστῶν ἁπαλῶν, pro Summa pars germinis.

Προηγεῖσθαι, Præcipuum eſſe, Præcipuum locum tenere in re aliqua: vt δίκαιον οὖν ὡς περιηγούμενόν καὶ πρεσβύτερον, πυθέσθαι τῆς ψυχῆς, περιηγουμένου τε καὶ πρεσβύτερον δεῖ ποιεῖσθαι τοῦ σώματος. qui locus ἀδέσποτος à Bud. aſſertur. In vulgatis lex. περιηγούμενα σημασίαν ex Dioſc. pro Prænalens: itidémq; περιηγούμενον τεκμήριον ex Chryſoſt. pro Prænalens ſignum.

Προηγοῦμαι, Procedo. Pauſ. περιηγούμενος ἐς ἄκρον ἀμφοτέρους τὸ μέτρον, procedente odio. B.

Προηγεῖσθαι cum accuſatiuo perſonæ & datiuo rei apud Paulum, ad Rom. 12, τῇ τιμῇ ἀλλήλους περιηγούμενοι, quod veterus interpr. reddidit Honore inuicem præuenientes. Alii, Honore alius alii præeuntes. Videtur autem ſignif. Paulus, Alius alii ſuo exemplo præeuntes in honore deferendo.

Προηγουμένως, q.d. Antecedenter, (vt pro ἐπιμένως dicitur Cõſequenter) Ex antecedente vel antegreſſa cauſa. Interdum etiam pro Primaria ex cauſa, Primarie, Præcipuè, vt Budæus exponit in hoc Plutarchi loco, οὔτω δὲ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου περιηγουμένως θεῖ λαμβάνει, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα, ἐπομένως. Damaſcenus, De Deo loquens, τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ περιηγουμένως θέλει καὶ βούλεται τὰ δ' πονηρὰ καὶ ὄντως κακὰ, οὔτε περιηγουμένως, οὔτε ἐπομένως. Vide & Baſilii locos apud Bud. pag.495 & 497. ‖ Προηγουμένως, Ex profeſſo, vt exponitur apud Dioſcor. lib.4, περιηγουμένως θεραπευτικῶν ἐπιθεῖναι ἀγωγῶν.

Προηγητής, οῦ, ὁ, ET Προηγητὴρ, ῆρος, ὁ, Qui præit, Dux viæ. Sed peculiariter ita vocatur Qui præit cæco, eſtque ei dux viæ: ὁ χειραγωγὸς τοῦ τυφλοῦ, ſi Heſychio creditur. Item, ὁ πόδοῦρος περιηγούμενος ἐν τῇς γάμοις. Heſ. & Euſt. ET Προηγητικὸς, Ad præeundum aptus.

Προηγεμὼν pro ὄξαρχος videtur accipi à Demoſthene p. 130, ὄξαρχος καὶ περιηγεμὼν καὶ κατηφόρος, καὶ ἐπηρεάζων ἄνθρωπος. Ita Bud. ſed ſi hìc nihil aliud eſſet περιηγεμὼν quàm ὄξαρχος, vacaret alterutrum.

C. Ὑφηγοῦμαι, Præeo. Plutarchus in Cæſare, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου. Et cum accuſatiuo ὁδὸν, apud eundem ſcribentem de Pompeio, καὶ δ' ἄμων ἐκείνην ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. viam præibat in Ægyptum. Plato Epin. εἰ μὴ θεὸς ὑφηγεῖτο, niſi deo præeunte & autore doctrinæ. Hæc Bud. qui & hæc Thucyd. πειρασόμεθα ἀμυνεῖσθαι πολέμου ἄρχον τας ταύτῃ ἢ αὐ ὑφηγῆσθε, vertit, Eo modo propulſare co nabimur bellũ à vobis laceſſitum, quo modo vos prouocaueritis. Ego tamen malim magis propinqua interpretatione reddere, Ea via quam vos nobis præiueritis. Nam qui bello laceſſitus, tãdem & ipſe bello vim ita propulſat vt par pari referat, eandem inſiſtere viam videtur. Idem Bud. apud Ariſtotelem, τὸν ὑφηγεμόνα τῶν λέγοντες, vertit, Modo iã inſtituto & ſupra ſeruato, id eſt præcedente. Eiuſdem verò Ariſtotelis ſimilis locus, κατὰ τὴν ὑφηγεμόνα μέθοδον λεκτέον, redditur, Dicendum eſt ea via & ratione qua cœpimus. Itidémque Bud. ὑφηγήσομαι vertit Incipiam ſeu Exordiar, in hoc Platonis loco in Euthyd. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ κατὰ τοὺς πάλαι ὑφηγήσασθαι οἷον τρόπον ἐπιχειρῶ αὐτὸν φανερὸν ἐμοὶ, id eſt (inquit) Ipſe exordiar diſputationem, vt intelligant quonam pacto ego optem eos ſapientiæ præceptores eſſe & diſputatores. Vel, Præibo, & παραδείγματα, ſeu Præmoniſtrabo.

Ὑφηγοῦμαι, Hortor, Suadeo, Dicto. Ariſtot. τοῦ ὑφηγεῖται καὶ ὁ κοινὸς νόμος. Hæc Bud. pag.193, afferens & aliud exemplum. Sed hoc addo, Præire, itidem pro Dictare poſitum inueniri: alicubi verò & ſuadendi ſignificationem habere mihi videri. In vulg. lex. ex Galeno ad Glauc. ὑφηγήσασθαι χρῆσιν pro Tradere, & ex Plutarchi Romulo, ὡς περ αἱ τοῦ γαμετικῶν θεσμάτων ἀπαλύσεις ὑφηγοῦνται, pro Præcipiunt. Sed ὑφηγεῖσθαι aptius reddi puto in huiuſmodi locis Docere quàm Præcipere. Illam certè ſignificationem apertè habet in iſto eiuſdem Plutarchi loco, Symp. 4, καὶ τὸ τῆς ὄψεως ὑφηγήσαιτο ἔργον. ‖ Item ὑφηγεῖσθαι pro Præeſſe: vt Gal. τοῦ μέλλοντος ἀσθενεῖν ὑφηγεῖσθαι.

Ὑφήγησις, q.d. Præitio. vt Plato in Prot. ἢ ἀναγκάζοιτο γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ γραμματοῦ, q.d. Et cogunt ſcribere iux à præitionem linearũ. pro Eóſque in ſcribendo ſequi cogunt quas ipſi lineas præiuerunt. Item ὑφήγησις, Doctrina quam quis alii velut præiens tradidit. Et in plurali ὑφηγήσεις pro præceptis, apud Philonem. In v.l. ὑφήγησις, Enarratio: (ſicut & Heſych. ἐξήγησις) item Ductus, ex Ariſtot. in Rhet. Exponitur verò & παραίνεσις, id eſt Suaſio: ſicut ὑφηγεῖσθαι, παραινεῖν, Suadere.

Ὑφηγητής, Qui præit alii in re quapiam (vt ὑφήγησιν eſſe dictum eſt doctrinam quam quis alii velut præiens tradit) Suaſor. Soph. Œd. tyr. ὑφηγητὰς appellare videtur eos qui ſuo conſilio velut præeunt. nam malè intellexerunt ſcholiaſtæ expoſ. qui putarunt illum ſcribere ὑφηγητὰς idem ſignif. quod μάντεις ſeu ὀρνεοσκόπους. ET Ὑφηγητὴρ, ῆρος, ὁ, Dux, in Epigr.

Ἤδη, Iam. Hom. Il.α, de Neſtore, Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Ἐφοίατ', οἱ οἱ πρὶν ἔσαν, &c. vbi Euſtathius præſenti etiam & futuro iungi docet. Plato Apol. Socr. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, quæ Cic. vertit, Sed tempus eſt iam hinc abire. Vide pag.3 mei lexici Ciceroniani. Sæpe vtuntur hoc aduerbio quùm de ætate loquuntur: vt Xenophon, πρὶν ἡλικίαν ἡμῖν οὐ ἔχεις ἤδη. Idem in Cyneg. τοὺς ἤδη ἐκ παιδὸς ἀλλάττοντας τὴν ἡλικίαν. Et γάμου ἤδη ὡραῖα apud eundem Pæd.4, vt apud Virg. Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Apud eundem Xenophontem, ἤδη & οὔπω inter ſe opponuntur: vt Lat. Iam & Nondum. quum dicit τοὺς μὲν τελευτῶντας ἤδη τῆς ἡλικίας, τοὺς δ' οὔπω ἀκμάζοντας. Sic autem viciſſim ἔτι interdum cum nomine ætatem ſignif. vt νέος ἔτι. vide Ἔτι. Apud Iſocr. πολὺν ἤδη χρόνον καὶ ἐφοροῦσιν, vt Lat. A longo iam tempore.

Ἤδη cum ἄπειμι eodem modo iunctum eſſe puto apud Xenoph. quo Iam cum Vale, apud Virg. Ita enim ille Pæd.6, θάρρει παῖ θεῖα. καὶ χαῖρε, καὶ ἄπειμι ἤδη: Virgil. verò ita, Æneid. lib.2, Iámque vale, & nati ſerua communis amorem. Sic autem aliquot & aliis locis.

Ἤδη cum futuro, interdum quidem redditur Iam, interdum autem Mox, Cõfeſtim. Xenoph. Pæd.8, νῦν δὲ ἤδη διηγήσομαι. Demoſth. Philipp.2, ταῦτ' ἤδη λέξω. In quo Demoſth. loco ἤδη fortaſſe verti poteſt Iam nunc, vel Nunc iam. At contrà in illo Xen. ἤδη vacare crediderim, & eſſe ἐκ παραλλήλου poſita illa duo: vt aliquando poni teſtatur Euſtath. At Budæus exponit Mox, & Cõfeſtim, in hoc eiuſdem Demoſthenis loco, οὐ εἰδότες ὅπ δεῖ βαστάσαι ἐκ τῶν οἰκετῶν ἔλεγχος ἤδη ἔστιν. Euſt.

de vsu huius aduerbii in infinitiuo dubitationē quandam affert, quam vide p.100. A

Ἤδη, Nunc, νῦν, vt Eustath. exponit in hoc versu 304 Od.α, Αὐτὰρ ἐγὼν ὅτε νῆα φύλ' καπελθυσομαι ἤδη. Addit autem inueniri ἐκ τῶν Φαλληλου posita ἤδη & νῦν. qua de re modò dixi.

Ἤδη cum participio ἐκπορευόμενος, Cic. apud Polyb. vertit, Paulo pòst quàm egressus erat è castris. vt ostendet pag. 63 Cic. lexici.

Ἤδη, Continuò, Protinus (in ea significatione dicitur, Non qui epigrammata nouit cōponere, protinus censeri debet poeta) Greg. εἰς ἅγιον βάπτισμα, Οὐ γὰρ ὅς τις οὐ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ πιστὸς ὡς τις οὐδὲ ὅς τις οὐ πιστὸς, ἤδη καὶ κολάσεως. Sic apud Chrysost. De orando Deū, ὅταν οὖν ἴδῃς τινὰ μὴ φιλοῦντα προσευχόμενον, (&c.) ἤδη μοι δοκεῖ δοῦλος εἶναι ὡς οὐδὲν χρυσίον ἐν τῇ ψυχῇ κέκτηται. B

Ἤδη cum aliis particulis. Ἤδη δέ, Iam verò, vel Atque adeo: Bud. ex Synesio, πῶς τοίς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ φθεμάχημον ἰῶ. ¶ Ἀλλ' ἤδη idem Budæus ex Gregorio pro Sed etiam, οὐ μόνον ἀχθοῦν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν δυσγενόντων. ¶ Τότ' ἤδη apud Demosth. pro Tum demum, vt quidem ego interpretor hoc in loco orationis Pro corona, τοῦτο μοι δείξον, καὶ τότ' ἤδη κατηγόρει μου. At in vulg. lex. οὕτως ἤδη ex Æschine, itidem pro Tum demum. ¶ Ἤδη ποτὲ, (vacante ἤδη.) Aliquādo. Item Olim: vt apud Hom. Il.α, Ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἐφέσσονι νέκρ' ὁμῶν Ἀνδρασιν ὠμίλησα. (Sed & ἤδη sine ποτὲ à schol. Thuc. exponitur alicubi παλαι ποτὲ) Inuenitur autem ἤδη ποτὲ interrogatiuè etiam positum, vt apud Gregor. ἤδη ποτὲ πέπασαι ποσοῦτον δῆμον; quod Bud. exponit, Vidistine vt quam antehac? C D

ΗΔΥΣ, ός, ὁ. Suauis, Dulcis, Iucundi saporis. Item generaliter pro Iucundus. ἡδεῖ οἶνῳ, Hom. Od.κ: & ἡδὺ ὠὸν οἶνον Od.ι. Idē Od.υ dixit ἡδὺ ἀύτῃ, (vbi obseruandum est iungi ἡδὺ substitiuo (fœminino) Plato Theæteto, τοῦτο δὴ Θεαίτητε, ἆρα ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι; ἢ χρήσιμα αὐτῶν ἃ ἐρεσκόντων; Aristot. ἐλάττω τὸ μικρὸν δεῖ γίνεσθαι, καὶ ἥττον ἡδέα, καὶ ὑγιεινότερα ἡδὺ γενόμενον. Pro quo Plinius, Irrita oua sunt minora, ac minus iucundi saporis, ac magis humida. Extenditur autē ad multa hoc nomen sicut Lat. Suauis & Iucundus. ἡδεῖαι κινήσεις, suaues motus, Lex. Cic. p. 51. Xenophanes ἡδεῖ opponit αὐανόν, scribens Pæd. 8, οὔτοι ὦ Σακρα οὕτως ἡδὺ ὄζει τὰ ἐν τῇ γυναικείῳ σώματι, ὡς αὐανὸν τὸ ἀποξάλλειν. Eidem e eiusdem Pæd. lib. 6, ἡδεῖα & χαλεπώτατον sunt contraria. Dicitur autē ἡδὺ ὄζειν ἀκούειν, pro Iucundum est audire, & τὸ ὄζειν ἀκούειν ἡδύ, seu τοῦτο ὄζειν ἀκούειν ἡδέα, pro Hoc iucundum est auditu, vel Hæc iucunda sunt auditu. quo & Aristophanes modo loquutus est in Vespis. Illius autem prioris generis loquendi exemplum est & in hoc prouerbialis Euripidis versu, Ἡδὺ τὸ πόνου σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. quod Cic. vertit, Suauis est laborū præteritorū memoria: & alibi liberius, Habet præteriti doloris secura recordatio delectationē. Sæpe autem ἡδὺ substātiuè ponitur pro Suauitas, aut etiam Voluptas seu Delectatio: sicut τὸ καλὸν pro Honestas: sic καλὸς, συμφέρων τος, ἡδὺς, Aristot. Eth. 2. E F

Cōpar. EST Ἡδίων, Suauior, Iucundior: Superlat. Ἡδίστος, Suauissimus, Iucundissimus. pro Ἡδύτερος & Ἡδύτατος, quæ tamen & ipsa alicubi reperiuntur, ac præsertim comp. ἡδύτερος. Thucyd. 7, πύνθανόμενος ἡδίω μὲν ἀεὶ ἔμοιγε ὑμῖν ἑτέρα ὁπηγέλειν, οὐ μὴν τι χρησιμώτερά γε. Idem ibidē, βουλόμενοι μὴν τὰ ἥδιστα ἀκούειν. At comparatiui ἡδύτερος exemplum est apud Phocylidem, τί γὰρ ἡδύτερον ἢ ἄρτον; Reperitur verò & in prosa, vt apud Gregorium. SED superlatiuo ἡδίστος interdum præfigitur præpos. ὑπερ, ac dicitur Ὑπερήδιστος, id est Quamsuauissimus, Longè suauissimus. G

Ἡδὺ, interdum aduerbialiter pro Suauiter, Iucundé. vt ἡδὺ γελάσας apud Hom. (quo & Luc. vtitur) eodémque dixit modo Horat. Dulce ridere.

Ἡδὺς dicitur aliquis interdū pro Lætus: vt apud Greg. εἰς Καισάριον, pag. 92, καὶ τῷ φρασκευάζεσθε ὡς ἑστάσοντες τῷ ἀκολῷ, καὶ ἡδίοις ἐσόμεθα. Idem, αὐτὸς ἡδίων ἔσομαι τῇ τύπων μνήμῃ. Sed & apud Plutarchum ἡδίω redditur Alacriorem. in Fabio, ἡδίω τὸν δῆμον πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησε. Et in Camillo, ἡδίοις ἐχρῶντο ταῖς ἐλπίσιν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης. H

Ἡδὺς, Fatuus. Ἀνόητος, vel ἀπάμωρος, Suidas. Exponitur & Stolidus apud Strab. libro 1. Sic apud Platonem lib. 1, ἡδὺς γὸ εἶ, ἔφη. vbi tamen Ficinus reddit Facetus. Atque hanc interpr. aliquibus locis cōuenire arbitror, sed accipiendo Facetus ironicè: vt Gallicè sumitur interdum *plaisant*: veluti quum dicitur, *Vrayement vous estes plaisant de me vouloir faire croire que.* (Quo sensu dicitur & istud, quod idem etiam sonat, *Vrayemēt vous auez bonne grace de* &c. Atque ita poni χαριεν quoque, à χαρις quod *grace* significat, docebo in illo nomine, si recordatus fuero) Sic autem sumi arbitror ἡδὺ in isto Synesii loco, ἡδὺς εἶ, κελεύων ὑμᾶς ἐπὶ τὰ κατασκευάζεσθαι. Fortasse tamen paulo etiā aptius vertemus, Lepidus es, qui iubeas nos, &c. Nam Lepidus, sicut & Lepidum caput, ironiæ sæpe à Latinis accommodari constat.

Ἡδέως, Suauiter, Iucundè. Ἥδιον, Suauius, Iucundius: Ἥδιστα, Suauissimè, Iucūdissimè. Epicurus, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, id est (Cicerone interprete) Non potest iucundè viui. Plutarchus in Symp. lept. sapientū, εἰ μέλλοιεν μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσεσθαι. Sic ἡδέως ζῆν alibi dicit. Ac quod apud Ciceronem Timotheus Platonem alloquens dicit, Vestra quidem cœnæ non solùm in præsentia sed etiam postero die iucundæ, pro eo apud eundem Plut. est, οἱ τῶν Πλάτωνι δεῖπνοι καὶ τὴν ἄριστον ἡδέως γίγνονται. Isocrates autem dixit in Panath. οὐχ ἡδέως ἔχων ὅτι τῆς εὐημερίας, pro Qui nō delectabatur iis quæ dicta erant. Ex Demosthene ἡδέως ἔχω σοι, pro Delector te. Et ex Eurip. ἡδέως ὁρῶ σε pro Aspectu es hilari. ¶ Ἡδέως sæpe pro Lubenter: sicut ἥδιον, Lubentius: ἥδιστα, Lubentissimè. vt ἡδέως αὐτὸν ἠρώτησα αὐτῶν, lubenter eos interrogem. DICITVR & Ὑπερήδιστα: vt Xenophon Pæd. 1, πολλῷ οἱ ἀνθρωποι ὑπερήδιστα πίνουσι, id est Perlubenter. Item Ὑπερήδιστα, Quamlubentissimè. At ὑπερήδιστος pro Quamsuauissimus. C

C. Ἡδυκαρπος & Ἡδυκοιος, &c. videsuis locis, id est vnumquodque in substantiuo cum quo compositum est ἡδυ. C

C. Ἡδυπαθής, ές, ὁ καὶ ἡ, q.d. Suauitatem seu voluptatē patiens, id est, Qui suauitate seu voluptate afficitur, Qui voluptate fruitur. Ab Hesych. exponitur ἡδυνόμενος, id est Voluptari deditus, Voluptarius. Sæpe autem exponitur Mollis, Delicatus, In luxum effusus. Ego ad huius nominis interpretationem lubenter Mollis & voluptarius copulatim, vt à Cicerone copulantur. Athen. 12, ὁν τῇ ἐξῆς καὶ Πολυαρχος ἡδυπαθῆ ὀνομαζόμενον. Quidā apud eundem Ἰωνικὰ ἀνὴρ ἡδυπαθὲς ἔχρος. Obseruandum est autem eundem esse vsum verbi παθεῖν in hoc compositio verbo qui est apud Theognidem, in hoc versu, Γαστρὸς τε καὶ πόσιος καὶ τῶν ἀφροδισίων παθεῖν. quod exprimens Horatius epist. 12 lib. 1, dixit, Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis. HINC Ἡδυπάθεια, Vita voluptaria, Vita mollis. Luxus. Xen. Pæd. 7, οἱ νομίζοντες μὴ δεῖν, ἀδύνατον, τῷ ὀνόματος βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν. ET Ἡδυπαθεῶ, ῶ, Voluptariam vitam dego, Voluptati indulgeo. Xenophon, καὶ τοῦ πατρὸς οἱ παῖδες ἐπιστεύοντο αὐτὸ ὡς ἡδυπαθεῖν μεμαθηκώς ὑπὸ Μηδείας ἐν τῇ COMO. Ἡδυπαθεία, Suauitate & voluptate fruor in aliquare Oblector. Item Acquiesco. Chrysostomus, τῶν πολλοῦ ὄντος ἡδυπαθεῖν ἀφεμένοι. ET Καθηδυπαθεῶ, θῶ, Per voluptatem & luxum absumo, cum accusatiuo. Xen. Ἐπὶ τὸν πόλεμον κρείττω καθηδυπαθῶν, Luc. Per luxū & voluptatem cōsumo. Item cum genitiuo. Vide Budæum 1079 & 1080. Ponitur autem ab eo & pass. Καθηδυπαθοῦμαι, pro Per luxum & voluptates consumi, sed sine exemplo. D E F G

Ἡδύω, Suaue reddo, Condio. Et ἡδύωσθαι pro Condiri à Cicerone metaphoricè posito, dixit Gaza: sicut & ἡδυσμένος λόγος apud Aristotelem. Idē ἡδύωσιν, Lætitia afficere, vertit alicubi. Itidem passiuum ἡδύωσθαι pro Lætitia affici, seu Lætitia aut gaudio frui, poni videtur in hoc versu quem affert Athenæus, Ἡνίκ' ἐχρῶ δώσιν, νῦν δ' ἄρχει ἡδύωσθαι. Sic ἡδυωθεὶς exponitur χαρείς. HINC Ἡδυωτὸς, Conditus. Sed peculiari signif. apud Hippocr. ἡδυωτὰ πίματα, Pix odoribus cōdita, quæ videlicet cocta est cum aqua & aromatibus: itidem ἡδυωτὸν γάρον idem est Adeps in aqua & aromatibus coctus. (CONTR. Ἀνήδυωτος, H

ἠδύωτος, Inconditus, Non conditus. A Bud. redditur Inconditus, Insulsus, afferente hunc Athenæi locum, vbi αἰνήδυωτοι ἄλες opponuntur τοῖς ἡδυσμένοις. sic enim scribit, ἡ ἅλας ἢ ἡδυσμένους ὁρῶν ἢ ἅλας παρεθέντας, ἀνήδυωτον ἢ ἁλῶν πλήρεις αἰωνικοί. Idem Bud. αἰνήδυωτος, inquit, apud Aristot. ὁμοῖ ἡδυσμένος, Inconditus, Nulla suauitate iucundus. (In vulg. l. vertitur etiam, Durior quam vt vlla voluptate afficiatur) A Budæo ponitur ET Αἰνήδυστος, idem cum αἰνήδυωτος. ET Ἡδυωτῆρες dicti ἅλες, quod sal cōdiendi vim habeat, δίδωσι τὸ ἡδύειν, inquit Pollux. Hesychius Eratosthenī hanc appellationem ascribere videtur. ET Ἡδυωτικός, Condiendi vim habens, Ad cōdiendum aptus. Et τὰ ἡδυωτικά, Condimenta, Bud. ex Gaza. Idem Bud. vertit & Voluptifica. Item ἡδυωτικός, Ad condiendum seu ad condiendi scientiam pertinens. Sed & σκευάσασα ἡδυωτικὴν dicit Pollux quasi condiricem. ITEM Ἡδύσμα, ατος, τὸ, Quod suauitatem & gratiā aliquam conciliat, Quod rem aliquam iucundiorem gratioremque reddit. Gorr. Item (vt B. expon.) Suauitas, Dulcedo. Aristot. De arte poetica, τῶν δὲ λοιπῶν πέντε μερῶν τῆς τραγῳδίας, μέγιστον τὸ ἡδύσμασιν ἡ μελοποιία. Peculiariter verò ἡδύσματα in cibo dicitur Condimentū, quod suauitatis & dulcedinis gratia adhibetur ad gratiam et conciliandā. Plato De rep. τὴν μαγειρικὴν τοῖς ὄψοις ἐπορίσατο ἡδύσματα. Sic Gal. l. 3 De alimentis, pinguedinem & adipem carnis ἡδύσματα esse dixit: quippe quæ cibis suauitatē potius cōciliāt quàm in alimentum vertuntur. Plut. De dict. am. & adul. οἱ δὲ ἡδεῖς τῶν ὀψοποιῶν τοῖς σωματοῦσι καὶ αὐτοῖς, ἡδύσμασι χρῶνται, τῷ γλυκέων ἀφαιρουμένης τὸ πικρόν. Athen. l. 2, ὅτε πέπερεως μέμνηται, οὐ τὸ ὄξος, ὁ μόνοι δρῶσιν ἐπὶ τῶν ἡδυσμάτων. Idem lib. 4 ex Alexidis Lebete varia citat ἡδύσματα quæ à coquis adhiberi solent. In qua signif. (vt cōdimentum apud Latinos) metaphoricè quoq; accipitur. Quomodo Plutarch. in Lyc. dicit, παν ἡμᾶ πόνοις ἡδύσμασι, lusus laboris condimentum. Idem De Herod. τῇ ἡδύσματα τῇ κολακείᾳ πολὺ πρόσω ἐμβάλλοντες. Ἡδύσματα dicūtur etiam vnguenta ipsa quibus ad suauitatem odoris aromata adiuncta sunt. Alii non vnguenta, sed aromata sic appellant quibus odor vnguentis conciliatur: cuiusmodi sunt, amaracus, costus, amomum, nardus, carpobalsamum, & myrrha, (vt patet ex Dioscoride in descriptione vnguenti amaracini) item coriandrū, mentha, apium, ruta. Cæterùm vnguenta ea quæ ἡδύσματα vocabantur, succus tantùm erant, hoc est liquida, vt quæ solis fere constarent oleis, eóque differebant ἀπὸ τῶν συμμάτων, vt Plin. scribit: quòd hæc corpus haberent, hoc est solidiora essent: vtrisque tamen eadem odoris gratia. Gorræus. Plut. ἡδύσμασι Συριακοῖς, Ἀραβικοῖς, ὡς, πρὸ ὀπτοῦ νεκρὸν ἐνεφαίζοντες. Ἡδύσματα etiā ab Hippocrate dici τὰ χλωρὰ καὶ ξηρὰ ἀρώματα, vocémq; Atticam esse, Erotianus annotauit. ex quo ipse lib. 2 τῶν γυναικείων, ἅ ἡδὺ appellat τὸ ἡδυσμῶν. Gorr. ET Ἡδυσμός, οῦ, ὁ, idem quod ἡδύσμα. Exodi 30, ἡδυσμοῦ χαλβάνη, galbanum iucundi siue suauis odoris. A B C D E F G

C. Ἀφηδύω, Iucundum reddo, Interdum (vt annotat Budæus) Ex tristi iucundum reddo. & sic ἀφηδύω, ὀδυνῶν ἄλγος apud Plut. in Dione.

C. Ἐνηδύω, Exhilaro in, Illætifico. Bud. ex Naz. τῇ θείᾳ θεωρίᾳ ἐνηδυνόμενος τε καὶ ἀυφραινόμενος.

C. Ἐφηδύω, Exhilaro super aliquare, Iucundum & hilarem reddo.

C. ΠΑΡΗΔΥΩ, Condio. B. ex Athen.

C. ΣΥΝΗΔΥΩ, Vnà exhilaro & iucūdum reddo, Oblecto. Aristot. Ethic. 5, c. 6, ὡς δεῖ, ὁμολογήσειν ἀναφέρειν δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, τοῦ δόξειεν τὸ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. Idem Ethic. 4, αἱρεῖ ὄμως τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δὲ ἄλλα δοῦλος, lætificare, exhilarare. sic alibi sæpe. B. Συνηδυσμένος, Conditus, Delicatus. Bud. ex Plut. Symp. 4, καὶ ἅ ἡδέως τῆς ὠμοτησιν ἀλίσκοντες, δίδωσι τὸ μικτὸν πυρὶ καὶ συνηδυσμένον τοῖς σφέρεσθαι. H

Ἡδυμος, Suauis, Dulcis, Iucundus. idem quod ἡδύς: ex eóque factum per paragogen. Apoll. Arg. 2, ἡδύμος ὕπνος. PRO QVO Νηδυμος ab Hom. dicitur, per pleonasmum literæ, l. ἐ, Δία δ' ἐκ' ἐγὼ νηδυμος ὕπνος. Vbi tamē fuerūt qui scriberent, ἔχεν ἡδυμος ὕπνος: sed Eust. hanc scri-

pturā nō probat, φ in aliis locis νήδυμος semper reperiatur: atque adeo apud Homeri posteros tātùm putat illud ἡδυμος in vsu esse. Il. π, Ὑπνῳ πάντα τε φέρει καὶ νήδυμον ὕπνον. Il. ω, [ὕπνος] λύων μελεδήματα θυμοῦ Νήδυμος ἀμφιχυθείς. Sunt tamen qui nō hinc deriuari velint, sed à νη particula intensiua & δύω, vt per νηδυμος ὕπνος, intelligatur profundus & altus sopor. In Epigr. est etiam νήδυμος Ὀρφεὺς & νήδυμον ὕδωρ apud Nonn. Vbi secundū primam etymol. significat Suauis, Iucundus, Dulcis.

Ἡδυλίζω, Adulor, Grata & iucunda loquor. idem quod ἡδυλογοῦμαι. Citat Eustath. ex Menandro. VNDE Ἡδυλισμός, οῦ, ὁ, Assentatio, Adulatio, vel Adulationis species quædam, εἶδος τῆς κολακείας, vt idem Eust. tradit.

Ἡδύς, Suauitas, Iucunditas. Il. α, οὐδὲ τὰ δαιτὸς ἐδωδῆς ἔσεται ἡδύς, ἐπεὶ τὰ χαριέστατα πάντα, neque suauitas vlla epuli erit, Nec iucundæ erunt epulæ. Il. σ, Ἀλλ' ἤτοι τῶν ἡδύς, ἐπεὶ φίλος ὤλετο πάντων; Quæ ex his ad me redit iucunditas? Quid hæc iuuant? nam exponitur etiā ἡδονὴ. Annotat autem Eustath. Æolicè tenuari, & indeclinabile esse. At ἡδύς aspiratum, Acetum significat. Ælius Dionys. apud Eust. ἡδὺς τὸ ὄξος, inquit, δὲ σωζόμενον οἱ Ἀθηναῖοι. Idem tamē Eustath. tradit ἡδὺς à Pausania exponi & ὄξος & ὄξος: nulla facta spiritus diuersi mentione. C

C. Ἀνδής, ET Ἀαδής, Dorice, ἐς, ὁ καὶ ἡ, Insuauis, Iniucundus, Odiosus. Athen. ἐν τοῖς ἄλλοις ὦ ἀνδὲς καὶ ψυχρός. Et ἀνδὲς substantiuè, Isocr. ad Phil. εἰ τοῖς πνεῦσι αὐτῶν ἀνδὲς πᾶσι συμβέβηκεν. vbi accipit pro offensione: vt Gall. dicitur *Auoir quelque faschete contre quelcun.* Vult autem ἀνδὲς ab ἥδος formari Eustath. quem hic sequor. HINC Ἀνδῶς, Insuauiter, Iniucundè. Item Grauatè, Illibenter. ἐδέετο ἀνδῶς, Xen. Pæd. 1, Non suauiter edere, id est, nulla cum delectatione. Isocr. ad Phil. οὐκ ἐπιτρόδοσιν, ἀλλ' ἀνδῶς ὁσῶσιν, Sed illibenter cernunt. Vel, Grauatè cernunt: aut, Graūtur cernere. At Budæus ἀνδῶς ἔχειν πρὸς apud Demosth. interpr. Non amare eliquem, Non libenter vti aliquo. Et apud cūdē, ἀνδῶς δ' ἔχοντεῖ, λέγω τοῦτο, pro Quū præterea tristis essem. ET Ἀνδία, Insuauitas, Iniucunditas, Molestia. Item Tædium. Æschin. in Ctes. τὸν δὲ ὄν ἀνδίαν ἡ πόλις οὐκ ἔχωρει. vbi exponitur Tædiū tui. Demosth. ἀνδίαν ἐφ' αὑτῷ ἐποιήσαν, tædium sui, & fastidium. Isocr. plur. etiam dicit ἀνδίας καὶ βαρύτητα, item ἀνδίας καὶ λύπας. Capitur & pro cibi fastidio, quod ἀποφορία propriè vocatur. Apud Epicureos idem est quod ἀνδόνια, de quo infrà. ITEM Ἀνδίζομαι, Tædio afficior, Fastidio. Bud. interpr. Abhorreo in hoc Greg. loco (qui in orat. εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα legitur) ταῦτα πάσχω ὑφ' ὧν κακοῦσθε, οἱ ἐπεὶ δὲν ἐφ' ὧν τῶν βρωμάτων ἀνδίζομαι, ἐφ' ὧν ἐφοβοῦ ἐγχρεωμαι. Sic apud Aphrod. ἀνδίζομαι τοῦ ξένου redditur, A rei nouitate abhorreo. ET Ἀνδέω, idem quod ἀνδίζομαι.

C. Φιλήδης, ες, ὁ ἡ, Qui amat quod suaue est & iucundū, Suauitatis seu voluptatis amās. A Bud. redditur Voluptatis consectator, in hoc Aristot. loco, Ethic. 8, καὶ γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἡδὺ τοῖς φιλήδεσιν. HINC Φιλήδεια, Amor rerum suauium, Studium voluptatis. Item Suauitas, Voluptas: Aristoph. χρῆσθ' ἐπὶ φιλήδειαν. ET Φιληδέω, ῶ, Delector, cum dativo rei: vt φιληδῶ τούτῳ. Delector hac re, Capio voluptatem ex hac re. & q. d. Amo suauitatem huius rei. Athen. Καλλιμέδων ῥήτωρ, δεῖ τὸ φιληδεῖν τῶν κεφαλῶν βρῶμα πηκάρδος ἀπεκλήθη. Sic φιληδεῖν πάντας κιμῶδε ἐν ἑρμιαις, apud eundem. Et φιληδεῖν μάχας, Aristoph. Apud Theophrastum non adiecto dativo, de dictamo, καὶ τὸν ἀ αἶγες ὀκνέουσιν δεῖ τὸ φιληδεῖν. B

Ἡδόω, F. ήσω, Suauitate & iucunditate afficio, Delecto seu oblecto, Autor Axiochi, τὰ δ' ἀλγεινὰ, ἀκφαιρῶν καὶ πολυχρόνια, καὶ τῶν ἡδίστων ἄμοιρα. Synes. p. 154, τὸ μὲν γὰρ ἥσει, τὸ δὲ ἀνιᾷ. Idē I. p. 93, ὡς ἔγκ τῶν καὶ ἡσε τὰς πόλεις καὶ ὠφέλησε, & voluptati & emolumento fuit. Idem ἡσας δὲ ἡμᾶς & εἰς ἀπεσχάλασε. ἀπαντα γὰρ ἔκομισα μεθ' ἡμῶν. Pro ἡσας autē, i. Exhilarasti, Delectasti, dissolutione facta Etymol. DICI Ἔασας annotat. Pass. est Ἡδόομαι, lōgè actiuo vsitatius. est autē ἡδόομαι Suauitate & iucūditate afficior, Delector: interdū & Gaudeo (nec enim semper idē est quod χαίρω, vnde & Plut. De virt. mor. distinguit ita inter ἡδεσθῆναι & χαρῆναι, vt inter αἰδεσθῆναι & αἰσχυνθῆναι. aitenim αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχυνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἡδεσθῆναι χαίρειν, καὶ τοῖς

φέβοις ἀλαζόνας: loquitur autem de iis qui duplicem αἰδῶ in se sentiunt.) Cõstruitur Ἥδομαι vel cum participio, vel cum datiuo, aut cum præpos. ὅτι vel ὡς: interdum & cum particula ὅπ. Od.ι, ἤστο δ' αἶνως. Ἡδὺ τοῦτ' πίνων, καὶ μ' ἦπε δεύτερον αὖθις. vbi ἥδεται dicitur quoniam ἡδὺ τὸ ποσὸν φέρει. Plutar. Fabio, τὸ δεῖνα ἥδεται τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἀτυχούντων. Aristoph. Vespis, ἀληθῶς γὰρ ἥδεσθαι βιούντες ὡφίλιμοι, assueuisti enim delectari huiusmodi rebus. Plut. De virt. mor. ὁ μὲν γὰρ ἥδεται τοῖς καλοῖς, ὁ δ' οὐκ ἀχθεται τοῖς αἰσχροῖς. vbi ἡδεῶς & ἀχθεῶς sibi opponuntur. Dionys. Long. χαίρετω δ' ἕκαστος οἷς ἥδεται. Xen. Pæd. 3. ἡδόμενοι τῇ εἰρωνείᾳ. Idẽ P. 8, ἰσχυρῶς χαίρουσιν ἡδόμενοι. cui opponit postea, ἰσχυρῶς ἀνιᾶται. Callim. apud Athen. l. 10, Θρηϊκίην μὲ ἀπέσυρε χαλεὸν ἄμωμον Οἰνοπεπῆν, ὀλίγῳ δ' ἥδεται ἀμυδίῳ. vbi ἀποστυγεῖν & ἡδεσθαι opponũtur, vt paulo antè ἀχθεσθαι & ἥδεσθαι, ἀνιᾶσθαι & ἥδεσθαι. Idem Xen. Pæd. 8, ὅτι τε τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοὶ ἀγάλλεται καὶ ἥδεται). vbi copulat ἀγάλλεσθαι & ἡδεσθαι, sicut in Pæd 5, ἥδεσθαι & ἀφράνεσθαι. Alex. Aphr. in præf. Probl. lib. 1, ἄλλος ὡς πλείστα πλεῖστον ἥδεται) πῶν ἐσθίων, magis delectatur hoc cibo. Aristoph. ἥδομαι ὅπ πεντεπάλαντός μοι δίκην, Gaudeo quod. Dicitur verò & ἡδεσθαι ἡδονῇ, Atticè. Plato Philebo, ἥδεσθαι ταῖς ἡδοναῖς. Idem, πᾶς ἡδόμενος ἡδοναῖς, pro quo Cic. Omnibus lætitiis lætus. Et cum adverbio, βραχέα ἡδεῖς, Thucyd. ἥδομαι βαιά, Aristoph. A participio autem ἡδόμενοι (quod & ipsum aliquãdo pro nomine capitur, vt Lubens apud Latinos) EST Ἡδο μένως adverb. idem significans quod ἡδέως. Xenophon Pæd. 8, οὐ προθύμως ἢ οὐχ ἡδομένως πράττοντα. id est Lubenter, & ita vt suauitatem & voluptatem ex eo quod facio percipere videar.

Ἧσις, εως, ἡ, Delectatio, Voluptas, πέρψις. ET Ἡσὺς, ου, ὁ, Iucunditate affectus, Exhilaratus, Delectatus: vel Qui iucunditate affici, exhilarari aut delectari poteſt. Suidas ἡσὺν exponit ἡδὺ & ἀφραστόν.

C. ENἥδομαι, Delector in. Idem quod ἐνηδυπαθῶ.

C. EPIἥδομαι, Delector, seu gaudeo super aliqua re. Isocrat. De pace, οὐ συμπενθήσοντες τοῖς πεπονθόσι, ἀλλ' ἐφησθήσομεν ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς, gauisuri nostris calamitatibus. Chrysost. ἐπιμοι τοῖς ἡμετέροις ἐφησθῆναι κακοῖς. sic dicitur vt ὑπηγκλᾶν.

C. ΠΡΟΣἥδομαι, Delector ad [rei alicuius sensum & perceptionem.]

C. ΣΥΝἥδομαι, Vnà cum alio voluptate & gaudio afficior, Gratulor. Xen. Pæd. 1, συνηδόμενοί τε φαίνεσθαι, εἰ τι ἀγαθὸν αὐτοῖς συμβαίη, καὶ συναχθόμενοι, εἰ τι κακόν. vbi συνήδεσθαι & συναχθεσθαι sibi opponũtur, vt ἡδεῶς & ἀχθεῶς suprà. Isocrat. ad Phil. πότερα τοῦ τοῖς θεραπόμενοις ἀπαντᾶν συνηδόμενον; Dem. cõtra Mid. οὐδαμοῦ τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ὀλιγοπαθῆ τοῦ δήμου, videlicet quãdo nuntiabatur aliquid τοιοῦτον ὡς ἀφεστῶν παντός. Herodian. l. 2, ἀπέστελλον συνηδόμενοι αὐτῷ, gratulatum miserũt. Sic App. πρεσβεῖς ἔπεμψαν συνηδόμενοι τοῦ γεγονότος. Aliquãdo dat. perf. additur genit. rei. Synes. Ἀντωνίῳ συνηδόμην τῆς καλοκαγαθίας, gratulatus sum de. Συνήδομαι interdum capitur pro ἐφήδομαι. Isocr. συνηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. sicut suprà ex eodem attuli ἐφηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. Eurip. οὐ μὲν θανόντι συνήδομαι, non lætor super eius morte, vel ob eius mortem: vt præpositio exprimatur. alioqui Latinius dicitur Lætor eius morte.

C. ΥΠΕΡἥδομαι, Supra modum exhilaro, Supra modum gaudio & lætitia afficio, Supra modum delecto Basil. ἡ μὲν ἀχροία σε τῷ χρυσεῷ ὑπερήδεται. Et in pass. ὑπερήδομαι, Supra modum exhilaror & delector, seu gaudio & lætitia afficior. vt ὑπερηδεῖς τῷ πόματι, maiorem in modum delectatus potu. Herodianus lib. 5, οὐχ οὕτω δ' ὑφραίνε πάντας ἡ Μακρίνου δόξα, ὡς ὑπερήδετο τε καὶ παυδημεὶ ἑορτάζον ὅτι τῇ Ἀντωνίνου ἀπαλλαγῇ.

¶ Ἡδονὴ, ῆς, ἡ, Iucunditas, Suauitas. Theophr. ὁ καθαίρει τὰ πεσόντα καὶ παχύνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμαστὰ ποιεῖ τῇ ἡδονῇ. Plinius, Tradunt vesci pecora solita, primóque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modũ iucunda. Theophr. de arboribus Indicis, τὸ δὲ καρπὸ φέρει ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα· καὶ ἡ ἡδονὴ κοείττων τῶν ἀμυγδάλων. Plinius, Pomo [quod fert, similis est] amygdalis, præcipuæ suauitatis. Cicero apud Græcos variis modis hoc vocabulum interpretatus est. plerunque verò Voluptas: cui contrarium λύπη siue ἀλγηδὼν, molestia, dolor. Lib. 2 De fin. Omnes enim iucundum motum quo sensus hilarentur, Græcè ἡδονὴν, Latinè Voluptatẽ vocant. Et lib. 3, Quãmque Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariã. Idem, quod Stoici dicunt, ἡδονὴ, ἄλογος ἔπαρσις, reddit, Lætitia gestiens, vel nimia, sine ratione, animi elatio. Plato, δέκεαρ κακὸν ἡ ἡδονή. Vnde idẽ Cicero De senect. Plato escam malorum voluptatem appellat. ἡδονὴ καὶ λύπη, Voluptate & molestia. ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς, Voluptas ex malo alterius. αἱ δ' ἀκροαμάτων ἡδοναί, Voluptates quæ auditu & cantibus percipiuntur, Aurium delectatio. αἱ δι' τῶν χυλῶν ἡδοναί, Voluptates quæ sapore percipiuntur. Hactenus ex Ciceronis interpretatione, quæ prolixius in Cic. lexico. Aristot. Eth. 10, cap. 5, ἔστι γὰρ ἵππου ἡδονὴ, καὶ κυνὸς, καὶ ἀνθρώπου, alio voluptatis sensu afficitur equus, alio canis, alio homo. Plutarchus De animal. solert. ἡδονῆς δὲ τὴν μὲν δι' ἀπτῶν ὁίομαι, κνήσεις οὖσι· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, τερπνία. Idem, ἡδονῆς κόρον οὐκ ἔχουσης. Aristoteles Ethic. 7, αἱ σωματικαὶ ἡδοναί. Pro quo Plato, αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί, & Xenoph. αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. item, αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί. Dem. Pro corona, τῆς ὅλης τῶν λοιδορίας ἡδονῆς καὶ χάριτος. Athen. 12, πᾶς δι' τῶν χυλῶν ἡδοναί, voluptates quæ gustu percipiuntur. Et ἡδονὴν λόγων apud Thucydidem sæpe pro verborum illecebris. vt lib. 6, λόγου μὲν ἡδονὴν παρεσκευάκασι περιπαθεῖς. & lib. 3, ἀκοῆς ἡδονὴν ἠσπασμένοι, victi iis quæ auribus grata & iucunda essent, i. adulationibus. Et apud Philonem, ὅσα καθ' ἡδονὴν, quicquid iucundum ac volupe est: cui opponit τὰ λυπηρά.

Cum variis autem verbis hoc vocabulũ cõiunctum varias efficit phrases. Luc. in Vit. auct. παιζόμενοι ἐφιλοτίμουν τῇ ἡδονῇ. Ath. 10, ἀπὸ τῆς θαλάσσης τὰς ἡδονὰς περιέλεσθαι. Pl. Alcib. ἡδονὴν αἰσθόμενον ἐφεστῶσαν. Ath. 12, τὰς ἡδονὰς διώκειν ὡς πτῶς. Ibidem, τὴν ἡδονὴν πρῶτος ἡ θυρᾶν ὡς ἡνιδίοι. Xen. ὡς ἡδονὴν ἀπήκασε δίκαιος. Idem, τῇ ἡδονῇ χαρίζεσθαι. Isocrates autem dixit τοῖς ἡδοναῖς δουλεύειν. Idem, τὴν ἡδονὴν ἀπλανεῖν. Xenophon Pæd. 4, πρὸς ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει. Et ἡδονὴν ποιεῖν τινι, voluptate aliquem afficere, Thuc. At ἡδονὴν δοῦναι ἄλλοις, apud eundem Thuc. Aliis gratũ facientes. Interdũ cum præpositionibus iunctum elegãtes itidem phrases præbet. Dem. ὡς ἡδονὴν δι' μνεῖαν. Idem, πάντα ὡς ἡδονὴν ἀκούουσι. Idem, ἁπάντα ὡς ἡδονὴν ζητοῦσι. Isocr. ὡς ἡδονὴν καὶ χάριν λεγομένων. Cicero quoque Ad voluptatẽ loqui dicit. Pro quo Thuc. habet καθ' ἡδονὴν λέγειν. Idem dicit καθ' ἡδονὴν ποιεῖν, pro libiro siue libidine facere. Item, ἐπιτάττειν καθ' ἡδονὰς τὸ δῆμον τὰ πράγματα οἰκεῖν, libidini populi res cõmittere. Apud eundẽ Thuc. frequens est ἐν ἡδονῇ ἔχειν, Gratum ac iucundũ habere, lib. 3, καθ' ὅσον μὴ ἀφεστῶσιν, ἐν ἡδονῇ ἔχοντες. Sed & apud eũ dicitur εἰς τὴν ἡδονὴν ἔχειν εἰζοντες. Pro libidine, & q. d. Sua voluptate omnia metientes. Locus est l. 3, p. 111, οὐμὴ χεῖν τὸ δίκαιον καὶ τὴν πόλιν ξυμφέρον προτιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἕκαστον πρὸς τὸ αἰεὶ ἡδονὴν ἔχον εἰζοντες. (At lib. 4, p. 156, δι' τὴν ἡδονὴν ἔχει ἐν τῷ αὐτίκα, idem esse opinor quod alibi dicit, δι' τὴν παραυτίκα ἡδονήν.) ἐν ἡδονῇ ὄδι, Volupe est, iucundum ac gratum est, Eurip. Apud Herodian. frequenter cum δι' iungitur. vt l. 4, [ὅπερ] δι' ἡδονῆς εἶχε θέαμα ἢ ἄκουσμα, quicquid vel oculis eius vel auribus iucundum erat. Apud eundem, δι' ἡδονῆς πρᾶξαι, cum voluptate aliqua facere. Et apud Luc. ὑφ' ἡδονῆς ἐδάκρυσε, præ voluptate & lætitia illacrymauit. Sed & ἡδονὴν αἱρεῖν aliquem dicitur, pro Cupido inuadere aliquem. Herodot. καὶ πῶς ἐστελλόμεν γὰρ ἡδονὴν εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπου ἀοιδοῦ. i. (Gell. interpr.) Feros & immanes nauitas prolubium tamen audiendi subisse. ἐν ἡδονῇ ἄρχειν, Leniter & humaniter & quasi suauiter imperare. Thuc. lib. 1, p. 32, ἥσαν δέ τινες καὶ ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι ὁμοίως ἐν ἡδονῇ ἄρχοντες, non pari humanitate & comitate imperabãt. De quibus paulo antè dicit, λυπηροὶ ἦσαν, & πρεσβύτεροι τὰς ἀνάγκας.

C. Ἀνδονία, ας, ἡ, (ex α priuatiuo & nomine ἡδονὴ, nõ ab ἀνδὴς, vt in vulgatis lexicis annoratur) Voluptatis priuatio, Iniucunditas: medium quiddam inter ἡδονὴν & ἀλγηδόνα duo extrema: idem quod ἀνδία & ἀπονία: affectio animi vel corporis qua nullã quidem percipimus voluptatem, sed nec molestiam aliquam. Laertius in Aristippo, ἡδὲ τὸ ἀλγεινὸν ὑπεξαίρεσις, (ὡς ἔφασαν παρ' Ἐπικούρῳ) δέχεται αὐτὴν μὴ εἶναι ἡδονὴν, οὐδὲ τὴν ἀνδονίαν ἀλγηδόνα. Et quemadmodum τὸ ἀλγεινὸν ὑπεξαίρεσις minus aliquid est quàm ἡδονὴ, ita & ἀνδονία minus quàm ἀλγηδών.

C. Ἀνήδονος, Iucunditatis & voluptatis expers, Iniucũdus. Illetabilis, Virg. Molestus. Ioseph. ἀνήδονον πόνοιαν εἰσπεφυρμένος.

C. Εὐήδονος, ος, ὁ καὶ ἡ. Qui in voluptate est, vt Cicero loquitur, Voluptarius, Cic. Voluptabilis, Plaut. Qui voluptate afficitur, Vel, Cum voluptate coniunctus.

C. Φιλήδονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Voluptatum amans, Voluptarius, Voluptuosus. Plutarchus, καὶ ἐν βίοις ὡς τὰ πολλὰ ἀπόπτοις καὶ φιλήδονοις ἀποβλέπουσι. Lib. 2 Epigramm. ἀλλά μοι Βάκχοιο φιλήδονον ἔντυπε νᾶμα, Voluptuosum Bacchi laticem. VNDE Φιλήδονία, ας, ἡ, Amor voluptatis, Studium voluptatis, Vitium eorum qui voluptatibus dediti sunt. Plutarchus, ὅπου φιλοπλουτία καὶ φιλήδονία θεμελιοῦται & φθόνος ἀκρατος.

C. Ἡδονικὸς, ου, ὁ, Voluptarius. Ceb. Theb. Et Athen. lib. 13, ὡς τοὺς ἡδονικῶν καλουμένων αὐτὸν τὸν ἡδονῆς ὀίχνον ὑποσκάπτοντες. Idem ἡδονικὸς φιλόσοφος Ἀρχέστρατος. Chrysip. Tyan. apud eundem Athen. l. 14, de placenta Montana, μάζης ἐξ οἴνου καὶ ἤμισυ ἐκ ποσοῦ. ἡδονικώτερον γὰρ γίνεται, iucundior enim & magis voluptabilis ita fit.

Α Σ ΜΕΝΟΣ, ου, ὁ, Gaudens. Item Liber. 15. Il. ο, — ὃς καὶ νῶϊ φυγὼν ἀσάμενος ἐκ θανάτοιο. Il. ξ, — ἐνθ' ἐν κεν ἀσαμένω εἴη. Quã constructionem imitatus Thucydides dixit lib. 4, pag. 131, ἀσαμένοις δ' ὅμως ἐγίγνετο τοῖς σταθεῖσι τῶν αἰχμαλώτων. Apud eundem l. 3, pag. 111, ἀσαμένη in fœmin. genere: quod scholiastes exponit μετ' ἡδονῆς. Vtitur autem hoc fœmnino Plato quoque in Symposio, ἀσαμένη ἤκουσε. ET Ἀσαμένως aduerbium, Cum gaudio, Lubenter. Et in superlatiuo gradu Ἀσαμενέστατα, Lubentissimè, pro ἀσαμένως ἔπραττα. Ab ἥσμαι præterito τοῦ ἥσμαι fit ἥσμενος, ex quo ἄσμενος. Etymol.

Ἠσυχαζω, Delector [aliqua re,] Acquiesco. ἠσυχαζω τῇ γεωργίᾳ, Lubenter agriculturæ operam do, Agriculturæ delector. Sic Gaza hæc Cicero is, Tempestiuis coniuiiis delector, vertit, συμπόσεσι ὀψοφαγίαις ἠσυχάζειν.

Ἀ Ν Δ Α Ν Ω Placeo. Il. α, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι πᾶσι δοκεῦμεν. Et Od. δ, — τέρπε δ' ὅτοισι τοῦδε δοκεῦμεν. Annotat autem Eust. fieri ἀνδάνω ab ἥδω, eodem modo quo λαθάνω ex λήθω, & μανθάνω ex μήθω: & aspirari, vt apparet ex cõposito ἀφανδάνω, & ex ἀφαδεῖν. Alibi tamen annotat, ex Heraclidis grammatici sententia, esse ab ἀδῶ, vt λαμβάνω à λάβω.

C. Ἀφανδάνω, Displiceo. contrarium τοῦ ἀνδάνω. sicut ἀπαρέσκω contrariũ τοῦ ἀρέσκω. Ab hoc verbo FIT Ἀφάδιος hostem significans, teste Hesychio. Pro quo ET Ἀφάδιος dici ait. ITEM Ἀφαδία (eodem autore) est ἡ πολεμικὴ ναῦς, dicta ὑπὸ τοῦ ἀφανδάνειν. Suidas autẽ ἀφαδίος exponit duntaxat ὁ μὴ ἀρέσκων, i. Non placens. nam ἀδεῖν, inquit, τὸ ἀρέσκειν. Eustathius ex Pausania ἀφάδιον exponit τὸ ἐχθρὸν & ἀπαρέσκον.

Ἑ Δ Α Ν Ὸ Σ, ου, ὁ, Iucundus, Suauis. idem quod ἡδὺς: factũ autem ex ἥδω per systolẽ literæ η, quasi ἡδανὸν, vt tradũt grammatici. Il. ξ, — ἀλείψατο δὲ λίπ' ἔλαίῳ Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ. Et ἑδανὸν γλυκὺς apud Nicandrum. vt suprà ἡδὺς οἶνος apud Hom.

Ἁ Δ Ἑ Ω, ῶ, F. ησω, P. ηκα, Aspirata prima litera. Placeo. Itẽ, Gratificor. Il. γ, Ὦ ὄφελον θανάτοιο μοι ἁδεῖν κακός. Iliad. μ, — ὁ δὲ οἱ Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων. i. placuit Hectori oratio Polydamantis. Vbi Eustathius notat ἁδεῖν videri esse aoristum secundum Æolicum verbi ἥδω: aut certe ab ἁδεῖν esse ἁδεῖν, vt ἔκτυπεν à κτυπεῖν. Quo in loco tenuatur apud Eustathium: & ipsum ita scripsisse inde apparet, quòd dicat ex eo fieri ἄδος pro κόρος, id est satietas: & ἄδην, abundanter: vnde etiam tenuetur in vulgari sermone. Ita enim intelligendũ est quod ait Eustathius, ἄδην tenuari ὡς τὴν πολλοῖς. nam opponit πῆς πολλοῖς Attticis, qui hoc aspirant: vt ipsemet in Comm. in Dionysium docet. In illum autem locum Il. γ, scribit quæ sequuntur: Sciendũ est autem, ex ἥδω, quod est ἥδομαι, fit ἁδῶ (id est Delecto) futurũ secundũ actiuum esse ἁδῶ. à quo Ionicè & Æolicè, necnon Doricè tenuato, & ad originale thema reuerso, formatur etiam ἁδεῖν. Hæc Eustathius. At Etymologistes aiunt ἥδω, fut. ήσω, aor. 2, ἄδοι: vnde ἄδε apud Homerum. fut. 2 ἁδῶ, & infinitiuus ἁδεῖν. Rectè quidem Etymologi duntaxat ἄδειν & ἀδεῖν inuenirentur: sed vnde dicet esse ἀδήσις apud Herodotum, & ἀδήσει apud Hipponactem, nisi thema ἀσίω cõstituat vt ἀδηβουλὴ, placuit consilium. Infinitiuo autem vtitur & Solon initio cuiusdam versus apud Plutarchũ, Πᾶσιν ἀδεῖν χαλεπὸν. Vti etiam solet hoc infinitiuo Herodotus, vt in Thalia, καὶ στι ἀδεῖν τὸ πρεσβύτερον μικρὸν πλέον. vbi ἀδεῖν pro placere sumitur eo sensu quo dicimus, Mihi placet illud fieri, pro, Sentio illud faciundũ. Idem in Terpsichore ἀδέσαι vsurpat pro Gratificaberis, καὶ πρὸς τῶν Σπαρτιητῶν ἀδήσεις. i. Et hæc faciens, Spartanis gratificaberis, A Spartanis gratiam inibis. Idem & pro Assentior, in Calliope, ἐγὼ δὲ οὐδὲν τούτου ἕνεκα μὴ Αἰγιήτῃσι ἀδέσιμος, μὴ τοῖσι τούτων ἀρέσκομαι. vbi etiã obseruandum ἀδέσιμος tanquam ab ἄδω barytono. Sic & Eustathius alicubi Homericum illud ἀδὲ (in ἀδὲ δ' Ἕκτορι μῦθος ὀπιμαῖος.) exponit ἤρεσκε: secundum quàm expositionem ἀδὲ esset præt. imperf. ab ἄδω barytonæ coniugationis, non circunflexæ. Quod autem ad spiritum attinet, de eo ambigit Eustathius. nam quidam dicerit tenuari in iis quæ modò ex eo protuli, itidẽ verò in Odyss. μ tradat Æolicè tenuari ἀδεῖν, licet ab ἥδω sit quod aspiratur: tamen in Iliad. ι, in dubio relinquit annon & ἀδεῖν aspirandum sit, & id ex αὐθάδεια probari possit, quæ inde ducto nomine dicatur quasi αὐταρέσκεια. Ego eos sequor qui ἀδέω, vnde ἄδος satietas, tenuant: ἀδέω pro placeo, aspirant: præsertim quum videam αἰδάω (quod præsens in locum ipsius ἀδέω substituitur à poetis, sicut & ἐλάδανον imperfectum in locũ τοῦ ἤδεον) passim densо spiritu notatum. vt initio Il. α, — ἐλάδανε βουνά. aspirari autem constat ex composito ἀφαδάνω. Hoc autem verbum αἰδάνω Eustathius ab ἥδω vult esse, vt λαμβάνω à λήθω: sed Heraclides apud eum vult ex ἀδῶ esse factum, vt λαμβάνω à λάβω. vt dictum est. ITEM Ἔαδεν, id est Placuit, Eustathius ab ἥδω, aut etiã ab ἀδεῖν deduci posse ait. AT de Ἀδῶ, barytonæ coniugationis vide in modò citato Herodoti loco.

Ἄδος, ος, ὁ, Lætitia, Gaudium. ἀγαθοσύνη, inquit Etymolog. Idem ἄδος exponit ἀρέσκεια, id est complacentiam, ad verbum. Exponit & κόρος, ἡ κόπος, id est satietatem, aut lassitudinem, seu defatigationem. confundens ἄδος aspiratum ab hoc ἀδέω placeo, cum ἄδος tenuato ab ἀδέω itidem tenuato, quod ex ἀηδέω factum est, vt paulo post dicetur.

Ἀδεσύνη, ης, ἡ, Voluptas. ἡδονὴ, Hes. Idem ET ἀδεναὶ exp. ἡδονῶν. sed ἀδεναὶ habere duntaxat η mutatum in α Dorico more, perspicuum est: at ἀδεσύνη ab ἄδος deriuatũ est, ἄδος autem ab ἀδέω, quod primitiuum sit nẽcne, ambigitur inter grammaticos: vt ex iis quæ modò dixi, satis liquet. ego certè eos sequutus sum qui primitiuum esse nolunt.

C. ΑΥΘΑΔΗΣ, ες, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Sibi placens) Arrogans, Superbus. De eo propriè dicitur qui sibi placet, sibi plaudit, sibi est pulcher, (vt quidam dixit) sic vt cæteros omnes præ se contemnat. Sed generaliter etiam extẽditur ad superbi significationem. Isocrates ad Demonicum, ἀξιοῦ σεαυτὸν μὴ σεμνύνειν, ἀλλὰ σωφρονεῖν. δι' ἐκεῖνο γὰρ δὲ αὐθάδης, ὑπὸ δὲ τῶν φρόνιμος εἶ δ' ἔχεις. Plut. in Polit. præceptis. οὐ γὰρ αὐθάδης οὐδὲ ἐπαχθὴς ὁ χρηστὸς, οὐδὲ αὐθέκαστος ὁ σπουδαῖος αὐτῷ, &c. Aristot. Rhet. 1, τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μανικὸν, ἁπλοῦν καὶ τὸν αὐθάδη, μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνόν. Æschylus autem in Prometheo pag. 55 meæ edit. nomini αὐθάδης adiungit genitiuũ φρενῶν, eique opponit ταπεινός. ita enim ibi ipse Prometheus, Ἦ μὴν ἐπὶ Ζεύς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν, Ἐσται ταπεινὸς, ὅστις ἔσαρτ. &c. Quem genitiuum superuacaneum esse puto, eodem prorsus modo quo apud Latinos genitiuus Animi

post nonnulla nomina vacare comperitur, ex quibus A est Infelix: sed apud poetas (quantum meminisse possum) non apud solutæ orationis scriptores. Tacitum tamen excipio, qui non iisdem quibus cæteri astrictus sermonis legibus, etiam Ferox animi dixit: à quo non multum abfuerit Arrogans animi, vel Superbus animi. Cæterùm αὐθάδης in vulgaris lexicis exponitur etiam Contumax & præfractus. de qua expositione dicam in Αὐθαδίζομαι. Redditur & Inhumanus apud Aristotelem, sed omnino vitiosè, vt docebo in Αὐθαδία. Est autem & manifesta & extra controuersiam posita B huius nominis deriuatio, quam & Aristoteles affert Ethicorum magnorum lib. 1, vbi αὐθάδης esse dicitur αὐτάρεσκος, ex eo quòd sibi placeat, & quidem ita placeat vt etiam congressus aliorum vitet, & cum nemine cõmercium habeat. Quæ tamen Aristotelis verba ad propriam significationem restringenda sunt, quum alioqui generalius (vt dixi) accipiatur. Est igitur αὐθάδης dictus quasi αὐτάδης, id est αὐτ' ἀδῶν.

C. Αὐθαδίσομαι vide in Σπμα.

C Αὐθάδως, Arroganter, Superbè. Item Contumaciter, in vulg. lex.

Αὐθάδεια, ET Αὐθαδία, Arrogãtia, Superbia: sed eius propriè qui ita sibi placet vt cæteros omnes præ se contemnat, sequendo analogiam significationis quæ data est nomini αὐθάδης. Plato in epist. ἡ αὐθάδεια, ἐνυβρίζουσα. Quod Platonis dictum multis in locis à Plutarcho celebratur. Idem Plut. αὐθάδειαν dicit de militibus parere imperatori recusantibus. Apud Aristotelem Ethicorum magnorum libro 1, σεμνότης est inter αὐθάδειαν & ἀφέσκειαν. vbi perperam redditur αὐθάδεια Inhumanitas, sicut σεμνότης Humanitas, ab eo qui hæc Aristotelis, σεμνότης δὲ τὴν αὐθάδειαν καὶ μέσον καὶ ἀφέσκειαν, interpretatur, Humanitas est medium inter inhumanitatem & placendi studium: quum vertere oportuerit, Grauitas est medium inter arrogantiam & placendi studium. In suo autem errore sibi constans nomen αὐθάδης (quod proxime sequitur apud Aristotelẽ) vertit Inhumanus. Arqui cogitandum fuerat, ea quæ Aristoteles dicit, μηδὲν ἀπεχθῶν, μηδὲ ἐξαλλαττόμενος, non E solùm ab inhumanitate, sed etiã à superbia posse proficisci. Vnde & in vernaculo sermone iis qui suo colloquio aut generaliter sua consuetudine & familiaritate non dignãtur quos debent, obiicimus, Vous tenez nostre grauité. i. (ad verbum) Grauitatem tuã tenes, sed nos gravitẽ in eo loquendi genere appellamus vitiosam quandam grauitatem, & à superbia proficiscentem, ac quasi σεμνοτητα quandam αὐθάδη. Cæterùm quum αὐθάδειαν ita distinguat Aristoteles ἀπὸ τῆς σεμνότητος, eamque distinctionem confirmet receptus passim huius vocabuli vsus, (nisi me memoria fallit) miror Isocratẽ αὐθαδείας & σεμνότητα copulasse in Archidamo, ita scribentem in vltima pagina, ἐξ ὧν γὰρ τὴν παρελθοῦσαν χρόνον ἀπαλλάττοιτο, καὶ τὴν ὑφ' ὑμῶν φυομένην ἐλπίδα, τοῖς ἄλλοις εἶναι, τοῖς δὲ αὐθαδείας καὶ σεμνότητος οὐκ ἀληθινὰς ἀλλὰ πλασμάτων κεχρῆσθαι. Sed hoc responderi posse de loco isto crediderim: Isocratem non ita coniunxisse αὐθάδειαν & σεμνότητα quasi vtrunque idem valeat & in laude ponatur, sed perinde esse acsi dixisset, Eam quam in nobis alii appellarunt, atque adeo esse arbitrati sunt, αὐθάδειαν, alii σεμνότητα. Vt sit hic sensus, Nos neque αὐθάδεις neque σεμνοὶ verè fuisse & à natura, sed simulatè.

Αὐθάδεια, Peruicacia, vt Cicero interpretatur, scribens, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, Auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia. Vbi quæ enumerat vitia, ea sunt quæ a Stoicis vocantur, φιλοχρηματία, φιλοπαιδία, φιλογυνία, αὐθάδεια, λιχνεία, φιλοινία, φιλοψία. De qua interpr. H nominis αὐθάδεια dicam in Αὐθαδίζομαι.

Αὐθάδεια, (inquit Budæus) opponitur comitati à Theophrasto, ἑστῶσα ἀπάνευθε τῆς ὁμιλίας, id est Dura & inhumana rusticitas. Quæ tamen Budæi interpretatio illi superiori, qua Inhumanitas esse dicebatur patrocinari nequit: quum hic non distinguatur ἀπὸ τῆς σεμνότητος, sed vocetur inhumana rusticitas, illorum qui quòd sibi placeant, cæteros contra contemnant, inde inhumane rustici euadunt, dum præ arrogantia, ab officiis quæ ciuilitas & ipsa etiã humanitas requirit, prorsus abhorrent.

Αὐθαδίζομαι, ET Ἀπαυθαδίζομαι (tanquam ab αὐθαδία non αὐθάδεια) Arroganter me gero, Superbè me gero. A Budæo redditur Pertinaci superbia vror & contumacia, vt qui supplicare iudicibus non sustinet. Affert autem hunc Platonis locum in Apologia, (vnde sumptum est exemplum quod addit, de nolente supplicare) τί δὴ τοῦτο ποτὲ ποιῶ; οὐκ αὐθαδίζομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ὑμᾶς ἀπαυθαδίζομαι. Ibidem composito ἀπαυθαδίζομαι eadem significatione vtitur. Cæterùm Pertinaci superbia vror, optimè interpretari mihi videtur Budæus. sed vt Pertinaci superbia dixit non Pertinacia, sic maluissem Contumaci superbia quàm Contumacia dixisset. Semper ẽim, quoad fieri potest, ea vtendum interpretatione censeo quæ, vnius vocabuli significationem cum alterius significatione non confundat. Quo fit vt αὐθάδης nolim vsquam simpliciter Pertinax reddere, nec contumax (vt in vulgatis lexicis) sed potius Arroganter pertinax, aut Arroganter contumax. Si tamen hoc aduerbium omittendum sit, malim Peruicax, quàm Pertinax, aut Contumax, vt Cicero αὐθάδειαν Peruicaciam interpretatur. Existimo enim nominibus Peruicax & Peruicacia includi aliquam arrogantiæ seu superbiæ signific. potius quàm illis.

D Αὐθαδίζειν, idem, quod Budæus ex Gregorio contra Iulianum affert, exponens Pertinaciter resisto: in hoc loco, εἰπὲ γὰρ τὰ γράμματα τοῖς τῷ ἀκρατοῦ αὐθαδίζουσι. Ego, quod verbo Resisto vsus est Budæus, valde probo, (quum iungatur præpositioni τοῖς) sed maluissem dicere Pertinaci superbia resisto, ob eam quam modo attuli rationem.

Αὐθάδημα, ατος, τὸ, Arrogantia: vel potius, Arrogans dictum, seu factum. Æschyl. Prom. pag. 59. Τοιοῦδε μὴν καὶ τοῖς αὐθαδήμασιν Ἐς τοῖδε σπεῦσι τιμωρὸς καθέρμοσας, hisce arrogantibus dictis.

C. ΑΝΑθαρσέω, Fiduciam resumo, In spem bonam rursus erigor, Ad spem bonam redeo, Animum recipio. Thucyd. lib. 5, καὶ Ἀγησίας ὁ δεινὸς ἐλπίσας ἐξωτικὰ ἔφυ π καὶ ἀναθαρσήσας. vbi scholiastes ἀναθαρσήσας exponit αἰαλαβὼν τὴν αὖθις ἐλπίδας ἀγαθάς, id est, resumpta spe bona. Idem Thucyd. lib. 7, ἐπεὶ ὡς πλείους ἐγένοντο καὶ ἀναθαρσήσαντες ὁπηκροῶντο, &c. vbi idem schol. ἀνεθάρσησαν explicat ἀνένευσαν πρὸς ὁμόνοιαν.

C. ΑΠΟθαρσέω, ET Ἐκθαρσέω. ET Κατεθαρσέω, vide in Ἀπεθαρρέω, & Ἐκθαρρέω & Κατεθαρρέω.

Θαρσῶν, ET COMPOS. Ἀναθαρσῶν, ET Παραθαρσῶν, vide cum Θαρσῶν, Ἀναθαρσῶν, Παραθαρσῶν.

¶ Θάρσος, ους, τὸ, Fiducia, &c. vt dictum est de θαρσύς. idem enim valet θάρσος quod θαρσύς, sicut θαρσέω, idem quod θαρσῶ. sed & compositorum aliorumque deriuatorum vtriusq; verbi significa. inter se conuertunt. Ab Homero tamen θαρσύς & θαρσῶ & θαρσεῖν & θαρσαλέος. nō autem θάρσος aut θαρσῶ aut θαρσεῖν & θαρσαλέος dicitur, quod quidem sciam. vnde etiam nomini θάρσος, vt antiquiori, priorem locum dedi. Sed & etymum vocis θάρσος affertur, non autem vocis θαρσύς. Volunt enim quidam grammatici θάρσος esse à θέρω futuro verbi θέρω, quæ deriuatio licet audacula fronte prima videri possit, non tamen à ratione abhorrere videtur: quum ΑΙΟΛΕΣ Θέρσος pro θάρσος dicant, & θέρσος ἔχειν nuncupent θέρσος (à nomine θέρσος, quod ex θέρσος factum esse patet) quum denique θαλπωρὴ, quod Homero interdū fiduciæ itidem significat, habet, verbale sit τῷ θαλπω, idem significantis quod θέρω. Possum verò ad eiusdem cōfirmationem & hoc Virgilii dictū afferre. Aeneid. 12, — subita spe feruidus ardet. Cui alia poetica eiusdem generis adderem, si eorum memoriam refricare vacaret.

Θάρσος plur. etiam num. dicit Aristot. opponens illi φόβοις. vt Ethic. Nicom. lib. 3, vbi scribit αἰδοῖα εἶναι αἰσχύνη περὶ φόβους καὶ θαρσύνει. quod & in magnis Ethic. legitur. ibi autem quidam αἰσχύνη περὶ φόβους καὶ θάρσος vertunt Mediocritatem in timendo & in confidendo. ¶ Sed θάρσος, redditur etiam Audacia: apud Aristot. Rhet. lib. 2, καὶ μήτε ὀνείδεσι πάθῃ ὄντες οἷοι ὀργῇ καὶ θάρσει. ἀλόγιστα γὰρ τὰ ἐπιθυμοῦντα τούτοις. Dici tamen audaciam propriè θράσος, docebo in Θράσος.

Θαρραλέος, Fidens, Fiducia præditus, aut Magna fiducia præditus. Idem quod θαρσαλέος & θαρσύς, de quibus suprà. Vtuntur cum alii, tum Xenophon. Apud Synes. legitur & compar. θαρραλεώτερος. Dicitur autem & θαρραλέον

θαρραλέον substātiuè, Fiducia, Animi magnitudo. Polit. autem Audaciam quoque interpr. apud Herodian. ET Θαρραλέως, Fidenter, Confidenter, Cum fiducia, Intrepidè. Pla. in Apol. θαρραλέως ἔχω πρὸς τὸν θάνατον, Mortem non reformido. ET Θαρραλεότης, Fiducia, Fidentia, Firma animi confisio, Cic. θαρραλεότης & δειλία opponuntur apud Pluc.

Θαρρέω, ῶ, Fiducia præditus sum, &c. vt de θαρσέω dictū fuit. Quibus addere potes, Bono sū animo, Securus sum. Pol. apud Herodian. θαρρῶν πρόσωπον, vertit Vultum audaciæ plenum: ac qui malunt Fiduciæ plenum. Cic. θαρρεῖν ποιῶ vertit, Confirmo animum, vt ex Cic. lex. disces. Isocr. in Areop. θαρρεῖν ὡς πέρρω κινδύνων ὄντας. Idē dixit in Archid. καταπεπεῖσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ θαρρεῖν πρὸς τὰ μελλόντων. Sic Gal. cū genit. dixit θαρρεῖν πρὸς θεραπείας. Dicitur verò & θαρρεῖν πρός π. Iungitur & præpos. πρὸς. vt ἐθαρρήσαν πρὸς μάχην, Audacter ad pugnam iuerunt, vel Pugnam capessere seu committere ausi sunt. Item cum datiuo, necnon cum accus. eodē modo quo de θαρσῶ antea dixi. Luc. in Harm. ὃ καὶ θαρρεῖν με τῷ παρόντι ποιεῖ. Ex Gal. 1. ad Glau. θαρρεῖν τῇ κενώσει, pro Audacter vacuare, vel Audacter aggredi vacuationem. Sed participium θαρρῶν cum hoc casu sæpe redditur commodè Fretus. Cum accus. autem, vt Lat. Audere & Ausus, interdum construitur. Interdum verò infinitiuus in interpr. additur, vt docet Budæus pag. 1060. At ipsius θαρρῶ iuncti infinitiuo exemplum est apud Plut. in Solone, θαρρῶσι φανερῶς ἐκκαλεῖν. & ibidem θαρρῶν ἀρξάσθαι. Idem πεθαρρηκὸς dixit pro Fiducia.

Θαρρῶ rursum cum accusatiuo, sed in signif. cuius in θαρσῶ mentionem non feci: videlicet pro Committo, Credo. vt θαρρῶσοι τὰ ἀπόρρητον, Committo arcanum. Budæus ex Chrysostomo in 1 ad Cor. p. 110. Ego malī Audeo committere.

Θαρρηπκὸς, ή, ὁ, Ad fiduciam seu confidentiam propēnsus. Gaza, Fidibundus.

C. ΑΠΟθαρρέω, Confido, ex Xen. Sed præp. vim addit significa. vt sit potius, Valde confido, Præfidente animo sum. ET Ἀπεθαρσῶ pro eodem. Apud Paus. autē ἀποθαρσῶ τῶν, pro Audeo aggredi.

C. ΑΝΑθαρρέω, Fiduciam resumo, Animū recipio, In spē bonam rursus erigor, Ad spem bonam redeo. Plut. in Publ. πρὸς δὲ τὴν Κολλατίνου μαλακίαν καὶ νόσον ἀναθαρρεῖν οἱ Ἀκύλιοι, Ex Collatini mollitie confirmari cœperunt, & fiduciā resumere, siue animū recipere. Sed in hoc genere loquendi, ἀναθαρρῶ πρὸς τὴν δίκην πίστεσι, præpositio sumitur aliter quā in præcedente Plutar. loco. nam in eo πρὸς accipitur vt Ad præpositio apud Ouidium, quum dicit, — sic ad iura verba reuixi: at quum dicitur ἀναθαρρῶ πρὸς τὴν δίκην πίστεσι, significat Animum recipio ad tentāda reliqua. vt quum dicitur, Non satis mihi est animi ad hoc faciendum.

C. ΕΚθαρσέω, ῶ, Confido, vel potius Valde confido, sicut de ἀποθαρσέω dictum fuit. Item, Fiduciam capio. In spē bonam erigor. vt ἐκπεθαρρηκότες τῇ τόλμῃ. Plut. in Rom. vbi tamē exponitur Elati. Ex eodē affertur in Galba. ἐκπεθαρρηκότες ἐπ' αὐτὸ βεβαίως, pro Quibus ipse firmam iniecerat fiduciam. ET Ἐκθαρσέω, ῶ, pro eodem. vnde ἐκθαρσήσας, In bonam spem erectus.

C. ΕΠΙθαρρέω, ῶ, Confido. in v. l. fine exemplo.

C. ΚΑΤΑθαρρέω, ῶ, Fidenti animo sum, seu Fiduciam sumo aduersus aliquem, Fidenter seu audacter me gero aduersus aliquem. ET Καταθαρσέω, pro eodē. Herodian. lib. 1, ὅτε εἰς τὸ παρὸν καταθαρσήσας τῆς ἡλικίας καταφρονήσειν. quæ Polit. vertit, Neque in præsens, contēptu ætatis nostræ, se efferet audacius. At cum genit. apud eundem, τῶν ἡμετέρων ὀπλων καταθαρρήσας, vertit, Nostra arma lacessere aggreditur. Bud. in Fab. Æsopi καταθαρσήσειν αὐτῷ, vertit, Ausus est prope ipsū accedere. HINC Καταπεθαρρηκότως, quod idem B. vertit Confidēter, Audacter, Licenter, afferens ex Plutar. αὐθαδῶς καὶ καταπεθαρρηκότως.

Θαρρύνω, Fiduciam affero, Fiduciam addo, Animum addo. θαρρεῖν ποιῶ. quod Cic. Confirmo animum dixit. Verti etiam potest, In spem bonam erigo, Bene sperare iubeo, vel Bono animo esse iubeo. X. Pæd. 6, θαρρύνειν τοὺς ἐπομένους καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Plut. θαρρύνων τοὺς ἀστρώτους. ET Θαρσύνω pro eodē, quo vtitur aliquoties Homer. vt Il. η, Θαρσύνων δ' ἑτάρους καὶ ἐπιστώσασκε μάχεσθαι. Et Il. θ, Τοὺς μάλα θαρσύνεσκε πανεσσάμενος ἐπέεσσι. SED & Θαρσύνας οἰωνῷ. apud eundem, pro Confidens augurio, vel In spem erectus, Confirmatus.

C. ΑΝΑθαρρύνω, Fiduciam alicui reddo, In spem repono, Spem reddo, Animum reddo, Rursum erigo. Xen. Pædiæ 5, ἀναθαρρύνωμεν τοὺς ἄνδρας. Plutarchus Pericle, ἐπιεζῶν παρηγορεῖν καὶ ἀναθαρρύνειν. ET Ἀναθαρσύνω, pro eodem.

C. ΠΑΡΑθαρρύνω, Fiduciam addo, &c. vt in θαρρύνω dictum fuit. Plut. de Soer. dæm. δεξιωμένος ἕκαστον ἡμῶν καὶ παραθαρρύνων. Et cum infinit. apud eundem in Fabio, παραθαρρύνων ὑπολαμβάνειν τῆς ἐκείνου μανίας, pro Excitans & erigens eorū animos ad cohibendum &c. Vel Alacres reddens. ET Παραθαρσύνω, itidē pro Fiduciam addo, Confirmo. apud Thuc. & Herodianum.

ΘΡΑΣΟΣ, ους, τὸ, Audacia, Temeritas. Fit ex θάρσος per metathesin literæ ρ, cum qua metathesi sic mutatur significatio, vt quum θάρσος in bonā partē accipiatur pro fiducia, θράσος contrà, in malā pro audacia. Autor libri qui Demetrio Phaler. adscribitur, ὡς τῶν ὀθνείων φωλάσσοντα αἰτίας ποιεῖ, τὸ θάρσος, ἢ δι' ἀγνωμοσύνην ἢ ἀδεΐαν. vbi θάρσος idem quod θάρσος. Plutar. in Lyc. μία γὰρ ἐμπειρία καὶ θράσος γίνεται, θάρσος ἀφαιρεῖται. Quem locū confer cum hoc Thuc. τοῖς ἀλόγοις ἀμαθίᾳ μὲν θράσος, λογισμὸς δ' ὀκνον φέρει. Gregor. in Iul. pag. 131, dicit θάρσος & θράσος, licet apellationibus vicina, multum significatione differre. ὅτι θάρσος καὶ θράσος κἂν εἰ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζει, πλεῖστον διήλλακται τῇ δυνάμει κεχώρισται. Quidam θάρσος definierunt εὔλογον πάθημα ψυχῆς, eius contrariū esse dicentes τὸ θράσος. quæ definitio habetur & in schol Hom. At Stoicam rēmque peripateticam definitionem θάρσος affert Eustathius pag. 511. ‖ Ab Homero autem θράσος pro θάρσος poni arbitror, Il. ζ, v. 416. Sed & in nonnullis epithetis sic accipi videtur. Certè de θρασυμέμνων dubitare nos non sinunt alii loci vbi μῦθος & θάρσος copulat. nec enim quemquam inficiaturum puto, componendo θρασυμέμνων ex θάρσος & μῦθος, permutatā quidem literæ ρ fuisse sedem, at in significatione nihil immutatum fuisse. Quòd siquis θρασυμέμνων ex θρασὺς & μῦθον, aut etiam μῦθος, compositum esse malit, (quæ formatio magis ex propinquo petitur) tum verò θρασὺς itidem in bonam partem accipietur: de quo eius vsu dicam paulo póst.

Θρασύς, Audax, Temerarius. ὁ ὢν τὸ θαρρεῖν ὑποδεδεικώς, (inquit Aristot. Eth. 2) ἐὰν θρασὺς. Idem ibidem, ὁ μὲν ἀδεὴς πρὸς ὧν πρὸν δεινὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺ δεινός. Demostheni Pro cor. οἱ ἐν φόβῳ & οἱ θρασεῖς opponūtur: sicut θρασεῖς πίστει δὲ ἐπᾶραι contrariū facit τὸ καταπλῆξαι, ibidem. Et γλῶσσαν θρασύν, Lingua audax, id est petulans. ‖ Aliquādo verò in bonā partem pro Magnanimus, Fortis, Strenuus: vt quum Apoll. Herculem appellat θρασύν: & quū dicit Hom. Il. ρ, θρασύτατον ἀπὸ χειρῶν. Sic & ipsum adverb. in bonā partē accipi interdū, proximè sequentia docebunt. HINC Θρασέως, Cum audacia, Temerariè. Interdū verò & in bonā partē pro Audacter, Fidenter. Isocr. in Euag. ἀλλὰ δεῖ πρὸ τῶν πραγμάτων ἀληθινὰν οὕτω πρὸς αὐτὸν θρασέως εἰρῆσθαι. Sic & apud Thuc. θρασύτερον pro θαρσαλεώτερον, maiore cum fiducia: θρασυτέροι γὰρ πρὸς χωρήσεσθε. ET Θρασυτής, Audacia, Temeritas, quæ & πολυμα ἀλογιστος, Thuc. apud quē legitur & τῆς μὴ παρεσκευασμένης δόξης θρασύτητι ὁρίζοντες, l. 2. vbi θρασύτητι est pro ὑπὸ θρασύτητος. Plut. De virtute mor. ὅταν αἰδοῖα μὴ ἀπόνοια, καὶ θαρραλεότης, μὴ θρασύτης ᾖ. Ibi dē αἰδοῖα esse μετάστασιν δειλίας & θρασύτητος docet: addens, hāc esse excessū τοῦ θυμοειδοῦς, vt illā defectū.

C. Θρασύδειλος, Θρασυκάρδιος, Θρασύπλαγχνος, &c. vide singula in singulis nominibus substant.

Θρασύνω, Audacem seu confidentem reddo, Audaciam affero. Thuc. lib. 1, pag. 47, πλῆθει πλὴν ἁμαθίᾳ θρασύνοντες. i. multitudinis fiducia seipsos, alioqui timidos propter imperitiam futuros, confirmantes. Basil. in or. περὶ ἀπιστοφ. Θρασύνει δὲ ἄθρωπον χειρῶν δύναμις, καὶ πάχος ποδῶν, καὶ σώματος ἀμορφία.

Θρασύνομαι frequētiori in vsu est, sed pro Audax fio

Animos rollo. Efferor, Ferocio. Æschines, ὑπὸ θυμοῦ θρασυνόμενος Δημοσθένης. Et Demosth. Pro cor. ἐγὼ μὲν τοῖς θρασυνομένοις καὶ πολλὰ εἰπεῖν καὶ ὑμᾶς οὐκ εἴᾳ, οὐδὲ ἐπιχωρῶν. Dicitur etiam θρασύνομαι πρός τινα à Plut. ἐπὶ θρασύνομαι τοῖς πολεμίοις, efferor hac re, & ex ea audacia assumo. ¶ Ἐπὶ θρασύνομαι, Audacter seu libere loquor, apud Isocr. Alicubi autē θρασύνομαι est Audacter ago. ¶ Item pro Confido, Confidentia præditus sum. Bas. de Pharisæo illo q de sua iustitia gloriabatur, ὁ μὲν μόνον ἐπὶ ἑαυτῷ θρασυνόμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ πλησίον ὅτι δικαίοις θρασύνεται.

A

C. Ἀπὸ θρασύνομαι, idē quod θρασύνομαι, nisi quod præp. vim signific. auget. Iungitur autem (sicut θρασύνομαι) cum πρός, & dicitur ἀπὸ θρασυνόμενος πρός τινα, pro Audacia, vel magna audacia aduersus aliquem vti.

B

¶ Θέσπις, nomen propriū militis apud Terent. ex Græca comœdia id mutuantem. Sed multis gloriosi nomen est: atque adeo ex re (vt loquitur Quid.) nomen habentis. θέσπις τὸ ἀπὸ θρασύνομαι, ab audaci iactātia nominatum arbitror: ac quoniam qui ea vtuntur. Thrasones vocari solent, proprio nomine in apellatiuū trāseunte. ideo hic ponendum censui. SED Θέσπις, ἀπὸ τοῦ Θέσπις fit, nomē itidē propriū apud Plut. in lib. περὶ εὐθυμίας. ex comœdia hoc itidem sumentem, vt opinor.

C

ΘΕΑ'ΟΜΑΙ,

ὦμαι, F. ήσομαι, Specto. Xen. Pardiæ 5, οἱ δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκείνου ἐθεῶντο ὡς τὴν ἀλήθειαν τῆς ἀρετῆς. Aristot. Pol. 8, 5. ὅπως χρήσωνται τῷ σώματι πρὸς τὴν θέαν. Dē θεάσασθαι τὰ ἱερά. Observabūt qd acturus sis, Studiosē spectabūt. Aristoph. Vesp. ἀλλὰ θεᾶσθε, καὶ σκέψασθ' ἅτινα μαλὶς ἐοικὰ τῷ πρόσωπῳ, Specta gestū seu Studiose inspice & cōtēplare. Absolutē interdū pro Specto ludos, seu certamē. Luc. Nig. τὸν κηρυκεῖον τῶν ἀγῶνων ἐπιπνεῖ, ἵνα μὴ τὸν ἔξω θεᾶσθαι δύνωμαι, qui tali veste indut' spectaret, videlicet certamē Panathenaicū. quo in sensu etiā vocabulo θεάομαι paulo ātē vtitur. Ponitur & sipliciter pro Video. Vnde quod Soph. Trach. dicit: Ἰοῦ, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον ἔμας, Acci' vertit, Videte cūcti. σωκράτους verò paulo ante dixerat, Σωκράτη δ' ἐκείνας ταῦτα συμφοιτᾷ ὑπὸ Πάτροκλε, Aspice. Et pasl. ex Apoll. epist. citatur θεᾶσθαι τὸν ἥλιον, Videri à me. AT Θεᾶ verbū est apud Themist. 92. pro Videas, Videre licet 41, θεᾶ δὲ καὶ ἑπόνων ἀπαύστων, Vide. Bud.

A

B

C

D

E

Θέαμα, ατος, τὸ, Spectaculū. Res ipsa quā spectamus. Soph. Ὦ τῆς ἁπάντων δὲ θεαμάτων ἐμοὶ λυπρῶν, tristissimū mihi spectaculū, Res omniū quas viderim tristissima. Luc. οἷόν τι θέαμα πᾶσι Σκύθαις. Et apud eundē, ἀνεγνῶς ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα. Item apud eundē ὁ μὲν ἀπὸ τῶν θεάμα. Et cōtrà Xen. τὸ πάντων κάλλιστον θέαμα τῶν ἀνθρώπων ἐστί, nō vidisti rem omniū iucundissimā, spectaculū omniū iucundissimū. Idem Symp. ἐπὶ τοῦ θεάματος ἐν τῷ ἐμῷ ἀστεῖον ἔδοξε. Plutarch. πολλὰ καὶ καλὰ θέαματα καὶ ἀκούσματα. Herodian. θεάματα & ἀκούσματα similiter copulat. Dicitur & θέαμα πιθέσθαι τινί. Plut. φύσει καὶ θαυμαστὸν ἀνθρώπῳ καὶ θέαμα καὶ μάθημα, θέαμα πιθέσθαι πολυειδέστατον, habere loco spectaculi.

F

G

C. Ἀθέαμων, Qui non spectat Syn. De insomn. ὀνείρων ἀθέαμονες εἰσί, Somniorum spectatores non esse, hoc est Nō videre somnia.

C. Φιλοθεάμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Spectaculorū amās, Spectaculorū seu spectādi cupidus, Qui spectaculis gaudet. quo modo à Greg. vsurpari docet B. Vel Visendarū rerū cupidus, Inspector, vt idē B. interpr. Plut. De def. or. φιλοθεάμων καὶ φιλομαθής, visendi & discēdi cupidus. Luc. in Herodot. ἐν συνεσπουδάκει, ἀλλ' ἢ μᾶλλον φιλοθεάμων. Athen. δεῖ δὲ δοῦναι τοῖς φιλοθεάμοσι, καὶ καταπῦσαι τὴν ἐπιθυμίαν, cupiditati rerum inspiciendarum.

H

Θεαμών, ονος, ὁ καὶ ἡ, Spectator, Cōtemplator, θεατής, θεωρητής, Suid.

Θεατής, οῦ, ὁ, Spectator. Thuc. l. 3, θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γιγνέσθε, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων. Luc. Herod. οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν ὑμῖν παρέχω ἐμαυτόν.

I

Θεαστής, οῦ, ὁ, Spectabilis, Spectandus, Visendus. ὁρατός, θεωρητός. ὀκτατός. Hesych.

C. Ἀθέατος, ον, ὁ καὶ ἡ, Inuisus, i. Non visus. vel Qui videri spectarive nequit. Luc. ὅστις δὲ Ἰνδοὶ ἀθέατοι τοῖς ἄλλοις, auis apud Indos aliis non spectata, seu visa. Idem Nigr. αὐτοὶ ἐν τῷ ὕδατι τὰς ὄψεις τῶν θεωμένων πυκνοὺς, μηδ' ἀθέατοι αὐτῶν μηδὲ ἀμάρτυροι τὴν ὀδὸν ἀμοιβαῖαι καταλιπεῖν, Non spectatam & intestatam relinquere. Plut. De puer. educ. μηδενὸς μηδὲν ἄλλο ἢ τὴν καταφορὰν ἐν κυκλίοις παρεῖναι μόνον μὴ τι ἀκούειν μὴν ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, Nihil permittere quod non audiat ac videat seu cognoscat, Nihil non auditum & non visum præterire. Sic ἀθέατον κλέπτειν ἐστὶ κόλπῳ, in sinu abditum seruans, ne videri posset. Item Non visendus, Non inspectandus. Phocyl. ἀνὴρ ἀθέατος δεξιὸς ἐν λόγοις. Plut. Numa. ἀθέατος τοῖς ἄλλοις ἱερά, Sacra quæ aliis videre non licet. ¶ Actiuè etiam capitur pro Qui non vidit seu spectauit. Xen. οὐ πάντων νῦν θέαμα ἀθέατος εἶ. Non vidisti rē omniū spectatu iucundissimū. Luc. in Scytha. μὴ μοι τοῦδε ἀθέατον ἀπόφοιτον, Ne permittas vt his nondū spectatis redeundum mihi sit, Vt mihi hac nondū cōtemplato reuertendum sit. Idem in Nigr. ἄγνοιαν, ὦ ἐκ δεσμῶν ἀπίρατος ὁ πολύσπας, ἀθέατος ὁδῆς ἀληθείας, Qui veritatem non perspexit & cognouit.

C. Ἀξιοθέατος, ον, ὁ καὶ ἡ Spectatu dignus, Dignus qui visatur. Herodiā. lib. 1. de Commodo, ὡς δὲ τῷ τῆς κλίνης ἀκμῇ καὶ τῷ εἴδει τῷ ἀξιοθέατος.

C. Δυσθέατος, ον, ὁ καὶ ἡ, Inuisus, Infelix aspectu. Soph. τὸ δυσθέατον ἔμμα, O dirum spectaculum. Idem quod ἀπόθεατος θέαμα apud Lucianum.

Θεατεία, ας, ἡ, Spectatrix. Poll. l. 4.

Θεατός, ή, ὄν, Spectatio. Xenoph. Hel. l. 6. ἀξία ἐγένετο θέας καὶ θεατοῦ, Visu digna. Sic apud Eurip. τὰ θεᾶς ἄξια θεατά. Spectatu seu aspectu decor'. Et actiua signif. apud Xen. τὴν θέαν τῶν ἀγχιστέων, Spectatione sui, seu spectādo sese. Idē Symp. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ κεφαλῇ κεῖται ἀγαθὴ θέαν, Spectatū seu ad spectandū dumit. Plut. De def. orac. τοῦ δ' αὖ πρὸς ἑστίας καὶ θέας ἕνεκα, πωπὴ τὸ θεατὸν ἐς, Sese autem cognoscendi visendique causa imperatore mittēte nauigasse. Synes. ep. 5, ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀθέατος ἐθαυμάσθη ἀπὸ τῆς κακίας, Auditu & visu seu spectatione. ¶ Θέα interdū pro spectatione ludorū. Herod. ἐπὶ τὴν τῶν ἀγῶνων θέαν ἡμέρας, Dies spectationis ludorū, Quibus ludos populus spectare solet. Et θέαν ἔχειν apud Libā. in arg. 1 Olynth. ἔχει τὴν θέαν ἐπὶ δύο τάλαντα, Duos dare obolos vt spectare ludos possit. Item in vl. θέαν πιστῶν, Speculatus. ¶ Θέα dicitur etiā idipsum quod spectatur seu videtur, idē quod θέαμα. Epict. πᾶσαν θέαν ὁ κόσμος, quicquid vides, imitaris. Philo De vita M. l. 3, θέαν ἐνεποιεῖτο ἀόρατος. Netamdū spectaculum cernētes, seu Rem quā videre non licet. Vt verò spectacula apud Lat. crebrò pro ludis qui spectātur, ponūtur, sic etiā θέα. Plut. Cæs. μετὰ δὲ τὴν θέαν ἐδόκει τὴν ὄψιν ἀπολαμβάνειν ἐπάνω τῶν θεάτρων καὶ θέας, epulo & spectaculis. Herod. lib. 1, δῆμος θέας ἐπιθυμεῖν. Publica spectacula edidit. Et l. 3. τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ὁ Πεισιστρατίδης, καὶ θέας πολλὰς ἐποιήσατο, & spectacula seu ludos pro victoria. Et l. 2 ἐορτὰς καὶ θέας ἐποιήσαντο, Feriis & spectaculis seu ludis dedicūt. Item apud Plut. Camillo. πολλὰς θέας.

C. Ἀπὸ θεάομαι. De spectio. Ex alto spectio, Vel Attētè seu intentis oculis inspecto.

C. Διαθεάομαι, Dispicio. Considero. v. l.

C. Ἐπανθεάομαι, Specto. v. l.

C. Κατὰθεάομαι, Respicio, Suspicio. Philo Demūdo, ὁ μὲν ἀνὴρ ἀεὶ κατὰθεᾶται, ἵνα τὸν οὐρανὸν καταθεᾶται, vt cælum respiceret.

C. Παραθεάομαι, Altrinsecus spectando cōfero. Plato epist. αὐτὰ τὰ θαύματα ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων, Ea cōparans cū iis quæ ab aliis traduntur.

C. Συνθεάομαι, Cōspicor. Polyb. lib. 16, ἐν τοῖς λέμβοις συνθεασάμενοι πολλὴν ἐκπομπὴν καὶ Καρχηδόνιοι. HINC Συνθεατής, Qui simul spectat, Spectationis socius seu consors. ET Συνθεατεία, Quæ simul spectat. Poll. ex Aristophane.

¶ Θέατρον, ου, τὸ, Theatrū, Locus in quo diebus festis ludi spectantur, interdum etiam orationes audiuntur. Demosth. ὡς ὁ ἐπιτιθεὶς τὸ θέατρον, ὃ πόλεμε συμπεπλεγμένον οἶδεν ὅτι τὸν ἀγῶνα. Isocr. Panath. εἰσφέρειν εἰς τὸ θέατρον. Plutar. Apophth. τὸ θέατρον αὐτῷ τῷ θορύβῳ. Athen. l. 5. αὐχμῶντα δὲ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον ἀνεκλείετο, ἀφωνία δὲ τὰ δικαστήρια. Ponitur interdū pro ipso spectaculo. 1 Cor. 4, v. 9, θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

spectaculum facti sumus mundo. Quo sensu θεατρίζεσθαι inferius accipitur.

C. Θεατριδής, ές, ὁ καὶ ἡ, Theatri formā habens, Qui theatralis formæ est. Diod. Sic.

C. Θεατροκρατία, ας, ἡ, Theatralis potestas. Plato De leg.

C. Θεατρομανέω, ῶ, Insano theatri amore teneor. Philo De vita Mos. lib. 3, ὁ γὰρ ὄχλος τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὡς ἔνιοι, γέλωσιν ἢ παιδιᾶς, ἢ μίμων ἢ ὀρχήσεων ὅσπερ εἰζεσι, τοῖς ἀκηράσιοις καὶ δι' ἡδονὴν θεατρομανοῦσιν, qui theatrorum insano amore tenentur.

A

C. Θεατροπώλης, ου, ὁ, Qui ex locandis theatris quæstum facit. ὁ θέαν ἐπορμισθῶν. Poll. ex Aristoph.

B

C. Θεατροπτία, ας, ἡ, Theatralis spectatio. Synesius epist. 54, οὐδὲ θεατροπτίας ἐπιθέμενος, οὐδὲ διδασκαλεῖον ὠιδῆς, nec theatrales spectationes seu theatri celebritatem sequutus sum.

C. Θεατρώνης, ου, ὁ, Theatri magister, Qui theatrum conduxit, seu ὁ διοικητὴς τοῦ θεάτρου. Theophr. ὥσπερ αὐτοσχεδιάζοντες οἱ θεατρῶναι,

C. Ἀμφιθέατρον, ου, τὸ, Amphitheatrum, Theatrum non hemicycli forma constructum, sed rotundū, ita vt vndiquaque spectari possit.

C

Θεατρικός, ὄν, ὁ, Theatricus, Theatralis. Aristot. Polit. θεατρικὴ μουσική, Theatralis musica. Plut. Alex. ὥσπερ θαυμαστὴν καὶ θεατρικὴν τινὰ ὄψιν εἶναι, τοῦ μὲν ἀναγινώσκοντος, τοῦ δὲ πίνοντος. ¶ Item Ostentatorius, Ad ostentationem compositus: vt θεατρικὴ καὶ τραγῳδοποιὸς λέξις apud Plut. De educand. puer. Dictio quæ theatricam pompam magis decet, & tragicum aliquid redolet: cui postea opponit τὴν συμπροσλογίαν τῆς λέξεως καὶ τὴν πίνωσιν: synonyma autem vtriusque ponit, πολυθρύλητον & ἰσχνόν. Idem in Polit. præcept. vult τὸν λόγον τοῦ πολιτικοῦ esse neque νεανικὸν καὶ θεατρικόν, ὥσπερ παγκυελίζοντος καὶ στεφανοπλοκοῦντος ἐξ ἀπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων, nec item ἑλλυχνίον ὄζειν καὶ σοφιστικὴν τερατείαν.

D

E

VNDE Θεατρικῶς, Theatraliter, Ita vt in theatris fieri solet. Item Ostentatoriè, Compositè ad ostentationem. Greg. ταῦτα μουσικῶς, ὁπόσα θεατρικῶς. Pro eodem à Plut. poni θεατρικῶς, ὅσπερ εἰκῇ κῶς, παγκυελικῶς, annotat B.

Θεατρῖον, ου, τὸ, Theatrum. idem quod θέατρον. Suid.

Θεατρίζω, F. ίσω, In theatro recito vel ago comœdiam aut fabulam. Quo accipi modo apud Suid. in σκίων tradit B. vbi de ὀρχήστρα loquēs, dicit esse πόπον ἐκ σανίδων ἔχον τὰ ἔδαφος, ἐφ' ᾧ θεατρίζουσιν οἱ μίμοι. Eidem B. θεατρίζω est Edo in theatro, Ostento. Greg. in Macc. 89. Idē in Epitaph. fr. de fucatis mulieribus, αἱ ἀπὸ δόσεως τὴν κάλλος οἰκείου, πρὸς τὴν χρόαν τὰ καταφυσῶσι, καὶ εἴσι πως (ὡς ἂν εἴποιμι) κοσμίως θεατριζόμεναι (in theatro specimē sui præbentes, vel, In theatrum traductæ) δι' εὐσημοσύνου ἀσχήμονες. Idem de pauone caudam rotante loquens, θεατρίζει τὸ κάλλος πῖς ἐρασσῶς μετὰ σεβαρῶ βαδίσματος, ostētat, seu in theatricā ostentationē conformat. Item in malā partē, pro Traduco, seu In theatrū omnibus spectādum produco. Greg. πρὸς πόνον θέας ἀγρᾶς, ἐαυτὸν ὅσπερ θεατρίζων. Sic in ep. ad Hebr. c. 10, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, in theatrum estis producti: seu θέατρον ἐγένετο τοῖς, vt loquitur Paul. 1 Cor. 4. quod & verbo παραδειγματίζειν declaratur. Dicitur. n. hoc de iis qui ignominiæ causa palam in plenum theatrum producebātur. Quo modo accipitur apud Salust. Ostētui esse, & apud Tacitum, Ostentui mittere.

F

G

C. Ἐκθεατρίζω, Per theatrum traduco, vt B. interpr. apud Polyb. l. 3, p. 58, ἔμελλον εἰς ταῦτα καταστρατοπεδεύσαντες, ὥσπερ ἐν θέατρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι καταπλήξειν μὲν τοὺς πολεμίους, τὸν δὲ πάντας ἐκθεατρίζειν τοῖς πολεμίοις φυγομαχοῦντας. Suidas apud eundem Polyb. exponit ἐξελεγχεῖν in his qui ab eo in θεατρίζω citātur locis, οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν ἀτυχούντων καὶ πειρώντων μιμεῖσθαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦσιν, ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν, arguūt, & velut omnibus in theatro spectādam exhibent. Itē, καὶ μόνον ἑαυτοὺς ἐξεθεάτισαν ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα κατέστρεψαν. Exponitur ab eodē Suida etiā ἐκπομπεύω, & Explodo, Exigo, à Bud. cui sic accipi videtur apud Athenæū l. 11, de Protagora Platonis, πρὸς τὴν καταφρόνησιν ἔχειν πολλῶν ποιητῶν καὶ σοφῶν αἱρεσιν, ἐκθεατριζόμενον ἔχει καὶ τὸν Καλλίου βίον μᾶλλον τῶν Εὐπόλιδος κολάκων.

H

A Θεατρίδιον, ου, τὸ, Paruum theatrum, Theatrum minusculum. Vitruu. lib. 7, cap 5, Quum Apaturius Alabandeus eleganti manu finxisset scenam in minusculo theatro quod ὀκκλησιαστήριον apud eos vocatur. Varro lib. 3, c. 5, Inter has & exteriores gradatim sunt structa, vt θεατρίδιον auium, mutulis crebris in omnibus columnis impositis, sedilia auium.

¶ Θεάω ET Θεάομαι, Admiror, Cum admiratione specto. θεάω, θαυμάζω, inquit Suid. Est autem Ionicum. VNDE Θέημα, Miraculū, Quod cum admiratione spectamus. Ionicè pro θαῦμα, seu θάημα Doricè. SIC Θεήμων Ionicum est pro θεώμων, Spectator, Epigr. A QVO Θεημοσύνη, ης, ἡ, Speculatio, Cōtemplatio, Spectatio. Epigr. ¶ Item Diuinitas. v. lex. ex Epigr. SIC ET Θεητής, οῦ, ὁ, pro θεατής, itidem Spectator. ET Θεητός, idem quod θεατός. VNDE Ἀξιοθέητος apud Herodot. pro ἀξιοθέατος. SED ET Θάεο, ITEM Θάεσαι reperitur pro θεῶ & θέασαι, Aspice, Vide. Dorica autem ea sunt. Θάεο, est in 4 l. Epigr. At θάεσαι aliquoties apud Theocritum habetur. A QVO Θάημα, Spectaculum vel Miraculū, θαῦμα. B. ex Theocrito. ET Θαητός, οῦ, ὁ, Spectabilis, Cū admiratione spectādus, seu Præ admiratione spectandus, Mirandus.

B

¶ Θέομαι, Admiror spectando. B. Cū admiratione specto. Est autem vocabulum Ionicum. Od. ε, Θηήσαιτο ἰδὼν, καὶ περφθείη φρένας ἦσιν. Ibidem, ἐπειδὴ πάντα ἐθηήσατο θυμῷ, postquam omnia cum admiratione contemplatus est. Od. τ, Ἦ μὴν πολλά γ' ἀοιδὸς ἐθηήσατο μυθήσασθαι. Il. η, Θηεῦτο μέγα ἔργον Ἀχαιῶν. Herodot. ἐθηεῖτο πόντον, spectabat pōtum cum admiratione, Pontum contemplabatur admirabundus. VNDE Θηητός, οῦ, ὁ, Cum admiratione spectandus aut contemplandus, Spectabilis, Admirabilis. Hesiod. δάφνης ἐριθηλέος ὄζον Δρέψασθαι θηητόν. spectabilem, egregium. ET Θηητήρ, ῆρος, ὁ, Qui cum admiratione spectat, Od. φ, Ἦ τις θηητὴρ καὶ ὀπιπευστὴς ἔπλετο πάντων. i. admirator, qui quum eos vidisset, admiratūsque esset, furatus est. θαυμαστικὸς πάντων, Eust. ET Θηήτωρ, ορος, ὁ, pro eodem, Nonn.

C

D

E

Θ E Ω P E Ω, ῶ, F. ήσω, Specto, Cōtēplor, Inspicio. Et Θεωρεῦμαι, Spector, Inspicior. Aristot. in Probl. διὰ τί οἱ ἀσύμμετροι παρ' ἀλλήλους θεωρούμενοι. Sæpe autem ad animū refertur, sicut & Cōtemplor apud Latinos. θεωρῶ τοῦδε τύπου, Aristot. in Polit. Ab eodem θεωρεῖν pro ζητεῖν alicubi accipi tradit Alex. At Plut. eadem constructione dixit τὰ ἀεὶ τῶν ἄστρων θεωρούμενα, quod B. vertit, Quæ de astrorum ratione cōprehensa sunt à philosophis. Redditur etiam Perspicio, Perpendo. Demosth. Olynth. 1, ἄρα γε λογίζεταί τις ὑμῶν καὶ θεωρεῖ τὴν ὅσον &c. Interdum verò pro Æstimo, vt apud Æsch.

F

Θεωρῶ, Ludos specto, vel celebro. Pla. Luc. autem θεωρεῖν & θεᾶσθαι hac in signif. dixit, vno eodémque in loco. Vide in Θεάομαι. Interdum verò θεωρῶ est Ludos spectatum venio. Thuc. 3, ξυνέπεμψαν καὶ τινὰς καὶ τῶν ἀστῶν θεωρόν, ὡς περὶ τοῦ ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες. Aristoph. Vesp. Ἐγὼ δὲ πέθεωρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ, Πλὴν ἐς Πάρον, nusquam ad spectandos ludos profectus sum. ¶ Item Θεωρῶ, Oraculum consulo. Plato in epist. σὺ δὴ καὶ τὸν θεόν, ὡς ἔοικε, οἱ τῶν θεωρούντων, ὥσπερ τοῖς ἐν Δελφοῖς. Sic Bud. interpret. in hoc Thucydidis loco, l. 5, pag. 171, ἐπὶ μὲν τὸν ἱερὸν τῶν κοινῶν, θύειν καὶ ἱέναι καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ πάτρια τὸν βουλόμενον. vbi tamen schol. exponit θεωροὺς πέμπειν. Existimo autem à θεωρὸς deduci hoc θεωῶ, nō contrà, si modò vera est etymologia quam tradit Poll. de qua dicetur in Θεωρὸς post Θεός.

G

Θεώρημα, ατος, τὸ, Spectaculum, vt B. apud Athen. vertit. ¶ Sed θεώρημα multo frequentius appellatur, Quod cōtemplamur, seu speculamur. Quod cōmentamur. Θεωρήματα, (inquit B.) sunt Speculamēta disciplinarum, & veluti commentationes. Cic. De fato, Si est diuinatio, quibusnam à præceptis artis proficiscitur? præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Ibidē, Sūt astrologorū θεωρήματα: vt verbi causa, siquis oriēte canicula natus sit, in mari non morietur. Sed percepta etiā & perceptis his in locis legitur. Apud Hermog. θεώρημα τεχνικόν, B. vertit Præceptū artis, vel quod ars tradit. Idē

H

scribit esse θεώρημα apud Euclidem quæ propositiones vulgò dicuntur. Sunt qui ex Proclo ita θεώρημα distinguant ἀπὸ τοῦ θεβλήματος, vt θεβλημα sit q̃ proponit aliquid inuentendum aut describendum, aut cõminiscendum: θεώρημα autem docet, & astruat quæ natura subiectis inesse comparatum est. Vide de hac voce Alexandrum in Topic. pag. 40 & 41. Et θεωρημα γνωστικὸν, apud Themistium libro 3 De anima. At quod Cicero ad Att. dicit θεωρημα καθολικὸν, Budæ[o] ait esse quod vulgò dicitur Regula generalis. HINC

B Θεωρηματικός: vt θεωρηματικοὶ philosophi, Theorematis vtentes. Bud.

Θεώρησις, εως, ἡ, Contemplatio, Speculatio.

Θεωρητός, ός, ό, Spectabilis, Aspectabilis. ET Ἀθεώρητος, contr. Non spectabilis, Sub aspectum nõ cadens. vt ab Aristotele De mũdo dicitur Deus πάντων θνητῶν τοῦς ἀθεώρητος. VNDE Θεωρητῶς. ET Ἀθεωρήτως, q.d. Spectabiliter, & Non spectabiliter, aut Visibiliter & Inuisibiliter. vt apud Gregoriũ, opponentem duo hæc adverbia θεωρητῶς & παντελῶς, duob' istis, ἀπτωτως & ἀθεωρήτως. Sed ad animum sæpius referuntur: dicitúrque θεωρητὸς, Sub contemplationem cadens, In contemplatione positus seu versans, Quem contemplatione assequi possumus & quasi dicas, Contemplabilis. Exponitur & Perceptibilis, item Comprehensibilis. (quorum neutrum Latinum est) additur autem interdum λογῳ, item δόξῃ. dicitur enim aliquid esse λόγῳ θεωρητὸν, item δόξῃ θεωρητόν. In qua etiam signif. τὸ θεωρητὸς opponitur ἀθεώρητος. In v.l affertur etiam ἀθεώρητος ἥλιος τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρίας, pro Imperite rerum cælestium studium attigit. ET Ἀθεωρητὶ aliud aduerb. pro Sine contemplatione. ITEM Δυσθεώρητος, Cuius difficilis est contemplatio, Contemplatu difficilis. ET Εὐθεώρητος, contr. Cuius facilis est contemplatio.

Θεωρητικός, Contemplatiuus. 1. Contemplationi deditus, seu addictus. Greg. τὸν ἄγαν θεωρητικὸν τῷ πράκτικῷ. Plutarch. De lib. instit. dicit esse τρεῖς βίους, id est tres vitas, seu tria vitæ genera: videlicet πρακτικὸν, & θεωρητικὸν, & ἀπολαυστικὸν. vbi contemplatiuam vitam vertere E possumus, vt contemplatiuam & actiuam philosophiã dixit Seneca. Legitur autem & apud Aristot. θεωρητικὸς βίος. ‖ Item θεωρητικοὶ λόγοι, Plut. Theoretica disputatio, Ea quæ appellantur θεωρήματα cõtinens: quæ sunt veritatis inuestigatio. B.

Θεωρητήριον, ου, τὸ. Locus spectandis ludis. B. ex Plut. θεωρητήρια ὀνομάζουσιν τὴν ἀγορᾶ.

Θεωρία, ας, ἡ, Contemplatio, Commentatio, Meditatio. Plut. De psychog. αἰκλυοῦσα θεωρίας ἕνεκα τῶν ὁσιῶν αὐτῆς. vbi exponitur Commentationis gratia. Bud. putat F meditationem esse θεωρίαν seu πρᾶξιν, in hoc Cic. loco, in Tusc. Nihil est enim quod tam obtundat eleuetque ægritudinem quàm meditatio conditionis humanæ. Idem θωρία exponit Inspectio, pro speculatione, ex Quintiliano. Propriè tamẽ θωρίας esse ait rerum diuinarum inspectionem & spectaculum, & apud Areopag. Spiritalis sensus contemplationem. Obseruandum est autem θωρία non esse à Θωρῶ, SED à Θωρὸς, quod Platoni est Spectator, Contemplator. G

Θωρέω, ῶ. Attentè contemplor, Diligenter considero. nam αἰαθέω hic est epitaticum, eadem ratione qua in αἰαθῶ. Ideóque αἰαθεῶ non simpliciter expono Contemplor. A Diodoro Siculo lib. 12, p. 297 meæ edic. opponũtur οὐ δόξῃ πολλῇ θεωρεῦσιν & αἰαθεωρεῦσιν.

Αἰαθεώρησις, εως, ἡ, Diligens consideratio. Suidas hunc locum citat in quo habetur ista vox, μεγάλης δὲ οὔσης κρίσιν ὑπολαμβάνεσθαι αἰαθεώρησιν, μόνοι τινὲς φαίνεται ὁ αὐτὸς, ὅμως τὸ πάντων τῶν νοουμένων πίστεσι πρὸς ἡμᾶς δεῖν. Vt autẽ hic habes μεγάλης αἰαθεωρήσεως, ita & apud Cic. magnã H αἰαθεώρησιν, in epist. ad Att. O mirificum meum Dolabellã. iam. n. meum dicam. magnam αἰαθεώρησιν res habent. & in sequẽte epistola, O Dolabellæ nostri magnã ἀειστίαν. quanta est αἰαθεώρησις.

C. ΑΠΟθωρέω, ῶ, Contemplor, Perspicio, Obtueor, vt in speculo faciem. Budæus ex Plutarcho. In vulgatis lexicis exponitur Longè prospicio, Item Diligenter animaduerto.

C. ΠΑΡΑθωρέω, ῶ, q.d. Iuxta, specto, seu contemplor. Vnũ alteri admotum contemplor & inspicio. vnde pro Cõparo ponitur Xenoph. ἀνθρώπους τοὺς ἄλλους θεραπευτὰς ἐμαυτῷ παραθωρῶν, οὕτω δὴ πάνυ καὶ θεραπευτικὸς γιγνόμην. id est (inquit Bud.) Me comparãs aliis, Me ad obseruationem aliorũ examinans. Luc. θεραθωρῶν σε Μίκων. Idem, ἀλλ' ἴω μὴ ὑμᾶς Πολυδάμαντα Γλαύκῳ θεραθωρῶν τῷ μὴ. Idem, ἐστὶ δὲ ἡ φιλοσοφία θεωμένη, θεραθωρῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν καὶ κακίαν. Eadem signif. θεραθωρῶν θεωρῶν. ‖ Παραθωρῶ, pro Obiter cõmentor, vt B. exponit in hoc Gregorii loco, ἵνα τὴν θεωρίαν μικρὸν.

Παραθωρῶ. Despicio Aspernor. Act. apost. cap. 6, in principio, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. Sic & Hesychius παραθωρῶν exponit καταφρονῶν. Existimo autem non aliunde quàm ex loco illo sumpsisse Hesychium hoc παραθωρῶν. Rarissimam certè esse hãc significationem, & in ea præpositionem παρὰ idem quod in θεραθωρῶν sonare existimo.

C. ΠΡΟθωρέω, ῶ, q.d. Præcontemplor, vel Prius commẽtor. ET Προθωρία, q.d. Præcommentatio, seu Præmeditatio. Ita vocatur in declamationibus, quod vnicuique tanquam argumentum præfigitur.

¶ Θεαρεύω, in vulg. lex. itidem Specto. ET Ἀθέωρεύστος, ibidem (tanquam ab ἀθεωρεύω) Recognitio. sed sine vllo testimonio.

¶ AT Θωρὸς, in altera significatione, itẽ Θωρεύς, Θωρευκὸς, vide post Θωρ.

D Θαυμάζω, F. ασω & ασομαι, Miror, Admiror, Admiratione habeo. Homerus Odyss. π. θαυμάζων θεώμενος & ἀγασσάμενος iungit, habentia accusatiuum personæ, sicut Odyss. α. Τηλεμάχου θαυμάζοι ὁ θαυμαστὸς ἀγορεύων. & Iliad. ω. θαυμάζ' Ἀλκίνοε, θαυμαστὸν μὲν ἔπος τό. At cũ accus. rei, Odyss. ε. Ἀλλὰ τὸν θαυμάζοιμι θεὸν τόδε &c. Idẽ Od. τ. addidit particulam ὡς, exponens rem ipsam quæ admirationem mouebat, τὸν δὲ θαυμάζεσκον ἅπαντες, ὡς ἐν μεγάροισι θεὸν ἐλεύσεσθ' ἀπαντα, &c. Idem Il. β. iunxit cum ὅ sequente verbo ἐπιχῆρι. Ἡμεῖς δ' ἔπος θαυμάζομεν ὅν τε ἐπιχῆρι. Existimo autem in illo ex Iliad. a loco, accus. personæ in nominatiuum posse resolui, immutata orationis structura atque adeo θαυμάζ' Ἀχιλῆα δαὸς ἐστὶ, perinde esse ac si dixisset θαυμάζει δαὸς ἐστὶν Ἀχιλλεὺς &c. In soluta oratione & has & alias præterea constructiones habet. Plut. De aud. ὁ γὰρ ποίησις ἐφησεν αὐτὸ τοῦτο χρῆναι θαυμάζειν. Luc. in Tim. θαυμάζει πάντα τὰ μαστά (quãquã autẽ dicimur θαυμάζειν rem quam improbamus: quo dixit modo Demosth. θαυμάζω τοῦτο. & cũ personæ etiã genit. apponi, videbis infrà.) Cum accus. sequente ὅτι, Plato Pol. 1, πάνυ ἔθαυμαστε, εἰ οἰόμενοι καὶ σοφίας πέρι τῶν ἀξίων τῶν ἀξίων. Sed frequentius iungitur illi particulæ, non præcedente accus. vt apud eundem Platonem ibidem, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι εἰ μὴ σκοπὸς ἀφικοίμεθα &c. Isocr. de Pace, ὥσπερ ἄξιον θαυμάζειν εἰ πλῆ &c. (Interdũ etiam additur huic particulæ altera videlicet μὴ, dicitúrque θαυμάζω εἰ μὴ, vt Lat. Miror ni & Mirum ni) Aliquando autem sequẽtem habet particulam ὅπως & quidem interdum præcedente accus. vt apud Philonem, πάνυ θαυμάζω ὅπως δίκαιον ἡγήσασθαι ἐκ τῆς ἐνεστώσης ἐξουσίας. Iungitur, & cum ὅπως ὅτι. Luc. in Cauc. θαυμάζω σε ὅπως ἥλιον καὶ τὴν ἡλιον κατεπλάγητε αὐτοῦ. Miror quomodo nõ prohibueritis. Nonnunquã etiã (nec raro) subiungitur ὅτι huic verbo, pro eo quo Lat. dicitur Miror quod: atq; ita Isocr. inter alios vtitur, sic exordiens orationẽ quæ πρὸς Δάμωνα inscribitur, ἔστιν ὅτε ἐμαυτῷ θαυμάζειν ὅτι (&c.) πεπείσθαι πεποίημαι μεταβολὴν. Thucyd. verò ὡς ei subiũxit, eadẽ signif. lib. 1, καὶ θαυμάζω εἰ οὐδὲ τοῦτο παρῆν, sequex

οὐδέν. Gregorius, ὡς τὸ θαύματος, O rem miram. θαῦμα πιοῦμαι, Rem miram esse puto, seu miraculum, vel Mirandum esse puto, apud Pausaniam. Et cum infinitiuo apud Homerum non semel, quum dicit θαῦμα ἰδέσθαι. Hesiodus autem non solùm θαῦμα ἰδέσθαι, sed etiam θαῦμα ἰδεῖν dicit. Sic θαῦμα ἀκοῦσαι, auditu mirũ, apud Plat. ‖ Cic. θαύματα vertit Portenta apud Demosth. vt videbis p. 138 mei Cic. lexici.

Θαύματα, Præstigiæ. Xen. Sympos. τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν. VNDE Θαυματοποιός, ET Θαυματουργός, Præstigiator, Circulator, Qui circulatoriis præstigiis vtitur. Demosth. Olynth. 2, πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας. Et Ξενοφῶν ὁ θαυματοποιός, Ath. Apud eũdem, θαυματουργοὶ κωμῳδοὶ εἰς ξίφη κυβιστῶσαι. ET Θαυματοποιέω, AC Θαυματουργῶ, Præstigiis vtor, Præstigiatricem artem exerceo. Xenophon Sympos. pag. 521, ἐφ' οὗ ἔμελλε θαυματουργήσειν. nam & ita legitur pro θαυμασιουργήσειν. Sed θαυματοποιῶ, Bud. exponit etiam Præstigiatoris in modum facio, in hoc Luciani loco, καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυματοποιῶν. Item, καὶ νεῦε αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, δεινὸν τινα καρτερίαν ὑποχρούων. Exponit verò & Præstigiari, quo verbo & Picum vti ait.

ET Θαυματοποιία AC Θαυματουργία, q.d. Præstigiatio, vel Præstigiatoria ars. Item, Figmentum præstigiatorum figmentis simile, Luciano in Zeux. Dixit verò & θαυματοποιίας Isocrates. ‖ SED Θαυματοποιὸς interdum etiam generalius pro Miracula edens. vnde & θαυματοποιοὶ ὄνειροι Lucian. quòd somnia res mirabiles nobis repræsentent. Item θαυματοποιὸς & θαυματουργός, Qui miracula edit, & quidem veré. vnde Christus etiam dicitur θαυματουργεῖν à Damasc. pag. 65. Sed & θαυματουργεῖσθαι dicitur res aliqua quæ cum miraculo fit.

Θαυμαλέος, ᾱ, ὁ, Admirandus. θαυμαστός, Hes. Exponit autẽ & φοβερός.

Θαυμαίνω, poeticè pro θαυμάζω, (vt ab ὄνομα fit ὀνομαίνω) Admiror. vnde Odyss. θ, Φαίηκες οἱ δῶρα θεῶν ἀέθλια θαυμανέοντες. id est θαυμασμοῦ, inquit Eust. qui tamen & aliam expos. affert, videlicet θεασόμενοι.

Θαυμαΐζομαι, Rei admirabilitate obstupefio. ἐκπλήττομαι, Hesych.

C. ΑΤΟ θαυμάζω, Demiror. nam vt θαυμάζω est Miror, sic ἀποθαυμάζω, Demiror. ita videmus De augere in Lat. verbo sicut ἀπὸ in Græco. Æsch. aduersus Timocr. ἀποθαυμάζω δὲ εἰ μὴ πάντες μέμνησθ' ὅπ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, &c. Et cum accusatiuo, ἀποθαυμάζω τὰ λεγόμενα, Vehementer admiror quæ dicuntur, Magnæ admirationi habeo.

C. ΕΠΙ θαυμάζω, Donis honoro, Suidas ex Aristoph. Ego tamen nolim ita simpliciter exponere, sed (ad exprimẽdam vim verbi) hoc aut simili modo, Donis honoro quem admiratione dignum censeo, ac in pretio habeo.

¶ Θωῦτὸς Ionicè pro θαυμαστὸς, Mirabilis. Hesiodus in Aspide, τὰ δὲ δείκηλα θωῦτα ἔργα. vbi tamen θαυματὰ quædam exemplaria habent: quod & à Pindaro vsurpari dixi antea. SIC Θωῦμαστὸν quoque affertur, ET Θωῦμάσιον pro θαυμάσιον ab Eust.

Θ Ε΄ Λ Γ Ω, Fut. ξω, Mulceo, Demulceo, Delinio. Item Pellicio. Homero tamen est simpliciter, Afficio aliquem ita vt impellam quocunque velim, Animi affectum naturalem seu motum aut inclinationem immuto, vel rei alicuius habitum seu statum. Vel breuius, Adigo aliquem vel rem quampiam ad faciendum quod eius naturæ repugnet. Hæc sunt quæ ex Græcis Eust. expositionibus colligere possum, addentis θέλγειν esse dictum quasi ἀπάγειν πρὰ οὗ ἐθέλει, vel ἄγειν εἰς ὃ θέλει ὁ ἐχθρός. Vide & Etymologisten ac Hesychium de etymologia huius verbi. Sunt autem cum alii Homeri loci in quibus hanc dat verbo θέλγω significationem, tũ isti: Iliad. μ, — αὐτὰρ Ἀχαιῶν Θέλγε νόον, Τρωσὶ δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζε. Iliad. ο, — τοῖσι δὲ θυμὸν Ἐν στήθεσσιν ἔθελξε· λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς. (vbi exponit etiam ἐξέστησε & μετεποίησεν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνεργείας. quod explicari ait sequentibus hisce verbis, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς) Item Iliad. μ, Θέλξας ὅστε φαεινὼ, πέδησε δὲ φαίδιμα γοῦνα. Affert & illud à Circe dictum Vlyssi, Odyss. κ, Θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔπ ποιῶν πάδε φάρμακ' ἐθέλχθης. vbi exponit τῆς κατὰ φύσιν μετέσης. Sed non satis sibi constare videtur hic gramm. in iis quæ de huius verbi significatione tradit, quòd quum vno in loco negasset poni apud Homerum ὕπνῳ ἡδονῆς, sicut apud eius posteros: in alio scribit θέλγειν significare ἐκστῆσαί τινα καὶ μεταθεῖναι τῆς κατὰ φύσιν, aut δεῖσαι φόβῳ, aut δεῖσαι λύπῃ, aut δι' ἡδονῆς, aut ἕτερόν τι πάθος ὑποβαλεῖν. Certè si non aliud, ipsum verbale nomen θελκτήριον prius illud Eust. dictũ refellere existimo. Hesych. non solùm vult esse κηλεῖν & τέρπειν, sed etiam ἀπατᾶν. qui exponit item, εἰς τὸ θέλειν ἄγειν. quod etymum aliquantum à præcedentibus diuersum fuerit. existimo enim eum per εἰς τὸ θέλειν ἄγειν declarare voluisse Indere seu immittere animo voluntatem aliquid faciendi. Quod autem ad ἀπατᾶν attinet, (quæ expositio datur verbo θέλγειν ab Etymol. quoque & Suida) non videtur Homerus hanc significationem inclusisse huic verbo: alioqui enim vacabit δόλῳ quod alicubi ei adiungit. Autor Etymologici inter alia scribit θέλγειν esse σκοπίζειν, vbi Homerus dicit, Ἀχαιῶν θέλγε νόον, & Ἀχαιῶν ὄμματ' ἔθελγε. Suidas itidem θέλγειν cum aliis modis explicat, tum verbo σκοπεῖν. Hactenus de grammaticorum expositionibus: nunc paucis quod de hoc verbo sentio aperiam. Θέλγειν, quum Hom. tribuat Circæ, tribuat item Sirenibus, iisdémque videam à Latinis poetis tribui verbum Mulcere, non video quid obstet quominus θέλγειν Homero quoque esse dicamus Mulcere. Sed nec dubitem θέλγειν alicubi interpretari, Mulcere carmine, seu cantu, quod iisdem nihil aliud est quàm Incantare. Imò verò & verbo Mulcere sine adiectione vti hac in significatione possumus, quum de Medea incantamentis seu carminibus nobilitata dixerit Naso, Quàque feros angues, te quoque mulcet ope. Sed obseruandum est, quibusdam voluptatis illecebris idem effici interdum quod cantu: qua in significatione dixisse existimo Virgilium de Orpheo. Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus: quum Horatius dixerit Lenire tigres, quod Virgilius Mulcere tigres: & Sono testudinis, quod ille carmine. (neque enim ibi ad incantamenta referendum est) Atque adeo si verum esset quod datum fuit suprà etymon verbo θέλγω, in eodem Horatii loco huius verbi etymum expressum aut certè adumbratum haberemus: quum de eodem Orpheo ita scribat, Saxa moue re sono testudinis, & prece blanda Ducere quò vellet. Sed & simplicius capitur Mulcere pro Delinire. quam etiam significationem dari verbo θέλγω debere apud Hom. existimo, contra Eustath. qui negat (vt dixi) vsquam apud illum poni ὕπνῳ ἡδονῆς. Nam ἡδονῆς significationem includi verbo θέλγειν apud Homerum, vbi dicit (Odyss. ξ, v. 387) Μήτέ μοι ψεύδεσι, χαρίζεο, μήτέ μ θέλγε. & Odyss. σ, v. 282, θέλγε δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσι, non video quomodo quis inficiari possit. Imò & quod dicit θέλγειν μειλιχίοις ἐπέεσσι, nihil obstare puto quominus reddatur ex Virgilio, Mulcere dictis. Hoc quidem certè fateor, in illo Homeri loco θέλγειν esse delinientis fraudulenta quadam voluptate, quum subiungatur, — νόος δὲ οἱ ἄλλα μενοινᾷ. itidémque Od. ξ, μήτέ μ θέλγε, esse perinde acsi diceret, Ne tuis mendaciis vanã mihi voluptatem afferas, vel vanum gaudium. Vel, Ne mendaciis apud me vtaris, dum vis mihi gratificari, & ad voluptatem loqui. vt hic sit θέλγε quod alibi in eadem re dicit μειλίσσεο: Odyss. Γ, v. 96, Μηδέ μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλεαίρων. (Pro his autem dicit Æschylus, -μηδέ μ' οἰκτίσας ξυνθέλπει μύθοις ψευδέσιν. vbi etiam videri possit ad istum Homeri versum allusisse) Ab Eustathio igitur ibi quoque dissentio, exponente θέλγε verbo ἀπάτα. Ab Æschylo p. 53, ἵμερος dicitur θέλγειν Hypermnestram, id est amor erga maritum eam mulcere & delinire, ita vt ad perpetrandam eius cædem adduci nõ possit. Est porro verbum poetarum potius quàm cæterorum scriptorum, qui tamen & ipsi eo aliquando vtuntur. Synesio in lib. De insomn. non semel θέλγεσθαι est Pellici.

Θέλγω est etiam Sopio, κοιμίζω, vt Eustathius ex veterum grammaticorum autoritate exponit in hoc Od. ε loco, de virga Mercurii, — τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, οὓς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Sed & ipse Sõn. Il. ξ, de se dicit, Ἦ τοι ἐγὼ μὲν ἔθελξα Διὸς νόον αἰγιόχοιο Νηδυμος ἀμφιχυθείς. Ad quos respexisse locos Euripidem existimo quum dixit in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον. de qua voce mox dicam. Sed crediderim θέλγειν in illis Homeri locis reddi etiam posse Mulcet, addendo datiuũ Sõno. nam hoc loquendi genus Mulcere somno apud quendam poetam legere me memini. Locus certè Ouidii in promptu est, in quo Somnus mulcere pectora dicitur. ita enim in epist. Leandri ad Heronem, His ego si vidi mulcentem pectora somnum Noctibus. Et Metamorphos. lib. 8, Lenis adhuc somnus placidis Erysichthona pennis Mulcebat. At Virgil. velut πωθάφεται ζῶν hoc loquendi genus, dixit, somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas.

C. Παυθελγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Omnes demulcens, seu deliniens, Omnes oblectans. ut παυθελγὴς φωνὴ, Nonno. ET Παυθέλκτειρα ἡμιείς, in Epigr. Vitis omnium oblectatrix, seu recreatrix.

C. Θελξίνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mentem demulcens. ET Θελξίφρων pro eodem, in Epigr.

Θέλγμα, ατος, τὸ, Delinimentum. Ab Hesychio tamen exponitur θαῦμα.

Θελκτήριος, ᾱ, ὁ καὶ ἡ, Delinitiuus, Deliniendi seu demulcendi vim habens, Illecebrosus. ἐπῳδὴ θελκτήριος, Plutar. Itẽ θελκτήριον substantiuè, Illecebra, Oblectamentum, apud Hom.

Θέλγητρον, ET Θέλκτρον, Delinimentum, Illecebra, Oblectamentum. Athen. 71, πόθων θέλγητρα, Amorum illecebræ. Eurip. in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, O suaue somni delinimentum, id est O somne suauiter deliniens, seu mulcens. Dici autem somnum mulcere, ostendi paulo anté. Synes. ὕπνου θέλκτρον αὐτᾶσι τοῖς αὐταγνωσκουσι. SED & Θέλκτειος inuenitur, idem signif. quod θελκτήριος. vt θέλκτειος ᾠδὴ in Theophyl. epist.

C. ΚΑΤΑ θέλγω, Demulceo, θέλγω. Vel, Vehementer demulceo, & delinio, in Epigr.

Θ Ε΄ Ο΄ Σ, οῦ, ὁ, Deus. Et Θεός, ἡ, Dea. Apud Hõ. frequẽter plur. θεοί, (& quidẽ plerunq; cum ἀθάνατοι, vel ἀειγενέται), aut αἰὲν ἐόντες, aut ὑπερκύνιοι, aut μάκαρες (vt Lat. Dii, vel Superi, vel Cælestes: interdũ tamẽ & sing. θεός, non de certo quopiam deo, sed pro τὸ θεῖον, cuius nomen Ζάς. Exempla sunt hæc. Od. σ, Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι. Il. ω, Ὡς γὰρ ἐπικλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι. Od. η, 12, - Ἐλέην δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον. Sic & alibi sæpe vbi de iis loquitur quæ potentia diuina fiunt. Singulari autem vtitur vt in sequentibus locis. Il. ν, Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, &c. (præcedit autem hic versus, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἐλέσθαι, pro quo legitur Il. δ, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι) Od. ξ, Θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, Ὅ, τί κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλει. δυνάται γὰρ ἅπαντα. Od. γ, Ῥεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. Od. θ, -οὐδέκεν ἄλλως Οὐδὲ θεὸς πύξειε. Et Il. τ, Ἀλλὰ τί τῶν ῥέξαιμι; θεὸς δὴ πάντα τελεῖ τᾷ. quod tamen hemistichium non vno modo exponitur. Cæterum quod dixi, θεὸν in his aliisque huiusmodi locis posse etiam significare τὸν Δία, id est Iouem, id mihi verisimile reddunt cum alii loci, tum verò isti: Od. ζ, Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμεται ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Il. α in principio, & Od. λ, v. 297, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. itidémque Il. σ, — τὰ μὲν δὴ τετέλεσται Ἐκ δήθι Διός. (Apud Hes. autem, Διὸς μεγάλου δι' βουλαὶ, & Διὸς μεγάλοιο ἔκπω) Atque adeo quod Διὸς βουλὴ illis in locis appellat Homerus, alibi θεοῦ μοῖραν nominare videtur, vt quum dicit, θεοῦ κατὰ μοῖρ' ἐπέδησεν. Quo ex loco non dubitarim dicere, figuram quæ ἐν διὰ δυοῖν vocatur, esse in hoc versu Il. τ, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς: vt videlicet sit Ζεὺς καὶ μοῖρα pro Ζεὺς μοῖρα. Quinetiam alicubi obseruasse mihi videor, pro eo quod vno in loco dicatur θεὸς, in altero dici Ζεύς. cuius rei exemplum peti fortasse possit ex Od. ξ. quum enim ab Vlysse dictum esset v. 440, Αὖθ' οὕτως Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ γένοιο Ὡς ἐμοί: respondens illi Eumæus ait, v. 444, — θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, &c. Quinetiã quum sæpe βροτοὺς seu ἀνθρώπους vel certè ἄνδρας opponere soleat θεοῖς, alicubi illos soli Διὶ opposuit, vt in hoc versu Il. α, Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Et Il. π, Ἀλλ' ἀεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέπερ ἀνδρῶν. Iã verò & hoc obseruandum est (quo confirmari posse videtur quod scripsi, nimirum per θεὸν intelligi Δία, id est Iouem) hunc poetam quemadmodum dicit, Τρῶας τε καὶ Ἕκτορα, videlicet, κατ' ἐξοχὴν seu κατ' ἐξαίρετον, Hectorem separans à cæteris Troianis (quod imitatus Maro dixit Troas relliquias Danaûm atque immitis Achilli) ita etiam separare Iouem à cæteris diis, cum alibi, tum in his versibus: Il. γ, Ζεῦ πάγ' ἀλεξήσειε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. Il. σ, Κρύβδα Διὸς ἄλλων τε θεῶν. Quæ in re imitati sunt Homerum vno consensu omnes eius posteri non poetæ tantùm, sed & prosæ scriptores: (præsertim tamen comici poetæ. inter quos videmus Aristophanem suum Plutum ab hoc versu auspicatum esse, Ὦς θρᾶλέον πρᾶγμ' ὅδ' ἐστὶν ὦ Ζεῦ καὶ θεοί) nec solũ in exclamatione, aut in precibus concipiendis, verùm & in obtestatione: vt apud Demosthenem Pro cor. καί μου, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, μηδὲ μίαν ψυχρότητα καταγνῷ μηδείς. (non ignoro autem, eadẽ in oratione valde commotum eum exclamare, ὦ γῆ καὶ θεοὶ & subiungere paulo pòst, νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας τοὺς θεούς) Alicubi verò dicit idem Hom. Ζεὺς πρὸς θεῶν, vt paulo pòst docebo. His accedit vsitatissima illa προσφώνησις in votis nuncupandis, Ζεῦ πάτερ, Ζεῦ αἴα, tacito cæterorum deorum nomine. Ne autem ita κατ' ἐξοχὴν discerni Iouem à cæteris diis miremur, faciunt pulchri illi quibus eum ornari videmus tituli cum ab eo tũ à cæteris poetis, sed in præsentia exemplis ex eo atque Hesiodo petitis contentus ero. Ac primum Iouem ipsũ non vocat πατέρα solùm & sine adiectione, (vt dixi vsitatum esse in votis nuncupandis Ζεῦ πάτερ) sed addit etiam ἀνδρῶν τε θεῶν τε: vt cum alibi tũ Il. ο, — μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. quod hemistichium & in aliquot Hesiodi locis extat. & à Virgilio duobus modis eleganter expressum legitur, videlicet, Diuûm pater atque hominum rex: &, O pater, ô hominum diuûmque æterna potestas. Sed alicubi genitiuus hominum omittitur: vt, Aut tu magne pater diuûm misere ère. Et, Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo. (vbi obseruandum ei addi Apollinem) Sed & Pater omnipotens sæpe ab eo vocitatur. Interdum verò & Pater, adiecto solùm pronomine Ipse. vt quum scribit, Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. Item, Ipse Pater Danais animos viresque secundas Sufficit. Quam tamen Patris appellationem latius etiam extendisse mihi videntur Latini poetæ quàm Græci. legimus enim apud eundem quoq; Maronem, Pater Lenæe, Pater Neptune, Tybri pater, &c. Vbi hoc saltẽ est discriminis, quòd vnicuique illorum non tribuitur patris appellatio, nisi adiecto eius nomine, quum Iupiter sine hac adiectione Pater vocetur, sed addito (vt dictum est) genit. Diuûm, aut Diuûm atque hominũ: vel certè pronomine Ipse, emphaticè posito. Alicubi tamen, ita poscente versu, Saturnius pater dixit idem Maro. Obseruandum est porro vt à Virgilio nuncupatur diuûm quidem pater, hominum verò rex, sic & regem diuûm ab Hesiodo appellari, id est σήμαν πρὸς θεῶν, & βασιλῆα θεῶν. Sed & Altitonans & Altisonans apud Latinos poetas (ac præsertim antiquiores) horum Græcorum locum obtinent, ὑψιβρεμέτης & ἐυβρεμέτης, & ἐυβρόντων, & βαρύκτυπος, & τερπικέραυνος: item ἀστεροπητής. Iam verò & à sede quam incolit celebrari illum ab vtrisque videmus. eam enim appellari à Græcis poetis ὑψόθεν δώματα, & χαλκοβατὴς δῶ, & μακρὸν ὄλυμπον. necnon ab hoc nomen ei datum esse, videlicet ὀλύμπιος. (nam alicubi sine adiectione etiam ponitur ὀλύμπιος pro Ζεύς, nimirum κατ' ἐξοχὴν) at Lat. poetæ pro ὀλύμπιος, & pro ὃς ὑψόθεν δώματα ναίει, &c. dixerunt Summi regnator olympi, vel Magni regnator olympi, & Rex magnus olympi, Olympi ætherei rex. Denique peculiaribus etiam titulis ab vtrisque ornatur: inter quos hunc Ζεὺς θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, crediderim Latinis occasionem præbuisse hono-

Θ O P Y B O Σ, ου, ὁ, Tumultus, Turbamentum, Turbæ. Thucyd. lib. 2, καὶ ἐσβαίνοντες κατὰ τάχος καὶ πολὺν ὦ θορύβῳ, Et conscensis nauibus festinanter & magno cum tumultu. Idem lib. 8, μετὰ θορύβου πολλοῦ καὶ ἐκπλήξεως. Dicitur & in plurali aliquando. ¶ Interdum verò in bonam D partem, Strepitus acclamantium & applaudentiũ. Demosth. in Midiam, θορυβοῦντες καὶ κρότον ποιοῦντες οἷς αὐτὸν ἐπαινοῦντες τε καὶ συνωθοῦντες, ἐπίστασθε. Sic & θορυβοποιεῖσθαι ex eodem. Et plur. νέων, πρεσβυτέρων συνωθοῦντες καὶ θορυβοῦντες. Etymolog. hoc nomen θόρυβος ex θέω & βοὴ iactum esse tradit: multo verisimilius Eustathius (meo quidem iudicio) ex θροῦς & βοὴ compositum esse censet. Eo certè lubentius illi deductioni subscribo quod θροῦς & θόρυβος eadem significat. in quodam Xenoph. loco reperio, nimirum pro tumultuantium murmure: vt docebo in Θροῦς. Si tamen pro simplici haberi posset, à θρῶ potius deriuarem.

C. Θορυβοπιεύς, οῦ, ὁ, Tumultũ excitans, Tumultus seu turbarum excitator. Exponitur & Seditiosus. VNDE Θορυβοπιέω, ῶ, Tumultum excito, seu turbas.

C. Ἀθόρυβος, ου, ὁ καὶ ἡ, Tumultus expers, Non turbulentus, Quietus, Sedatus. Plut. De Socr. μόνοις ἐπιχειροῦσι τοῖς ἀθόρυβον ἤθος καὶ ἡσύχιον ἐξ ἱστορίας ψυχῆς.

Θορυβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Tumultuosus, Turbulentus. p. 33. Cicer. lex. Item Strepens, Obstrepens, apud Plut. de anseribus, B.

Θορυβέω, ῶ, Tumultuor, Tumultum excito. vt ab Hippocrate dicũtur serui & seruæ absente domina θορυβεῖν in quadam ad Philop. epistola, ὡς τὸν μὲν δὴ μῶς καὶ δμωΐδες ἐν τοῖσιν οἴκοισι θορυβέοντες καὶ τρυφαλίζοντες, ὁκόταν ἀπαντήσωσι αὐτοῖς ἢ δέσποινα ὅθεν ἢ, πλὴν ἔνεκα ἐφεστηκότος τοῦ δεσπότου καὶ αἱ λοιπαὶ αἱ κατὰ ψυχὴν ὅθεν θυμοῦσι, &c. Cui loco libẽter primum inter exempla locum dedi, quòd idem verbũ eadem de re à Xenophonte vsurpatum reperiam, tanquam ei exprimendæ aptissimum. Dicit enim Medorum seruos seu famulos θορυβεῖν post dominorum discessum. Locus est Pæd. lib. 4, pag. 62, οἱ γὰρ οἰκέται τῶν Μήδων, ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀπελυθέντων, αἰεὶ ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ θορυβέουσι. Apud Aristoph. autem quidam τοὺς θορυβοῦντας dicunt βροντᾶν, i. tonare, (hyperbolicè loquentes) in Vespis, Ἡ γὰρ ἡμεῖς θορυβοῦμεν, Πᾶς τις φησὶ τῶν πολιτῶν, Οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον. Apud Thucydidẽ autem pag. 217 θορυβεῖν τινὰ est Tumultuari aduersus aliquem & rixari, seu Tumultuose rixari. Item θορυβεῖσθαι τινὰς ἀλλήλους reddi posse arbitror Turbæ inter eos oriuntur. ‖ Θορυβεῖν, Obstrepere, Reclamare: vt Budæus interpretatur (ego autem malim ex Liuio reddere, Tumultuose excipere clamoribus, seu clamore) apud Antiphontem, καὶ μηδείς μοι θορυβείτω: & apud Demosthenem, καὶ μοι, τοὺς Διὸς καὶ θεῶν, μηδεὶς θορυβείτω, μηδ' ἐφ' ὧ μέλλω λέγειν ἀχθεσθῇ. Interdum verò & cum accusatiuo rei, vbi subaudiri putatur κατά. ‖ Θορυβῶ aliquando contrà est Acclamo, Acclamando assentior dicenti, Applaudo. (sic autem & θόρυβος in bonam partem accipi, dictum paulo antè fuit) quem huius verbi vsum velut exponere volens Isocrates scribit in Panathenaico, ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ, οὐκ ἐθορύβησαν ὁ ποιεῖν εἰωθότες οἱ χαρίεντες λεγόμενοι. Idem θορυβεῖν & ὀλοσημαίνεσθαι copulat ibidem, τοὺς ἀκούοντας ὀλοσημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. Vide Θορυβοῦμαι.

Θορυβοῦ, Turbo, Conturbo. Plutarchus Alcibiade, ἐπὶ Νικίαν ἐθορύβει καὶ διέσαλλεν, εἰκότα κατηγορῶν. vbi redditur Turbabat: ego malim In turbas coniiciebat. Apud eundem in Galba, ἅπαν Γάλβαν ἐθορύβει.

Θορυβοῦμαι passiua voce, interdum quidem pro θορυβῶ, Tumultuor: vt Budæus vertit apud Thucydidem; ἐθορυβοῦντο ὡς εἰκὸς ἀγανακτοῦντες, &c. item apud Plutarchum, ὁ δὲ τὴν τῆς θρασυτάτου οὐκ ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ κωμῳδοῦν ἀπειλᾷ καὶ θορυβοῦμαι. Xenophon θορυβοῦμαι ὀξύς opposuit τοῖς ἀπόπτως καὶ σωφρόνως ἰοῦσι, Pæd. 5. Interdum C etiam redditur Consternor, Exæstuo, Fluctuo animo. vt apud Platonem epistola 7, ὥστε σπλαγχνοῦμαι τε καὶ θορυβοῦμαι. Et apud Plutarchum in Camillo, θορυβηθεὶς ὥστε ἅπαν, ex Liuio redditur His trepidus. Apud eundem certè ὀλοσημαίνοις τοῖς θορυβουμένοις, Politianus vertit Signis quibusdam ex errito. ‖ Interdum verò (vt θορυβεῖν dictum est poni pro Perturbare, &c.) θορυβεῖσθαι dicitur Qui turbatur, Qui in turbas coniicitur, Aduersus quem turbæ excitantur, seu tumultus. Sophocles in Aiace, Ἀστοῦ τοιούτων κἀπόρων θορυβῆ. Sic Plutarchus Camillo, θορυβούμενος ὑπ' αὐτῶν Κάμιλλος. ‖ Quinetiam θορυβεῖσθαι (sequendo vnam ex signif. quæ verbo θορυβῶ datæ fuerunt) est Festiuo strepitu excipi, vt Budæus vertit apud Isocratem: seu (vt alibi reddidi) Strepitu applaudentium vel Acclamatione audientium approbari. Locus autem Isocratis est in Panathenaico, αἰσχύνεσθαι δὲ τὸν λόγον, ἐπαινούμενος ὑπὸ τῶν καὶ πεθορυβημένος. At πεθορυβημένος in malam partem positum, reddi aptissimè ex Liuio posset, (meo quidem iudicio) Tumultuosè exceptus clamoribus.

E Τεθορυβημένως, Tumultuosè, Turbulentè. Xen. Hell. 5, pag. 328, ἀποχωρεῖν τὸν Ἰφικράτη τεθορυβημένως, καὶ ὥστε φυλάττεσθαι τὸν βέλη.

C. Ἀθορύβητος, ος, ὁ, ἡ, Nõ perturbatus, Qui animo est non perturbato, Qui non perturbatur nec tumultuatur. (vt Cicero hæc coniungit.) CONTR. Εὐθορύβητος, Qui facilè perturbatur, & tumultuans de gradu deiicitur (vt idem Cicero loquitur.) Et ἀθορύβητος ὥστε τοὺς συκοφάντας in vulgatis lexicis, Mitis tolerãtia erga calumniatores: at ego vertendum puto, Qui facilè à calumniatoribus perturbatur & exterretur.

Θορυβητικός, q.d. Tumultuatorius. id est Qui tumultuari solet, aut Qui lubenter tumultuatur, & turbas excitat. Item Obstreperus, in v. l. ex Aristoph.

C. Ἀνάθορυβέω, ῶ, Tumultuor. aut Valde tumultuor, vt præp. fit epitatica.

C. ΔΙΑθορυβέω, ῶ, Idem. Et pro Tumultuari facio, In turbas coniicio. cum accus. apud Thuc.

C. ΕΠΙθορυβέω, ῶ, Adstrepo, Secũdo rumore adstrepo, Admurmuro, vt Budæus interpretatur afferens, ex Xenophontis Hellenicis, ἐπεθορύβησε πάλιν ὁ ὄχλος. Item, ἀλλὰ τῶν βουλῆς ἀνδρῶν ὅθεν θορύβησασα. vbi de Critia loquitur. Vide Θορυβῶ.

ΘΡΗΝΟΣ,

ου, ὁ, Luctus, Planctus, Lamentatio. Homerus Il. ω, Ὡς ἄρ' ἔφατο, θρῆνον δὲ τεῦξε θεοὶ ἀοιδοῖς Οἳ ὀλοὸν θρῆνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες. Eurip. Medea. Ἐπὶ δὲ θρόνων καὶ γόων ἐπαύσατο. Lucianus, κλαίει δὲ Δία γε ἡ Δαμασίου μήτηρ κακόν τι σπαρασσομένου σπουδαιοτέρου ὅθεν τοῦ Δαμασίου. ‖ Item θρῆνος pro θρῆνῳδός, vide in Θρηνῳδός.

C. Ἀθρῆνι, Absque luctu. q.d. Illugubriter. Suidas exponit χωρὶς θρήνου.

C. Ἀξιόθρηνος, ος, ὁ καὶ ἡ, Luctu seu lamentatione dignus, Dignus qui lugeatur. Eurip.

C. Πολυθρήνητος, Luctuosus, Valde lamentabilis. q.d. Vnde est multus luctus: seu, Multum luctum afferens. Eurip.

Item Qui multo luctu afficitur, Qui multũ luget. Luc. A θαλασσία τις ὦ Χαιρεφῶν ὄρνις Ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνος καὶ πολύδακρις.

C. Συνθρηνος, Luctus seu lamentorum sociũs, Aristot. Vide Θρηνητικός.

C. Φιλόθρηνος, Luctus amans, Lubenter lugens. vt γυναικεῖον γένος ὅτι φιλόθρηνον, Poll. Item Flebilis, ex Nonno, φιλόθρηνος πόμβος.

C. Θρηνῳδός, Qui carmen lugubre seu carmina lugubria canit. Et peculiariter Qui conductus plorat in funere, vt loquitur Horat. Alii verò θρηνῳδοὺς propriè dictos putãt quos Homerus vocat ἀοιδοὺς θρηνῶν ἐξάρχους, qui lugubria carmina aliis præcinunt. Pollux, καὶ θρηνῶν ἐξάρχους, καὶ θρηνῳδός. ὃν καὶ θρῆνον ἐκάλουν. Ab Alciphr. in epist. quidam vocatur θρηνῳδὲς quòd pro muneribus lacrymas mitteret: ἐγὼ δὲ ἡ πάλαια θρηνῳδὸν οὐκ ἐρᾶν ἔχω. VNDE Θρηνῳδία, Lugubris cantus, Lugubre carmẽ, Lamentũ. ET Θρηνῳδέω, ῶ, Lugubre carmẽ cano, Lugeo, Deploro. Arethas in Apocal. χοῦν καταχαιόμενοι τῶν κεφαλῶν, καὶ ἐπὶ ἄλλοις θρηνῳδοῦσιν ἀκόλουθοι, ἐκπελοιῶπες.

C. Θρηνῳδής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Ad lamentandum propensus, Luctui deditus, Luctui assuetus. vt γυναικεῖον γένος ὅτι θρηνῶδες καὶ φιλόθρηνον, Poll. At verò apud Herodianum μέλος θρηνῶδες, Carmen lamentabile, Pol. interpr.

Θρηνέω, ῶ, Lugeo, Lamentor. Interdum sine adiectione, vt apud Dem. in Mid. θῶπα μὲν οὖν εἴπει τις αὐ, οἶμαι, θρηνῶν. Sed iungitur sæpe accus. vel rei, vel personæ. Accus. rei, duobus modis: nimirum vel accus. rem significãte per quam lamentamur, id est quæ nostrorum lamentorũ est velut instrumentum: vel rem de qua lementamur. Prioris modi exemplum est in illo Homeri loco quem D in θρῆνος protuli, καὶ ἔστασαν ἀοιδὸν Ὀλυμπίῳ ἐθρήνεον ἡ εἶχε planè simile apud Soph. ἐξευνόους ὠιδὰς θανόντοις, nec dissimile apud Ath. φθόγγους δ' ἀλίρροις θρηνοῦσιν. Posterioris autem modi exemplum apud Plut. De Socr. ἀλλὰ θρηνοῦσιν τὸν ἑαυτῶν πάτριον. Sed hoc animaduertendũ est, θρηνεῖν in illo priore modo iunctum cum accus. ᾠδὴν aut alio huiusmodi, esse potius Lugubriter cantare quàm Lugere. At cum accus. pers. vt Eurip. τὸν ζῶντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά. Et Luc. in Alc. κουφίσιον ἀνδρὸς τοῦ τοιούτου πεθεῶν θρηνεῖν πόθῳ φιλίας. Apud eundem, μὴ πεφθαιοῦσιν θρηνεῖν. i. ad verbum ex Plauto, Matrem lamentari mortuam. HINC Θρηνητικός, idem quod θρηνῳδὴς in priore illa signif. videlicet Ad lamentãdum propensus. Aristot. Ethic. lib. 9, ὅλως τε συνθρηνοῖς ἢ συνεσόμενος, ἢ τὸ μισῆ αὐτὸς εἶ θρηνητικός. ET Θρηνητικῶς, More eorum qui ad lugendum seu lamentandum propensi sunt. vel Lugubriter, Lamentabiliter. Poll. AT Θρηνήτεια, Præfica. Theophyl. epist. 21, οὐ γὰρ αὐλητὴς, ἀλλὰ θρηνήτεια τοῖς θεαταῖς εἶ δοκεῖς.

C. ΑΠΟθρηνέω, ῶ, Vehementer lugeo, seu lamentor. Videtur enim præp. vim aliquam addere.

C. ΕΠΙθρηνέω, ET Συνεπιθρηνέω, ῶ, q. d. Allamentor, & Collamentor.

C. ΠΕΡΙθρηνοῦμαι, Lamentis circumsono. Plutarchus in Antonio, ἀεὶ δὲ ἀπάσης οἰκουμένης περιθρηνουμένης καὶ περιαλαλαζομένης.

ΘΡΗΙΞ, κός, ὁ, Thrax. apud poetas pro θρᾷξ. vnde θρῆκες apud Homerum, sicut & Θρῆτες, Il. ν, circa finem. Eodémq; modo θρήκη pro Θρᾴκη, Thracia. Fit autem θρησκεύω ab isto Θρῆξ (fieri certè putatur) sicut Θεασκίας vẽtus à Θρᾴκη. Etymologistes enim postquã dixit Θρᾷξ per synærésin factum esse ex θραΐξ, & θράκη quoque habere ι, subiungit, Θεασκίας, & cũ pleonasmo literæ σ, Θεακίας, ἐ ἄνεμος. Sed de Θρησκεύω primùm, deinde de Θεασκίας dicam.

ΘΡΗΣΚΕΥΩ, Ceremoniis quibusdam superstitiosis Deum colo, seu deos. Vel, Nimius sum in ceremoniis circa deorum cultum adhibendis, & nimis superstitiosus sum. Hãc autem interpretationem ex isto Plut. loco accipio, in Alexandri vita, circa principium, vbi de Samothraciæ mulieribus loquens, hæc tradit, ἕτερος δὲ περὶ τούτων ὅτι λόγος, ὡς πᾶσαι μᾶλλον τῆδε γυναῖκες ἔνοχοι τοῖς Ὀρφικοῖς οὖσαι, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασταῖς ἐκ παλαιοῦ κλώδωνές τε καὶ μιμαλλόνες ἐπωνυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς Ἡδωνίσι καὶ ταῖς περὶ τὸν Αἶμον Θρῄσσαις ὅμοια δρῶσιν· ἀφ' ὧν δοκεῖ καὶ τὸ θρησκεύειν ὄνομα πᾶσι καταχρῆσθαι γενέσθαι καὶ περὶ τὰς ἱερουργίας. Idem testatur Etymologistes, item scholiastes Euripidis, necnon Suidas (afferens tamẽ & aliud etymum, sicut & Etymolog. rursum aliud) quinetiam Greg. ita scribens, οὐδὲ Θρᾷκες ὄργια ποιοῦσι, παρ' ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν, ὡς λόγος. Existimantur autem Thraces suas illas ceremonias ab Orpheo accepisse. ‖ Sed Θρησκεύω ponitur potius simpliciter pro Colo, Veneror. Herodianus lib. 1, θρησκεύοντι γὰρ μάλιστα τῷ θεῷ τῷδε Ῥωμαῖοι. Iul. imperator, θρησκεύομεν θεοὺς ἀναφανδὸν, καὶ φανερῶς βουθυτοῦμεν. Et θρησκεύειν τὰ γλυπτὰ in l. Sap. Pass. θρησκεύεσθαι, Coli. idem Herodian. l. 4, loquens de iis qui in deorum numerum referuntur. καὶ ἐξ ἐκείνου μετὰ τῶν λοιπῶν θεῶν θρησκεύεται. Apud Athenæum legimus reginam Persarum à regis pallacis θρησκεύεσθαι. ‖ Apud Herodotum θρησκεύω est etiam religiosè instituo & obseruo, vt tradit Bud. Cæterùm fuerunt qui in hoc verbo & eius deriuatis subscribendum i literæ η putauerint propter modò traditam etymologiam, (quorum e numero Constantinum Lascarin fuisse arbiror) sed nusquam in emendatis exemplarib us ita scriptum inueni: nec vel ipse Plutarchus de illo etymo affirmat, sed dicit δοκεῖ.

Θρησκεία, Cultus deorũ multis superstitiosis ceremoniis cõstans. Item simpliciter, Cultus deorũ, aut etiam veri Dei. Religio Iul. imp. τῶν Γαλιλαίων ἐαυτοῖς ἔδοσαν θρησκεία. Paulus ad Col. 2, v. 18, ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων (de quo loco dicam in Ἐθελοθρησκεία.) Act. cap. 26, κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Et in epist. Iac. cap. 1, in fine, Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, &c. Vide eiusdem locum & in Θρῆσκος. Herodianus lib. 5, τὴν ἱερὰν σιωπὴν καὶ θρησκείαν προλάζειν τοῦ θεοῦ. vbi Politianus vertit, Sacerdotio religionique numinis vacare. Idem in altero eiusdem Herodiani loco interpretatur Festã celebritatem. Alicubi & Ceremoniam vertit. At Bud. Venerationem, Cultum, Obseruantiam, in hoc eiusdem Herod. loco lib. 3, νικηφόρος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων δήμου μετὰ μεγάλης εὐφημίας τε καὶ θρησκείας ὑπεδέχθη.

Θρησκευτής, Religiosus. Synes. Alicubi & Superstitiosus.

Θρῆσκος, Religiosus. Potest verò & Superstitiosus alicubi verti, pro loco. A Iac. apost. pro Religiosus, c. 1, v. 26, εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν (&c.) Οὗτος μάταιος ἡ θρησκεία. Apud Hesychium exponitur ἐπρόδοξος, item ἄδηλος. Quarum expositionum posterior mendi suspecta mihi est: at priorem non huic θρῆσκος, sed duntaxat nomini COMP. Ἐπρεθρήσκος conuenire dicerem (quod apud Suidam habetur in θρῆσκος) nisi eandem apud Etymologistem quoque reperirem. EST autem Ἐπρόδοξος, Cuius opinio diuersa est à cæterorum opinionibus: & quidem interdum peculiariter opinio de iis quæ ad cultum diuinum pertinẽt. atque adeo apud ecclesiasticos scriptores (& nominatim Synes. ac Gregor.) ἐπρόδοξος est Qui non sequitur opinionem Christianicam. οὐκ ὀρθόδοξος.

C. Ἐθελοθρησκεία, (ET Θελοθρησκεία in vulg. lexicis) Voluntarius cultus, Cultus diuinus vel religio quam sibi quis sponte seu arbitratu suo delegit. Vel, Certi ritus cultus diuini quos sponte quis amplexus est, seu quibus se dedidit. Exponitur & superstitio. Paulus ad Coloss. cap. 2, versu 23, ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος. At verò versu 18 dixerat ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ, sed θέλων præfixerat, quod in ἐθελοθρησκείᾳ includitur: adeo vt ibi quoque ἐθελοθρησκείαν indicari existimem. ET VERBVM Ἐθελοθρησκῶ, Voluntarium cultum amplector, Religionem aliquam arbitratu meo deligo. ἐθελοθρησκεῖ, ἰδίῳ θελήματι σέβει τὸ δοκοῦν, Suid.

ΘΡΑΣΚΙΑΣ, Thrascias ventus. Aristot. De mundo, τῶν βορείων ὁ οὗτος πνεόντων τῷ δρόσῳ, θρασκίας λέγεται, ὃν ἔνιοι καικίαν καλοῦσι, id est, Ex Aquilonibus, is qui deinceps à Coro spirat, Thrascias dicitur, quem nonnulli Cæciam vocant. Hunc ventum Thrasciam Plinius inter septentrionem & occasum solstitialem spirare tradit. θρασκίαν autem quasi θρακίαν dici tradit Etym. AT Θρακίας λίθος, Lapis Thracias, qui in Ponto, Scythiæ

fluuio nascitur, vt tradit Diosc. lib. 5. Hic aqua accendi- A tur & oleo extinguitur, vt tradit Plin. item Alex. Aphr. item schol. Nicandri, qui θρῆσσαν λάαν vocat. Legitur autem ET Θρῆσσα λίθος apud schol.

ΘΡΙΞ, χός, ἡ, Pilus, siue capitis, siue barbæ, Capillus. Il. ψ, Θεξὶ δ' ἄρα πάντα νέων καταείνυτο αἷς τε πόδεσσιν Κερόμβοι. Apud Plut. in Apophth. quidam barbam & caput tingens, vocatur ἄπιστος ἐν θεξί. Luc. De cal. νεανίαν τινὰ τῶν τειχῶν σύρουσα. Aristot. αὔξονται δ' ἀεὶ τειχος καὶ τεθνεώτων. Pro quo Plin. Defunctorum quoque corporibus pili crescũt. ‖ Θρίξ, Pilus generaliter vt in prouerb. B ἐκ τειχὸς κρέμασθαι, quod Ouid. Tenui filo pendẽre. Exponitur & Setæ. vt apud Hesiod. Ὀρθαὶ δ' ἐν λοφιῇ φέρεσκε τείχας. Interdum etiã Villi. Plut. σὺρξι τεθρομμένοι, καὶ θεξὶν ἀμφιεννύμενοι. Nonnunquã & Capillamenta. vt apud Philonem, πέπλα δὲ εἰς λεπτὰς τείχας καταμηθέντα πᾶσι τοῖς νήμασι συνυφαίνετο. Deriuat autem à τείχω Etymol. hoc nomen.

C. Τειχοβρῶπες, Pilos arrodentes. ita dicuntur σῆπες, id est tineæ, teredines, & id genus animalcula. Aristoph. Acharn. Ἀλλ' ἢ βριχέρωτες τοὺς λόφους μου κατεφαγον. sic enim legit ibi etiam scholiastes, admonens tamen dici πεποιωμένως quoq; βριχέρωτες. Poll. l. 2, καὶ βριχέρωτες θηείδιον πεποιωμένον τὰς βίχας. ET Τειχοβρωτήριον in v. l. ex Etymolog. sed apud eum repono τειχοβρως θηείον. Apud Hesych. verò est ETIAM Τείχεβρος, quod exponitur θηείδιον τὸ καταδῆσαν τοὺς λόφους τῶν πεθεωφαλαίων. quasi neut. gen. à τειχέβρως, nisi legendum sit τειχοβόρα.

C. Τειχοειδής, Pilorum seu capillorum formam habens. ET Τειχοειδῶς, In capillorum formã, Pilorum modo.

C. Τειχόμος, Capillorum seu comæ studiosus, Qui comæ lubẽter curã impendit. ὁ τειχῶν ὅστις μελεύμενος, Hes.

C. Τειχοποιμπτὴς, οῦ, ὁ, Comæ ornandæ artifex.

C. Τειχολαβίς, ET Τειχολάβιον, Vollella. à capiendis pilis. Ex Aetio.

C. Τειχολογέω, ῶ, Pilos lego seu colligo, aut floccos. Et per metaphoram, De rebus leuibus & inanibus discepto, seu contendo, aut Rebus leuibus studium impendo. Suidas τειχολογεῖν exponit περὶ τείχας ἀναλέγεσθαι καὶ περὶ αὐτῶν φροντίζειν. Camer. In ordine ponere crines.

C. Τειχόμαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Villosus. Et τειχόμαλλος ὄις, lanigera ouis, in Epigr. ex θρὶξ & μαλλός.

C. Τειχομανὲς, Filicula herba: ita dicta (vt scribit Marcell.) quòd rara cute fluentem capillum expleat & subnasci faciat. μανὸν enim esse rarum. Vide Theopr. & Diosc.

C. Τειχοπλάστης, Qui capillum fucat seu ornat. In vitio dicitur. Cam.

C. Τειχοτρώκτης, ου, ὁ, Pilorum erosor. Sicut τειχοβρῶπες, ita τειχοτρῶκται vermiculi erosores crinium. Camer.

C. Τριχορροέω, ῶ, Pilorum seu capillorum defluuio laboro. Vnde βριχόρροπος, Cui capillus defluxit. Camer. Dicitur F verò ET Τειχορρυέω, quod eiusdem cum τειχορροέω significationis est.

C. Τειχοφυὴς, Capillos producendi vim habens. Diosc. 2, τειχοφυὲς ἀλωπεκιῶν εἶδος δοκεῖ. vbi redditur, Nutrit capillos, & eorum defluuia (quæ dicuntur alopeciæ) explet. ET Τειχοφυέω, ῶ, Capillos produco.

C. Τειχόφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Folia habens capillata, seu capillamentis similia. Quidam vertunt etiam (sed barbarè) In capillamentorum modum foliatus. ‖ Τειχόφυλλον G Theophrasto quod Plin. interpr. Capillaceo folio: genus τῶν φύκων. Cam.

C. Τειχαΐκης, vide post Αἴσων.

C. Τρίχαπποι, ου, τὸ, Textum quoddam tenue & bombycinũ magni pretii, quod crinibus obducebatur. Sicut Crinale aurum Maroni, & Ouid. De ponto 3, — nec habens crinale capillis. Cam. Apud Hesych. scribitur cũ accentu in vltima, exponitúrq; βομβυκινον ὕφασμα ὑπὸ τῶν τειχῶν κεφαλῆς ἀπόμενοι: quod capillare esse apud Martial. tradunt v. l. Ezech. cap. 16, περιεβάλον σε τειχάπῳ, circun- H dedi de trichapto. Ab eodem Hesych. adiectiuè quoque exp. πλουσιμπτος, Pretiosus, Qui multi pretii est. Apud Ezech. autem loco citato τὰ περιβόλαιά σου βύσσινα καὶ τειχάπινα καὶ ποικίλα. D. Hieronymus volens exprimere tenuitatem vestimenti, τειχάπα vertit Subtilia, quòd tenui stamine atque subtegmine contexta essent. AT

C. Ἀεμόθριξ, vide inter deriuata ab Ἄελλα.

C. Ἄθριξ, χος, ὁ καὶ ἡ, Pilis carens.

C. Ἀπλόθριξ, ιχος, ὁ καὶ ἡ, Promissum & porrectum habens capillum, inquit Bud. ex Aristot. Ad verbum, Simplicẽ habens capillum. Camerario est Qui mediocri est capillo. Cui CONTR. Ὀλόθριξ, Qui crispo est capillo: quasi hic velut inuolucra quædã habeat circa capillitium, & ideo non simplex capillitium, vt ille.

C. Ἀπότειχες, ων, οἱ, Impuberes, ἀγένειοι, apud Callim. teste Eustath. Priuationẽ igitur hîc denotat ἀπὸ, vt alibi sæpe.

C. Δασύθριξ, Qui denso pilo est. vt δασύτειχος πρόσωπον, Pilosi seu hispidi hirci, Qui denso pilo est.

C. Εὔθριξ, Bonos pilos habens, Bene capillatus, Bene comatus. Ex Epigr. εὔτειχι ἀγκίστρῳ, Hamo habenti lineam bonis pilis confectam.

C. Εὐθιθριξ, Qui crinibus est rectis. Pro quo apud Herodotum EST Γἐθθριξ, Polymn. οἱ μὲν δὲ ἀπ' ἡλίου Αἰθίοπες ἰθύθριχες εἰσι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης ὀλόπυρον τειχομα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων, Qui ad ortum solis loca Æthiopes incolunt, ii crinibus sunt rectis: sed australibus nusquã gentium magis crispo capillo homines inueniuntur. Cam.

C. Καλλίθριξ, Pulchros pilos habens. vt καλλίτειχες ἵπποι, Od. ι. ‖ Callithrix Plinio dicitur etiam ea herba quæ callitrichon infrà. Apud eundem lib. 9, cap. 54, Callitriches simiæ quædam appellantur, quas toto pene aspectu differre scribit: barbam eis esse in facie, cauda latè fusa primori parte.

C. Λεπόθριξ, Qui tenui pilo seu capillo est.

C. Μαλακόθριξ, Qui molli pilo est. μαλακότειχες Scythæ D apud Aristot. Molli capillo. Camer.

C. Μελανόθριξ, Pilos habens nigros, Cui capilli nigri sunt.

C. Ξανθοθριξ, Pilos habens flauos, Cui flaui crines sunt. Theocr. ξανθότειχι παρ' Μενελάῳ. Pro quo apud Homer. sæpe ξανθὸς Μενέλαος.

C. Ὁμόθριξ, Similes pilos habens, Qui eiusdem comæ est. Il. β, de equis Eumeli, Ὁμότειχες, οἱέπαι, σαφυνῶ ὅτι νῶιν εἶσας. Est autem per syncopen factum EX Ὁμοιόθριξ, sicut οἱέτης ex ὁμοέτης. Tenuari autem ο Eustath. scribit propter τ sequens, sicut in ὀπρωΐω. Secundum quam regulam in nominat. scribendum foret ἰόθριξ spiritu aspero, in obliquis autem tenui, in quibus nimirum θ propter χ sequens in τ mutatur.

C. Ὀρθόθριξ, Qui erectos habet crines. vt apud Virg. Arrectæque horrore comæ. Quæ affectio DICITVR Ὀρθοτειρία.

C. Οὐλόθριξ, Qui crispos habet pilos seu crines, idem quod apud poetas οὐλοκάρηνος, οὐλοκίφαλος, οὐλόκομος, & σραμβολόκομης. Aristot. Probl. οὐλότειχες δὲ εἰς ἐπέφραπται τὸ βριχόν. Alex. Aphr. in Probl. οἱ οὐλότειχες, οἷς ξηροκίφαλοι, ἧσσον φαλακροῦνται, qui crispo capillo sunt, citius caluescunt. Inuersa verò compositione dicitur ETIAM Τρίχουλος, quo Archiloch' vtitur. i. Qui crispo est capillo, seu simpliciter Crispus, vt apud Terent. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Camer.

C. Παχύθριξ, Qui crasso pilo est.

C. Πεεθριξ, Cincinnus à prima vsque iuuentute nondum rasus. ὁ ἀπὸ ἡμέτης πόκαμος. Suid.

C. Πολύθριξ, Multos pilos habens. Polythrix Plinio dicitur etiam ea herba quæ polytrichon. Apud eundẽ Polythrix gemma quædã est, quæ in viridi capillatur, sed defluuia comarum facere dicitur.

C. Σκληρόθριξ, Qui duros habet pilos. oppos. ὦ μαλακόθριξ.

C. Ταυόθριξ, ET Τεπανόθριξ, Qui laxo capillo est: quẽ πεπανὸν postea vocarunt. Cam. Protẽtos & promissos crines habẽs. Hesiod. πανύτειχα αἶγα, rectis pilis. Camer. Ταυόθριξ in v. l. exponitur etiam Qui horridos & setarũ instar arrectos habet pilos, Qui rigentibus pilis est.

C. Δασύτειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui denso pilo est, Pilosus. idem quod δασυθριξ suprà. δασύτειχα μῆλα in Epigr.

C. Εὔτριχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ob capillorũ penuriã, ad supplendã comã, galericulũ. i. Φ πινικ. seu περικόμιον assumit. v. l. Pollux, ὀνομαζόμενον δὲ πινικὴ, περικόμιον περιεσθῆτα, οὐ γυναικὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρὶ οἷς ἐνδεῶς τειχῶν ἔχοντες εἰς κόμης λόγον περιάπτουσι τὸν δι' αὐτὸν καὶ ἐπιτειχον ὠνομαζον. ‖ Ἐπιτειχον Hesychio est ἀσθενές. quod nescio an mendo careat.

C. Εὔτειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bene comatus seu capillatus, Bene crinitus. A

C. Καλλίτειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui pulchro est capillo. Item Pulchros pilos faciens. Diosc. l. 1, c. 179, de nuce iuglande, τὸ δὲ λέπυρον καὶ ἐν καὶ τειφθὲν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, παιδίοις ὀδυνεῖν, καλλίτειχόν ὅτι, pulchrũ capillũ reddit. Alii exponũt, Nutrit capillum. ‖ Callitrichon & Polytrichon à quibusdam vocatur etiã adianton seu frutex topiarius: ab effectu videlicet. tingit enim capillũ, & ad hoc decoquitur in vino cum semine apii, adiecto oleo copiosè, vt crispum densumq; faciat: defluere autem prohibet. B Plin. Quomodo verò idem Plin. inter callitrichon & polytrichon distinguat, vide paulo pòst in πολύτειχος.

C. Καταπείχος, ου, ὁ, Tenuis instar pili. λεπτός. Hesych.

C. Λεπτοτείχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui tenuibus est pilis. Camer. Vnde comparat. gr. λεπτοτειχότερος, Qui pilo est tenuiori.

C. Μικρότειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui exiguis est pilis, seu Qui breuibus est pilis, vt Cam. interpr.

C. Ὀλιγότειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui paucos habet pilos. Aristot.

C. Παχύτειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui crasso pilo est. idem quod παχυτείξ suprà. C

C. Πολύτειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multos pilos habens. πολύτειχον πώγωνα dixit comicus quidã densam barbam. Cam. ‖ Polytrichon dicitur etiã adiantum maius, vt scribit Plin. Nominis autem rationẽ vide suprà in Καλλίτειχον. nã & hoc nomine appellari idipsum scribit. Alibi verò polytricham distare à callitricha annotat, quòd iũcos albos habeat & folia plura maioráq;: fructice quoq; maior fit. defluentem autem capillum confirmare & densare.

C. Πυῤῥότειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rufos habens pilos. Eurip. πυῤῥότειχας πώλους, equos rufis pilis insignes. D

C. Σκληρότειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui duris est pilis. idẽ quod σκληρόθειξ suprà.

C. Ψαφαρότειχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Squalidos pilos habẽs. Hom. hymno in Pana, καὶ θεὸς ὤν, ψαφαρότειχα μᾶλλ' ἐνόμευεν.

Τείχινος, ου, ὁ, Qui ex pilis est. Apoc. 6. τείχινος σάκκος, Cilicinus saccus, Saccus ex pilis confectus. Zach. 13, δέῤῥις τειχίνη, pellis cilicina, seu ex pilis. ET Τειχίνιον, ου, τὸ, Vestis ex pilis confecta. σάκος. v. l.

Τριχώδης, εος, ὁ ἡ, Pilosus. Item Capillaceus, Pilis similis, Capilli speciẽ referẽs. Item τειχώδη plur. num. neutraliter & subſtant. Fila, Capillamenta. v. l. ‖ Τειχώδη Hesychio sunt instrumẽta ad oppugnãdas vrbes cõparata: B ὄργανα πολιορκητικὰ πρὸς χώρισιν ὀπτήδεια. Quo nomine fortassis intelligit Cilicia, hoc est (vt Ascon. explicat) tecta ex pilis in castrorũ vsũ atq; nautarũ: quæ Veget. quoq; ad excipiendũ imperum sagittarũ parari scribit. Hæc ἐφεστρίδες etiam appellãtur, vt suprà ex Suid. docui.

Τριχόω, ῶ, Pilosum reddo, Pilos induco. Diosc. l. 5, c. 168, de cote Naxia, ἀλωπικίας θρίξοῖ, alopecias ad pilũ reducit, Pilos inducit alopeciis. Et in Hippiatr. ἢν δὲ πρὸς τὸ ἡρακῆσαι θρίξωσι, etiam pilos restituet. B. Et in pass. apud Theophr. De c. pl. l. 1, c. 6, καὶ ὅτι πύπτοις πρὸς τὸ ἀλεαλέφοσ πλᾶ πτειχωθῆναι, pilosio, pilis misto, B. Crinibus aut aliis pilis subacto. Gaza Lutũ crinitũ vertit. VNDE Τείχωμα, ατος, τὸ, Capillamentũ, Pilosum villosumq; in bestiis tegmen, vt πέρωμα pẽnosum in auibus. Cam. Dicitur de omni animãte apud Aristot. in 5 De gen. an. Et item de capillamẽto seu capillitio humano, seu pilo quouis corporis humani apud eundem Aristot. Physiogn. 397. Ab eodem in 2 Œcon. τείχωμα & κόμη eadem sign. ponuntur, Λυκίας ὁρῶν ἀγαπῶντας τείχωμα φέρειν. Herodot. quoque Libyas ex omnibus hominibus ἥκιστα τείχωμα ἔχειν scribit, vt in ἰσθμιῷ paulo antè videre licet. Ath. τῇ δὲ ἰσχεῖ τὸ τῶν μειρακίων τείχωμα ὀπτιωσμῶν, adolescentuli capillitiũ. VNDE Τειχωμάτιον dimin. quod pro θρίξωμα simpliciter capitur. Aristot. τείχωμα & τειχωμάτιον σκληρὸν inter ἀνδρείου σημεῖα ponit. Addit B. τείχωμα & τειχωμάτιον pro pilo corporis apud eundẽ Aristot. Physiognom. 397, accipi. A τείχω deriuatur ETIAM Τρίχωσις, q. d. Capillario, Pilorũ emissio vel productio. idẽ propè quod τείχωμα. vt apud Poll. αἱ ὑπὸ παιδείᾳ θρίχωσις, quod idẽ est cũ ἥβη. τείχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, pubes pilos emittere incipit, E pube pili pullulare incipiunt, seu Pubes pilare incipit, vt Accius & Afranius loquuntur. ‖ Τοίχωσις, Pilorũ inuersio, seu Pilare malũ: quũ nõnulli cilliorũ pili, non, vt reliqui, extra, sed intrò cõuertun-

tur, atq; assiduè oculũ ferientes ac idcirco turbãtes, negotiũ facessunt: sublati tamen euulsiq; à molestia liberãt. Actuar. l. 2, περὶ δύσφ. πα θ. c. 7. Idẽ malũ τειχίασις appellatur: nec desunt qui ita hîc legendũ putẽt. ET Τειχωτὸς, οῦ, ὁ, Pilosus, Pilis intectus, Crinitus, Capillatus. Aristot. in 4 De part. an. quædã animalia esse dicit βριχωτά, quædã φολιδωτά, quædã λεπιδωτά. Idẽ, ὅσα ἔχει τὸ σῶμα τειχωτὸν καὶ μὴ φολιδωτά, pilosam cutẽ. Et n. g. τειχωτὸν apud Arist. Pars ea capitis quæ capillis tegitur. Gorr. Dicũtur verò comp. voce ETIAM Εὐθρίχωμα ET Εὐθρίχωτος. Est autem εὐτείχωμα, quà veluti tereti fimbriola enascuntur pili sub oculis lõgiusculi, seu palpebræ. quæ pars alio nomine ἕλυτρον, ὀρχὸς & τάρσος appellatur. Cam. ὧν μερῶν αἱ βλεφαρίδες ἐκπεφύκασι, Poll. At εὐτείχωτος Hesychio sunt αἱ βλεφαρίδες, palpebræ.

Τρίχης, ου, ὁ, Pilaris. Et i. g. apud Diosc. l. 5, c. 124, τείχης συνηρία, quæ & χίστη appellatur, vel potius species est τῆς χίστης. οὐ πιπτεσμένη βοτανοῖδι ἢ φυλλοκηδεῖ, ἀλλ' ὀξυμένη κατὰ μονάδας πολιᾶς θερεῖ ἐμφερῆς. Plin. l. 35, c. 15, Cõcreti aluminis vnũ genus χίστον appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. vnde quidam τείχιν potius appellauere.

Τρίχιον, ου, τὸ, Pilus. dimin. à θρὶξ, sed simpliciter pro eodẽ ponit Aristot. Probl. ὀλότειχος ὡς εἰς ἐπίσκαπαν τὸ τείχιον,

Τριχάω, ῶ, Pilosus sum, Crinitus sum. ‖ Τειχᾶν est etiam laborare trichiasi. Vnde apud Gal. l. 4 De locis aff. τειχῶντες, quibus pili pũgentes in palpebris oriũtur. Τριχᾶται autẽ apud Hipp. Erotianus aliter accepisse videtur quũ ipsum exponens τειχᾶσιν dicit esse abscessum circa mãmas. VNDE Τριχάσις, εως, ἡ, Oculorũ à pilis offensio. Quæ dupliciter cõringit: siquidẽ sæpe in palpebris sub pilis naturalibus alii exoriuntur qui intrò spectãtes tunicas pungunt & oculorũ fluxiones cõcitant: qui affectus δυστρίχασις nominatur. Aliquãdo verò ipsæ palpebre relaxãtur, eæque laxatæ aut ipsarũ extremitas intrò vergit, nec pili facilè apparent nisi quis distendat ac disparet palpebras: idque mali genus φαλαγγῶσις vocatur. Hæc Gorræus. At Definitionum medicarum autori appellatur τειχάσις βλεφάρων πῶσις καὶ τὸ ὀν αὐτῆς βριχῶν ῥῆσις τοῦδε τρόπου: cuius tres ponit differentias, φαλάγγωσιν, πῶσιν, ἐπιστροφὴν, quibus quosdã etiã τὸ δυστρίχασιν ἐπισάγειν scribit. ‖ Τειχάσις dicitur etiã (aut. Galeno) symptoma renũ ex quo per vrinã prodeunt veluti capilli albi. Siquidẽ talia quædã corpora in renibus possunt concrescere ab humore crasso & viscoso, vsto à calore, vt docet Gal. comm. in Aphor. 76 l. 4. Idem Gorr. ‖ Τειχάσις, hoc est pilare malũ, vocatur etiã mãmarum dolor, quẽ pilus aliquando mouet in poculo fortè haustus: qui dolor nõ sedatur donec pilus vel pressus spõte exeat vel cum lacte exugatur. Id mali genus ETIAM Τριχία vocatur. Idem Gorr. Τριχάσις Erotiano est ἡ πρὸς τοῦ μαστοῦ ὀπτασις, Abscessus circa mãmas. ‖ Τειχάσις SIVE Τριχοῦς dicitur etiam species fracturæ tenuissima & sensum latens, quæ quia nõ facile se prodit, mortis sæpe causa est. Gorr. ex Paulo Ægin. lib. 6, cap. 9.

¶ Τρίχας, άδος, ἡ, Turdi species κοσσύφῳ hoc est merulæ similis, vt Ath. l. 2 ex Aristot. tradit. Eadẽ sunt apud Eust.

Τρίχας, ου, ὁ, Piscis quidã qui à Plinio etiã Trichias retẽto nomine Græco appellatur. Gaza Sardã vertit apud Aristot. l. 5 Anim. A Poll. θρίσσα recenseturinter ὀπτὴν βρώματα. Idem autem piscis hic est qui θρὶς, vt docebo. Ab Eustath. nominatur ETIAM Τριχία. ἡ δὲ αὐτὴ (inquit, de τρὶς loquens) καὶ τριχία ἐλέγετο. Vbi tamen videtur scribendũ τειχίας. Nam τειχία f. gen. morbus dicitur quo vexatur nutrix in mammis quoties pilum hauserit. Pilaris morbus, vt Gaza vertit apud Aristot. l. 7 Anim. c. 11. De quo vide & in Τειχάσει paulo antè.

Τεῖχος, ίδος, ἡ Idem quod Trichias vt Eust. scribit: sicut Athen. quoque lib. 7, circa finem tradit Dorionem τεῖχδα nominare τεῖχαν. Eupol. in illo Athenæi loco Ἐκεῖνος ὦ φεῦ ὠλίς ὁς ὅτι τοῦ βίου Πρὸ τοῦ πολέμου μὴν τεῖχδας ὁ φωνεῖ ἀπ' ἐξ Ὅτ' τὸν Σάμῳ σ' ἐῶ ἡμῖν βουλοῦ κρέα. Arist. Eq. apud eundem, Αἱ τεῖχδες εἰ γρυοῖα θ' ἑκατὸν τοῦ βολοῦ. Vbi schol. dicit τεῖχδας esse quæ & θέωτα vocentur. Athen. tamen loco citato quasi diuersa ponit, χαλκίδες, καὶ τὰ ὅμοια, θέωτα, τεῖχδες, ἐείπνοι. Dictæ sunt autem τεῖχδες quoniam ossa habent pilis similia, vt Aristoph. schol. tradit. VNDE Τειχίδιον, ου, τὸ, diminut. à τεῖχος, Paruus trichias. Athen. l. 7, circa finem, Ex lib. Callim. ἐθνικῶν ὀνομασιῶν. Ibidem est ET Τειχαὶ, ἀδος, itidem piscis nomen. Ex Nicochare, Τειχάδας ἢ καὶ τὰς φαρμάδας ταῖς συνιδὰς ἔλεγον. In v. lex. est ETIAM Τείχαι ET Τειχᾶοι. Exponũt autem τείχαι, τειχᾶοι, remittũntque ad Τειχίς. At τειχᾶοι afferunt ex Aristot. lib. 8 Animal. itidémque ad τειχὶς remittunt: neutrius tamen ibi meminerunt. AT Θείωτα, ης, ἡ, ipsum quoque piscis genus est, itidémque à θρὶξ deriuatum, Eustathio teste. Athen. l. 7, circa finem, Δωρίων δὲ ἐν τῷ περὶ ἰχθύων, καὶ τῆς πταρμίας μέμνηται θρίσσης. Aristoph. schol. τεῖχος & θρίσσα idem esse vult: esseque fortassis eas quæ suo tempore vocabantur θέωτα. ab Athen. tamen videntur distingui, vt annotaui in Τειχίς.

B ΟΎΣΤΡΥΧΟΣ, ου, ὁ, ET Βόστρυξ, χος, ὁ, Cincinnus, Capilli certo modo plexi. Sunt tamen qui propriè cirrum muliebrem ita dici putent. B. Aristoph. Nub. ὡς περ ἔδητ' ἀδελφοὺ τὸ βόστρυχον. Ab Hesychio βόστρυχοι exponitur πλόκαμοι, itidémque βόστρυχος ab Etymol. πλοκαμὸς qui & C notationem huius nominis βόστρυχος addit, videlicet à βότρυς, vt nimirũ dicatur quasi βότρυχος: quia (inquit) μετὰ ῥύμματος βοτρυοειδοῦς (malim βοτρυοειδεῖς) ἀπηρτημένοι. in cuius confirmationem subiungit versum cuius autorem non nominat. Πλοχμοὶ β. πεύκοντες ἐπερρόθοντο μόνοι. sed is est Apollonius, ex quo reponi debet βοτρυόεντες & ἐπερρόοντο. Vt autem hic dicitur πλοχμοὶ ἐπερρόοντο, sic καθειμένος βόστρυσι apud Luc. legitur: ἐκατέρωθε καθειμένος βόστρυχθε, τὴν μίτρᾳ δεδεμένος αἰειλημμένος. Apud Athenæum lib. 10 Euripides, vel potius is quem ille introducit pastor ἀγράμματος, literam (comparat βοστρύχῳ εἱλιγμένῳ. pro quo εἱλικτὸς βόστρυχος dicitur ab alio poeta de eadem re. Ex Græcis Bibl. interpr. Iudic. c. 16, τοὶς ἑπτὰ βόστρυχοις τῆς κεφαλῆς: pro quo ibidem τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς, cincinnos & catenulas. Et βόστρυχα neutro gen. in Epigr.

Βόστρυχοι, Cirri, Animalcula pennata, de genere insectorum. ex Aristot. De Animal. lib. 5.

C. Εὐβόστρυχος, Pulchros habens cincinnos seu cirros. Poll.

C. Ἰοβόστρυχος, ου, ὁ & ἡ. Cirros habens fusci coloris, aut nigri apud Pind. in Olymp. Vbi ἰοπλόκαμος in aliis exempl. E

Βοστρυχώδης, Cincinni seu Cirri formam habens. Apud Euripid. autem Βοστρυχώδης παρηΐς in Phœn. ὧν ἡ βόστρυχοι κεῖνται, vt schol. exponit.

Βοστρυχηδὸν, In cincinni modum seu cirri, In formam cincinnorum.

Βοστρυχίζω, In cincinnos plecto, Capillum compono, Calamistris inuro. Atque vt hæc metaphoricè etiam accipiuntur a Lat. ita illud à Græcis. vt Dionys. Halicarn. dicit Platonem suos dialogos κτενίζειν & βοστρυχίζειν, ac πάντα τρόπον κοσμεῖν. B ‖ Sunt & qui βοστρυχίζειν accipi putent pro Cirros gestare. vt videlicet βοστρυχίζων sit qui ET Βεβοστρυχωμένος appellatur, Cirratus, Cincinnatus, partic. à Βοστρυχόομαι. ET Διαβεβοστρυχωμένος, Archil. pro eodem.

Βοστρύχιον, dimin. q. d. Cincinnulus. ‖ At verò quod Aristot. dicit de polypo, πέπτει δὲ τὸ οἷον καθάπερ βοστρύχιον ὅμοιον τοῦ τῆς λύκης καρπῷ, Plin. vertit, Parit vere oua tortili vibrata pampino.

Θρίγκος, οῦ, ὁ, Pinna seu corona murorum, & quasi capillus. nã à θρὶξ & ipsum deriuant, quasi θεριγκὸς, per epenthesin literæ γ. ἡ στεφάνη τοῦ τείχους. A Budæo exponitur Lorica muri. Od. η, τοῖχοι ἐρηρέδατ' ἐνθα καὶ ἔνθα Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ, πυκινὸν δὲ θρίγκος κεκάνοιο. Et Od. ρ, de ædibus Vlyssis, ἐπὶ κίονας δὲ οἱ αὐλῆς Τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι. Vbi tamen schol. exponit etiam πυργώσεσι: quo modo accipi possit & præcedens ex Od. η locus: videlicet pro Sepimento seu vallo. Et metaph. apud Platonem in 7 De rep. pag. 100, ἀρ' οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκ ἔτ' ἄλλο τοῦτο μάθημα αὐτοῦ κρείττω ὀρθῶς αὐ ὅστις τιθεῖτο; id est B. interpr. Vtrum tandem igitur tibi placet dialecticam sic super omnes disciplinas collocandam nobis esse vt lorica structuris summis mœnium parietum q; superstruitur? Θριγκὸς siue θωράκιον siue πρόβλημα idem B. id esse dicit quod lorica testacea Vitruuio lib. 2, cap. 9, & Curtio lib. 8, pag. 106, hoc est tutela parietum ab aqua pluuiali: & vulgo vocari Caputium, quo videlicet summi parietes aut muri ab iniuria pluuiæ muniantur. Ab eodem Budæo exponitur Fastigium, κορωνὶς, κορυφή. Plinius θριγκοὺς videtur interpretari Tegulas. pro his enim quæ Dioscorides l. 4, cap. 86, de helxine siue herba murali dicit, φύεται ὅτι θριγκοῖς καὶ πίξιν, ipse habet, Nascens in tegulis parietinisque. Rursus pro eo quod apud eundem est eodem lib. cap. 90 de semperuiuo minore, φύεται ἐν πίξιν καὶ πέτραις καὶ θριγκοῖς καὶ πάφροις ὑποσκίοις, ipse habet, In muris parietinisque nascitur & tegulis. Ruell. ibi vertit Maceriis, Marcell. Murorum coronis. A Plinii interpretatione non ita multum alienum videtur quod Eurip. scholiast. tradit, θριγκοὺς esse lapides qui summitatibus ædium superimponuntur, οἱ ὀπισθίμβολοι λίθοι τῶν ὑψηλῶν οἴκων ὀνομάζουσι: at nescio cur idem esse dicat quod γίῶνα, hoc est suggrundia, quum apertè distingui videãtur in hoc loco Eurip. Or. Η. τί δὲ θριγκῶν κρᾶτα σιωπῶντα σθένει Ῥίζας παλαιὰ γίῶνα. ‖ Θριγκὸς, apud Hesych. mendosè εἰκοδομὴ ἐφ' οὗ καὶ ἡ στέγη κεῖται: item ὁ ὑπὸ τὴν κλινόπεδα τῶν τοίχου τόπος. ‖ Θρίγκος, Septum, Vallũ, περίφραγμα, περίβολος, περιχαράκωμα, μικρὸν τεῖχον, vt Suidas & Hesychius exponunt. Plutar. καὶ γὰρ ἅμα σίαν τὰ καὶ θριγκὸν οἰκοδομοῦσιν οὐ διαφέρει ξύλον τι πυκνὸν ἢ λίθον ὅτι βαλεῖν χυδαῖον, ἢ σήλην ὑποθεῖναι περιπεσοῦσιν ὑπὸ μνήματος. Vbi θριγκὸς pro maceria poni videtur. Paus. Att. p. 31, κ. δὲ πλίνθοι τὸ περιπαντὸν ὁδὸν ἐστὶν ἡρῶον. περὶ δὲ αὐτὸ θριγκὸς λίθων, Sepimentum ex lapidibus, hoc est maceria. Cæterùm quod ad scripturã attinet, scriptum reperitur & Θεγκὸς ET Θεγγός. Apud Homerum & Eustathium & Suidã scribitur θεγκὸς per γκ, quam scripturam Budæus quoque sequitur: apud Dioscoridem verò & Plutarchum & Pausaniam θεγγὸς per γ. Hesychius quoque θεγγὸς scribit: apud quem post expositiones huic nomini subiectas, est, καὶ θριγκός: quo videlicet admonere voluisse videtur scribi ET IAM Θεγκός. quam scripturam Eustath. quoque quosdam sequi tradit, sed antiquis eam non placere. ego vnicam sequutus sum.

Θεγκόω, ῶ, F. ώσω, Lorico, Lorica testacea munio, Coronã seu fastigiũ ædificio impono. Vel Vallo seu septo munio. Vtroque modo exponi posse tradit Eustath. Od. ν, [αὐλὴ] ἰώρα συδώσης Αὐτὸς δὲ μαθ' ὕεστ' ὀπιχρῴσιο αὐλακος Ῥυπῖσιν λάεσσι, καὶ ἐθείγκωσεν ἀχέρδῳ. VNDE Θρίγκωμα, ατος, τὸ, Quod loricæ seu fastigii loco ponitur, Sepimentum. idem ferè quod θεγκός. Plutar. ET Θεγκωσις, εως, ἡ, Loricatio, Circumseptio. Apud Hesychiũ est ETIAM Τεγκόω, eiusdem significationis: sed annotat scribi & Θεγγόω.

Θεγκίον, ου, τὸ, diminutiuum à Θεγκός. F

C. ΠΑΡΑθριγκίζω, Lorico, Obsepio. Theoph. De hist. pl. l. 3, c. vlt. de smilace siue hedera Cilicia, ἴδιον δὲ τοῦ βοτρύου, ὅτι ἐκ πλαγίων τε τὸν καυλὸν παραθριγκίζει, καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τὸν καυλόν, per latera caulem sepiunt.

ΘΡΙΌΝ,

κ, τὸ, vel Θρίον Ficus foliũ, Ficulna frons. Comicus quidã apud Ath. l. 7, vel potius coquus quidã apud illum comicũ, Θρίοισι ταῦτα ἑλίσσα. videlicet πὼ ἀμίαν. Aristoph. Vespis, πλὴν ὧν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον. quod ideo dicitur quia frõdes ficulnæ dum vruntur, valde crepitãt & strepunt. ideóq; perinde est ac si ita loqueretur, Istis comminationibus seu minacibus verbis nihilo magis moueor quàm frondiũ ficulnarum strepitu. Vide & Erasm. in prouerb. Cõplurium thriorum ego strepitum audiui. sed ibi etiam aliam expos. affert, de qua dicam paulo pòst. ‖ Θρίον generalius etiam capitur pro quouis folio. vnde μανιώδεα θρία apud Nicand. fic & χαμαιπίτυος θρία apud eundem. ‖ Θρίον dicebatur etiam edulium quodcam ex lacte & adipe suillo ac semidalide, atque aliis, quod ficulneis foliis incoquebatur. Plura de eo lege apud Hesychium & Suidam, & schol. Aristoph. Sed Suidam vide & in Θρίον & in Θρία, diuersis locis. Apud Luc. in Lexiph. καὶ θρυμματίδες καὶ θρία καὶ μελιπόδια. ‖ Θρία ἐγκεφάλου, Aristoph. Membranæ cerebri, ob similitudinem cum ficulneis foliis. Vide ibidem schol. HINC Ἐνθριοῦμαι, pro Inuoluor ficulneis foliis. Vide Suidam

in Ἐνπεθειῶδαι. AT VERO Θεραὶ, Calculi sortilegorum. id est, quos sortilegi in vrnã mittunt. Callimach. in hymno Apollinis, de eo loquens, Κείνου δὲ θεραὶ καὶ μάντιες. vbi schol. exponit μαντικαὶ ψῆφοι. quæ expositio habetur itidem apud Hesychium & Suidam. Videntur tamen ipsæ Sortes à Callimacho ibi significari hoc nomine, id est ipsa vatum responsa. Habet autem nomen Sortes & alteram significationem: vnde Coniicere sortes in hydriam, apud Cic. Vide & Steph. in Θεία, quod illi est etiam δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Cæterùm Erasmus in Aristoph. loco quem modò protuli, dubitat num legendum sit θεῶν ab hoc nominatiuo θρεὰ; sed expositionem affert quæ violenta esse videtur. A

HINC Θριοβόλος, Qui thrias in vrnam iacit. Vide Erasmum in prouerb. Plures triobolos, paucos est cernere vates. ET Θεράζω, Furore percitus sum vatum more. item φυλλολογῶ. Vide Hesych.

ΘΡΙΑΜΒΟΣ, ου, ὁ, Triumphus. Quomodo autem θρίαμβος à θρίον deductum sit, lege apud Etymol. & schol. Nicandri. Plut. De fort. Rom. Ἔστιν γὰρ ἔθος παίοις ἐπαινεῖν, καὶ θρίαμβοι θριάμβοις ἀπαντῶσι. Idem in Fabio, πλὴν ἀφ' ἧς τὸ πρότερον εἰσῆλασε θρίαμβον. Ibidem dicit θριάμβοις ἐκ πολέμων μεγίστων ὑπεφαινεστάτοις καθαρχεῖν. Dion. Halic. lib. 8, dicit ἐλάττονα θριάμβον, i. minorem triumphum, fuisse appellatum à Romanis Ouationem. sed ibi legitur ὤαν. Hesychio θρίαμβος est πομπὴ, ὑπόδειξις νίκης, vel Διονυσιακὸς ὕμνος ἴαμβος. B HINC Θριαμβικός, Triumphalis, Ad triumphum pertinens. Sed affertur & θριαμβικὸς ἀνὴρ ex Plutarcho pro Triumpho potitus. ET VERB. Θριαμβεύω, Triumpho. Herodian. 8, ἡ δὲ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ἀφθονοῦντες ὡς περ θριαμβεύοντας ὑπεδέχοντο. Idem lib. 3, ἐφ' ᾗ [νίκῃ] καὶ θριαμβεῦσαι ἠξίουν. Ex Plutar. in Rom. ἐθριάμβευσεν ἀπὸ τούτων, de his triumphauit. Iungitur & accusatiuo, & quidem non solùm accusat. nominis vnde deducitur, videlicet θρίαμβον, sed & accusat. personæ. Plut. in Fabio, δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσε. Ex eodem in Romulo, ἐθριάμβευσε βασιλεῖς, Triumphauit de regibus. Sic apud Paulũ ad Col. cap. 2, v. 15, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, Quum de illis triumphasset per eam, vel, Triumphatis illis per eam [crucem videlicet] vel in ea cruce, quæ fuit instar triumphalis currus. Nazianzen. autem παραδειγματίζειν & θριαμβεύειν copulauit, (vt hîc Paulus post ἐδειγμάτισεν addidit θριαμβεύσας) παραδειγματίσας τὸν ἁμαρτίαν καὶ θριαμβεύσας ὡς ἄξιον ὕβρεως. At verò apud Paulum rursus, 2 ad Corinthios cap. 2, v. 14, τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, pro Qui facit vt semper triumphemus in Christo. [redacted] Et pass. Θριαμβεύομαι, Ducor in triumpho, De me triumphatur. Plut. in Coriol. θριαμβεύόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν. HINC Θριαμβευτὴς, Triumphator. C D E F

ΘΡΥΠΤΩ, Frango, Cõfringo. Quidam tamen putarũt esse propriè In minutas partes frango, εἰς μικρὰ κόπτω: vnde & Comminuo reddiderunt, item Contero, quod est συντρίβω. pro qua interpr. facit θρύψομαι, expositum à Suida συντριβήσομαι, vt docebo quum de metaphorica verbi huius signific. agam. Philo De mundo, de lapidibus loquens, θρυπτόμενοι καὶ ῥέοντες, εἰς λεπτὸν πρότερον ἀναλύονται κόνιν. i. (Bud. interpr.) Fragiles & fluxi, in tenuem primùm puluerẽ soluti. ‖ Θρύπτω redditur & Frio. pro quo non dubitarim dicere cum Plin. Frango in micas, vt idem verbum retineam. Hoc certè constat, ab hoc verbo fieri τρῦφος, quod fruſtum significat, propriè tamen panis. apud Nic. πέθρυπται schol. exponit etiam πέθλιπται, λεπτὸς ὄντι. Vide Διαθρύπτω. Cæterùm verbum θρύπτω Eustathius inter ea recenset quæ ὀνοματοποιίαν. Plato item in Cratylo dicit literam ρ hoc in verbo ἀπεικάζειν τὸ πολὺ, sicut IN Κρούειν, ET IN Θραύειν, ET Ἐρύκειν, ET Κερματίζειν, ET Ῥέμβειν. G H

Θρύπτω, Frango deliciis, Frango luxu. Gregor. in lib. qui πρὸς φιλοπ. inscribitur, καὶ οἱ μὲν ῥιγοῦσιν ἐν πενιχροῖς καὶ διεφθαρμένοις ῥάκεσιν, ἡμεῖς δὲ θρύψομεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ἁπαλῇ καὶ πρόρρεουσῃ. i. Frangemus nos ipsos deliciis vestis mollis. A apud Lat. & Frangere deliciis, & Frangere deliciæ ipsæ dicuntur. vt Iuuenal. — & turpi fregerunt secula luxu Deliciæ molles. In v. l. affertur, tacito autoris nomine, ἀ δὴ πρὸς δούλους θρύπτοντες, pro Solutius facientes quæ ad seruos spectant. id est Indulgentes.

Θρύπτομαι, Frangor deliciis. Vel, Frangor, Eneruor, metaph. signif. Aut etiam Dissolutus reddor, Corrumpor. Plut. de lib. educ. χαυνοῦται γὰρ τοῖς ὑπὸ βολαῖς τῶν ἐπαίνων καὶ θρύπτονται. Xenoph. autem dixit in Symposio, μαλακίᾳ θρυπτομένους, sicut ἀβρότητι χλιδανομένους. Sed in illo Plutarchi loco animaduerte cum verbo θρυπτεσθαι copulari etiam χαυνοῦσθαι, quo alioqui Suidas illud exponit, sicut & istis, μαλακίζομαι, βλακεύομαι. Idem affert ex Aristoph. σήμερον ὑπὸ τῶν ἑταιρῶν ἐγὼ θρύπτομαι, quo quidẽ in loco θρύψομαι ait esse σφόδρα τρυφήσω, σημνυσθήσομαι. vel σωτεισθήσομαι: cui posteriori interpr. potius assentior. Imò verò ne vllum quidem locum priores illas habere posse arbitror. nam quomodo dici queat σφόδρα τρυφήσω, vel σεμνυνθήσομαι ὑπὸ τῶν ἑταιρῶν, non video. ‖ Θρύπτομαι redditur etiam Molliter & delicatè viuo. In vsu est & partic. præt. τεθρυμμένος, Luc. pro Fractus deliciis, Luxu solutus. (quo vtor post Quintil.) vel vno verbo Dissolutus. nam & hoc ita interdum accipi puto. VNDE Τεθρυμμένως, Delicatè & molliter, Dissoluté. Plut. in Pol. præc. τοῖς ἀσελγῶς καὶ τεθρυμμένως ζῶσιν. ‖ Sed accipitur sæpe pro Delicias facio. Addit Budæus, θρύπτομαι idem fermè esse quod ἀκκίζομαι, Ioculari quadam simulatione vtor, Grauiusculũaut modestiusculũ ago iocando. A Luciano dicitur θρύπτεσθαι quidam qui rogatus ab amico vt narraret quæ in conuiuio audierat, illiberaliter & malignè cunctabatur omnia dicere: quòd nimirum impensius se rogari vellet, ne futilis videretur si tam leui momento adduceretur ad prodendos conuiuas. Hactenus Budæus, afferens ex ipso Luc. verba hæc (quæ in Sympos. leguntur) θρύπτῃ τοῦτο ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' οὐπω &c. vbi obserua iungi accus. rei. At statim post constructionem vsitatiorem habet, κάγὼ θρύψομαι πρός σε ἐν τῷ μέρει. Vbi certè θρύψομαι est quod Gall. dicimus, Ie me feray prier. Vel, I'auray mon passe-temps de vous. adeo vt crediderim Latinè reddi etiam posse, Ludos te faciam. Sic idem Luc. pag. 43, σὺ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτόν. Et quoniam ad vernaculam linguam confugere cœpi, addo θρύπτεσθαι in ea posse etiam reddi Faire du rencheri. Sed θρύπτεσθαι peculiariter dicitur de meretrice, aut etiã πρὸς τῶν παιδικῶν, seu generalius πρὸς τοὺς ἐρωμένους, vt apud Xenoph. in Symposio, pag. 521, καὶ ὁ Σωκράτης ὑπεκρίνατο, ὡς δὴ θρυπτόμενος, εἶπε, μὴ νῶμοι ἐν τῷ παρόντι ἔχλον παρέχῃς. ὡς γὰρ ὁρᾷς, ἄλλα πρεσβεύω. Quò pertinet hic locus Dion. Areop. in longa illa ad Demophilum epistola, τὰ δὲ ὅπῃ καὶ τῶν ἀποφοιτώντων ἐρωτικῶς ἔχεται καὶ φιλονεικεῖ, καὶ δεῖται μὴ ἀπαξιωθῆναι τῶν ἐρωμένων· καὶ θρυπτομένων αὐτῶν καὶ εἰκῇ καταγελοιόντων αὐέχεται; vbi de Deo loquens, ab amatoribus metaphoram sumit, atque adeo amatorios affectus exprimit, qui in Deo perspiciuntur, quum homines eius negligentes & quasi fastidientes ad sese reuocat. Ibi certe schol. annotat θρύπτεσθαι dici ὅτι τὸ ἐρωμένων οἱ πρὸς τοὺς ἐρῶντας αἰσχαλλόμενοι σωστὸν χάριν, τοιούτῳ τῷ σωματικῷ τοῦτεστι καταστικλασμένῳ κέχρηται νῦν. vbi omnino mendosè legi puto σωματικῶς, ac pro eo reponi posse τεθρυμμένῳ. Sed nequaquam ei assentior in hac expositione. neque enim puto quum ponitur θρύπτεσθαι hac in significatione, respici ad ἦθος καταστικλασμένον, vt ille vocat, sed dici θρύπτεσθαι eum qui illud facit, quasi voluptati suæ indulgentem, atque adeo voluptatem capientem ex aliorum ægritudine ob eam quam patiuntur repulsam. Sed siue hæc siue alia sit istius significationis origo, eadem certè (quæcunq; sit) & verbis καταχλιδῶ ac καταθρυφῶ seu ἐνθρυφῶ, conueniet. quæ omnia verba licet deliciarum significationẽ inclusa habeãt, quod tamẽ Latini dicũt Delicias facere, his duobus magis respõdet, τῷ θρύπτεσθαι, & τῷ καταγχλιδᾶν. Videndum est etiã an vt Græcè θρύπτεσθαι, sic Latinè Delicias facere dici possit meretrix quæ se difficilẽ præbet, ac malignè, nec nisi multis cum precibus se indulget, vt pluris se addicat. quod propriè significari puto his verbis Gall. Faire de la rencherie: atque adeo ab illis

sumptum est hoc loquendi genus Faire du rencheri. A

Θρύμμα, ατος, τὸ, ET Τρύφος, Fragmentum, κλάσμα. Sed peculiari signific. κλάσμα ἄρτου vocatur θρύμμα seu τρύφος, vt testatur Hesch. & Suidas. Lat. Fruſtum panis: sed ita vt accipiatur non pro buccella, sed pro eo quod dicimus Vne piece de pain. Quod Lat. reddere malim Cruſtũ: ita enim Seruius, Quum cruſtum dicimus, eduliũ aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Vt autem dicit Partem panis, ita Poll. θρυμμάτα exponit μέρη τῶν ἄρτων. Cæterùm à τρύφος est Tryfon eiusdem significationis in quibusdã Galliæ locis. A QVO Τρύφος fecit Hesiod. Τετρατρυφος, vocans ἄρτον τετράτρυφον panem qui in quatuor cruſta diuidi possit, quorũ certa quæpiam mensura videtur intelligi. vt quum Gall. dicimus Vn chanteau de pain, ita significat. Vne piece de pain, vt interim de certa quapiam mensura intelligamus, licet non exactè circumscripta. Locus est in Erg. ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον. vbi tamen vulg. lex. interpr. In quatuor fruſta diuisum. Tzetzes exponit τέσσαρα κλάσματα ἔχοντα σαυρωειδῶς. AT VERO à θρύμμα fit Θρυμμαπὶς forma dimin. Placentæ genus apud Pollucem. Quã vocem apud Athenæum, item & Lucianum inuenio. Hesychius suo tempore vocatam ἐνθρυμμαπίδα scribit. Sunt autem qui θρυμμαπίδα, sicut & ἔνθρυπτον, Intritum reddi ad verbum posse existiment. EST etiam Θρύπακος apud Hesych. idem quod θρύμμα & τρύφος significans, sed Cretensium lingua. B C

Θρύψις, Ipsa actio frangendi deliciis, Effœminatio, Eneruatio. Item Deliciæ, Mollities. in qua signific. frequentius etiam esse puto. Xenoph. Pædiæ 8, σαπρίσιν ὀδόντα καὶ πολὺ ἡδίω αὐτῶν. Ibidem τρυφὴ & μαλακία & ἀβρότητι simili signific. dicit. AT Ἀθρυψία contr. q. d. Vacuitas à deliciis seu mollitie, Vita minimè delicata, seu mollis. D

Θρύψις à priore verbo θρύπτω signif. Fractio, Comminutio, Friatio.

Θρυπτικὸς, ου, ὁ, q. d. Ad fruendum deliciis propensus, seu ad delicatam vitam. Sed potius accipitur simpliciter pro Delicatus, Mollis. X. Pæd. 8, circa finem, ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτερον πολὺ νῦν ἢ ὅτε Κύρου εἰσί. E

Θρυπτικὸς interdum etiam est à priore verbi θρύπτω signific. & ponitur pro Frangendi seu cõminuendi vim habens: vt φάρμακα θρυπτικὰ ἐν νεφροῖς λίθων. Gal. 2 ad Glauc.

C. Ἀθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Infragilis, Qui frangi non potest. cui opponitur εὔθρυπτος, vt docebo infrà. ‖ Item Non fractus deliciis, Non fractus luxu. Vel Non fractus, sine adiectione. (quod tamen participium de re potius quàm de persona dictum in hac signif. inuenio) Vel Minimè mollis, Virilis. Plut. in Erotico, ἀλλὰ λιπὸν αὐτὸν ὄψει καὶ ἄθρυπτον ἐν σχολαῖς φιλοσόφοις. Sæpius tamen (quãtum meminisse queo) de re dicitur, quam de persona. Apud Pythagoram in Carm. aureis, Εἰ δὲ σὺ δὲ δίαιταν ἔχειν καθαρείαν, ἄθρυπτον. vbi ἄθρυπτος δίαιτα est victus deliciis carens, seu minimè delicatus. Vt autem hîc ἄθρυπτος δίαιτα, sic ἄθρυπτος τροφὴ apud Damascium. Bud. ἄθρυπτον Plutar. significare etiam ait Seuerus: at ex illo affertur quidem ἄθρυπτος in ea significatione, sed non sine adiectione. nam ex Pericle hæc citant v. l. ἄθρυπτος εἰς γέλωτα προσώπου σύστασις. vbi tamen vereor ne ἄστρεπτος legendum sit. HINC Ἀθρύπτως, Non delicatè, Non molliter, Viriliter. Plut. ἀθρύπτως καὶ αὐστηρῶς διαιτᾶν. quod conuenit cum ἄθρυπτος δίαιτα Pythag. paulo antè. F G

C. Αἰνόθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Valde mollis seu delicatus, Luxu diffluens. At verò apud Theocritum in Adoniaz. αἰνόθρυπτε ironicè dici puto: veluti si in Gall. sermone vocetur *petite mignarde*, vel *petite mignone*, illa apud Horatium, — perusta solibus Pernicis vxor Appuli: aut illa in Moreto Virg. Torta comam, labróque tumens, & fusca colore, Pectore lata, iacens mammis, compressior aluo, Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta: aut denique illa apud Iuuenalem (si bene memini) — horridior glandem ructante marito. V. l. exponunt, Quam malè decent deliciæ. H

C. Εὔθρυπτος, ου, ὁ & ἡ, Fragilis, Qui facilè frangi potest. Luc.

Ad dicentem, Prometh. ἐπὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα ὡς πρὸς ἐκείνοις τὰ χρηστὰ, καὶ μικρὸν τῆς λίθου ἐμβαλὼν συμπρίψειν ἄπαντα. ‖ Item Fractus deliciis, seu solutus, Mollis. in v. l. ITEM Εὐθρυπτὸς, Fragilis. Et Friabilis, Dioſc. lib. 5.

C. ΑΠΟθρύπτω, Frango deliciis & luxu. & Ἀποθρύπτομαι, passiua vox, Frangor deliciis. vnde participium ἀποθρυμμένος, Fractus deliciis, Luxu corruptus. vel, Mollis redditus & imbecillis, Velut fractas deliciis vires habens. Plato de opificibus mercenariis loquens, εἰ ὑπὸ τῆς πεχείρας τε καὶ δημιουργίας ὥσπερ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι τε καὶ ἀποτεθριμμένοι δίδασι τὰς βαναυσίας τυγχάνουσι. B

C. ΔΙΑθρύπτω, Diffringo, Disrumpo. A cuius passiuo διαθρύπτομαι est apud Homerum διαθρυφέν, Il. γ, v. 363, Τειχέα τε καὶ πύρας διαθρυφὲν ἵκετο χειρός. Apud Luc. τὸ κρανίον διαθρύπτειν pro Comminuere, seu Cõterere. Sic in v. l. ex Gr. Bibl. interpr. διαθρυφεῖς αὐτὰ κλάσματα, Leuit. cap. 2, pro Diuides ea minutatim. Ibidem ex Ecclesiastico, διεθρύβησαν λίθοι pro Confracti sunt lapides. ‖ Διαθρύπτω (sicut & θρύπτω) Deliciis frango & c. Vel Effœmino. Xenophon Lac. politia, ἡδὺ παῖδ ὢν τὸ δεῖν μὴ ὑποδήματα ἀπαλύοντος, πολλὰ δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτοντο. Et pass. διαθρύπτομαι quod Budæus apud eundem Xenophontem exponit etiam In delicias agor, Corrumpor. item, In delicias effundor. vt Apomn. lib. 1, de Alcibiade dicitur, ὑπὸ πολλῶν καὶ δυνατῶν ἀνθρώπων κολακευόντων διαθρυπτόμενος. Ab eodem rursus de Alcib. & Critia scribitur, διαπεθρυμμένω δ' ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων. Et in 4, πολλοὶ δὲ διαπλοῦτον διαθρυπτόμενοί τε καὶ ὑπὸ τῶν λυόμενοι ἀπόλωνται. Quibus tamen locis tertia illa Budæi interpretatio conuenire nequit. HINC Διαπεθρυμμένως, Delicatè, & molliter, Dissoluté. Plat. De leg. διαπεθρυμμένως ἔχει. ET Διάθρυψις, Eneruatio, Effœminatio. Ipsa actio frangendi deliciis. Aut etiam Deliciæ. Ex Chrysost. διαθρύψεις κινημάτων pro Gestus molles. ‖ At verò apud Theocr. in hoc versu qui est in Adoniaz. Φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλὸν· διαθρύπτεται ἤδη, exponitur διαθρύπτεται, Delicatis gestibus & præludiis ad canendũ se comparat. C

c. 2. Ἐνδιαθρύπτω, Delicias facio, in vulg. lex. At pro ἀπαλαῖνω & τρυφῶ apud Theocr. V.

C. ΕΝθρύπτω, Comminuo intrà, Intero. vt apud Gr. Bibl. inter. Dan. cap. vlt. ἐνέθρυψεν ἄρτον εἰς σκάφην, Intriuit panem in alueolum. VNDE Ἔνθρυπτον, Intritum, Placenta. Vide Θρυμμαπίς.

C. ΥΠΟθρύπτω, Deliciis aliquantum indulgeo. q. d. Subindulgeo deliciis. Ex Plut. in Pericle, ὑποθρυπτόμενος καὶ αἰεμβρος. D

¶ Τρυφὴ, ῆς, ἡ, Deliciæ, Mollities, Luxus. Quæ signif. vulgò dantur huic verbo, vt & dari verè possunt: sed ego hæc distinguens, dico, τρυφὴ priore signif. idẽ esse quod θρύψις, i. Mollities, seu Delicata vita, (sic autẽ loquor post Ciceronem) aut etiam Luxus. nam θρύψις & τρυφὴ pro eodem posita alicubi inueniuntur, itémque μαλακία. Aristot. autem Ethic. 7, cap. 7, θρυφὴν esse dicit μαλακίαν τινά. Athen. lib. 6, καὶ πρόσω τρυφῆς εἰσηγητὴς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Idem lib. 4, δίαιτης σκληρότητα opponit τρυφῇ. In hoc autem loco l. 12, ὑπὸ τῆς τρυφῆς εἰς ὕβριν πεσόντες & in aliis huiusmodi malim τρυφὴν exponere Luxum. At posteriore signif. nõ pro delicata vita, sed pro ipsis deliciis quæ ad vitam illam pertinent, accipi dico nomen τρυφῆς. Herodianus lib. 1, ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ θρυφῆς. Et l. 3, ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ θρυφῆς καὶ διαίτης τὰ ἤθη διεφθείροντο. Et plur. apud eundẽ, πᾶς τῆς πόλεως ἐξέλαζε τρυφάς. ‖ Sed addo, τρυφὴν interdũ restringi ad γαστριμαργίαν seu πολυφαγίαν, (quibus etiam nominibus exponitur ab Hesychio) vt in hoc Luc. loco, ὑπὸ θρυφῆς E F G H

ἐξωδηκὼς πλὴν γαστέρα καὶ τὰ σκέλη.

Τρυφηλὸς, Delicatus, Deliciis deditus, Voluptarius. vt quũ scribit Suidas, Σικελικὴν τράπεζαν dici ὅτι τῶν πάνυ πολυτελῶν καὶ τρυφηλῶν. Ab eo tamen τρυφηλὸς (sicut & Τρυφητὴς) exponitur ὁ ἄπληστα πρωγῶν.

Τρυφερὸς, Idem quod proximè præcedens τρυφηλὸς, sed vsitatius. Aristot. Rhet. 2, scribit diuites solere esse τρυφεροὺς, addens, διὰ πλὴν τρυφὴν καὶ πλὴν ἐνδείξιν τῆς δυναμοκρατίας. Plut. in Pericle addidit datiuum βίῳ. Sed de re quoque dicitur hoc nomen, poniturque interdum τὸ τρυφερὸν substant. pro Delicata vita: quo vsus est modo Thucydides comparatiuo τρυφερώτερον. HINC Τρυφερῶς, Delicatè, Molliter ET VERB. Τρυφεραίνομαι, à quo partic. τρυφεραινόμενος apud Aristophanẽ, Deliciis & mollicie perditus. At in v. l. Molliter compositus. COMP. Ἀτρύφερος, Minimè mollis, Non delicatus. Suid. ex Eupolide affert, ὅτι οὐκ ἀτρύφερος οὔτ' ἄωρος ἐστ' αὐήρ. vbi exponitur Incultus.

Τρυφάω, ῶ, Delicatè viuo, Deliciis seu luxui indulgeo, Luxuriosè viuo. Plut. Alex. ὅτι δεύτερα μὲν ὀδὴ τὸ τρυφᾶν, βασιλικώτατον δὲ τὸ πονεῖν. cui dicto opponitur (vt hoc obiter doceam) quod apud Athenæum dicit quidam, ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἡδέσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν, ἐλεύθερον· τὸ δὲ πονεῖν δούλων καὶ ἀβροπόνων. Apud Plat. De leg. τρυφᾶσα παιδεία, Mollis educatio.

Τρυφῶ, Nitesco, Lautè viuo, Efferor & exulto licentia, vt B. interpr. in hoc Æschin. loco, οἱ δὲ ὑμέτεροι ῥήτορες τρυφῶσι. ‖At verò apud Isocr. τρυφᾶν cum dativo iungitur, in or. ad Nic. τρυφᾶν μὲν τοῖς ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις. vbi videtur poni itidem pro Niteas, vel potius pro Splendidus sis. ‖Sed & cum accus. vt βεβαφῶ τοὺς λόγους Pigmentis & lenocinijs orno, Venusto, inquit B. afferens hæc ex nescio quo grammatico, τρυφῶ, τὸ ἀντὶ τοῦ φῆ διέλογε· τρυφῶ δὲ τοὺς λόγους, μεταβατικῶς. καταστρυφῶ δὲ τοὺς, γλυκῆ. & subiungens ex Greg. 204, καὶ μοι καθήρασθε καὶ νοῦν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, ὅσοι τρυφᾶτε τὰ ῥιαῦτα. ἵν' ἀπέλθῃτε τρυφήσαντες ὄντως τὰ μὴ κενοῦμενα. Et ex eodem de eremitis Ægypti loquente, p. 301, καὶ πολὺ τῶν νηστειῶν καὶ χαμευνιῶν καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθείας, ἵν' ἐκεῖνο τρυφῶσιν ἀεὶ, ἐνδεώτερον τῶτο καὶ ὑψηλότερον. i. Quo ipsi tanquam deliciis gaudent. vt Bud. vertit, & quidem optimè, meo iudicio. Sed alterã illam eius expositionem, videlicet Orno pigmentis &c. minimè probare queo: & nec illis Gregorii locis, nec alii cuiquam vel eiusdem vel alius scriptoris, conuenire posse existimo. Atque adeo ne hoc quidem verum esse puto, μεταβατικῶς poni τρυφῶ: sed quum dicitur τρυφῶ τοὺς λόγους, subaudit: præposit. κατ', itidémque in illis Gregorii locis. HINC Τρύφημα, Id ex quo deliciæ percipiuntur. Vel Deliciæ, τρυφή. ET Τρυφητὴς, Deliciarum consectator, Delicatæ vitæ amator, Qui delicatè viuit. Item Heluo, Vorax. ὁ ἄπληστα πρώγων, Suid. Sic autem τρυφῶ aliquando χαριμαργίαν significare docui suprà. AT Ἀτρυφητὴς huic opponitur, A deliciis seu delicata vita alienus, aut abhorrens.

C. ΔΙΑτρυφάω, ῶ, Idem quod τρυφάω, nisi quòd præpositio significationem auget. ‖Exponitur etiam Luxu diffluo, ex Platone De legibus, διατρυφάσῃ παιδείᾳ πεφραγμένος.

C. ΕΝτρυφάω, ῶ, vt ἐντρυφᾶν μάστιξι apud Chrysost. Verberibus tanquã deliciis delectari. Et ἐντρυφῶντας, Luxuriosè & insolenter ac redundanter hac re vtor: vt Budæus exponit, afferens ex Gregorio, δόπε μοι μικρὸν ἔτι ἐντρυφᾶν τοῦ δικήματος. Et ex Herodiano, βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τοῦ Καίσαρος ὀνόματος, Licentius, insolentius, luxuriosius Cæsaris applicationem vsurpantem. Hæc & alia vide pag. 1072. Idem alibi ὁ ἐντρυφῶν exponit Vsque ad delicias ostentabundus. ‖Item pass. partic. ἐντρυφηθέντα, Quæ redundanter & immodicè scribuntur vel narrantur, vt quum supramodum scriptores stylo indulgent. Ibidem.

Ἐντρυφῶ σοι, Per delicias & lasciuiã illudo & ludibrio habeo, Ludificor. Luc. ἰδιώτα ἐντρυφῶσι μᾶλλον δὲ ἐνυβρίζουσι τοῖς ἀπόρουσιν οἱ πλούσιοι. Hinc Gall. Truffer, quum dicimus, Se truffer de quelqu'un. Et ἐντρυφᾶσθαι, Ludibrio haberi & contemptui. Plut. ἐντρυφώμενος ὑπ' αὐτῶ. Vide

A Bud. pag. 1071.

c. 2. Ἐπιτρυφάω, ῶ, idem quod ἐντρυφάω. Vide exemplum apud Suidam, apud quem ἐπιτρυφήσαντος exponitur καταπολαύσαντος. sed mendosam hanc scripturam esse puto.

c. 2. Ὑπερτρυφάω, ῶ, Illudo per delicias & lasciuiam suprà quàm dici possit, Supramodum ludificor. Alciphr. in epist. δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ πόνων πιπτῴδαν, καὶ ὑπὸ ἐντρυφᾶν ἡμῶν. λοιπὸν οὖν ἀπολείειν.

C. ΚΑΤΑτρυφάω, ῶ, vt καταστρυφᾶν τὸν λόγον apud Greg. Eluxuriari in stylo, vel Luxuriante stylo vti. ‖Et cum genit. personæ, idem quod ἐντρυφῶ. Vide B. p. 1072.

B

ΘΥΜΟΣ, οῦ, ὁ, Animus, Mens. Il. α, μάλιστα γὰρ ἄλγος ἱκάνει Θυμὸν ἐμὸν, Dolor incessit animum meum. Tale est Il. α, — ἐπίμιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν, quoniã eius cor & animũ persuaserat dolor. (sed obserua hic adiungi κραδίαν) Idem Il. α, Φθῖν' ἐμά, εἴπερ θυμός ἐπ' ἀστῳ, Si animus tuus ad id impellitur. vel Si ita fert animus, vt Lat. poetæ loquuntur. Quò pertinet ἐν θυμῷ μιαίνεσθαι, Il. γ. Item hic versus, qui sæpe ab eo repetitur, Δαίμων τ' οὐδὲ τί ἐπ θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης. Quo in loco, sicut & in præced. duobus, aliisque multis, cupiditas vel potius ipsa cupiendi actio τῷ θυμῷ tribuitur. At verò in hoc eiusdem poetæ loco, ὦ θυμὲ εἴξας ἐμάγη φιλότητι καὶ ἀδῖνι, vult Etymol. itémque Homeri schol. θυμὸν ipsam etiã ὀπὴν θυμίαν significare. Sed Latini eodem plane modo Animo suo obsequi dicũt, seu morem gerere. Hoc etiam animaduertendum est, vt in quodam loco antè citato κραδίην & θυμὸν copulat, ita θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι non rarò dicere, item θυμὸν ἐνὶ φρεσί. Et τὸ δὴ ἐμὸν κῆρ ἀλχύνεται ἐν θυμῷ, Il. ζ. Obseruandus est item vsus huius nominis cum diuersis præp. apud hũc poetam: ac potest quidẽ apud eum κατ' θυμὸν & ἐν θυμῷ reddi eodem nomine Latino, cum præpos. In: itidémque ἐκ θυμοῦ, Ex animo: at quum dicit ἀπὸ θυμοῦ ἴστεαι Il. α, retinetur quidem & tũ idem nomen, sed præpos. in aliquod nomẽ mutatur. nã ἀπὸ θυμοῦ Μᾶλλον ἐμὶ ἔσται, est Magis animo meo inuisa eris. Quòd si præpos. alicui Lat. dandus & hic locus esset, putarẽ reddi debere, Extra animum meum eris. Ex his autem ἀπὸ θυμοῦ factum cõp. ἀποθύμιος. Cæterùm illud ἐν θυμῷ cuius modò memini, sciendũ est alicubi peculiarem quendã vsum habere. nã quod legitur Od. χ, Εὖ θυμῷ γενοῦ χαῖρε καὶ ἴσχε, est quod Tibull. dicit, In tacito cohibe gaudia clausa sinu. perinde videlicet acti diceretur, Cave ne foras erumpat gaudium tuum, & se prodat, sed in animo & pectore tuo cõtine. Alioqui ἐν θυμῷ, vel etiã θυμῷ sine præpos. vacare sæpe puto: & quidem alicubi cum eodem etiam verbo. vt Il. η, — χαίρω δὲ καὶ αὐτὸς θυμῷ. & ibidem, γήθησε δὲ θυμῷ. Eustathius tamen vult θυμῷ significare ὀκ ψυχῆς καὶ οὐ κατὰ πᾶν ὅλον καὶ πρὸς πόνον. At si potius vacare hìc dicendum sit istum datiũ, similem esse dicemus ei qui verbis φιλεῖν & κήδεσθαι adiungitur alibi ab Homero. quum tamen ὀκ θυμοῦ eidẽ verbo φιλεῖν ab eodem poeta adiunctum, non itidem otiosum sit, Il. ι, sed id sit quod Latini ad verbum Ex animo amare, seu diligere, dicunt: Galli, *Aimer du bon du cuiur.*

C

D

E

F

G

In prosa autem dicitur θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, quod Lat. Bono esse animo. q. d. Habere bonũ animũ, vt Gal. *Auoir bon courage.* Sed θυμὸς per se quoq; est Animi præsentia. Xen. Pæd. 4, ἰδὼν δὲ τὸ καρτερὸν ἐμβαλόμενοι, ἐνεθυμήθη καὶ θυμῷ ὅτι πρὸς πολεμίους. A Budæo autem exponitur etiam Animi præstantia, Animi vehementia, Animi præsidentia, in hoc Plat. loco De rep. πρὸς τὸν μὴ δύνασθαι τὸ σῶμα, φρονήματος καὶ θυμοῦ ἐμπίπλαται, καὶ ἀνδρειότερος γίνεται αὐτὸς αὑτῶ. Huc pertinet etiam quod apud eundem legitur ibidem, ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός. οὐ παρόντος ψυχῆ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος. Ego certè his in locis id planè esse θυμὸν arbitror quod Virgilius animos vocauit, hoc in versu, Æneid. 11, Ibo animis cõtrà: vel magnum præstet Achillem. Atque adeo illud Xenophontis, ἰώμεν θυμῷ, puto hinc verti posse ad verbum, Eamus animis contrà. Sic autem Animos dici Lat. & cum quibusdam verbis, satis notum esse potest. Huc pertinet quod Galenus scribit, θυμὸν Hippocrati

esse etiã προαίρεσιν. Θυμὸς, Mens. i. mentis cogitatio, seu Propositum. vt ἕτερος δέ με θυμὸς ἀνῆκεν, id est ὅπλο λογισμός, inquit Etym. sed malim simplex λογισμός, quo exponitur θυμὸς ab Hesychio quoque: addente & προαίρεσις. In prosa autem dicitur θυμὸς cum infinitiuo etiam, pro ipso proposito seu voluntate aliquid faciendi. vt apud Plut. εἰ μὴ οἴω ὅτι σοι θυμὸς ὅπλα χειρεῖν πῶς πολεμίοις. A Xenophõte autem subaudiendus relinquitur infin. quũ scribit Pædiæ 3, pag. 41, δεῖπνήσαντες ὃ ἀπελαύνετε ὁπόσον ὑμῖν θυμός. hic. n. infinitiuũ ἀπελαύνειν subaudio, sumptum ex ἀπελαύνετε. Quòd siquis in his aliisq; huiusmodi locis θυμὸν exponere malit ὅπλα θυμίαν, istam certè expositionem magis iis cõuenire puto quàm Homerico illi cui eam dari dictum est. Sic & Lat. Mens. veluti quum dicitur, Ea mente hoc feci vt &c. Θυμὸς, Animalis spiritus & vitificus, vt quidam exponũt post Eustathium in ἐσαχείεται θυμὸν, quod sæpe apud Hom. occurrit. Quo accipi modo putatur & Iliad. α, — ὀλίγος δὲ π (vel potius σὺ ἐπ) θυμὸς ἐνῆεν: pro Moribundus eram & penè exanimis. ‖Θυμὸς, Anima, Vita, vt θυμὸν ἀπιόντα apud eundem, & ἐξαίνυτο θυμόν: Animam abstulit. i. interfecit. Possit verò (vt opinor) ita accipi θυμὸς & in loco quem modò protuli ex Iliad. α, — ὀλίγος σὺ ἐπ θυμὸς ἐνῆεν, vt sit Exigua animæ portio, id est vitæ. Θυμὸς ab Etymol. & schol. Homeri exponitur etiam Concordia apud eundem poetam, vbi dicit ἔνα θυμὸν ἔχοντες, sed perperã: (meo quidem iudicio) quum θυμὸν per se minimè hoc significet, sed addito accus. ἕνα, sonétque θυμὸν ἕνα q. d. vnanimitatem.

Θυμὸς, Ira, Excandescentia. Il. α, Θυμὸς ὃ μέγας ὅτι διοτρεφέος βασιλῆος. dixerat autem proximè præcedente versu, Μὴ χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν ὕμας Ἀχαιοῖς. vnde & θυμὸς μέγας Eustathio est τὸ πολὺ τοῦ θυμοῦ, admonenti, μεγάθυμος, licet hinc factũ, alio tamen sensu vsurpari. Sic autem accipit Hom. datiũ θυμῷ alicubi cũ verbo ἔκειν (quemadmodũ cum eodem verbo θυμῷ poni αἰτὶ ὅπλα θυμίας antea dictum fuit.) Est certè θυμὸς hac in signif. prosæ quoque scriptoribus vsitatum. Euripides Med. Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, Ὃς περ μεγίστων ἄρχος καὶ κῶν βροτοῖς. Thuc. lib. 2, καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάσσω χρώμενοι, θυμῷ πλέον ἐς ἔργον καθίστανται. qui locus aliquid etiam habet affinitatis cum illo Eurip. quod ad sententiam attinet. hic enim θυμὸς & λογισμὸς id sunt quod illic θυμὸς & βουλεύματα. Aristoph. Vespis, Οἱ δὲ σκόπουσ' ἵνα ἐγὼ γελάσω, καὶ τὸν θυμὸν καταθῶμαι. Et θυμὸν δακὼν apud eundem in Nebulis, pro Iram reprimens: ad verbum, Animum mordens. Plutarchus in Amat. narr. οὐκ ἔχοντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὅπῃ τὸν θυμὸν ἀπρείσωνται, id est (Politiano interpr.) Non habentes Laced. in quos iram effunderent. Luc. autem dicit etiam θυμὸν ἐκχεῖν, hac in signif. Interdũ verò θυμὸς & ὀργὴ copulantur: & ita quidẽ vt ὀργὴ potiꝰ præcedat, si bene memini, (ac certè rationi consentaneus est hic ordo, quum θυμὸς sit aliquid plus quàm ὀργὴ) licet Aristot. ordinem hunc non seruarit in Rhet. scribens δι' θυμὸν καὶ ὀργὴν γίνεται. sed possit hic particula καὶ pro ἢ posita videri. Seruauit certè Herodianus lib. 8, ὀργὴν ἢ θυμῷ χρώμενος πλείονι μᾶλλον ἢπείγετο. (vbi Pol. ὀργὴν quidem iram, at θυμὸν furorem vertit. Bud. autem alicubi θυμὸν iracundiæ furorem interpr.) Luc. quoq; ὀργὴν & θυμὸν cõiunxit, sed verique suum dans verbum: in lib. De cal. Ἀθῆναι ὀξέως ἐξέρριψε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ὀξέως. Paulus apost. in epist. ad Col. cap. 3, v. 8, separatim ὀργὴν & θυμὸν posuit, scribens, νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν. vbi θυμὸν multo aptius redditur Excandescentiã quàm Indignationẽ, vt vet. interpr. reddi debet, & post eũ Eras. In Stoicorũ definitionibus legimus ὀργὴν quidem esse ὅπλα μίαν πρόφασιν τοῦ δικαίως ἠδικῆσθαι τοῦ τῶν σκόπους, at θυμὸν esse ὀργὴν ἀφορμῆν. i. θυμὸν esse iram nascentem & modò existẽtem. Verùm apud Cic. (qui hæc scribit l. 4 Tusc. quæst.) non legitur θυμὸς, sed θύμωσις. quã lectionem nõ miror solùm, sed suspectã etiam habeo: non quòd θύμωσις id significare negem, sed quòd θυμὸν in ea signif. passim legamus, & quidem in ipsa etiam Stoica definitione: at θύμωσιν vix vsquam. Alioqui certè verbũ θυμοῦσθαι, à quo deriuatur

A

B

C

D

E

F

G

H

θύμωσις, pro Irascor, aut Excandesco, antiquis quoque vsitatum esse, atque adeo non solùm id posse significare θύμωσις, sed ne posse quidem aliud significare, fateor. Denique θυμὸς à Cicerone scriptũ fuisse puto, aut, si θύμωσις scripserit, ideo hoc potius vsus esse quàm illo θυμὸς, cum Stoicis, quòd magis ad formã Latini nominis Excandescentia accederet: vtpote actionem τοῦ θυμοῦσθαι significãs, sicut Excandescentia actionem excandescendi, & (vt loquuntur grammat.) verbale à θυμοῦσθαι, sicut Excandescentia ab Excandesco. Ac de hoc quidem hactenus. Basil. certè aptissimè θυμὸν distinxit ἀπὸ τῆς ὀργῆς, dicens θυμὸν esse velut ὀξαφίν τινα καὶ αἰαθυμίασιν ὀξεῖαν τῶ πάθοις, at ὀργὴν esse ἔμμονον λύπην καὶ ὁρμὴν &c. Cui etiam definitioni consentanea videtur illa interpretatio per verbum Latinum Excandescentia: Budæus tamen hìc secus reddidit, nimirum Iram præcipitem. ‖Herodianus autem impropriè mihi videtur vsus esse hoc nomine, quum θυμὸν non pro Excandescentia aut ira, sed pro iracundia, seu iracunda mente, dixit, l. 4, εἰδώς τε τὸ Ἀντωνίου τὸν θυμὸν καὶ τὸ φονικὸν ἐπὶ τοιοῖσδε γράμμασι. ‖His addenda quæ apud Xenoph. legũtur, in lib. περὶ ἱππικῆς. nimirũ esse θυμὸν equo, quod homini est ὀργή. ‖Sed & hoc sciendum est, in plurali quoque numero legi hoc nomen. Aristoteles de hominibus melãcholicis loquens, ἐρωτικοὶ καὶ ἀκίνητοι πρὸς τοὺς θυμοὺς καὶ τὰς ὀπὴς θυμίας. At Plutarchus vnico etiam homini tribuit θυμοῖς, in Cor. θυμοῖς τε αὖ χρώμενος ἀκροπάτοις, καὶ φιλονεικίαις ἀπρέπεσι. ‖Ad etymum autem vocabuli θυμὸς quod attinet, Plato quidem à verbo θύειν deriuat, scribens in Cratylo, θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχει αὐτὸ τὸ ὄνομα. Alii verò his nõ contenti, non solùm ἀπὸ τοῦ θύειν, sed etiam ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ αἷμα dixerunt, vt videlicet θυμὸς appellatus sit quasi θύαιμος. Apud me certè parum ponderis hæ deriuationes habent, præsertim quum vni duntaxat huius nominis significationi conueniant; illi nimirum qua pro ira seu excandescentia ponitur.

C. Θυμοβαρὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Animum grauatum habens, Animo dolens. Apud Suid. Σῆμα παρ' Αἰσχίνῃ ὅτι Ῥοιτῆσιν ἀκτῆς θυμοβαρὴς δρέπε μόρομαι ἐζοφόνῃ.

C. Θυμοβόρος, ὄ, καὶ ἡ, Animum vorans seu rodens. vt θυμοβόρος ἔρις aliquoties apud Homerum. Il. τ, Θυμοβόρῳ ἐμεδῶ ὀδυνήκαμῳ εἵνεκα κούρης. VNDE Θυμοβορέω, ῶ, Animum exedo tristitia, Macero me ægritudine animi. θυμὸν κατέδω, vt Homerus loquitur. Hesiod. Diebus, πφύλαξο δ' θυμῷ Τετραδι' ἀλλύσθαι φθινοντὶ θ' ἱσαμόνῃ τε Ἄλγεα θυμοβορῆν, Doloribus exedere seu conficere animũ, vel Dolores vorare animo: ὁμοῦ καμάτῳ καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδειν, vt Homerus loquitur. ET Καταθυμοβορέω, Animum exedo. idem quod θυμοβορέω. nisi quòd præpositio aliquid significationi addit. Pythag. Φείδεο τῆς ζωῆς, μηδὲ καταθυμοβορήσῃς. Homerus dicit, Σοὶ ἔδεται κραδίαν.

C. Θυμοειδὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Animosus, Animi præstans, hoc est acer & vehemens. αἰδρεῖος: cui opponitur ἄθυμος. B. ex Platone De leg. 245. & in 3 De republica 42, ἀκρόχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι αἱ τῶν θυμοειδῶν γενῆνται, δι' ἀκολίας ἔμπλεω. Et libro 8, pag. 109, pro Animi præstans. Alibi quoque θυμοειδὴ καὶ πρᾶον in laude ponit. Vnde & Synesius epist. 131, θυμοειδὴς καὶ πρᾶος, οἵοις ὁ Πλάτων ἀξιοῖ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως τοὺς φύλακας εἶναι, animosos & lenes. Idem Plato Polit. 2. θυμοειδὴς & μεγαλόθυμος pro eodem posuit. Et apud Xenoph. De re eq. ἐλθὼν θέλειν τε καὶ ἐθέλουσιν, καὶ ἵππασιν καὶ θυμοειδῆ καὶ σοβαρὸν, de equo. Videtur differre aliquid ab αἰδρεῖος. Vnde Plato Polit. 2, αἰδρεῖος ἆρα εἶναι ἐθελήσει ὁ μὴ θυμοειδὴς ἐπὶ ἵππος ἐπὶ κύνων, Fortis esse volet qui animosus non sit. Est enim θυμοειδὴς, ὁ ἄγαν αἰδρεῖος, vt Aristot. libro 1 Œcon. docet. Idem Aristot. Polit. 2, coniungit θυμοειδῆ καὶ πολεμικοῖς αἰδρεῖ. Et in 7 Polit. scribit, πρὸς μέλλοντα ἀγωνίζεσθαι τῷ νομοθέτῃ πρὸς τὸν δρεπτὸν, oportere esse διανοητικοὺς τε καὶ θυμοειδεῖς. Herodianus libro 8, θυμοειδεῖς ὄντες καὶ δύπνοοι, animosi audacésque. Et libro 2, εἰς ὃ τὸν τῶν πραγμάτων διοίκησιν ἠρυναῖος ἅμα καὶ θυμοειδὴς, vehemens homo negotiis gerendis, vt Polit. interpr. ‖Θυμοειδὴς, Iracundus, idem quod ὀργίλος: oppos. τῷ πρᾴῳ, apud Plat.

& Synesium, teste Budæo. Herodian.lib.3, de Antonino, νέος θερσὺς θυμοειδὴς τε, audax iuuenis & iracundus. Athen. de musica, καὶ γὰρ τοὺς θυμοειδεῖς τραχύνει, iracundos placat. Sic Plato De republica 15, ἐνανία γάρ τοι θυμοειδεῖ τὸ θερμεία φύσις. Idem apud Demetrium Phaler. τὸ μὲν τοῦτον, εἴ τε θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Apud Herodian. verò lib.2, μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ πνεύματι, videtur poti⁹ sumi pro Irato seu ad irã cõcitato, quàm iracundo. Polit. vertit Turbido spiritu. ‖ At θυμοειδὴς δύναμις, Animosa seu irascibilis facultas, Vis cordi insita qua motus in nobis gignit & animi perturbationes, vt Gorræus definit. Vel, In qua inest τὸ θυμοειδές, seu τὸ θυμῶδες καὶ τὸ θυμικόν, hoc est quæ animos homini inspirat, & in qua irarum existit ardor, vt Cicero loquitur. Hæc θυμοειδὴς ψυχὴ siue δύναμις, vocatur etiam ζωτικὴ, πηγὴν ἔχουσα τοῦ καρδίας καὶ ὀχετὸς τῆς ἀρτηρίας, vt ex Galeno tradit Bud. Vnde & in v.l. est ex eiusdem Galeni Therap.l.9, καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ καὶ δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνομάζεται. Et τὸ θυμοειδὲς neutro genere sub. τῆς ψυχῆς μέρος, pars animi in qua irarũ existit ardor, vt Cicero apud Platonem pag. 11 mei lex. Cic. interpr. Plut. De virt. mor. Ἐν ᾗ μὲν [δειλία] ἔλλειψις, ἡ δὲ [ἀνδρία] ὑπερβολὴ τοῦ θυμοειδοῦς. Idem, ἡ παρακμή τινι δι' ἡ λυπίαν τὸ θυμοειδὲς, οὐδὲ αὐτομάτως ἐπιμαραινόμενον, ἀλλ' ὑπὸ λόγου τινὸς χρηστοῦ θεραπευόμενον. Alicubi verò τὸ θυμοειδὲς pro ipsa ira ponitur. Laertius, τὸ μὲν αὐτῆς λογικὸν μέρος τοῦ τῆ κεφαλῇ καθίδρυσθαι ἔφη· τὸ δὲ θυμοειδὲς, τοῦ τῇ καρδίᾳ· τὸ δὲ ὅπη θυμικόν, τοῦ τῇ ὀμφαλόν. Pro quo apud Cic. est, Plato triplicem finxit animum: cuius rationem, in capite, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. VNDE Θυμοειδῶς, Animosè: item Iracundè. Herodian.l.4, ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἐμετεωτῶς τὰ πάντα καὶ θυμοειδῶς ἔφερε, asperius ferociusque gerebat, Polit. interpr.

C. Θυμολέων, Leonis instar animosus, Leonino & magno animo præditus. Il.η, Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα. Quæ eadem verba Hesiodus habet in Theog. ET Θυμολέαινα, fœm.gen. Leonino & magno animo prædita. in Epigr.

C. Θυμόμαντις, Qui animo futura prospicit, Vates. ψυχόμαντις, σωνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα. Hesych.

C. Θυμομαχέω, ῶ, Infeso animo bellum gero. Bud. ex Act. Apost. 12, ἦν δὲ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις. Plut. in Dem. 287, οὐδὲν ὄζιον λόγου προφέρων ὁ Δημήτριος, ὅμως ἐθυμομάχει πρὸς αὐτούς. Diod. in hist. Alexandri, καὶ μέχρι τῆς ἐρᾶτης αὐτοῦ θυμομαχοῦντες, τὸ ζῆν πρότερον ἢ τοῦ δρᾶν τοῦ ἐλίπον, iratis animis ad extremum vsque spiritum depugnantes. Quo sensu accipi posse videtur etiam id quod ex Polybio citat Suidas, οἱ δὲ τὰ μὲν ἀπαλλοῦσι τῆς ἐλπίδος, τὰ δὲ θυμομαχοῦντες, ὅτι τινὰ προέσασι καὶ τοῦτο. Ipse verò Suidas ibi exponit ἀλλομοιοῦμενοι τοῦ ψυχοῦ, quod Bud. improbare videtur. Eustathius aliam etiam dat huic verbo significationem. exponens enim apud Homerum ἐπὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ, scribit ἐμπεσεῖν esse vocabulum militare, quo significetur πολέμιον τὸν χόλον εἶναι τῆς πάθεσι: atque inde quosdam dici etiam θυμομαχεῖν.

C. Θυμοραΐστης, ου, ὁ, Animum destruens. idem quod θυμοφθόρος. Il.π, — ἀμφὶ δὲ μιν θάνατος χύτο θυμοραΐστης. Il.σ, δηΐων ὑπὸ θυμοραΐστεων.

C. Θυμόσοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ipse sibi animi sui acumine peritiam alicuius rei cõparauit, nõ ab alio didicit, Indole ingenii præstans, Ingeniosus. Aristoph. Neb. θυμόσοφός ὅστι φύσει. Quibus verbis probationis loco subiicit, Εὐθὺς γέ τοι παιδάριον ὢν πωνοῦντι, Ἐπλαττεν ἔνδον οἰκίας, τοῖς τ' ἐγλυφεν· Ἁμαξίδας δὲ σκυτίνας ἐνάλλετο. Plut. Artox. de Paryfatide, τά τε ἄλλα θυμόσοφος ἦν καὶ δεινὴ κυβεύειν. de qua aliquanto post, νοῦν ἔχουσα καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον. Et θυμόσοφον θεῖον, in vulg. lex. Humanæ intelligentiæ partem habens. Eust. apud Homerũ in illo Il.μ, ὃς σάφα θυμῷ Εἰδείη τερέων, de vate dicto, periphrasticè exprimi scribit hoc θυμόσοφος: nam esse θυμόσοφον τὸν μὴ ἄλλοθεν ἀλλὰ φυᾷ, ὅ ὅστιν θυφυΐα, τῇ κατ' αὐτὸν, σοφόν. VNDE Θυμοσοφικὸς, ὸν, ὁ, idem quod θυμόσοφος. Aristoph. Vespis, de filiis Automenis, quos χειροτεχνικοπάτρας appellat, Εἶτ' Ἀειφεύδην [ἐφύτευσας] πολύ τι θυμοσοφικώτατον. quod explicans subiungit, Οὐ πνὰ πότ' ὤμοσε μαθόντα τοῦδε μηδενὸς, Ἀλλ' ἐπὶ σοφῆς φύσεως αὐτόματον ἐπιμαθεῖν Γλωττοποιεῖν.

C. Θυμοφθόρος, ὸν, ὁ καὶ ἡ, Animo perniciosus, Animum lædens & labefactans. Od.ε, — ὄφρ' ἔτι τοι θυμοφθόρα φαρμακ' ἐνείκω, Ἐν δὲ βάλω κρητῆρι, καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ, pharmaca animo exitialia, seu quæ rationis vsum adimant, ac sic perniciem extremam inferant. Odyssea δ, Τῷ δ' ἄχος ἀμφεχύθη θυμοφθόρον. Od.κ, Ὄφρά μοι ἐν κάματον θυμοφθόρον εἴλεπ γυῖα. Hes. Erg. Μηδέ ποτ' οὐλομένῳ πενίην θυμοφθόρον αἰδοῖ Τέτλαθ' ὀιδίζειν, animo & vitæ pestiferam.

C. Θυμαλγὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Animo dolorem afferens. Od.υ, Οἱ δήμοι καμάτῳ θυμαλγέϊ τρυώατ' ἔλυσαν. Od.σ, Λώβης ἴσχεσθαι θυμαλγέος. Od.ψ, ἦ μάλα τόν ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες. Od.θ, θυμαλγὲς μῦθον ἄκουσε.

C. Θυμαρὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Animo cõueniens, hoc est gratus, Animo placens. Aliquoties apud Homerum, — ἔχων ἄλοχον θυμαρέα. Pro quo, verso α in η, DICITVR Θυμήρης, accentu in penultimam retracto. Od.κ, — λό' ἐκ πείπεδος μεγάλοιο Θυμῆρες κερόασσα κρατὸς τε καὶ ὤμων. Et θυμήρεις αὐτῷ φίλοις apud Herodian.l.8, carissimos. Dicitur verò ET Θυμάρμενος, quod eiusdem & originis & signif. est. Nic. Alex. θυμάρμενον εἴαρ. i. θυμηρέσαν, animo gratum.

C. Θυμηγερέω, Animum recolligo, θυμὸν ἀγείρω, vt Homerus aliquoties loquitur. Od.η, Ἐκ δ' ἔπεσον θυμηγερέων. hoc est νέον ἐσαγειρόμενος θυμὸν, vt alibi ait, recolligens nouum animum, seu recolligens animi vires collapsas, Recolligens animum qui iam defecerat.

C. Θυμηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Animo gratus & iucundus, oppositum τῷ θυμαλγὴς quod præcedit. Od.π, Μηδοὶ χρήματ' ἔπειτα ἄλις θυμηδέ' ἔδωμεν. Et θυμηδέστερος κλῆρος, Sors acceptior, Sors animo gratior. cap 3 Sapient. Solomonis. VNDE Θυμηδία, ας, Animi iucũditas & delectatio, qua videlicet animus gaudio & lætitia perfunditur. Plut. Symp. 7, ἴσοι πολλῆς ἐν αὐτοῖς ἀφροσύνης καὶ θυμηδίας παρούσης, ἔξωθεν ἐπαίειν τὰ τέρπνα φιλοσοφοῦσι. Eupolis apud Athen. l.7, τοῦδε τοῦδε Καλλίᾳ πολὺ θυμηδίᾳ, ἵνα πάρα μὴ κάραβοι καὶ βαπδὲς, καὶ λαγῷ, καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. A Bud. exponitur Animus hilaris & voluptate perfusus, item Oblectamentum, citante ex Galeno ad Glauc. ὀργὴ δὲ καὶ λύπη καὶ θυμῷ αἰτιοῦται χρὴ τοῦ ἐν λόγοις τε καὶ τοῦ ἔρωτα καὶ θεάμασι καὶ δίνημασι θυμηδίαν. Plut. in Homero, de locis comicis & ad risum prouocantibus apud Homerũ, vt sunt, Martis & Veneris deprehensio, Thersites vapulans, Τοιαῦτα μὲν ἡ θυμηδία τοῦδε τοῦ ποιητοῦ δυείσκετο. Dicitur autem θυμηδία à θυμηδὴς, vt ἀνδία ab ἀνδής.

C. Ἀγριόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Agresti & fero animo præditus. ἀγριόψυχος, θηριώδης, Hesych.

C. Ἄθυμος, ὸν, ὁ καὶ ἡ, Qui non est bono animo, Qui animũ despõdet, Qui animum deiicit, vel potius Qui deiecto est animo. Quidam tamen aliis modis reddiderũt. sed illæ interpretationes mihi magis placent in quibus etiam nomen Animus habetur, vt planè exprimatur vis huius vocabuli, compositi ex θυμὸς, id est animus, & α priuatiuo: adeo vt ἄθυμος, ad verbum sonet Carens animo, id est, Gallico loquẽdi genere, Qui perdidit cor. Anxius etiam exponitur. Suidas ἄθυμον apud Platonẽ Pol.5, ait significare ἀθυμήτου, id est λελυπημένον, mœrore affectum. Apud Xenophontem ἄθυμος videtur opponi τῷ εὔθυμος, (vt ἀθυμίαν & εὐθυμίαν opponit) vt sit Minimè alacer, Nõ alacri animo faciens aliquid. Pæd.5, de militibus loquens, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ αὖ ἀθυμότεροι γίγνοιντο· οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ θρασύτεροι. id est Boni, minus sint alacres. Quidam exponunt, Animum magis demittant. Ex qua expositione sequeretur, illos iam antea demittere animum.

Ἄθυμος, Non animosus, Pusillanimis, apud Aristotelem Pol 7, opponentem θυμοῦ πλῆρες siue ἔνθυμον, & ἄθυμον. Suidas ἄθυμοι exponit τοῦ ψυχοῦ κακοὶ, i. Ignaui, Timidi, hoc in loco, οἱ δὲ γραφόντες, καίτοι ἄθυμοι δοκοῦντες, καὶ τὰ σώματα ποιοῦντες ἐν τῇ τοιαύτῃ μάχῃ. Vbi tamẽ videtur posse exponi ἄθυμοι vt in loco Xenophontis proximè præcedente, Non alacres. Apud eundem Suidam ἀθυμότερος grad. comparat. explicatur ἀψυχότερος, κακοψυχότερος, id est Ignauior, Timidior. Ab Erasmo ἄθυμος exponitur etiã Nihil ira cõmotus: sed exemplum huius significationis desidero.

A. Ἄθυμος, (q.d. Absque animo) Animo deiecto, Anxié. Xenoph. Pæd.3, καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι, δεδιότες μὴ ἡττηθῶσιν, ἄθυμοι διάγουσιν. Id est, Et qui pugnaturi sunt, metuentes ne superentur, animo sunt deiecto. vel In anxietate versantur. ἀθύμως διακεῖσθαι apud Isocr. in Pan. Despondere animum, Spem omnem abiicere vel abiecisse. Idem ad Nicoclem ἄθυμος ἔχοντας & φοβουμένοις copulat. Dicitur & ἀθύμως ἔχειν πρός τι, pro Desperare de re aliqua. vt apud Xenophontem, ἀθύμως ἔχω πρὸς τοῦ τῶν φίλων κτῆσιν, Despero de comparandis amicis.

A. Ἀθυμία, ας, ἡ, à Budæo exponitur Animi deiectio, Tristitia, Anxietas, Desperatio, Affectus hominis animum despõdentis, & qui meliora non sperat. Idem in Com. Ling. Gr. ait, θυμὸς est animi præsidentia, Animus vehemens: quos animos Latini vocant. cui ἀθυμία opponitur. Hæc Budæus. Priorem hanc significationem habet ἀθυμία in hoc Æsch. aduersus Cres. loco, εἰς τοῦ ἐρᾶτοῦ ἀθυμίαν ἐνέπεσον. Item apud Xenophontem hic, οἱ δ' ἔξω ἐν πάσῃ τῇ ἀθυμίᾳ ἦσαν. Apud eundem ἀθυμία est contrarium εὐθυμίᾳ, id est alacritati, animo alacri. X. Pædiæ 1, λέγων ὅτι τὸ παῖν διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ εὐθυμίᾳ ἀθυμίας, id est, dicens planè interesse in omni negotio, adsit alacritas animi, annon.

A. Ἀθυμέω, ῶ, Fut. ήσω, Per. ηκα, à Budæo in lex. exponitur, Animum despondeo, Animo deiecto sum, Alacritate animi defectus sum. Idem in Comm. linguæ Græcæ, exponens αλύων apud Plutarchum, quasi Spe deplorata confectus: subiungit, Supra pro eodem ἀθυμῶν dixerat & ἀπειρικῶς. Hæc Budæus. Exponitur etiam ἀθυμῶ non malè (meo quidem iudicio) Animo concido, Animo succumbo, Animo debilitor, Animum abiicio. Isocrates in Euagora, τὴς οὐκ ἂν ἀθυμήσειεν, ὅταν ὁρᾷ &c. vbi absolutè ponitur. at in Panath. ab eodem cum datiuo, interiecta præpositione ὅτι, quum dicit, οὐ μὴν ὅτι τοῦτοις ἀθυμήσας, εἰκόμην ῥᾳθυμεῖν. Datiuo autem sine præpositione iunxit Demosthenes Philipp. 1, οὐκ ἀθυμητέον τοῖς παροῦσι πρᾶγμασι, Non oportet animo esse deiecto ob præsentem rerum statum. vel Non oportet animum despondere. Fortasse etiam exponi possit, Non oportet pro deplorato habere præsentem rerum statũ. nam animum despondemus de iis vel ob ea quæ pro deploratis habemus. Iungitur & accusatiuo apud Thucydidem libro 6, ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἴσθι καὶ παυσθῆναι κἀθυμοῦμεν τοῦ πέλας τοῦ. i. Non expauescimus finem imperii nostri, vt quidam exponunt. Sed verti etiam potest, Non despondemus animũ de fine nostri imperii. Apud eundem ἀθυμῶ cum infinitiuo iunctum est, libro 7, ἀθυμῶ ὅτι χειρῶσαι pro ὀκνῶ aut δέδοικα, vt vult eius scholiastes. Apud Sophoclem itidem pro δέδοικα, id est Timeo, cum particula μή: δεινῶς ἀθυμῶ μὴ &c. quanquam non simpliciter Timeo exponendum puto, sed Anxius sum metu, Angor metu ne &c. Et quasi exanimor metu, sequendo etymologiam vtriusque verbi: nam exanimor ab Animus, vt ἄθυμος à θυμὸς factum est: priuante illic particula ex, vt hic litera α.

Ἀθυμέομαι, ούμαι, pass. idem quod actiuum ἀθυμῶ. Hesychius ἀθυμούμενος exponit λυπούμενος, id est, Qui mœrore afficitur.

Ἀθυμήτης, ου, ὁ, Anxius, Mœrore affectus, apud Suidam in Ἄθυμος. Fieri autem dicemus ex ἠθύμηται tertia præteriti ab ἀθυμέομαι: vt à prima ἠθύμημαι fieret ἀθύμημα. sed haud temere alibi reperias hoc nomen ἀθυμητής. ita enim malit fortasse aliquis scribere quàm ἀθυμήτης.

c.2. Καταθυμέω, pro λίαν ἀθυμῶ, Animo concido & labasco. Budæus ex Xenophonte, ὥστε ὁ μὲν δῆμος παντελῶς κατηθύμησεν.

C. Βαρύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Graniter animo affectus. Synes. ep. 44, βαρυθυμότερον τὴν ἠδικημένον κατέστησι, grauius afficit animum eius qui iniuriam passus est, seu Multo acerbius iratum reddit eum qui læsus est. Plutarch. Alex. ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χαλεπότης, δυσζήλου καὶ βαρυθύμου γυναικὸς, ἔπι μείζοις ἐποίει, morosæ ac difficilis fœminæ. VNDE Βαρυθυμία, ας, ἡ, Animus grauiter affectus, Animi ægritudo. Plut. ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας, Præ animo ægro. Bud. ET Βαρυθυμῶ, Grauato animo fero, Indignor. Bud. ex App. ὁ δὲ Μίλων βαρυθυμῶν, ὡς ἀπίστου τοῦ αὐτὸν γυμνοῦσθαι Πομπηΐου, ὅτι τὸν Λαβίνιον παιδίον ἐξῄει. Idem apud Plutar. βαρυθυμούμενος interpr. Ægrè ferens: apud quem Sympos. lib.9 est, ὁρῶν ἀποσωπῶντα καὶ βαρυθυμούμενον.

C. Γλυκύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dulcedine animum afficiens. idẽ ferè quod θυμηδὴς. Aristoph. Ὕπνος σ' ἀπίστω γλυκύθυμος ὀμμάτων, Somnus animo gratus. νήδυμος ὕπνος, vt Homerus appellat. Item Delicatus, Qui nulla non dulcedine animum effœminat: in malam partem. Luc. Hermot. ὡς οἱ Ἐπικούρειοι γλυκύθυμοι καὶ φιλήδονοί εἰσιν. ‖ Γλυκύθυμοι, Placido & miti animo præditus. Il.υ, Οὐ γὰρ τι γλυκύθυμος αὐήρ ἐοῖ, οὐδ' ἀγανόφρων, Ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς. VNDE Γλυκυθυμία, ας, ἡ, Animi suauitas, Animi dulcedo. idem ferè quod θυμηδία. Synes. epist. 57, οὐκ ἐπὶ τῆς σωνήθους ἐν ὀλίγῃς γλυκυθυμίας ἠθυμίω, non amplius consuetam in orationibus suauitatem sensi. Idem epist. 79, de se loquens, καὶ πολὺς αὐθρωπίνης καὶ πάσης γλυκυθυμίας ἀπολελαυκώς, Hilaritatẽ animi lætitia perfusi. Bud. in terpr. Et in malam partem pro deliciis seu voluptatibus animi. Idem epist. 105, εἰ μὴ τις εἴη καταπεπλασμένος σωίοις τε καὶ πρὸς ἅπασαν γλυκυθυμίαν ἀνένδοτος, Et vlli animi suauitati nunquam cedens. ‖ Γλυκυθυμία, (vt idem Bud. scribit) in vitio à Plut. ponitur pro Ignauia & inertia quæ laborem respuit. Sic à Plat. De leg. p. 22 accipitur. ‖ Item Animi placiditas & quasi dulcedo, seu (vt B. interpr.) Clementia. Plut.

C. Διαθυμία, ας, ἡ, Animorum dissensio, Dissidium, Discordia, διάστασία, Hesych. Fit quasi à δίθυμοι, Qui animis dissident.

C. Διχόθυμος, ὸν, ὁ καὶ ἡ, Dubius animi, Qui animum in duas quasi partes scissum habet. Ab Hesychio exponitur διβόλος.

C. Δυσθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauiter animo affectus. idem quod βαρύθυμος. Ab Aristot. in Probl. 104, δυσθυμος & δυσέλπις pro eodem fermè ponuntur, quasi Anxius & diffidens fortunæ, vel Mœrore plenus, vt ἄθυμος. B. Dicit autẽ Aristot. οἱ μὲν παῖδες ἀθυμότεροι, οἱ δὲ γέροντες δυσθυμότεροι. Et paulo antè, τὸ μὲν γὰρ ἐξεστὶ δύο ἐλπίδος ἐστὶν, ἡ δὲ νεότης ἐλπίδος πλήρης. Sophocl. Aiace, σὰ δὲ δυσθύμῳ πάντοτ' αἰεὶ ψυχᾷ πονεῖς, Animo tuo miserè afflicto & mœsto. Et in Elect. οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις δύσθυμος, Animus meus ob ea quæ facta sunt, nullo mœrore afficitur: vel Nulla pœnitudine ducitur. Et neutro g. τὸ δύσθυμον, Animi ægritudo, Animi mœror. Plut. Pericle, τὸ δύσθυμον ἀνεὶς καὶ ταραμυθούμενος. VNDE Δυσθυμία, Ægro animo, Cũ animi mœrore. Plutar. Fabio, δυσθυμίας τε καὶ πεφοβῶν διακειμένων ἁπάντων, omnium animis mœrore & timore perculsis. ET Δυσθυμία, ας, ἡ, Animi mœror. Aristot. Probl. δυσθυμίας ποιεῖ ἀλόγους. Item, οὐ δυσθυμίαν λαμβάνοισι. Plut. Artox. Τοσαύτην ἀνέβαλον ἀσίαν ἀπὸ καὶ τοσαχῶ καὶ δυσθυμίαν εἰς τοὺς λογισμοὺς, ὥστε φάρμακον σε θαύσαι τὴν ταναστμῶν, καὶ πόνοι, τοῦ ζῆν σπαλλαχῶν. Herodianus l.8, παντὶ δὲ τῆς ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὴν σραπὴν κατηχούσης. Et l.6, ὡς μεγίστη ἐνεῖκεν δυσθυμίαν τῇ σραπῇ, vt maximum exercitui mœrorem attulerit. ET Δυσθυμέω, ῶ, Animum despondeo. Tristor. Budæus ex Plut. Tim. δυσθυμῶν τῆς ἐλπίσιν, ἐπιεῖς εἰς Ἰταλίαν. Item, μὴ δυσθυμεῖ, Ne despondeas animum. Ne mœrore animus tibi consternetur. Citatur etiam pass. δυσθυμοῦμαι, Sum ægro animo, ex Eurip.

C. Ἐκθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui animo prompto est, Alacris, Vel Ex animi affectu proficiscens. VNDE Ἐκθύμως, Ex animo, Promptè, Alacriter. ἐκδεδεμένως, ἐκθυμῶς, vt Eustathius exponit. Philo De vita Mos lib.1, τοῖς μὲν δυνοίας τοῦ φιλεῖν ἐκθύμως, τοῖς δ' ὀλιγεστάτοις, αὐθ' ἅν δὲ ἔπαθεν, ἠμείβετο, Pietate & amore flagrantissimo prosequendo, Toto pectore amando. Et apud Suidam, ἠγωνίζετο πρὸς ἐκθύμως, id est πρόθυμως, Alacriter. Herodianus libro 4, σωεὶς ὅτι οὐκ ἄλλως Ἀρτάβανος ἐκθύμως μάχεται, Acriter pugnat. Lucianus, ἐκθυμῶς παῦ ἐρίζοντες, Admodum acriter, vel Magno cum animi feruore & contentione,

Pertinaci contentione. Quibus in locis capi potest in altera signific. τὸ θυμός, qua pro ira ponitur. Quo certè modo capitur apud Herodianum l. 3, πάντα μὲν ἐνθύμως προσέφερον, ὀργῆς ἢ ἥδονῆς ὧν φύσει, irato & infenso animo omnia gerens. Apud Philonem autem De vita M. lib. 1, μὴ πρὶν λαπὴν καταστήσῃ κακὸν οὕτως ἐνθύμως ἀπιόντα τοῖς χρησμοῖς, Turn. interpr. Sic improbè diffidentibus oraculis. ET Ἐνθυμία, ας, ἡ, Animi promptitudo. προθυμία. AT Ἐνθυμέω, quod ex Isocr. citat quidem Bud. sed non interpretatur, si mendosum non est, pro ἀθυμέω, hoc est Animum despondeo, poni videtur: ὥστ' οὐκ ἐνθυμεῖν δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύοντας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς ἀνοήτους. A B

C. Ἔνθυμος, ον, ὁ καὶ ἡ, In quo animus est, Animosus. Aristot. Polit. 7, c. 7, τὸ τῶν Ἑλλήνων ἔθνος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μαλακὸν καὶ τοῖς τόποις, οὕτως ἀμφοῖν μετέχει. καὶ γὰρ ἔνθυμον καὶ διανοητικόν ἐστι, hoc est θυμοειδὲς, καὶ θυμοῦ πάρεστι, vt ibidem loquitur: opponens ei ἄθυμος, hoc est Pusillanimis, seu Non animosus.

Ἐνθυμόομαι, οῦμαι, In animo verso, seu voluto, Animo cõcipio, Animaduerto. Item Considero, Expendo, Reputo. Cum genit. vel accusatiuo. X. Apomn. 1, ὅσα ὑπὲρ πάντες ἡδέσαν, θαυμαστὸν εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν. Et 2, νὴ Δία οὐ ἄξιον ἐνθυμεῖσθαι τούτων. Sic Isocr. ad Phil. ὧν ἐνθυμούμενός σε καὶ μὴ θεωρῶν θαυμάζω φημί. Et alibi, ὧν ἐνθυμεῖσθαι χρὴ &c. Cum accus. autē, vt Thuc. lib. 2, καὶ αὐτοὶ ἤδη κρίνομέν τε ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα. Demost. in Midian, πόσῳ οὖν τούτων ὑμᾶς ἐνθυμεῖσθαι δεῖ; Itidem Isocr. ἐπειδὰν ἐνθυμηθῶσι τοὺς φίλους καὶ τοὺς κινδύνους. Nonnunquam etiam sequentem habet particulam ὅτι. vt apud Plat. epist. 4, ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δικαίας ποιῶ &c. Aut etiam διότι. vt Isocr. ἐνθυμοῦ δὲ διότι ἐνδέχεται. A Thucydide autem iungitur etiam participio, & dicitur οὐκ ἐνεθύμηται ἐπαυρόμενος pro οὐκ ἐπύθετο. ‖Sed his addo, videri mihi aliquando οὐκ ἐνεθυμήθη accipi pro In mentem mihi non venit. vbi sequentem habet infin. vt apud Demosthenem, οὐδ' ἐνεθυμήθη φησὶ λύσασθαι. D

Ἐνθύμημα, ατος, τὸ, Animi conceptus, Sensum vel Sensus. vt apud Alcid. καὶ τὰ χρήματα χρήσασθαι καὶ τοὺς ὀνομάτων καὶ τοὺς ἐνθυμημάτων ἀπορίᾳ. Sic apud Isocr. & Halicarn. ἐνθυμήματα sæpe pro sensis & sententiis, id est αἰνίγματα τῶν ὀνομάτων. Item ἐνθύμημα. Argumentum & sententia oratoria. Cicero in Topicis, Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi ἐνθυμήματα appellant: non quòd non omnis sententia proprio nomine ἐνθύμημα dicatur: sed, vt Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suũ, sic quum omnis sententia ἐνθύμημα dicatur, quia videtur ea quæ ex contrariis conciatur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet. Vide & Quintil. item apud Græcos Aristotelem & Hermog. Vide etiã Budæum pag. 693, vbi in er alia ex Hermog. docet ἐνθύμημα esse acrius epicheremate. ‖Ἐνθύμημα Bud. vertit etiam Commentum: item Inuentum, seu Memorabile inuentum, apud Xenophontem, ἐνθύμημα πολλοῦ ἄξιον. HINC Ἐνθυμηματικός, Constans enthymemate seu enthymematis, aut Enthymemata cõtinens. vt ἐνθυμηματικὴ ῥητορεία, Aristot. Quibus enthymemata adhibentur. Et ἐνθυμηματικὴ τρόπος, Hermog. Periodus enthymemate conclusa. ‖Aliquis autem dicitur ἐνθυμηματικὸς, id est Acer in argumentationibus & argutus orator, apud Aristot. Vide B. 693. Et Ἐνθυμηματώδεις, Commentationibus pleni. In v. l. BICOMP. Ἐπιθύμημα, Hermog. Enthymema enthymemati additum. ET Ἐπιθυμεῖσθαι, AC Ἐπιθύμησις itidẽ de enthymematis vnius ad alterum adiectione. Vide Bud. pag. 694. DIMIN. Ἐνθυμημάτιον, Commentatiũcula. Argutulum dictum. Bud ex Gell. l. 15. in prin. E F G H

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, Cogitatio, Consideratio. Item Cõmentatio. Thuc. lib. 1, δείσας τὴν ἐνθυμήσιν τινὰ ὅπως οὐδεὶς πω ἀφίκετο. Nam ἐν τῷ μεταξὺ νοῦ καὶ ἐνθυμήσεως καὶ ψυχῆς διάφορον ὀλίγον τι καὶ τοιοῦ.

Ἐνθυμητικός, Promptus ad excogitandum, seu comminiscendum. Vide Bud. p. 327.

C. Εὔθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui bono animo est, Qui hilari & læto ac securo animo est, oppositum τοῦ δύθυμος. Aristot. Problem. 104, τὸ δὲ θερμὸν τὸ τοῦ τόπου ὡ φρονοῦμεν καὶ ἐλπίζομεν, ποιεῖ εὔθυμος. Et paulo pòst, διὸ καὶ οἱ μὲν παῖδες εὔθυμότεροι, οἱ δὲ γέροντες δυσθυμότεροι. Xen. Pæd. 6, de Cyro milites adhortãte, ὑμᾶς δὴ ἐγὼ βούλομαι αἱμάσσειν ὧν μοι δοκεῖτε μεμνημένοι πολὺ αὖ εὔθυμότεροι εἰς τὸν ἀγῶνα ἰέναι multo alacriore & hilariore animo præliũ inituri. Herodian. lib. 6, εὔθυμότερος δὲ καὶ ἀδεέστερος ἐρρώμενος, ἀνεμνήσθη αὐτοῦ τῆς τοῦ τὰ πολεμικὰ φροντίδος, τοῦ τῆς πόλεως ἐκχολάζε τρυφῆς, Hilarior iam ac liberior. Item, Qui benevolo ac benigno animo est, εὐμενής. Od. ξ, Οἷά τε οἱ οἴκοθι ἄνακτος εὔθυμος ἐδώκεν. VNDE Εὐθύμως, Bono ac hilari animo. Autor Axiochi, δεῖ ὅσῃ κῶς δεξαμένους, εὐθύμως μονονουχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι, Alacriter propemodum pæana canentes mortem oppetere. Xenoph. Pæd. 2, τοῦτό με εὔθυμος εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς τοὺς δὲ παρορμᾷ. Et Pæd. 8, τοὺς κινδυνεύοντας εὐθύμως αὐτοὺς φέροντας, Bono ac forti animo. Synes. epist. 142, εὔθυμος δεδιώτης, Animo tranquillo & læto viuas. ET Εὐθυμία, ας, ἡ, Bonus animus, Animus hilaris & lætus, seu Animi hilaritas. Cic. interpr. Securitas, Animi tanquam tranquillitas, Animus terrore liber: vt ostendet tibi Lex. Cic. Xen. Pæd. 4, ἔπειτα καὶ ἄνω χοῦπτε καὶ πόλοῦπτε καὶ πάσης εὐθυμίας ἐνεπίμπλαντο. Eodem lib. καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτοῖς μὴ πάλιν κινδυνεύειν. καὶ γὰρ αὐτός τε πρὸς εὐθυμίαν ἐτύγχανεν ὤν. Et lib. 1, διαιτᾶτο μὲν αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ὅτι τοῦ δέπνου. Synes. ep. 14, ἐρρωμένως δεδιώτης, φιλοσοφίας εὐθυμίαν φυτανεύουσης ἀκμόνα, Animi tranquillitatẽ suppeditante. ET VERB. Εὐθυμέω, ῶ, Bono & læto animo sum, lætẽ In mentis tranquillitate sum, vt Bud. apud Plut. πρὸς εὐθυμ. interpr. 466, δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα μήτε πολλὰ φρόνεῖν μήτε ἰδίᾳ μήτε ξυνῇ. Sic etiam p. 470. Pass. etiam dicitur εὐθυμεῖσθαι, itidem pro Bono ac hilari esse animo, seu (vt Bud. interpr.) Alacrẽ esse & gaudio perfusum. Xen. Hellẽ. 7, εὐ ἐπεποιηκὼς τὸ τῷ εὐθυμοῦσθαι, καὶ ἀνορᾶς καὶ παιᾶνας, ὡς εἰρήνης ἐρρωμένης, ἐπιόντος. Plut. Sertorio, εὐθυμεῖσθαι τοῦ καλῶς ἀγαθὸν πεπυσμένοις. Sic idem in Mario, 139. Aristot. Rhet. 2, ὀργίζονται δὲ καὶ ὅσοι χαίρουσι τῇ ἀτυχίᾳ καὶ ὅλως εὐθυμουμένοις ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἀτυχίαις, qui in suis ipsorum infortuniis animo sunt trãquillo & ab omni terrore libero, seu securo. A B C D E F G H

C. Ἔχθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mente præditus, vel Qui animi cupiditates coercet. Od. θ, Οὔτε κακὸν οἱ κάλλιν θυγατηρ, οὐδ' ἐχέθυμος, i. vt schol. exp. οὐ λογισμὸν ἔχουσα, ἢ δ' κρατοῦσα τῶν ὀπθυμιῶν, ἢ σώφρων.

C. Ἠπόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Benigno ac miti animo præditus. Epigr.

C. Κακόθυμος, ον, ὁ καὶ ἡ, Qui malo seu maleuolo animo est. VNDE Κακοθυμία, ας, ἡ, Maleuolẽtia, Animus malè affectus. Plut. Lyc. p. 13, συνωκειωκὼς τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ὀκ τῆς ὀπχωρεμαζούσης πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας.

C. Καρτερόθυμος, ὁ καὶ ἡ, Qui toleranti animo est, Qui animi tolerantia omnia vincit. Oyss. φ, καρτερόθυμον Φῶθ' Ἡρακλῆα μεγάλων ὀπτῆρα ἔργων. apud Hesiodum verò ἐστὶν τέκνα καρτερόθυμον, exponitur Pertinacem.

C. Λειπόθυμος, ὁ καὶ ἡ, Animo deficiens, Animo defectus, seu Quem animus deficit. VNDE Λειποθυμία, ας, ἡ, Animi defectio, Animi deliquium. Plut. Alex. ταῖς λειποθυμίαις ἔγγιστα θανάτου σωκλωνούμενος. Item, καὶ τὰ τοῦ ἄθησιν ἀσαφῆ καὶ μικρὰ κομδῆ γλυκέδαι λειποθυμίαν ὀπτε σουσης. Alex. Aphrod. lib. 2 Probl. ὄξος καὶ γλίχων αἰακτᾶται λειποθυμίαν. ET Λειποθυμέω, ῶ, Animo deficio seu deficior. Dioscor. l. 3, c. 36, de pulegio, λειποθυμοῦντά τε αἷμα κᾶται σὺν ὄξει. Plinius de mentha, Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo, cum furculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis.

C. Μακρόθυμος, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Lõganimis) Qui iram differre & cohibere nouit: oppositum τοῦ ὀξύθυμος. Lenis, Clemens. Item Patiens, Parienti animo tolerans. Pallad. lib. 2, Epigr. Ἀνήσασον ἐμοί τις ὄνον μακρόθυμον ἔδωκεν Tolerantem laboris. VNDE Μακροθύμως, Iram differendo, seu Patienter. Act. Apost. c. 26, μακροθύμως ἀκούσαί μου, Æquo animo seu patienter audias me. ET Μακροθυμία, ας, ἡ, Iræ dilatio, Tolerantia. Ephes. 4, μετὰ μακροθυμίας ἀνεχόμενοι ἀλλήλων. Coloss. 3, Χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν. Et c. 1, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν μετὰ μακροθυμίας, Ad omnẽ tolerantiã & animi lenitatẽ. ET Μακροθυμέω, ῶ, Irã differo, Patiẽter fero. Matt. 18

μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω, Differ irã ergo me. Luc. 18, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, quantũuis tardus videatur in vlciscendis iptorũ iniuriis. Vtitur hoc vocabulo Plutarchus etiam pro Durare cor, vt Plautus loquitur: seu καρτερεῖν. Locus est in libro De Socr. dæm. vbi eos qui hanc vitam degunt, comparat natatoribus qui è mari ad litus contendunt, ὀξαμιλλᾶσθαι καὶ μακροθυμεῖν δι' οἰκείας πειρωμένους ὀρθῆς, σταλεῦσθαι καὶ τυγχάνειν λιμένος. quod quasi explicans subiungit, ἥπερ οἱ ἀνήδη δεδαμείων ῥηγνύσεων ἡμᾶς νισόμενοι μακροῖς ἀγῶνας οὐ καὶ πρὸς θυμὸς ψυχὴ, τὸ δὲ ὁ συμπαθανομένης κινδυνευόντα καὶ φιλοπονοῦντα τὸν ἔμβασιν ἰσοῦσθαι πολλῷ αὖρ φέρεται. A B

C. Μεγαλόθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Magnanimus, Magno & celso animo præditus. idem quod μεγαλοψυχος. Plato 2 De rep. πολεμικὸν ἅμα τρόπον καὶ μεγαλοψυχον ἢ ὁ θυμοειδὴς. PRO QVO Μεγαθυμοειδὴς eadem signif. vt urpa. PRO QVO Μεγαθυμος dicunt poetæ metri gratia. Il. υ, Ἀχιλλῆος μεγαθυμου. Od. ν, μεγαθυμος Ἀθήνη. Od. ο, Νεοπτόλεμε μεγαθυμον. Quid autẽ μεγαθυμος sit, ipse de apro alibi loquens exprimit, Il. ρ, v. 21, ὅ τε μέγιστος Θυμὸς ἐν ἀνθρώποις, τοῦ δὲ τε πλεῖστα μέμηνε. C

C. Μικρόθυμος, ὁ καὶ ἡ, Qui pusillo est animo. idem quod μικρόψυχος. VNDE Μικροθυμία, ας, ἡ, Animus pusillus. Quidã Pusilla animitas. vt μικρόθυμος Pusillanimis interpr. ET Μικροθυμέω, Animo pusillo sũ.

C. Ὁμόθυμος, ὁ καὶ ἡ, Vnanimis, Cõcors. ὁμόφρων, ὁμόψυχος, Hesych. VNDE Ὁμοθυμία, ας, ἡ, Vnanimitas. Liu. ET Ὁμοθυμαδὸν, Vnanimiter, Vno animo & cõsensu. Xen. Hell. 7, ὁμοθυμαδὸν καὶ ἔπεφαίνετο καὶ ἐσφαπύοντο. Philo de vita M. l. 1, ἰδίᾳ ἕκαστον καὶ πάντας ὁμοθυμαδὸν ἐφ' ἱκετείας καὶ λιτὰς βαπτιζόμενος, & priuatim singulos & vniuersos vno cõsẽsu. Herodian. l. 2, ὁμοθυμαδὸν πάντες εὐφήμησαν, lætis acclamationibus vnanimiter exceperunt. Demosth. autẽ, quã dixit Phil. 4, ἐὰν ὑμᾶς ὁμοθυμαδὸν ὅν μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμυνῶνται, quasi ex superabundanti addidit ὅν μιᾶς γνώμης. Sed & Philo dixit ἁπάντων ἀθρόως ὁμοθυμαδὸν ὀνοσοπάντων, omnib' promiscuè vno ore & cõsensu vociferantib'. Eadem cõposit forma dicitur ET IAM Παντυμαδὸν. Toto animo, Toto pectore. ὁλοψύχως. Od. ε, v. 33, Οὐδὲ δὴ ἔστοδ' παντυμαδὸν ὀκρίωπτο, Toto animi robore, Tota animi contentione. de Vlysse & Iro luctaturis. D E

C. Ὀξύθυμος, ὁ καὶ ἡ, Qui subita & acrimonia excãdescit, Qui acerbè vehementérque irascitur, Ad iram præceps, seu Præceps animi, vt Virgil. loquitur. Aristoph. Vesp. ὁ δὲν ἡμᾶς ζῶσι ἠρεθισμένον μᾶλλον ὀξυθυμεῖν ὄντα, ὁ δὲ δυσκολώπαρον, nullũ animal irritatũ tam acri ira excãdescit. In eadem comœdia dicit ὀξυκαρδοῖ eadem signif. Aristot. Rhet. 2, καὶ θυμικοὶ καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὁρμῇ. Eodẽ libro, καὶ τὴν ὀργὴν ἥρων καὶ ἐχθρῶν, καὶ ἀνιπάλων καὶ οἱ ὀξύθυμοι καὶ παρρησιαστικοὶ, ἀλλ' οἱ πρᾶοι καὶ εἴρωνες καὶ πανοῦργοι. Sũt q ὀξύθυμος esse velint Irasci facilis, Cerebrosus: quib' vtitur Horat. Opponitur (vt scribit Galẽ) τοῦ θυμώδους, a animoso, q nõ nisi magna & iusta de causa irascitur: estq; ὀξύθυμος qui si vel leuissimè offenditur, irã ferre nõ potest & concoquere, sed statim excandescit: nec potis est iræ & animo suo moderari, sed muliebrũ more minimis perturbationibus succumbit, & protinus ardet iracundia. ideóque ὀξύθυμος pusillo, non generoso viriliq; animo præditus est. VNDE Ὀξυθυμία, ας, ἡ, Excandescentia, Iracundia, Vitium animi quo leuissima de causa irascitur. opponitur τῇ μακροθυμία. ‖Ὀξυθυμία, Sordes, Purgamentum Poll. l. 2, καὶ ὀξυθυμία, ἣν οἱ φαῦλοι ῥήτορες φασὶ καθάρματα. Et l. 6, tit. τοῦ εὐδαίμονος, Τῶν ἐν τῇ πεύδοις καθαρμῷ ἐκδυπότερος κοπρίων ὀκ ὀλιγοπότερος, εἰ χρὴ κατ' Ἡρακλεῖτον λέγειν τοῦ ὀξυθυμίαν ἀπιμόπρος, vilior abiectiórq; purgamentis. Quibus in locis vocabulum hoc fœmin. gen. vsurpatur. Reperitur verò neutro etiam gen. & plur. τὰ ὀξυθύμα: quod variis modis exponitur. Quidã n. (vt Harpocr. annotat) inter quos est & Aristarchus, ὀξυθύμα volunt esse τὰ ξύλα ἀφ' ὧν ἀπαίρχονταί τινες, dicta ὑπὸ τῶν ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι, Cruces è quibus suspenditur & strangulatur aliquis. Nonnulli (vt Hesych. scribit) volunt esse τὰ καθαρτήρια καὶ ὑπόπτυα ξύλα, ἃ τῶν εἰς τὰ βιβλία δοῦς ὑποτρέφουσι καὶ θαλόοντες τὰς οἰκίας. Hyperides in orat. cõtra Demadẽ, τοῦ δ' πολλοῦ αὖ δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις ἠπάλησα θείη ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς. Eupolis, ὃν χρὴ ὀν τοῖς πεύδοις καὶ τοῖσιν ὀξυθυμίοις πρὸς τὸ σῶμα τοῦ πόλεως καθε- A B C D E F G H

σθαι τοῦ πτερεγόπα. Addit Harpocration, ὀξυθύμια à Didymo exponi τὰ καθάρματα καὶ ὑπολίματα. hæc enim solere efferri in triuia quum domus expurgantur. Idem hæc subiungit (quibus aliquid mendi subesse videtur) ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι τῷ Δημοσθένους, τὰ ἐν τοῖς πεύδοσι φησὶν Ἑκαταῖος πυῦτα καὶ θάρσα ἔφερον πτερεῖς, ἃ ὀξυθύμια καλεῖται. Quæ duæ expositiones posteriores cum Pollucis explicatione conueniunt: quemadmodum Suidas quoque scribit, ὀξυθυμία vocabantur Athenis purgamenta æriũ quæ noctu in triuiis exponebantur. Ab ὀξύθυμος autem est ET IAM Ὀξυθυμέω, Iræ impotens sum, Præcipiti ira excandesco. Aristoph. Vesp. ἐπὶ κλέπτοντι κέλθοντ, ὀξυθυμηθεῖσά μοι, ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καὶ θέσαμαι πεφαντίδα. Ab ὀξύθυμα autem EST Ὀξυθυμίας, οῦ, ὁ, idem quod ὀξύθυμος, seu ἰξύχελος. Poll.

C. Περιθυμος, ὁ καὶ ἡ, Ira valde accensus, Qui ira valde excanduit. Plut. Mario, ὀνόματα κατὰ πάντα μετὰ ξιφῶν καὶ πελέκεων, δεινὸν ἐπεστρέφετο καὶ περιθυμον. VNDE Περιθυμος, Accensio animo. vt περιθυμος ἔχων, Ira percitus. Æschyl. μέμφεται τοῖς νέφεσι περιθυμος in feros infenso seu ira accẽso animo incusare. vel Supramodum, ὑπερβαλόντως, vt schol. exp. Apud Plat. autem in Tim. περιθυμος ἰρᾷ v. l. interpr. Exultat, Efertur. C

C. Πρόθυμος, Animum alacrem habens [ad aliquid,] Qui prompto & erecto est animo: vel simpliciter, Promptus. Est autem duplex nominis huius in ista signific. constructio. Dicitur enim πρόθυμος εἶναι πρὸς τινὰ, & πρόθυμος εἶναι τινὶ τοῦ. Aristoph. πρόθυμος εἰς τὰ πράγματα. Thuc. πρόθυμοι πάντες εἰς τὴν ἀρχαίαν. Demost. Pro cor. δεῖ πάντας οὖν, εἰ μὲν καὶ πρόθυμοι οὗτοι τὴν ἡμᾶς. Sed interdum etiam πρόθυμος sine adiectione ponitur: vt apud Thuc. lib. 1, βουλοῦμαι δὲ ὑμῶν πρόθυμοι εἶναι, si velitis ista alacriter & strenuè capessere. Item προθυμότερος, Magis incitatus ad aliquid agendum. Plut. Et τὸ πρόθυμον substantiuè, Alacritas animi, Thucid. ac post eum alii. ‖Πρόθυμος πρὸς τινα apud Thucydidem pro eo (vt oppinor) quod Lat. Studiosus alicuius. ‖Item πρόθυμος cum genit. pro Cupidus, memini me legere, sed apud poetas tantum. A B C D E

Προθυμος, Alacri animo, Alacriter, Promptè. Item Impigrè. Interdũ verò idẽ omnino quod Libenter. X. Pæd. 4, πρόθυμος δὴ ἐξῆν. Et in 1, ἀμὴ καλὰ ἡ πόλις νομίζει, πρόθυμος αὐτὰ ἐκποιοῦσας. Apud eundem, οὐ πρόθυμος, ἢ οὐχ ἡδομένως. Sæpe etiam cum verbo ἔχειν: estque πρόθυμος ἔχειν πρός τι, Animo prompto esse ad rem aliquam, vel animo propẽsum. Plautus Animatus cũ infin. itidẽ inuxit, Animatus facere. CONTR. Ἀπρόθυμος, Minimè alacrem animum ad aliquid habens, Minimè alacris. Plut. De def. or. καὶ τέβη μὴ εἰς τὸ μαντεῖον, ὡς φησὶν, ἄκουσα καὶ ἀπρόθυμος. ET Ἀπρόθυμος, Nõ alacriter, Non libenter. A B C D E F

Προθυμία, Animi alacritas, Animi præsentia, Animus alacer & prõptus. vel simpliciter Alacritas. Item Studiũ. Hõ. plur. pro sing. vtẽs, dixit Il. β, ἤδη πρόθυμησι πεπιθώς. A Xen. πρόθυμία opponitur τῇ ἀθυμίᾳ, Pæd. 1, λέγε ἢ ἔπ τὸ πᾶν δεῖ φέρει ἐν πιστῇ ἔργῳ πρόθυμία ἀθυμίας. Idẽ πρόθυμίαν ἐμέδηξεν dicit, quod Cic. Alacritatem addere. Sed redditur etiam Inflãmare animũ desiderio. Item πρόθυμίαν παρέχειν apud Dem. Prõptũ & alacrẽ animũ ostendere. Sic autẽ ante eũ loquitus est Thuc. Dicitur & πρόθυμίας οὐδὲν ἐλλείπειν ab hoc ipso Thuc. itidémq; à Xen. ac pro eodẽ, πάσῃ πρόθυμία vel μετὰ πάσης προθυμίας ποιεῖν τι, Omni studio aliquid agere. ‖Interdum verò πρόθυμία πόθου pro Cupiditas seu desiderium huius rei. vt apud Synes. καὶ τέβαλε ἢ πρόθυμίαν ἢ σὺν ἡμῖν ἀποδημίας. Sic Alacritas aliquid faciendi, apud Cic. Interdum verò copulantur Alacritas & Cupiditas. ‖Ab Hesychio πρόθυμία exponitur etiã χαρά, i. Lætitia, Gaudiũ. Ad quã signific. tranſire itidẽ videtur interdum nomẽ Alacritas. A B C D E F G H

Προθυμέομαι, οῦμαι, Alacri sum animo, oppositum verbo ἀθυμῶ apud Xenophontem Pædiæ 6, καὶ πάντα ὁπόσων ἀθυμοῦντων βλάβη ἐδόκει τοῖς γίγνεσθαι, καὶ πρόθυμοι ἦσαν, ὠφέλα. Sed ratò ita legi positum sine adiectione frequenter autem cum infinitiuo, vel cum accus. Dicitur autem πρόθυμόν τινα ποιεῖν τινα, pro Prõptus est mihi animus & alacer ad hoc faciendum. vel Promptus sum, &c. Vel, Studeo hoc agere. Demosthenes καὶ ποιεῖν τι

προθυμόλυμος ὑμᾶς δῦ. Cum accuſ. autem, vt in hoc Ariſtot. dicto, ἠοῦ μὴν ὅτι πρᾶξαι ἀ δύνατον, ἀνθρώπου ὄν τὰ δέοντα προθυμεῖσθαι. Et apud Plat. καὶ ταῦτα προθυμᾶμαι, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλα πολλά. Vide Bud. p. 527, vbi προθυμεῖσθαι exponit Aliquid magno ſtudio ſuſcipere & inſtituere, item In animum inducere & cupere efficere. Quæ duæ poſteriores interpr. duobus locis qui proximè ſequuntur, conuenire videntur, prior priori, poſterior poſteriori. Plato De rep. 1, προθυμοῦ καὶ ἡμῖν ἐνδείξασθαι. vbi tamen exponitur ſimpliciter Velis. Plutarch. in Them. προθυμᾶμαι ὅπως ἐν τοῖς γενοῖς καταμχήσωσι. vbi obſerua προθυμοῦμαι cum ὅπως. Alicubi verò partic. προθυμούμενος ponitur pro ipſo aduerbio προθύμως. vt φιλοπονῶν προθυμούμενος apud Xen. Præd. 1.

6.2. Συμπροθυμοῦμαι, Contendo ad idem efficiendum, In eandem cauſam incumbo. vt Xen. Præd. 6, συμπροθυμήσεται ταῦτα. Idem Anab. libro 7, συμπροθυμήσεται ὅπως διαβῇ τὸ στράτευμα. Hæc Bud. Sed ſciendum eſt Thucyd. non ſolum accuſ. rei (alicubi verò infinit.) iungere hoc verbum, ſed & datiuo perſonæ nonnunquam: pro Adiuuare eum aliqua in re, vt apud eum exponitur: verùm ſi vis verbi exprimenda ſit, perinde eſſe puto acſi diceretur, Alacritatem eius adiuuare ſua.

C. Ῥάθυμος, ου, ὁ & ἡ, Cuius animus remiſſus eſt, Cuius animus facilia cõſectatur, at difficilia adeóq; laborẽ omnẽ vitat. Sic autem interpretor, ad exprimendam vtcunque poſſum huius verbi vim, habita ratione originis. nec enim dubium eſt quin ex ρα abſciſſo ex ῥάδιος, & nomine θυμὸς, factũ ſit: ſicut ῥαδιουργὸς ex ῥάδιον & ἔργον compoſitum videmus, & ῥαστώνη ex ῥᾶστος ſuperlatiuo eiuſdem nominis. Etymol. certè ſcribit ῥάθυμον eſſe τὸν ἄκολως μεταστρεφόμενον (omitto alterã expoſitionem & mendoſam & friuolam, meo quidem iudicio) At Euſtſtathius ῥαθυμίαν eſſe vult τὸ ῥαίζουσαν τὸν θυμόν, vt videlicet ab eadem ſit origine à qua θυμοεραΐστης. Sed vix mihi perſuadere poſſum ſeriò iſtud ſcripſiſſe tam doctum grammaticum: quum vel illa duo, ῥαδιουργὸς & ῥαστώνη, verum huius quoque vocabul. etymum antè oculos ponant. ῥαστώνω certè & ῥαθυμίαν aliquando copulari, docebo in Ῥαθυμία. Ad ῥαδιουργὸν autem quod attinet, vel ipſa Gallica lingua nobis eius originem repræſentat, quæ iocãs dicit itidem remiſſè aliquid agẽti, tout à noſtre aiſe. Naſo itidem vbi negauit ſe poſſe animum, id eſt πνεῦμον, in curas contendere quas lima mordax requirit, dixitque ſuam mentem nihil durum poſſe pati, (id eſt laborioſum) tandem fatetur, Quod venit ex facili ſatis eſt cõponere nobis, Et nimis intenti cauſa laboris abeſt. Sic igitur ῥάθυμος prima ſignif. (id eſt quam habet reſpiciendo etymum) Cuius mens in iis occupatur quæ veniunt ex facili, miniméque intento labore eam exercent. Sed latius extẽditur, & quidem ad eum vſque qui laborem omnem auerſatur, quietem atque otiũ amans. vnde etiã φιλοπόνῳ opponitur, tanquam videlicet φυγοπόνον ſignificans. Denique quanuis ῥάθυμος dictus ſit (vt opinor) quaſi ὁ ῥᾴδια θυμὸν ἔχων, accipitur tamen pro Ceſſator, Deſes, Segnis, Negligens: aut etiam Supinus. vnde Plutarchus Sympoſ. 1, τοῦ ὀπτμελεῖ καὶ φιλοπόνῳ opponit τὸν ἀμελῆ καὶ ῥάθυμον itidémque in libro De diſcern. adul. ῥαθύμους & ῥολαστὰς coniungit. ¶ Dicitur etiam de re quæ talis eſt vt nullam animi contentionem poſtulet, ideóque pigro etiam ac deſidi conueniat. Ariſtot. Rhetoricῶν 1, ῥᾴδιοι δὲ τοῦ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ ἀδικοί εἰσιν· οἷς ὁ μὲν ἀνελεύθερος, ῥᾴδιον χρῆμα τὸ δ' ἀπόλαυσις, ῥᾴδιον τοῦ τῶν πόνων ἡδυναί· ὁ δὲ μαλακὸς, ῥᾴδιον τὸ ῥάθυμα. vbi τὸ ῥάθυμα quidam per ſubſtantiuum reddunt Deſidiam. Apud Iſocratem autem ῥάθυμος βίος videtur eſſe Vita quæ in deſidia aut certè in otio tranſigitur: & ex conſequente quæ opponitur vitæ duræ. Vide & paulo pòſt de hoc loco. Cæterùm in ῥάθυμος conſtat debere ι ſubſcribi literæ α, ſequendo id quod dixi etymon, quia tamen apud autores vnde exempla ſumpſi, adſcriptum non inueni, nec ipſe adſcribere volui.

c.2. Ῥαθυμοποιὸς, Deſidẽ ſeu pigrũ reddens. Theophyl. ep. 29, ῥᾴδιον ποιεῖν, loquens. i. de paupertate, φιλοσοφοῦντες ὅτι κακὸν, ῥαθυμοποιὸν, καταφρές. &c. qui locᵒ in memoriã mihi reducit Tibullianum illum verſũ, Me mea paupertas vitæ traducat inerti. quum enim hæc caneret, exiſtimauit & ipſe paupertatẽ eſſe ῥαθυμοποιόν. ac miror certè cur in hoc loco tam multi tantùm ſe torſerint, ac nonnulli tandem ad hypallagen cõfugerint: (vt videlicet perinde ſit acſi dixiſſet poeta, Me mea vita iners ad paupertatem traducat) quum abſque hac violenta hypallage, ſenſus aptiſſimus ex hoc verſu eliciatur. quum enim dixiſſet Diuitias multis laboribus coniunctas eſſe, ait ſe illis anteponere paupertatem, per quam licebit otio frui. quod per diuitias non licet. Erit igitur paupertas ῥαθυμοποιὸς in illo Theophyl. loco Paupertas vitæ inerti traducens, vt loquitur Tibullus. Quòd ſiquos obiiciat ab Iſocr. cõtrà ἄφθονον βίον & ῥάθυμον copulari, reſpondẽdũ puto ad illud ῥαθυμίας genius illũ reſpicere, quàm duo illi reſpexerint. Cui enim victus ſupperit, & (vt Heſiodus loquitur) cui βίος ἐνδεὴς ἐπιπεπαυὸς κατάκειται), ei licet ῥαθύμῳ eſſe, i. ab omni opere feriari quo alii victum ſibi cõparare cogunturᵗ: at cõtrà qui pauper eſt, licet in quærendo ſibi tenui victu occuparus, ῥαθυμεῖν tamen & ipſe dicitur, vt cui labor hic leuis ſit præ laboribus quos perferunt, curiſque atque anxietatibus quibus cõflictãtur qui diuitiis inhiant, cotique cõgerendis illis dediti ſũt. Videndum eſt igitur an in illo itidem loco Iſocr. ῥάθυμοι exponi poſſit ῥαθυμοποιόν. ego Lat. reddi poſſe arbitror Vitam quietã & otioſam. Hoc quoque addo, licet in ῥάθυμος aliqua facilitatis ſignificatio includatur, reſpiciendo etymon, (vt antè dixi) huc tamen non videri pertinere Victum facilem apud Virgil. & Diuitias faciles apud alium quendam poetam.

Ῥαθύμως, Animo remiſſo, Segniter, Oſcitanter, Supinè. Itẽ Languidè. Herodian. 6, ῥαθυμως τε καὶ ἀναιδῶς τοῖς πολεμικοῖς προσφερομένου. Et l. 5, ῥαθυμότερον προσφέρον τὸ τῷ ἔργῳ. Philo De mundo, μεθ' ἡσυχίας φυσικῆς, ἀλλ οὐκ ἀσθενοποιῶς καὶ ῥαθύμως λεκτέον. Et cum verbo φέρειν apud Andoc. ταῦτα ῥαθύμως φέρετε. quod Bud. vertit, Hæc vos remiſſo animo ſupinoque trãſmittitis. At in v. l. ῥαθύμως ὑποφέρειν ex Plat. De leg. pro Patienter ferre. Iungitur & verbo ἔχειν, vt apud Iſocr. οὐδὲν ἐφρόντιζον τοῦ ἀπαγγελλομένου, ἀλλ' ῥαθύμως εἶχον. vbi Bud. vertit Quieſcebam, Non cõmouebar. Cõp. grad. Ῥαθυμότερον in loco ex Herodiano paulo antè citato: & Ῥαθυμότερος apud Ariſtot. Poll. 7, ῥαθυμοτέρας διάγειν.

Ῥαθυμία, Animi remiſſio, Deſidia, Segnities. Demoſth. Philipp. 1, διὰ τοῦ ἡμεταρὰ βραδυτῆτα καὶ ῥαθυμίαν. Vt autem βραδυτῆτα & ῥαθυμίαν copulat, ſic μέμψιν & ῥαθυμίαν Herodian. Idẽ verò Dem. Philipp. 3, ῥαθυμίαν & ἀμέλειαν: quomodo ῥάθυμον & ἀμελῆ à Plut. cõiungi docui. Idem Demoſt alibi ῥαστώνῃ & ῥαθυμίαν coniungit. quibus certè & Iſocr. affinẽ ſignif. tribuit in Euag. ſcribens, ὀλίγοις πόνοις πολλὰς ῥαστώνας κτῶμαι, ἀλλ' οὐ δι' μικρὰς ῥαθυμίας μεγάλους πόνους ὑποστήσομαι. Vbi ῥαστώνῃ crediderim eſſe otium, at ῥαθυμίαν deſidioſum quoddam otium, (ſi mihi ita loqui liceat) vel deſidioſam quietem, aut deſidioſam animi remiſſionem. At verò idem πρὸς ἀληθινὴν ῥαθυμίαν appellauit Veram animi remiſſionem, ſeu Veram animi relaxationem, aut Verã animi quietẽ, diſtinguẽs eam ὑπὸ τῆς ὀργῆς, atque adeo ἐν ὀργῇ poſitam illam eſſe negans. Locus eſt in Euag. in quo tamen plurali vtitur, non ſing. ita ſcribens, ὁρῶν δὲ πολὺ ὀρῶντα ὅτι μελαθίοις, ἐλάττοσι λυπουμένοις, καὶ πρὸς ἀληθινὰς ῥαθυμίας οὐκ ἐν τῇ ὀργῇ ἀλλ' ἐν ταῖς ἡδονεραῖς καὶ ταῖς καρτερίαις ἐνούσας, οὐδὲν ἀνεξέπαστον παρέλιπον &c. Qui locus diligenter propter hunc etiam Platonis animaduertendus eſt, ῥαθυμία ἔκφρονος ὀργῆς καὶ θυμοῦ. Ex omnium autem quos protuli locorũ collatione diſcimus (vt opinor) ῥαθυμίαν primùm quidem de eo dictam qui lubenter animum relaxat, poſtea verò de eo quoque qui ita relaxatione illa & remiſſione gaudet, vt ei omnia poſtponat, & ſe deſidiæ dedat. vnde etiam Thucyd. ῥαθυμίαν oppoſuit πόνων μελέτῃ, vbi B. ignauiam interpr. ¶ Ῥαθυμία pro quiete ex Hippocr. affertur, ac nominatim ex lib. De inſomniis. Vbi meminiſſe oportet aduerbii ῥάθυμως, quod verbo ἔχειν iunctum, à Bud. exponi Quieſcere, ſuprà docui.

Ῥαθυμέω, ῶ, Remiſſo ſum animo, Deſes ſum, Deſidiæ me dedo, Sum ſegnis, vel Segniter ago. Xenoph. Hellen. 5, οὐ ῥαθυμοῦσα, ἀλλ' ἐθέλουσα καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν. Iſocr.

οὐδὲ ῥαθυμῶν διεπέλεσε τὸν βίον. Bud. vertit Otio & deſidiæ indulgere, in hoc Plutarchi loco, ῥαθυμῶν ἅμα καὶ σπουδημεριβόων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. A Polybio autem ponitur etiam ſimpliciter pro Quieſcere, Quieti ſe tradere, Quieti & otio frui: ἐπὶ τῶν θυσαμοιβῶν τῶν Πόβλιον, καὶ τῶν ἀκολούθων αἱ ἀπαιτοῦσαι καὶ ῥαθυμεῖν, ἐπὶ πέρας ὀπτήθεισι τῷ πολέμῳ. Sed audo, ab eo dici quoque ῥαθυμεῖν περί τινος, pro Conquieſcere de aliqua re. i. Securum eſſe de aliqua re, atque adeo ita ſecurum de ea eſſe, vt non obſtet quominus in veranis aurem dormias. περὶ δὲ πίστεως, inquit, ἡ μάρτυς ὑπὸ τοῦτου ῥαθυμεῖν αὐτὸν ὥστε δεῖν. id eſt De ea ſecurũ in veranis aurẽ dormire. Iſtam enim prouerbialem formulam locum habere hic exiſtimo, ita eam accõmodando. nam De aliqua re dormire in veranis aurẽ, non ſcio an dici poſſit.

Ῥαθυμέομαι, ῶμαι, apud Greg. in Hipocph. patris, λαοὺς ἐκκλησιαν ῥαθυμηδιστέρους τε καὶ χρουσμανήσασι τῆς ἀναρχίας. Bud. χρουμανήσασι vertit Ad mores inculcos redactam, at ῥαθυμηδεῖσι non interpr. Ego autem ſuſpicor hic ſignificare, Quæ per deſidiam neglecta iacuerat, vel Quam deſides homines neglectam reliquerant.

c.2. Ἀπῤῥαθυμέω, μῶ, Pigreſco, Languco, Ignauia & ſocordia negotium aliquod tranſmitto, Deſidia & ignauia impedior quominus aliquid ſuſcipiam. Dem. πρὸς τοῦ ἐν χρόνῳ ἀπῤῥαθυμήσω, καὶ ὁ ὑμῖν ὅτι ὡς εἰδὼς τὰ πράγματα, ὑμεῖς δ' ἀπῤῥαθυμήσατε. Hi absoluté. Aliquando & cum genitiuo, vt in hoc loco Xen. Apomn. 3, μὴ οὖν ἀπῤῥαθυμεῖ τούτου, ἀλλὰ διατείνου μᾶλλον πρὸς τὸ προσέχειν τοῦ νοῦ. Bud.

c.2. Καταῤῥαθυμέω, ῶ, Per deliciam aut inertiam ago. vel Per negligentiam derelinquo. vt B. vertit apud Xenoph. Hell. 6, μήτε καταῤῥαθυμῶν μήτε καταμελῶν μηδὲν φαίνεσθαι. At verò à Demoſth. τὰ καταῤῥαθυμεῖν ἀρα puto dici Quæ per ignauiam amiſſa ſunt, Philipp. 1, καὶ τοῦ ἡμέτερα αὐτοῦ κομεῖσθε, αὐτὸς δὲ λῃ, καὶ τὰ καταῤῥαθυμηθέντα πάλιν αὐτὸν ἀνεύρεσθε, καὶ τὸν τιμωρήσασθε. Bud. tamen καταῤῥαθυμῶ dicens ſignific. etiam Ignauiæ. poſtio, illa affert.

Ῥαθυμίζω, Socordiã propulſo, Ad ſegitiam excito. In v. l.

C. Ὑπέρθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Supra modum animoſus, Magnanimus. Od. η, Ὅς τοῖ τοῦ θυμοῖσι γεγαὼς ἐστι βασιλεύει, de Eurymedonte quem & ipſum μεγαλήτορα appellat, id eſt μεγάθυμον, vt alibi loquitur. Il. υ. Πηλέωνος ὑποθύμοιο. Il. ζ, Τρῶας ὑπὸ θυμοῦ. Apud Xen. De re eq. dici videtur de equo feroci & qui nimio animos ſpirat, oppoſitum τοῦ θλαῦ. Verba eius ſunt, εἰ δὲ ἵππος βλακείαν ἐλόμενος πολλῆς δεόμενος, ἢ διὰ τὸ ὑποθύμος εἶναι, πολλῆς θεραπείας τε καὶ παραμυθίας.

C. Ὠμόθυμος, ος, ὁ καὶ ἡ, Crudelis, Crudeli animo præditus. Sophocles, Τὸν ὠμόθυμον εἴ ποτε πλεῖστον λόγον, de Aiace. Philo de vita M. lib. 1, ὑπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἀνηλεεστάτοις καὶ ὠμοθύμοις οὐδὲν συγγνωμῶν μεταδιδόντων ἐπιτρόπῳ. curatores operum importuniſſimos & abſque omni miſericordia & venia ſeuiſſimos.

Compoſin μος deſinentia.

C. Ἀπόθυμος, ος, ὁ καὶ ἡ, Inuiſus, Moleſtus. vt ἔπος ἀπόθυμον apud Heſiodum. Verbum inuiſum, Verbum moleſtum, Verbum ingratum. quaſi Quod eſt procul ab animo noſtro. Cui opponitur κατὰ θυμόν, quaſi Quod eſt ſecũdum animum noſtrum. Sed fortaſſe malit quiſpiam ἀπὸ hic præpoſitionẽ eſſe, & ſenſum ſignificare ſimpliciter, (quam ſignificationem habere videmus in quibuſdam aliis tum verbis, tum nominibus) & ita fuerit ἀπόθυμον, quaſi Quod eſt abſque animo noſtro. id eſt animi noſtri affectu & voluntate. Sed eodem res redit.

C. Ἐνθύμος, ος, ὁ & ἡ, Qui in animo eſt, Qui animo noſtro obuerſatur, & de quo cogitamus. Odyſſeæ ν, in fine, Μὴ δή τοι κεῖνός γε λίθω ἐνθύμιος ἔστω. Vbi quidam exponunt etiam (ex conſequenti) Ne tibi valde curæ ſit vel Ne eſto nimium de illo ſolicitus. Baſilius ἐνθύμιος itidem appellauit, Quod nobis in animo verſatur, ſeu in mente: vel potius Quod mente verſamus: pag. 274, ἀεὶ δὲ φαντάζοντο τοῦτο εἶναι τὸ ἐνθύμιον, καὶ ἐγκαρτερόν τε ἐνθύμιον. Apud Sophoclem autem Trach. de Deianira, ἀλλ' θύμασιν αὐτὸς δεῖμα φέρουσαν ὀδυρὸν, ἐνθύμιος ἀνὴρ ἀλαυνεσθαι τρυχοῦσα, καὶ κὰν δύς τλῶν ἐλπίζουσαν αἶσαν, Scholiaſtes exponit μεμνηστῆς, πολυφρόντιστος. vt videlicet intelligamus thalamos qui animo Deianiræ magno cum dolore obuerſarentur, ſeu De quibus non ſin emagno animi dolore cogitaret,

Ἐνθύμιος, Animo religionem ciens. Antiphon in Apol. ἡμῖν τοῖς δεσπόταις ὁ ὅρκος ὢν οὐκ ἔστω, ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται, ſed veſtros animos religione obſtringet. Sic ἐνθύμιον ποιούμενοι apud Thuc. Rem in religionẽ vertẽtes, ſeu trahentes. Vide Bud. pag. 284 & 693. Quicam ἐνθύμιον ποιούμενοι, ibi reddũt Rẽ pro ominoſa habẽtes. At in hoc Herodoti loco, ἐνθύμιοι ἐγένετο ἐμπρήσαι τὸ ἱερόν, interpr. Eum facti pœnituit. quæ interpr. non placet.

B Ἐνθυμία, Cogitatio, ex Thuc. in v. l. ἐνθυμία ἢ καὶ ἐνθύμησις, Θουκυδίδης, inquit Poll l. 2. ET Ἐνθυμίζομαι pro ἐνθυμοῦμαι, quod prox imè ſequitur, vt ἐνθυμιζόμενοι τὰ ἐν τῇ μαχῇ συμφορᾶς. quod exemplum ab eodem Poll. citatur. Apud Heſych. non ſolùm ἐνθυμιζόμενοι habetur, ſed etiam ἐνθύμιζε, quod exponit ἐνθυμοῦ. Suidas autem illud ἐνθυμιζόμενοι (quod explicat λογιζόμενοι) ex Dione affert, lib. 17 Rom. hiſt. HINC eſt ἐνθύμιος, quod tamen Suid. exponit ὕποπτος. i. Suſpectus.

C. Καθθύμιος, Qui eſt in animo, Animo obuerſans. Il. κ, v. 384, Θάρσει, μηδὲ τί σ' θαῦμα καθθύμιος ἔστω. id eſt ἐν θυμῷ καὶ κατ' διάνοιαν. Ne obuerſetur animo tuo mors, Ne concipe in animo formidinem mortis. Sic & alibi θάνατος καθθύμιος. At ἔπος καταθύμιον Odyſſeæ χ, verſu 392. Ὅφρα ἔπος ἐπίπλω σοι καταθύμιον ὅτι. Vbi exiſtimo poſſe verti vel ſimpliciter Quod mihi in animo eſt, vel Quod cogito: aut etiam Quod mihi in mentem venit.

Καταθύμιος apud poſteros Homeri, Qui eſt ex animi ſententia, Animo gratus, Cordi gratus. pro quo Latini Qui cordi eſt. quod Græco ad verbum reſpondet. Syn. ὅπωπι καθθύμιος ὅτι. Huic exponitur ἀπόθυμος. In v. l. ex Mich. c. 7, καταθύμιον pro Deſiderium. ET Καταθυμίως, Ex animi ſententia. Item Libenter.

C. Ἐπιθυμία, Cupiditas, Deſiderium. nam θυμὸς, id eſt animus, deditus eſt ei rei cuius nos inuadit cupiditas. vt contra ἀπόθυμοι dicitur id quod non cupit θυμὸς, ſed à quo potius abhorret. Quæ quidem addo vt huius ſignificationis originem oſtendam. Plato Cratylo, εὐδ' ὅπθυμία χρὴ λεπτοτέρη δ' ὅπθυμία ἐνοῦσα δ' αὐτὰ μὲν ἄλλον ἐπιθυμία κλῆσιν τὸ ὄνομα. Cum genitiuo, vt ὀρεκτὴ, ὅπθυμία πωλήσεως apud Stoicos: quod Cicero vertit, Ira, libido puniendi. Apud Xenophontem Memorab. 1, ὅπθυμία τοῦ σίτου, Cupiditas ſeu auiditas cibi: quod idem Cic. interpr. vno verbo Fames. Dicitur ἐπιθυμία γίγνεσθαι τινός, pro Deſiderio teneri rei alicuius, Cupere rem aliquam. Plat. epiſt. 7, ἐπὶ μαστῶ φιλοσοφίας ἐν ὅπθυμία γίγνεσθαι. Dicitur etiã διὰ ὅπθυμίας εἶναί σε τοῦ θεᾶσθαι, μεταλ. Apoll. in epiſt. pro Te cupere videre me. At ὅπθυμίαν ἐμπιεῖν Thucydidi, & ὅπθυμίας ἐμβάλλειν Xenophonti, ſequente genitiuo, eſt Cupiditatem ſeu deſiderium afferre, Cupidum reddere [alicuius rei.] Et plur. ὅπθυμίαις μείζοσι χρῆσθαι apud Thuc. Maiorum rerum deſiderio teneri, Maiora concupiſcere. Apud Iſocr. σωφρονεῖν τοῖς ὅπθυμίαις πάνυ. ¶ Interdum etiam ὅπθυμία, ſine adiectione, Cupiditates, ſeu Cupiditates effrænatæ. vt ὅπθυμίαι φυσικαὶ καὶ ἀλογοῦσαι &c. apud Epic. quod Cic. vertit Cupiditates naturales & neceſſariæ. Ab eodem ὅπθυμία redditur Cupiditas effrænata, item Libido. Vide meum lex. Cic.

Ἐπιθυμέω, ῶ, Cupio, Concupiſco, Deſidero. Dicitur ὅπθυμῶ τινοῦ, vel ὅπθυμῶ τινῖν τοῦ. Cic. ὅπθυμῶ τινῖν cum genit. vertit Concupiſcere, vt in lex. Cic. videbis. Iſocr. καὶ λαμβάνειν ὧν αὐ ὅπθυμῶσιν. Et cum aduerbio ἀδίκως apud Demoſth. οὐ τοῦ δικαίου ἀδίκως ὅπθυμοῦντα. Cum infinit. autẽ, (& quidem cum eiᵒ aoriſto ſæpe) vt apud Plat. ὅπθυμῶ ἀκοῦσαι & Xen. ὅπθυμῶ ἰδεῖν, item ὅπθυμῶ μαθεῖν. Sic ὅπθυμῶ διελθεῖν, Iſocr. Sed addo ſignificationem peculiarem cum genitiuo perſonæ, videlicet pro amatoria cupidine, vt ita loquar. vt apud Lyſ. ἐπιθυμήσασα τοῦ μὴ ἐρᾶν. Sic quidam apud Athenæum ὅπθυμεῖν κόρης. HINC Ἐπιθύμημα ET Ἐπιθύμησις, Cupiditas, Deſiderium. Affertur autem illud ex Plat. (inuenitur etiã apud Plut.) at hoc ex Iſæo iſmque ex Ariſtotele Eth. ſed rarus eſt alioqui vtriuſque vſus. ET Ἐπιθυμητὸς, Deſiderabilis, Qui eiuſmodi eſt vt deſideretur. Apud Ariſtot.

Ethic.3,cap.10, ὀπθυμητά redditur Quæ desiderari solent. ITEM Ἐπθυμητής, q.d. Desiderator. id est Qui tenetur desiderio rei alicuius, Cupidus, Studiosus. Xenophon, πολλοὺς ὀπθυμητὰς καὶ ἀσταὶς καὶ ξένους λαβών. Et in Apologia, ὀπθυμητὴς αὐτοῦ, Studiosus eius. A Suida ὀπθυμητὰ exponitur etiam θεόθυμοι, in quodam loco quem apud eum vide. AT VERO Ἐπθυμηπκὸς (q.d. Desideratiuus) Ad desiderandum seu concupiscendum propensus, Vel Insiam concupiscendi facultatem habens, seu propensionem quandam ad concupiscendum. Nã & ita verti posse existimo: quum alioqui non ignorem, apud Aristot. in fine lib. 1 Ethic. ὧν, ὀπθυμηπκὸν exponi Impellens ad concupiscendum. Vide & meũ lex. Cic. ET Ἐπθυμηπκῶς aduerb. cum verbo ἔχω, pro ἐπθυμέω, Cupio. Poll.

6.2. Ἀνπεπθυμέω, ῶ, Vicissim cupio vel opto. & passiuum Ἀνπεπθυμέομαι, οῦμαι, Vicissim cupior. Xenophon, ἀρμηναι εἰς τὸ ὀπθυμεῖν ξυνεῖναι καὶ ἀνπεπθυμεῖσθαι τὴν ξυνουσίας. Item ἀνπεπθυμῶ, Opto aduersus aliquem. id est Aduersor alicui, optando idem quod ipse optat. vnde ἀνπεπθυμῶν à Budæo exponitur Æmulus. item Rivalis. citatur que ab eo locus hic Andocidis, οὐκ ἀφανεῶς εἴσεται οὐκ ὀπθρεψειν ἀνπεπθυμοῦσ πνος. id est, Qui quidus exoptent quod ipse amet aut optet. Dicitur etiam ἀνπεπθυμῶ σοι τοῦπυ, pro Hac in re sum tibi competitor. Budæus.

6.2. Ὑπερεπθυμέω, Supra modum cupio, Mirum in modum cupio

Θυμικὸς, οῦ, ὁ, Animosus. Aristot. ἐπὶ τὸ ἄρρεν ἰσχυρότερον ἡ θυμικώτερον. Athen. libro 2, de vinis pororibus. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ θυμικοὶ γίνονται, animosi. θυμοῦσθαι. Item Iracundus. Aristot Rhet. 2, καὶ θυμικοὶ καὶ ἐξεθυμοι καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὀργῇ. Plut. τὸ δὲ θυμικὸν καὶ μανικόν.

Θυμωδὴς, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod præcedens θυμικὸς & θυμοειδὴς, id est Animosus. Aristoteles Rhet. 2, καὶ ἀνδρεότεροι. θυμωδεῖς γὰρ καὶ ἀνελπιδες. ὧν τὸ μὲν φοβεῖσθαι, τὸ δ' ὀπαρρεῖν πιεῖ Item Iracundus, Ad iram pronus seu præceps, sicut θυμοειδής. Idem in 2 De part. anim. γεωδέστερα πῶς φυσιν ὄσι καὶ θυμωδη τὸ ἦθος, καὶ ὀκεπικὰ ὀξὺ πον θυμον. Plut. περὶ ἀοργησίας. ait mancipia recens empta de ipso emptore interrogare, οὐκ εἰ δεινὸς δαίμων οὐδ' εἰ φθονερὸς, ἀλλ' εἰ θυμώδης, an iracundus sit.

Θυμαίνω. Irascor, Excandesco, Succenseo Aristoph. Neb. μηδαμῶς θύμαινέ μοι, Neuaquam mihi succenseas. Idem in eadem comœd. Πρῶπο μὲν χαιρεν Ἀθηνῶν καὶ πῆς ξυμμάχοις Εἶπα θυμαίνειν ἔφασκε. δεινὰ δὲ πιπονθέναι. Et in partic. apud Hesiodũ, Ὄμμασι θυμαίνοισι, vultu irã mostrãtes.

Θυμόω, ῶ, Ad iram concito Iratum reddo Ad iracundiam prouoco. citatur ex capite 1 Oseæ proph. Frequentius vtuntur passiuo θυμοῦμαι, pro Ad iram concitor, vel etiam neutraliter Irascor, Excandesco. Eurip. Phœnissis, —καὶ πολὺ θυμουμένῳ Παρηγορεῖτο. Soph. εἰς ἔμ' θυμούμενος. Plato epist. 7, ἐγὼ διενοούμην πῶν πθυμωθεὶς, ego ira accensus nauigare cogitabam. Item, θυμωθέντες οἱ σεραπῶται συνελέγοντο ἀθροῖοι. Isocr. θυμοῦ χρὴς εἶναι, ira percitus cedens. Et apud Thuc. θυμουμένων δ' γνώμης, Excandescentia animi, Excandescens animus. Interdum etiam iungitur datiuo personæ, vt Lat. dicitur Irascor tibi, Succenseo tibi, sed θυμοῦμαι significantius est iratus. Eurip. Medea, Σὲ πῶ σκυθρωπὸν καὶ πόσῃ θυμουμένῳ. VNDE Θυμωσις, εως, ἡ, Excandescentia: hoc est ὀργὴ ἀρχομένη ira nascens & modò existens. vt Cic. interpr. Tusc. qu. l. 4. Nisi fortè legendum ibi est θυμὸς, vt admonui suprã.

AT Συνθυμέω. ῶ, Simul irascor. vel Vnanimis & cõcors sum, Eiusdem animi sum συμψυχῶ. Vtraque expos. Suidæ est: posterior tamen, verisimilior videtur propter verbi terminationem: secundum priorem verò dicendum foret συνθυμοῦω à θυμόω, quod actiuè potius accipe retur, pro Simul ad iram concito Iraque συνθυμέω neutri formam habet, vt ὀπθυμέω, & cætera, quasi à συνθυμος. Vnanimis, Concors, ὁμόθυμος.

Θυμίδιον, ου, τὸ, Animulus. Aristophanes Vespis, Πεῶσόν τ' αὐτῷ ἀνπλίαν ξρυφνὸν καὶ πρίνινον ἥδος, Ἀντισοαίᾳ, μελίπος σμικρὸν πῶ θυμιδίῳ πῶθρε μίξας, loco siraei seu sapæ aliquãtulum mellis animulo eius admiscens. Nisi aliquis accipere malit pro iracundia, seu animulo ad iram prono.

AT VERO Θύμος, ου, ὁ, SIVE Θύμον, ου, τὸ, Thymus siue Thymum: frutex fureculosus & dodrantalis, Foliis canis, exilibus, multis, immorralibus, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitellis specie complicatarũ formicarum, radice lignosa. Gorr. Masculino genere vtitur Dioscorides l. 4, cap. 44, vbi eius descriptionem & vires tradit: at neutro Theophr. De hist. pl. lib. 6, cap. 2, καὶ θύμον τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ μέλαν. ὀφαῆς δὲ σφόδρα. καὶ γὰρ πῶθεν ὀφᾶς αὐτεῖ θεεινάς. ἀφ' οὗ καὶ ἡ μελίττα λαμβάνει τὸ μέλι. καὶ πούτῳ φασὶν οἱ μελιτθυρροὶ ὁλοι εἶναι πίπερον ἀμελιτθόν, ἢ οὐ. ἄλλως γὰρ ἅπαν ἠπαπῆσαι, οὐκ ἀμελιτθεῖ. Vnde Plin. l. 21, cap. 10, Totidem & thymi [genera,] candidum ac nigricans. floret autem circa solititia, quum & apes decerpunt, & augurium mellis est. prouentũ enim sperant apiarii largè floresceente eo. Θύμος à nonnullis dicitur τὸ ἄρον. Gorr. ex Dioscoride. Θυμος Bulbus, Cæpa agrestis, vt Aristoph. schol. exp. Atticum esse dicẽs pro eo quod communi lingua dicitur βολβὸς vel ἀγελοκρόμμον: alibi vil. m esse herbam tradit & qua pauperes soli vescantur: qualis apud Hesiod. asphodelus. Aristoph. Pluto, τῷ δ' ἀεαπῆ ζωπῶ θύμον φαγέπῃς, Eodem cum hero vescẽtes thymo, pro In ea. em cum hero paupertate degentes. Et paulo post, Δεῦρ' ἦλθ' μὴν πολλὰν θύμων ῥίζας διεκπρᾶντες, multorum bullorum radi es. Antiph. apud Athen. lib. 2, Ὀ. δὶς κρεῶν παρόντων ἐδὴ ἐ θύμον, Οὐδ' οἱ δικοῶῦπες πυθαγορεῖ ν. Alexis apud eundem lib. 14, εἰ βαίνον ἰρᾶς τι πῶθῷ θύμον πῆν Ἀθηνῶν, καὶ θυμον δεῦμαι πνες. Θυμος dicitur etiam glandulosa illa substantia quæ in iugulo ad os summum pectoris consistit, tanquam sultura & substructio vasorum eò loci diuisorum. eiusdem ferè atque τὸ πάγκρεας generis, nisi quòd hoc mollius, rubentius & carni similius est. In nuper natis animantibus ob vasorum mollitiem & imbecillitatem est maximam: in crescẽtibus autẽ, quia vasa per ficcitatem sunt firmiora, decrescit, ita vt vix vestigiũ in iuuenibus appareat. Gorr. Reperitur tamen in hac significatione scriptũ ETIAM Θυμὸς, cum accentu in vltima: quod Pollux esse dicit ὀφθαλμὸν τῆς κεφαλῆς τῆς καρδίας, ὅπεθεν τῷ τὸ ἐδομοι σπουδυλοι. Ruffus Eph. item θυμὸν in glandulosarum carnium genere numerat, dicens in regione capitis orcis locatum esse, septimæ colli vertebræ insidentem, asperæque arteriæ extremo, qua cum pulmone committitur, achæreseentem: non in omnibus tamen reperiri. Rursũ Poll. θυμὸν quibusdã esse tradit idẽ quod πῶθεσφαγὶς, hoc est Iugulorum ea pars quæ pertinet ad collum. Θύμος est etiã tuberculum carnosum quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, suprà latius, subrubrum & in summo perasperum, oblõgum: interdum rubens, interdũ candidũ: magna ex parte sine dolore. idque summũ colorem floris thymi repræsentat vnde ei nomẽ est: ibiq; facilè finditur & cruẽtatur, nonnunquam aliquantum sanguinis fundit. Feréque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est, raro maius, interdũ perexiguum. Modò vnũ, interdũ plura nascuntur, vel in sede vel mediis femoribus, vel talis vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt: quæ nunc solam glãdem, nũc colem, aliquando præputium occupant: quandoque etiam in facie consistunt. Quod paruum est, propriè θύμος dicitur vel θυμον vel θύμιον, vt habetur apud Corn. Celsum lib 5: quod verò magnitudine excedit, σύκον id est ficus, appellatur. Gorr. Paulus Ægineta quoque hac etymologiam tradit, quum eam ἐκ τῆς ὀχλῶ esse dicit ἐμφερῆς τοῖς θυμου κορύμβοις. Sunt qui θύμον, herbam, obfragrantiam à θύω derinatum putent.

C. Θυμοξάλμη, ης, ἡ, Confectio medica, ita nominata quòd ex thymo, aceto & salibus addito pulegio & ruta, consterende qua Dioscor. lib. 5, cap. 24.

Θύμινος, ου, ὁ, Thyminus. Qui ex thymo factus est.

Θυμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Thymosus, Plin. Thymum referens.

Θυμιτης, ου, ὁ, Thymites. vt θυμίτας ἅλες, Sales cũ thymo tritæ. Aristoph. Ἅλας θυμίτας δοτὶ ἐμοὶ ἡ κόμμυα. Et alia declinatione quasi à θυμπδὴς apud eundẽ in Acharn. θεῦδοῦ νῶῦμοι πῶθεὶ θυμπδὰν ἀλῶν. Item θυμίτης οἶνος. Thymites vinum, hoc est thymo conditum. De quo Dioscor. l. 5, c. 59, & Colum. lib. 12, cap. 35.

Θύμον, ου, τὸ, à quibusdam dicitur ὁ σμίλαξ, id est taxus. Gorr. ex Aet. lib. 13, c 64. (Apud Dioscoridem verò ET Θυμαλον) Θύμον Gaza apud Theoph. lib. 3 De caus. pl. Vertit Cunilã, vt tradunt v. l. Θύμον nominatur etiã quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutẽ tenue, supra latius, subdurũ & in summo perasperũ: idq; summum colorem floris thymi repræsentat: vnde ei nomen est. Celsus lib. 5, cap. 28. Plinius quoque thymiõ nominat. Vide θύμος paulo antè.

ΘΥΡΑ

ας, ἡ, Ianua, Ostium. Hom. Od. χ, Ὀ θαλάμοιο θύρῃ πεκινὰς ἐφαρῦ ἀν Κάλλιπον ἐσκλίνας. Aristoph Ranis, πῆς πῶῦ θύρᾳν ἐπάταξεν; Quis ianuam pulsauit Xenophon Hell. 6, ὀπαπασασα πῶῦ θύραν, εἴχεπο τὸ ῥοπάλου. Sæpe etiã θύραι plur. numero dicuntur, vt Lat. Fores. atque ita vtitur Homerus præsertim: vt Od. η, Χρύσῃ δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐνπὸς ἔεργον. Alibi πυκινὰς θύρας & πυκινῶς ἐφαρμὰς dicit. Sic apud Xenophontem Pæd. 7, φοίνικας μὲ αἱ θύραι πεποιημένῳ. Apud eundem verò aliquoties αἱ θύραι τῶ βασιλέως, atque adeo nonnũquam θύραι simpliciter, pro ipsa aula regis, vt hodie vocatur Porta regis Turcarum. de qua significatione ab interpretibus ante non animaduersa, fusè differui in meis Annotationibus in Xenoph. p. 13. Cæterùm θύραι quidem domus, at πύλαι vrbis dicuntur, seu πύρκαι, vt habet schol. Thucyd. (quemadmodum Lat. Fores domus, Portæ vrbis.) Affert tamen & quandam aliam distinctionem Eustathius, quam apud eum vide. Idẽ metaph. θύρας appellari tradit τὰς αἰσθήσεις, id est sensus. (de qua metaphorica significatione dicam & in θυροκοπῶ) Est & θύρα γλῶσσης, (inquit) quã θύραν qui non habet, dicitur ἀθυρόγλωσσος.

C. Θυροειδὴς, Ianuæ seu ostii formam habens. θυροειδὲς dictum fuit à quibusdam ossis pubis foramen, quod in eo osse tam magnum est vt θύρας, id est ostii, instar videatur.

C. Θυροκοπέω, ῶ, Ianuam pulso, πῶῦ θύραν κόπῶ. Aristoph. Vespis, καὶ θυροκοπῆσαι καὶ πατάξαι καὶ βαλεῖν, Fores pulsare. Quidam verò & Fores aria tare interpr. Apud Synes. metaph. ἡμεῖς μὲν οὖν σοι σωκρᾶμεῖς ἀφεῖσαν τὸ τέλος ὅπῶ ἡμεῖς πάλαι σοῦ πέῳ μόλις θυροκοπῶ. Apud eundẽ, αἰσθῆσιν ἀγαπῶντες, καὶ ὅταν αὐτῆ μὴ ὑπὸ σωμάτων θυροκοπῆται, ψυχῆς παροῖσαν οὐ φροντεῖ ὁρᾶν. vbi Bud. θυροκοπῶν dici putat cui facessitur negotium. Ego verò existimo θυροκοπῶῦν suam significationem hic retinere, sed metaphoricè sumpta: sequendo videlicet quod in θύρα dictum est, nimirum θυρᾶς interdũ appellari τὰς αἰσθήσεις. (cuius metaphoræ satis aperta est ratio, quum sianus per sensus tanquam per ianuas ad animum ingredi sensilia) Ac pro me facit hic alter eiusdem Synesii locus in lib. De insomniis. ἀκοὴ δὲ ἡ ὄψις οὐκ ἐστὶν αἴσθησις, ἀλλ' αἰσθήσεως ὄργανα τῆ κοινῆς ὑπηρέτες, οἷς πυλωροῖ τὸ ζῶν ἐξω θέλουσα τῆ δεσπίνη τὰ θύρᾶθεν αἰσθηταὶ, ὑφ' ὧν θυροκοπῆται τὰ ἔξωθεν αἰσθήτηρια. vbi scio θυροκοπῶ) reddi Pulsantur: at ego vertendum censeo, Pulsantur tanquam fores. Alicubi tamen verbum θυροκοπῶ simpliciter etiam pro Pulso à Plutarcho ponitur, si bene memini. ET Θυροκόπος AC Θυροκοπήτης, Ianuæ pulsator, ὁ πῶῦ θύραν κόπῶν. ITEM Θυροκρουστὴς pro eodem, V.

C. Θυροποιία, Ianuarum fabricatio. in v. l.

C. Θυροποιὸς, Ianuarum opifex, Qui ianuas conficit. Sed Aristomenes Athenienses comicus per derisum ita vocabatur, vt scribit Hesych.

C. Θύραυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ante fores iacens, seu excubans. Sed accipitur generalius pro Foris pernoctans. θύραυλοι (inquit Hesych.) τῆς παιδῶν οἱ ὑποκοιτοι. VNDE Θυραυλία, Ante fores pernoctatio: seu per infin. Ante fores pernoctare, aut iacere. vt Bud. vertit in hoc loco Luc. De merc. cond. πολλῆς μὲ τῆς δεῦρο ὁμῆς, σωεχοῦς δὲ θυραυλίας. ET Θυραυλικὸς, adiect. vt θυραυλικὸν ἔργον, Quod foris fit, seu sub dio. Bud. ex Philostr. epist. ET VERBVM Θυραυλέω, ῶ, Ad fores seu antè fores pernocto, aut iaceo. Bud. θυραυλοῦσι Hesychius exponit πεὸ θυρῶν δεῦρο πεῖσοι. Sed θυραυλεῖν generalius ponitur pro Foris agere, Extra domum versari. Xen. τῆ μὲ γὰρ γυναικὶ κάλλιον ἔνδον μένειν ἢ θυραυλεῖν, τῷ δὲ αὐδρὶ αἴσχιον ἔνδον μένειν ἢ τὰ ἔξω ὀπιμελεῖσθαι. vbi accipi scribit Bud. pro Rusticari (qui enim rusticatur, foris agit) Exponit etiam In castris & statiuis permanere, Vrbem non ingredi, nec sub tecto esse, apud Aristot. & Plut. Viae pag. 851.

C. Θυρεπανοίκτης, ου, ὁ, Ianuarum aperitor. Sed Crateti peculiare fuit hoc cognomentum quòd in quasuis ædes audacter ingrederetur: vt scribunt Diog. Laert. & Suidas. AT Θυροιγὸς (quod est ab οἴγω vt θυρεπανοίκτης ab ἐπανοίγω) id θυρωρὸς Hesychio. id est Ianitor.

B C. Θυριβόλος, ex θύρα itidem & βάλλω compositum videtur, exponitur tamen à Suida ὁ τέκτων, id est Faber. AT Θυριβόλιον Hesych. esse ait πῶῦ ἐπαίω οἰκῆσιν.

C. Θυρωρὸς, οῦ, ὁ, (q.d. θύραν ὠρῶν) Ianuæ custos, Ianitor, Ostiarius. Luc. De cal. τῆς μὲ οἰκίας θυρωροὺς καὶ θεῦῶας. Et ἡ θυρωρὸς, Ostiaria. gen. fœmin. apud Ioann. c. 18, v. 17. Item peculiariter ὁ θαρὸς nuptialis, apud Poll. & Hesych. HINC Θυρωρέιον, ου, τὸ, Locus in quo ianitor commoratur. Erat autem locus inter duas ianuas, ut scribit Vitr. ET Θυρωρέω, ῶ. Ianuam custodio, Ianitor sum. Luc. in Vit. auct. ἀλλὰ καὶ λῶ θυρωρεῖν αὐτὸν ὀπτῆσῆς, πολὺ πεῖσοπέρῳ χεῖρῶ τῆῦ κυνῶν.

C. Αἴχθυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Foribus propinquus, Vicinus. Apud Theocritum in Pharmaceutria, Αἴχθυρος ναίοισα. Habitans propinqua foribus, pro Habitans propè fores. Sic vocatur quiquid prope est, & instar: vt Plut. dixit febrem esse πεῖ θύρας, id est circa fores. Dicitur etiam αἴχθυρον Quod in promptu est & ad manũ, Quod longè petendum non est, sed velut in foribus nostris est. Themist. in oratione de patre suo, τὰ μὲ γὰ Πλάτωνος τῶ μεγάλου αἴχθυρα τι αεὶ ἀπεδείκνυε ἐ ὀν τῆ αὐτῷ πεῖβόλῳ.

C. Ἄθυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ianua carens, Ianua non clausus. Ath. 14, ἀθῆρου οὐ ὄντος πῆτε τῆ νεῶ, Quum nulla ianua clauderetur adhuc templum. Herodian. ἄθυροι καὶ κοιναὶ πᾶσῶν οἰκίαι. Itidémque apud Plutarch. ἄθυρα οἰκήματα. Pro eodem dicitur ἀθύρωτος, à verbo θυρόω ex hoc ipso nomine θύρα facto: vt docebo paulo post.

Ἄθυροι ῥῆτραι apud Nicandrum à scholiaste exponitur παιγνιώδεις λόγοι, id est Ludicra verba, vel Ludicri sermones: hoc in versu, Θρῆσσῆς ἀθύροισιν ὑπὸ ῥήτῆσιν Γάμῆς. Falso tamen in vulg. lex. profertur ex Herodiano παιδίον ἄθυρον, cum accentu in antepenult. quasi nomen adiectiuum: & exponitur ex Politiano Puer ludibundus, neque enim ἄθυρον is legit, nec legi debet: sed ἄθυρον acuta penultima, particip um ab ἀθύρω, verbo itidem ex α priuatiuo & θύρα facto, vt vult Eustath, sicut docebo paulo post.

AT Ἀθυρόγλωσσος ET Ἀθυρόστομος hinc composita, & garrulum significantia (quasi Cuius lingua seu os ianua nulla coerceatur: vt Theognis dicit, Πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύρα οὐκ ὀπίκειται) quæ renda erunt in Γλῶσσα & in Στόμα.

C. Ἀμφίθυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vtrinque ianuam habens. ἀμφίθυρος οἰκία. Lys. 118, & Pollux 16, Quæ posticum habet. Bud. Apud Theocritum autem in Thyonicho, ἰθὺ δὲ ἀμφιθύρου schol. interpr. ἐκπκρὸ τὸ εἴκου τῶ διθύρου.

C. Ἀνπθυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ianuæ oppositus Ianuæ obuersus. Et κᾷ τὸ ἀνπθυρον, pro E regione ianuæ. Bud. ex Luc.

C. Δίθυρος, Biforis, Duas ianuas habens. vt δίθυρος νεώς. Sed latius extenditur hoc nomen, adeo vt etiã δίθυρον γραμματίδιον appelletur τὸ διπτυχον, Poll. & Hesych. apud Aristotelem autem lib. 3 De gen. anim. τὸ δίθυρον ἢ κόμῶν, redditur Biualuis fabarum strues. Et δίθυρον quoddam concharum genus apud eundem, Biualue Gazæ. HINC FIT Διθύραμβος, Bacchi cognomentum. Hinc (inquam) fit, si sequamur quidem eos grammaticos qui διθύραμβον cognominatum putant, quia in quodãantro quod erat δίθυρον, nutritus fuit. vel eos qui cognomen hoc accepisse existimant quòd ebrii arcana non contineant, sed vinum στόμα (id est os) faciat δίθυρον. quade re lege Phurnutum. Sed alii διθύραμβον appellatum arbitrãtur ὥρῃ τὸ δὶς ἐς θύρας, seu δυοῖν θύρας ἐμβαίνῃ, aut δὶς θύρας ζῆν καίνειν: quòd bis natus crederetur, videlicet ex matre Semele, deinde & mox ex patris femore.

SED ET quasi Διθυράμβος ita dictus fuit, secundum quosdam, vt tradit Etymol. quem vide. Vt autem δι-

διθύραμβος dictus fuit Bacchus, sic etiam διθύραμβος hymnus qui in eum scribebatur: item διθύραμβοι (ea forma qua dicuntur ἴαμβοι) illud genus versuum quibus decantari solebat. Xenophon, ὅτι ἐν διθυράμβῳ Μελανιππίδου μάλιστα πεθαύμακα. Plut. De Athen. ποιηταὶ γεγονέναι διθυραμβῶν. Idem in Alexandro, Τελέστου καὶ Φιλοξένου διθυράμβοις. Latini quoque dithyrambos appellant. A

HINC Διθυραμβοδιδάσκαλος, Dithyramborum poeta: sed ita dictus ἀπὸ τοῦ διθυράμβου (seu διθύραμβον διδάσκειν, (quod apud Athenæum legitur) ea forma qua κωμῳδοδιδάσκαλος, &c. ET Διθυραμβοποιός, Dithyramborum poeta, seu Dithyrambicus poeta. vt in proverbio, Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάφου. vt Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιός. ET Διθυραμβοποιία, Dithyramborum scriptio. ET Διθυραμβοποιέω, ῶ, Dithyrambos scribo, seu compono. B

AT VERO Διθυραμβικός, Ad dithyrambos pertinens, seu ad dithyramborum poetas: διθυραμβικὰ ποιήματα, dithyrambica poemata, Cic. Item διθυραμβικὰ δράματα, quæ & Dionysiaca. v. l. HINC adverbium Διθυραμβικῶς, Dithyrambicorum poetarum more, aut Dithyrambica audacia, seu licentia. vt apud Demetrium Phal. λιπαρὲς δὲ καὶ σεσυρμένα ὀνόματα, οὐ τὰ διθυραμβικῶς συνθεμένα. Dico autem Dithyrambica audacia, Horatium sequens, dicentem de Pindaro. 4. Carm. ode 2. Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit. Sed & apud Eustathium legimus διθυραμβικὴν θεραπείαν, pag. 308. Quo Διθυραμβώδης pertinet, id est Dithyrambicam audaciam præ se ferens, seu dithyrambicum tumorem. vt διθυραμβῶδες ὄνομα apud Platonem Cratylo. Sic Eustathius ait esse διθυραμβῶδες, vocare lapides ossa terræ. Item substantiuè nonnunquam τὸ διθυραμβῶδες, Inflatum dicendi genus, Ampullæ quædam verborum dithyrambicæ. C

SED Διθυραμβογλυφὶς etiam appellatur Bacchus in Epigramm. eadem signif. qua διθυραμβος, de quo dictum modò fuit.

C. Μονόθυρος, q. d. Vniforis. Apud Aristotelem. De hist. animalium libro 4, est μονόθυρον quoddam genus corcharum, vnifore & vniualue Gazæ, sicut δίθυρον biualue, eidem.

C. Τετράθυρος, Quadriforis. Aristot. de crabronibus, καὶ οἱ νίτται) οὓς καλοῦσι σφηκωνῆς τοὺς μικροὺς, ἔχουσι τετραθύρους. Quæ Plinius interpretatur. Nidos faciunt ferè quadrifores.

C. Εἰρεθύρη, Cardo ianuæ. Ab Hesych exponitur σφόδρα, itē ὀροθύρα. de quo lege quæ proximè sequuntur. E

C. Ὀροθύρα, & Ὀροθύρη apud Hom. Ionice. Magna & alta ianua, quasi δι' ἧς ἔστιν ὀροῦσθαι καταβαίνοντα. Vide & alias expositiones apud Pollucem & Hesychium & Etymolog. & Eustathium. Hom. Od. χ, Ὀροθύρη δέ τις ἔσκεν εὖδ μυτῷ ἐνὶ οἴκῳ.

C. Εἰθύριον, Pars quædam nauis. Ita enim Hesychius, (si modò vulgata eius exemplaria mendo carent) Εἰθύριον, μέρος τῆς νεώς. F

C. Διάθυρον, ET Πρόθυρον, ET Ὑπέρθυρον, ET Ὑπόθυρον. Ex quibus Διάθυρον est (vt quidem Budæus ait se existimare) Obex transuersarius ductilis aut versatilis: id est Repagulum è materia compactum, quod & vehicula & equos à vestibulo ædium arcet. AT Πρόθυρον, Quod est antè ianuam vestibulum, vt interpretatur Vitruuius libro 6, scribens, Πρόθυρα Græcè dicuntur quæ sunt ante ianuam vestibula: nos autem appellamus θύρωρα quæ Græcè διάθυρα. Ita Vitruuius, quem obseruauit vnico verbo Vestibulum contentum non fuisse. Sic autem dicitur θέθυρον de priuatis ædibus, vt θεσπύλαιον de vestibulo vrbis vel templi, vel regiæ. quanquam Aristoteles de regia Persarum loquens in libro De mundo, τὸ θέθυρον iunxit τῷ πυλῶνι. Hæc B. Apud Hom. igitur non solùm θέθυρον sing. numero (vt Odyss. α. Βῆ ῥ' ἰθὺς θεθύροιο: & Od. ξ, Ἔστη δ' ἀνὰ θεθυρον) verùm etiam plur. θέθυρα. vt Odyss. α, Σῆμα δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ὅθι τε θύροις Ὀδυσῆος, Οὐδὸς ὑπ' αὐλείου. vbi obseruat Eustath. θέθυρα & οὐδὸν αὔλειον idem significare, atque alibi vocari & θεσπέσιε θύρας: præterea quod hic σῆμα ὅθι θεθύροις, alibi θύρας ἐφεστάναι ab eo dici. Sic autem & apud Platonem θέθυρα plur. num. pro vestibulo: vbi tamen Bud. suspicatus est mendum esse: sed hanc suspicionem tollit ille Homeri locus, atq; alii, ex quibus fortasse exemplum Plato sumpsit. ILLVD autem Ὑπέρθυρον (pro quo apud Homerum & Hesiodum EST Ὑπὲρ θύρον) exponitur Limen superius: SICVT Ὑπόθυρον, Limen inferius. Quidam ex Plinio Superliminare: ad cuius exemplum Ὑπόθυρον, Subliminare. Pollux. ὑπὲρ θυρον siue ὑπὲρ θύρον esse scribit τὸ ὑπὲρ τὰς θύρας, quas ab Homero vocari σανίδας. Is certè Od. η, quum dixisset Χρύσειαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐν πίε ἔεργον, Ἀργύρεοι δ' σταθμοὶ ἐν χαλκείῳ ἔστασαν οὐδῷ, addidit, Ἀργύρεον δ' ἐπὶ ὑπὲρ θύρον, (vbi tamē ET ἐφυπὲρ θύρον coniunctim scribitur) annotatque Eustathius ὑπὲρ θύρον vocari τὸ ὁπωσοῦν ὑπὲρ τὰς θύρας, εἰς ὃ αἱ ἄνω τροφιγγες ἁρμόζονται. In quodam cantico quod canebāt ii qui χαλκιδίζειν dicebantur, legimus apud Athenæum lib. 8, inter alia, ἢ παῖ θύρας φέρε μοι, ἢ τὸν ὑπὲρ θύρον. Plut. Sympos. 5, Λαμπρίας δὲ ὁ πάππος ἡμῶν ἔφη τὸν ὑπὲρ φωνὴν οὐ μόνον τὸ ὄζειν ἢ τὸ στοιβὸν ὀλιγοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξω θεν καὶ τὸ ἄνω θεν. οὔτω γὰρ ὑπὲρ θυρον καὶ ὑπὲρ ὦον καλεῖν ἡμᾶς. Cæterùm quod ad illum Homeri locum attinet quem modò protuli, etiamsi ἐφυπὲρ θυρίοις coniunctim legamus, (vt in quibusdam codicibus legi admonui) idem tamen valebit, quod ὑπὲρ θυρίοις apud Hesiodum, vbi canit, — ὑπὲρ θυρίοις ἀφαρὶ ἄρα Ἐπὰ πυλαι. nam quo dicitur modo ἐφ' ὑπὲρ θεν, pro ἐπὲρ θεν, eodem plane diceretur ἐφυπὲρ θυρίοις pro ἐπὲ θυρίοις. ideoque in vulg. lex. NOMEN Ἐφυπὲρ θυρίοις perperam & inepte etiā exponitur τὸ ὑπὲρ θύρῳ, cuiuscūque sit hæc expositio. Cæterùm pro Πρόθυρον inuenitur ET Πρόθυρις, vt quidam tradunt: SICVT Ὑπόθυρις pro ὑπόθυρον. quod opponi nomini θέθυρον dixi, quæcunque tandem sit huius significatio. neque enim controuersia caret. Quidam tamen ὑπόθυρον interpr. χῶμα τῆς θύρας. D

ADVERBIA à Θύρα, in solita oratione vsitata sicut & in carm. Θύραζε, ET Θύραθεν, (sed θύραζε poetis est in vsu potius quàm alterū θύραθεν. ac certè aptius versui EST θύραθεν (quod habet Hesychius) quàm θύραθεν. Est autem θύραζε, Foras, Extra domum. Et gene aliter etiam pro Extra. Hom. Od. ε, Ἔκβασις εἰπὼ φανεὶς ἀλὸς πολιοῖο θύραζε. Et alibi ἔκβασιν θύραζε. Apud Hesiod κοὐδὲ θύραζε Ἐξέπη: item θύραζε ἐέρχεται. Aristoph ἐπὶ ἀπῆς θύραζε. Ite pro Foris, ex Apollonio Arg. ō. 2, κεῖνα θύραζε ῥέζεσκον. itidemq; ex Aristophane οἱ θύραζε pro Externi, Alieni. qua tamen in significatione dicitur potius οἱ θύραθεν. NAM Θύραθεν est Foris, sed accipiendo pro eo quod Gall. De dehors. (quam etiam signif. habet apud probatos autores, & nominatim apud Ciceronem. adeo vt minimè necesse sit cum nonnullis barbarè exponere E foris) vnde ὁ θύραθεν, qui est de dehors, Externus. Sic τὰ θύραθεν Synesio, 45, Externa bona: οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ θύραθεν, ἢ δὲ πῶς θεραστὰ τῆς ψυχῆς. ¶ Interdū verò θύραθεν est Forinsecus, Par dehors, Extrinsecus. vt in hoc Aristotelis loco lib. 2 De gen. anim. λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. AT VERO Θύρηφι adueruium, aut certè datiuus adueruialis er positus cum adiectione particulæ φι, poetarum est duntaxat, significans Foris, Extra domum: & generaliter etiam pro Extra. Hesiodus Erg. is, Οἴκοι βέλτερον εἶναι ἐπὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι. B

Θυραῖος, q. d. Foris veniens, vel Foris allatus. Gall. Qui est de dehors. Θυραῖος ὄν, Sophocl. pro Foris est, id est extra domum, Qui domo abest. Et θυραῖον οἰκεῖν apud eundem, (vbi gen. f. est pro θυραῖα.) Sed generaliter etiam pro Externus ponitur. vt θυραῖοι ἄνδρες, Eurip. Et θυραία χείρ apud eundē in Phœnissis, Χεῖρός θυραίας αἷμα δῦσεν κουφίσματα. Sed est θυραῖον πῆμα apud eundem legimus, & θυραῖα φρονήματα. Apud Plutarchum De discer. adul. κόλαξ θυραῖος: ab eodem verò in lib. De frat. char. additur participium. dicit enim οἰκέτης δόλιος, ἢ κόλαξ παρεισδὺς θυραῖος. Synes. De insomn. τὰ θεῖ τὸ σῶμα & τὰ θυραῖα opponit. à quo itidem τὰ θύραθεν vocari externa bona, suprà docui.

Θυρόω, ῶ, Ianua claudo seu obstruo, Foribus munio. vt apud Xenophontem, οὐ δικαῖοι εἰσι θεσνοίας ἔργον εἶναι, τὸ, ἐπὶ ὄψει μὴ ἀδικεῖν ἰῶ, βλεφάροις αὐτὰ θυρῶσαι, id est Palpebrarū foribus claudisse vel obsepisse. Aut, Palpebris tanquam foribus claudisse. At verò apud Plutarchum, θυρῶσαι τεῖχον est Ianuam in muro facere: in Artoxerxe, τὸ παλάμου τὸν ὄπισθεν τῆς κλίνης τεῖχον ἐκκόψας καὶ θυρώσας, ἐκάλυψεν αὐλαίᾳ τὰς θύρας. HINC Θύρωμα, Obstructio quæ fit per ianuam, seu apponendo ianuam. Sed pro ipsa etiā ianua à Lysia capitur, teste Bud. qui alioqui θυρώματα vertit postes apud Athen. ὀροφὴ & θυρώματα, item τεῖχος & θυρώματα coniungentem. In vulg. lex. exponitur itidem Postes, item θυρώματα τῶν θυρῶν: ex lib. 2, Regum cap. 7, affertur pro cardinibus ianuarum. A Demosthene autem θύρωμα vocatur & Tabulamentum ad ianuas faciendas. Bud. ITEM Ἀθύρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ianua non obstructus, Foribus non clausus. vt apud Eustathium, ἀθύρωτον οἴκημα. Vsurpatur etiam metaphoricè, vt ἄθυρος. Aristoph. Ranis, Ἔχεντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀθύρωτον τόμα, Id est, Habentem effræne, in continens, ianua nulla obstructum os. ita enim legit Suidas hoc in loco: admonens tamen esse & aliam scripturam, videlicet ἀπύλωτον pro ἀθύρωτον. sed eodem sensu & eadē forma vtrunque dicetur. nā πύλη generaliter pro θύρα interdum capitur: estque ἀπύλωτος à πυλόω, vt ἀθύρωτος à θυρόω, deductum. C

Θυρών, ῶνος, ὁ, Vestibulum. Sophocles Electra. pag. 97, πρὸς θυρῶν ὀξύδεις. quod periphrasticè dictum puto pro πρὸς θυρῶν. Poll. lib. 1, cap 8, εἰσόντων δὲ, πρόθυρα καὶ θεσπύλαια· καὶ τὸν μὲ πυλῶνα, καὶ θυρῶνα καλοῦσι.

Θυεῖον, ου, τὸ, ET Θυείδιον, ITEM Θυεὶς, Ostiolum. Aristoph. ὁρᾶς τὸ θυεῖον τοῦτο; (Probat autem & Eustath. hanc scripturam θυεῖον, cum accentu in antepenultima, sicut λυεῖον à λύεα scribit) AT Θυείδιον sonat q. d. Ostiolulum. Θυεὶς autem sæpe pro Fenestra. vt Plutarchus etiam interpr. in Problematis Rhom. διὰ τὴν πυλὶν μιαν θυείδα καλοῦσι. τὴν γὰρ FENESTRAM τοῦτο σημαίνει. At in l. De Rom. fort. φενεσέλαν interpretatur, nō φενέσραν, addēs πύλιν. ita enim scribit de Seruio Tullio, ὥσπερ γὰρ σωθῆναι δοκεῖν αὐτῷ τὴν τύχην διὰ τινος θυρίδος καταδυνουσαν εἰς τὸ δωμάτιον, ὃ νῦν φενεσέλαν αἱ πυλῶν καλοῦσι. Apud Athenæum ex quodam cantico, lib. 15, ἀμέρα γὰρ ἤδη τὸ φῶς διὰ τὰ θυείδος κἀνεσυῆς. quod mihi videtur cum illo dicto Persii conuenire, — iam clarum mane fenestras Intrat. Apud Aristot. autem θυείδες τὸ μέλιτος Gaza vertit Melliariæ cellæ. ¶ Inuenitur hoc nomen θυείδες redditum etiam Fores, à Cicerone tanquam videlicet positum pro θύραι: in hoc Platonis loco, Pol. 2, ἢ ἴσως οὐκ ἀλλὰ τὸ δὴ μυθολογοῦσι θαυμαστὰ ἢ ἵππον χαλκοῦν κοῖλον θυείδας ἔχοντα. quē locū cū Cic. interpretatione vide p. 10, lex Cic. D

Θύρετρον, ου, τὸ, idē quod θύρα, Ianua, Fores. vt Il. β. — θεῆσαν δὲ πρὸς δίνιον θύρετρα, fores domus Priami. Callim. hymno in Apoll. in princ. Καὶ δή που τὰ θύρετρα καὶ ἀλῶ ποδὶ Φοῖβος θράσει. Vtitur hac voce alioqui poetica Xenophon quoque, ἀναβ. lib. 5, pag. 205. καὶ πολὺ ἰῶ ὠθισμὸς ἀμφὶ τὰ θυρετρα. Sunt tamen qui θύρετρα, limina, interpretari malint: sed apud Hom. θύρετρα schol. exponit θύρας. quam sign. nomini θύρετρα dat itidē Hesych. vel potius τὰ θύρεθρα. nā Θύρεθρα; cum θρ ab eo exponitur θυραι, itidémque Θύρετρα, Θύραι: at Θύρετρα cum τρ sunt θυρώματα. sed suspectæ sunt duæ illæ priores scripturæ. Eustathius certè θύρετρα ea forma dici scribit qua πέρετρα. E

HINC Ἀντιθύρεθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vicem ianuæ præstans. vt apud Nonnum αὐτὰ θύρεθος λίθος, Lapis vicem ostii præbens, Lapis qui est vice ianuæ, seu loco ostii. ὁ ὢν αὐτὰ θυρέτρου. Sed in vulg. lex. malè scriptum est αὐτιθύρετος pro αὐτιθύρεθος: quum ianua non dicatur θυρετὸν sed θύρεθον. F

ΘΥΡΕΟΣ, οῦ, ὁ, Ianua, vt quidem vtitur hoc nomine Homerus, qui saxum claudens spelunca ingressum θυρεὸν appellat Od. ι, v. 240, Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπιθῆκε θυρεὸν μέγαν ὑψόσ' ἀείρας, Ὀξέϊκον. At verò eius posteri θυρεὸν appellarunt quoddam scuti genus, à magnitudine: παρωνυμούμενον τῆς θυρᾶς (inquit Eustathius) ὁμοῦ τὸ μεγέθους. Athen. 6, ἢ τοῦ Σαυν. τῶν δὲ ἐμὰ θυρεοῦ χρῆσιν. Apud eundem lib. 4, καὶ οἱ μὲν τοῖς θυρεοῖς ὁπλοφοροῦντες ἐκ τοῦ ὄπισθε παρεῖσαν. Liuius lib. 8, scribit Romanos antea clypeis vsos, deinde postquam facti sunt stipēdiarii, scuta pro clypeis fecisse. Idem lib. 1, primæ classi imperatum dicit esse clypeum cum galea, ocreis, lorica: secūdæ pro clypeo scutum, & præter loricam eadem omnia. vbi Dionysius Halic. pro clypeo ἀσπίδα dicit, pro scuto θυρεόν. Ea igitur inter clypeum & scutum different. a putatur fuisse, quòd clypeus rotundus esset, at scutum formæ oblongæ, maiusque clypeo: hinc etiam vocasse Græcos θυρεὸν, quòd forum similitudinem referat, quæ longiores quàm latiores esse solent. Vide Turnebū Aduers. lib. 9, cap. 27. G

C. Θυρεοειδὴς (q. d. Scutiformis) Formam seu speciem habens scuti θυρεοῦ appellati. vt θυρεοειδὴς χονδρος, videlicet laryngis cartilago prima & anterior, & quæ velut scutū quoddam aliis præposita est. Nec verò vsum modò scuti habet sed etiam formam. G. Dicitur & ἀσπιδοειδὴς.

C. Θυρεοφόρος, ου, ὁ, Scutifer, Qui gestat id scuti seu clypei genus quod θυρεὸς appellatur. Is qui de militaribus vocabulis scripsit, inter equites ἀκροφαλάκπις ponit τοὺς θυρεοφόρους & τοὺς ἁπλῶς δεξιοφόρους. Bud. à Plut. θυρεοφόρους appellari milites legionarios scribit. H

C. Θυρεοάσπιδες, Scuta, in v. l. ex Epigr. Sed nō videtur stare posse hæc expositio.

Καθίσημι autem significantis Constituo in illis dicendi formulis quas protuli, necnō in aliis nonnullis, exempla sunt hæc. Xenoph. Pædiæ. 3, πότερον ἐᾷς ἄρχειν, ἢ ἄλλον καθίσῃς ἀντ' αὐτοῦ; id est, An alium in eius locum constituis? vel, An alium pro illo substituis? vtroque enim modo Cicero quoque loquitur. Tale est κατασήσας ἀντ' ἐαυτοῦ ἄρχοντα. Vt verò Constituere regem dicit Cæsar, sic Demosth. Olynth. 1, τοὺς μὲν ὀκεαλοὺς, τοὺς δὲ κατασήσας τῶν βασιλέων. Atque vt hic βασιλέας, sic τυράννους κατασῆσαι in orat. Pro cor. dicit, ἐπειδὴ τυράννους ὀκεῖνος ὀν ταύταις τῆς πόλεσι κατέσησε. Tale est νομοθέτας καθίσάναι apud eundem: & alibi δικαστὰς καθίσάναι: itemque ἱππέας καθίσαναι, Xenoph. & καθίσάναι τὰς ἀρχάς, Aristot. & ἐπάρχοις καθίσάναι, Herodian. vbi non solùm Constituere, sed & Creare reddi potest. Isocr. autem dixit etiā καθίσάναι ὀπὶ τὰς ἀρχάς, in Panath. & καθίσάναι ὀπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, in orat. De pace. At cum eadem quidem præpositione sed aliis casibus iuncta, videlicet genit. & datiuo, in Test. noui scriptis. vt Matthæi cap. 24, ὃν κατέσησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ὀπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ. & capite 25, ὀπὶ πολλῶν σε καταστῶ. Sic Act. cap. 6, οὓς κατασήσομεν ὀπὶ τῆς χρείας ταύτης. Cum datiuo autem, vt Lucæ 12, ὀπὶ πᾶσι τοῖς ὑπαρχουσιν αὐτοῦ κατασήσει αὐτόν. Quibus in locis non Constituere solùm, sed & Præficere verti potest, & quidem aptius, eodem alioqui sensu, (dixit tamen Cic. Constituere in aliquo munere) Affertur autem & καθεσῶσιν ὀπὶ τοῖς βουλευταῖς ex Aristotele, pro Sunt præfecti consiliariis. Item καθεσῶτες ὀπὶ τῶν φονικῶν ex Plut. in Romulo, pro Constituti iudices de cæde.

At καθίσημι cum præpos. εἰς latius extenditur, vt sequētia docebunt exempla: in quibus licet aliquam constituendi significationē retineat, commodius tamen vertitur Redigere. Plut. in Publ. κατέσησεν ἐς ἀσφαλὲς τὴν πολιτείαν. Plato epist. 7, ἀνθρώπους εἰς φιλίαν τε καὶ ἑταιρείαν ἀλλήλοις καθίσάναι. Sic In tranquillum remp. redigere dixit Liuius, In concordiam redigere, dixit Plautus, & In gratiam redigere, Terent. Sed pro καθίσάναι εἰς εὐδαιμονίαν apud Isocr. malim Perducere, vel Adducere ad felicitatem q̄ Redigere ad felicitatē. licet Redigere ad miseriam dicatur. Aptissimum verò est Redigere & in istis dicēdi formulis: Καθίσάναι εἰς ἀπάνιν, Καθίσάναι εἰς ἀπόνοιαν, Καθίσάναι εἰς ἀνάγκην: sic enim Lat. dicitur Redigere ad inopiam, Redigere ad desperationem (vel Cōpellere ad desperationem) Redigere ad necessitatē. Sed in his Isocratis, εἰς ὀνείδη vel εἰς αἰσχύνην καθίσάναι, (quibus addēdum εἰς ἀπορίαν καθίσάναι ex Demosthene) & εἰς παραχὰς καθίσάναι: (sicut & passiuè καθέσταμεν εἰς παραχὴν) item εἰς πολέμους καὶ στάσις καθίσάναι, non video quod aptius esse possit Lat. verbum reddendo Græco καθίσάναι quàm Coniicere. Sic enim Latini dicunt (nisi me memoria fallit) Coniicere in ignominiam, Coniicere in turbas, Coniicere in seditionem: sicut & Coniicere in tumultum, apud Liuium. Quibus tamen frequentius esse fateor, Coniicere in metum, Coniicere in periculum, Cōiicere in fugam: in quibus itidem verbo καθίσάναι vtentes Græci dicunt, καθίσάναι εἰς φόβον, & καθίσάναι εἰς κίνδυνον, & καθίσάναι εἰς φυγὴν, vt exemplis ostendam in Φόβος, in Κίνδυνος, in Φυγὴ, si recordatus fuero. At quum dicitur à Xenoph. εἰς τοὺς ἄρχοντας καθίσάναι, est Collocare inter eos, vel Referre inter eos, id est Referre in numerum eorum qui &c. Inuenitur & καθίσημι ἐμαυτὸν εἰς κρίσιν, quod exponitur Offero me iudio, & Exhibeo me iudicio: fortasse autem & verbo Sistere (sicut in aliis loquendi gen. suprà) locus esse hic potest. ‖Nec verò καθιστάναι cum εἰς tantùm sed & cum ἐν iungitur. vt Xenoph. Pæd. 4, τοὺς φίλους ἐν ἀκινδύνῳ καθιστᾶσι. eodémque modo cum καθεστάναι, quod est passiuæ signific. ibidem, ἐν κινδύνῳ καθεστάναι. Quinetiam affertur ex Dem. καθιστάναι τὴν πόλιν ἐν ταπεινότητι, vbi exponitur Redigere.

Καθίσ-

Καθίσημι, vel καθίσαμαι, Constituo, vel Compono, A Moderor, Ordino. Thucyd. lib. 3, καὶ πάλαι τὰ πρὸς τὴν θρᾴκην καὶ τὴν ἄλλην Λέσβον ἢ ἀυτὴ ἔδοκει. Plutarchus in Pompeio, διοικήσας δὲ τὰ ὀκεῖ καὶ καθέσταται. Item καθίσαμαι pro Constituo, id est Ad meliorem statum redigo, Bud. Affert verò & Compono, id est χρωμαι. ex Theophrasto 163. Denique & pro Compono (pro senātu quo dixit Virgilius, — moros componere fractos) seu Placatum reddo, Sedo. Vide Comm. pag 483: sed loco Plut. qui ibi affertur, repone καταστῆσαι pro κατέσησαι. (Sic B apud Isocratem ὅταν καταστῇ τὰ πράγματα, quum cōposita omnia fuerint & reddita tranquilla. Item καθεστῶτα πράγματα apud Lysiam pro Res pacatæ) Gregorio opposuit etiam πταρασσειν τὴν πόλιν & καθίσταν (quo dicitur modo aqua turbida καθίσταται, quum eius crassamētum subsedit) Basilius autem dixit ἐκ τῆς μανίας καθίσάναι pro Componere. id est Ad sedare: & q. d. Insanos motus sedare & compescere. E pass. apud Aristotelem Polit. 8 ὅν δὲ τρόπον καὶ τῶν ἄλλων ὀργανικῶν, ὅταν χρήσωνται τοῖς ὀργάνοις, ἐν τῷ ψυχῷ μέρει καθίσαμθοις. Et καθίσαθαι pro Componi me re & sedari post C trepidationem, apud eundem in Problem. 51. Sed & mulierem καθίσαθαι dixit pro Componi & ad frugem bonam reduci, in 7 De hist. animalium, pag 97. Vtuntur porro & medici hoc verbo, de sedandis inflammationibus atque aliis doloribus loquentes: vt καθίσαντες ἐμπνεύματα, Galen. Idem, ἔλκη καθίσαθαι dixit passiua significatione. At verò apud Dioscor. καθίσάναι ἴκτερον redditur Discutere morbum regiū: & D καθίσάναι ἰκτεριῶντα, Recreare laborantes regio morbo. Vbi tamē fortasse aptius reddi possit in pristinum statum restituere, id est sanare, vel sistere. Habet autem hoc verbum quandam sedandi signif. & quum dicitur καθίσάναι τὴν ἵππον pro Equum concitatum sistere. nam & Horatius sedatum celeri opposuit.

Καθίσημι, Constituo, id est Firmo & stabilio, Bud. ex Gregorio. Affert verò & pass. καθίσταθαι ex Isocrate, item ex Theophrasto pro Roborari. Commemorari & fructuosum robur assequi. Vide p. 484 Commen. Item E pag. 486, καθίσημι exponit Compono & quod labat stabilio. Item, Eum qui labat vel paue. confirmo. ‖Apud Lucam autem Act. cap. 17, οἱ δὲ καθίσασε τὸν Παῦλον, dicit fortasse intelligi posse Qui Paulum comitatu suo confirmabant, securitatem et præsidium. ‖Item ἐλιγδρᾶν καθέσταθαι apud Lysiam scribit reddi posse Tueri, & Confirmare, vel Instituere. ‖Et apud Galenum ἀνδρα καθεστῶτα ἡλικίας esse hominem plena & cōfirmata ætate. Idem verò partic. ab Aristot. accipit de eo quod sit iam iustæ magnitudinis & plenæ. F

Καθίσημι, vel Καθίσαμαι, Restituo, aut Constituo, vt interpr. Bud. apud Aristoph. Ve pis. ἀνεστ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσαμαι τυραννίδα. Sed non minus fortasse conuenire possit Instituo. pro quo aperte ponitur & apud Isocratem in Panegyr. pag. 161, vbi dicit τὸν λόγον καθίσταμεν περὶ τῆς ἡγεμονίας. Alicubi verò καθίσημι potest vtrolibet verbo reddi: vt apud Aristotelem de Solone, τὴν δὲ δημοκρατίαν καθίσησε καὶ τὴν δικαστήριον. Vide & καθίσησαθαι ὀλιγδρᾶν, paulo antè ex Lysia. Quod autem ad restituendi significationem attinet, sciendum est apud Thuc. quoque εἰς τὰ αὐτὰ καθίσησαι exponi itidem, In eūdem statum restituere. sed nihil obstat quominus & hic καθίσησαι alio verbo interpretemur, quū addatur εἰς τὰ αὐτά. Sed huc referri potest & καθίσαθαι oppositum τοῦ ἐξίσταθαι: quum hoc significet Descisscere à natura sua, illud autem, Ad suam naturam redire: ex Theophrasto, ὅταν ἀπὸ ἰωνίου καθίσαθαι, καὶ τὴν αὐτὴν χρόαν λαμβάνειν. Nam Ad suam naturam redire, est veluti Suæ naturæ restitui, aut Sibi restitui. H At Isocr. dixit εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν καθίσησαι, in Hel. enc. Idem in Panath. καθίσησαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτῶν ἕξιν, & ἀναλαμβάνειν ἑαυτοὺς pro eodem posuit. Huc pertinet etiam καθίσάναι ἱκτεριῶντας, quod ex Dioscor. paulo antè protuli.

Καθίσημι τὸν πόλεμον, Committo bellum, συμβάλλω. Et καθίσάμενος πόλεμος, Bellum cœptum, vt apud Thucyd. initio historiæ. Ita Budæus, qui & εἰς μάχην καθίσταται apud eundem vertit Prælium cōseruerunt. Sed sciendum est ab eodem Thucydide dici etiam καθίσαθαι εἰς πόλεμον, & καθίσαθαι εἰς πόλεμον τινί pro Capessere bellū cum aliquo, seu aduersus aliquem. In vulg. lex. καθίσαθαι εἰς μάχην vertitur Ad pugnam descendere: & καθίσαντο εἰς πόλεμον, pro Bellum suscipiebant, In bellum deueniebant.

Καθίσημι, Efficio, Reddo. Thuc. 2, καὶ τὴν ἀλογίαν ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω, φανερὰν σημεῖον καθίσας. Isocr. ad Nico I. τὰ μὲν ἔργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας. (vbi καθίστη est pro καθίσταθ.) Idem, τὰ μὲν ἄλλοις ἀδυνάτα, δυνατὰ καθίσῶσα. Sic apud eundē in Hel. encomio, τὸ μὲν ἐπιπόνου καὶ φιλοκίνδυνον κατέστησε τὸν βίον. Itidē apud Xenoph. θεοῦ τὴν ἑαυτῶν καθίσάναι redditur Efficere: sed verti etiam potest Constituere. de qua significatione dixi. Bud. simul ponit καθίσῶ pro Efficio, & pro Afficio, ac Redigo, p. 481, quā vide. Ego de redigendi signific. egi suprà.

DE Κατέσηκα autem ET Καθέσηκα vide partim cum pass. Καθίσταμαι, partim etiam post.

P. Καθίσταμαι, Constituor, Redigor, Componor: item, Instituor. &c. sequendo significationes quæ actiuæ voci datæ fuerunt, cum quibusdam nulla & huius exempla posuimus. Quinetiam vt illa præpositionis iungitur cum variis accusat. sic quoque καθίσταμαι, & frequentius etiā κατέστη. Ac dictū quidem iam est de καθίσταθαι εἰς μάχην, vel εἰς πόλεμον, & quidem interdum audito personæ datiuo: sed eis ex Isocrate addendum est καθίστας εἰς ἔχθραν τοῦ βασιλέως, quod eadem forma dicitur: exponitur autem Regi factus inimicus. de qua expos. mox dicam. (similia autem loquendi genera vide & paulo post) At καθίστας εἰς φόβον, pro Coniectus in metum, eadem forma qua suprà καθίσάναι εἰς φόβον, Coniicere in metū. Sed potest καθίστας εἰς φόβον reddi etiam (& quidē vsitatiore dicendi formula) Metu perculsus, vel vno verbo Terrefactus, seu Perterrefactus. Affertur & καθεστάναι ἐν φόβῳ, q. d. Constitutum esse in metu, aut Versari in metu, pro Metuere. Iam verò & motus significationem inclusam habet nōnunquam hoc verbum: vnde καθίστας redditur Quum veniliet, aut Quum appulisset. vt Thuc. 3, κατεστάντες ὖν εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας. Tale est apud eum, καθίστας εἰς τὸ στρατόπεδον. Tale apud Herodot. quoque, καθίστας εἰς Αἴγινα. Quo exponitur modo & in his phrasibus, καταστὰς εἰς ἀγῶνα τινί, aut etiā πρός τινα: vel καταστὰς εἰς διαφορὰν apud Plut. Quum incertamen veniisset, Quum in discordiam venisset. Quibus simile est quod suprà attuli, καθίστας εἰς ἔχθραν τοῦ βασιλέως: licet alia interpretationis forma redditum, videlicet Factus inimicus. Ac certè Bud. quoque καταστὰς vertit Factus in hoc Dem. loco. δίκαιος λογισθῆς τοῦ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐπιτιμωμένου καταστάς: sed diuersum est loquendi genus. at verò vt καταστὰς reddetur cum εἰς ἀγῶνα. & cum εἰς διαφορὰν, sic reddendum fuerit & cum illo accus. ἔχθραν. Quin autem verbo Venire in illis interpretandis vtamur, nihil prohibet, quū à Latinis non solùm res dicatur in cōtentionem seu disceptationem venire (de qua videlicet contenditur & disceptatur) verumetiam dicant in contentionē venire, eum qui contendit. In hac autem significatione passiui verbi καθίσταθαι, meminisse oportet illius signific. actiui καθίσημι, qualem esse docui tum apud Homerum tum apud Thucydidem pro Sistere aliquem, aut Deducere in aliquem locum, & in eo velut collocare. Cæterùm καθίσταθαι εἰς ἀγῶνα aliquē etiam signific. dicitur, sicut & καθίσταναι εἰς ἀγῶνα, de quo Bud. pag. 99 & 482.

Peculiare autem id habet καθίσταμαι, quòd pro Fio, & Sum, vel Existo dicitur. vt Isocr. πλείστων ὀγαθῶν δι' αὐτοῦ καθίσταται. cuius signif. plura exempla Bud. affert p. 482. Idem p. 485 rursum idem exemplum Isocratis affert, in quo καθίσταται vertit Existunt & fiunt. (Quò pertinet κατεστὰς pro Factus, de quo suprà.) Attulerat autem antea ex Thucydide καθίστη pro Extitit, vel pro Enatum est, seu Cœptum est: item τοῖς τοῦ καθεστῶσιν ἐχθροῖς ex eodem Thucydide pro Hostibus qui nūc

ſunt, aut Hoſtibus qui nunc eſſe cœperunt. Sed & πᾶ καθεῶτα dicit eſſe Præſentia: & τῆς καθεστῶσι καιροῖς reddit apud Plutarchum in Phoc. Statu præſentium temporum. (Vbi addit, Καθεστικὼς & Καθεστὼς ſignif. habere paſſiuam, itidémque Καταστὰς, videlicet pro καταστὰς & καθεσταμένος, VT Μεθεστικὼς & Μεθεστὼς AC Μεταστὰς, ITEM Ἀφεστικὼς, & alia compoſita. AT VERO Ἑστακα, cum actiua voce vnà ſignif. habere actiuam, VT Ἀνεστάναι ἑαυτὸν, Greg. ET Ἐφεστάναι ἄνδρας ὁπλιτικοὺς, apud Polyb. ET Ἐξεστάναι αὐτοὺς, Act. Apoſt. cap. 8.)

B ¶Quod autem ad aliam peculiarem ſignif. attinet, ſcribit quæ ſequuntur, Καθίσταται & Καθέστηκεν & Κατεστι dicunt pro νενόμισται, In more poſitum eſt, Moribus receptum eſt, Solenne eſt. Et καθεστικὸς, quod iam receptum eſt ac moribus comparatum. Pauſ. ἐν ὅσοις καθέστηκεν θεοὶς ἄλλοις σέβειν ἐν δήμοις, &c. Idem, θεὸν ᾧ Ἀμφιάραον προφῆτις Ὠροπίοις κατεστηνομίζειν. Et apud eundem καθέστηκεν vertit, Legitimum eſt, Moribus bonis conuenit, Natura comparatum eſt. Vnde & ὡδὶ τὸ καθεστικὸς dici pro Indecorè, Illicitè. Item καθεστικῶς τιμῶν a Demoſth. vocari legitimum & moderatum pretium iuſtúmq;. Item καθεστὼς dici Conſtitutũ, Statũ & fixũ, (ea autẽ quam ſubiungit ſignif. ad illã pertinet quam habet καθίστημι & κατεστι apud Pauſ. vnde & ibi eam poſui) de quibus lege plura p. 481 & 484 & 485. Sed p. 481. τὸ καθεστὸτων μεταβολὴ exponit etiam Rerum nouarum molitio. Eodémque modo στέργειν τὰ καθεστὸτα redditur Non ſtudere rebus nouis. Addo autem exemplis quæ de καθεστὼς ex Pauſ. affert pro eo quod moribus receptũ eſt, hoc ex Thucydide ſumptum de καθεστὼς, l. 1, ἀλλ' ἀεὶ καθεστὼς, τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυναστοτέρου κατείργασται. i. Quòd ita ſemper moribus receptum fuerit. Vbi tamẽ & Legibus receptũ, aut ſimul Legibus ac moribus receptũ, vertere non dubitem. Quòd ſi & Cõſtitutum pro Receptum dici poſſit, melius expreſſum iri vim Græci verbi exiſtimo. Hoc certè extra controuerſiã eſt, apud eundem καθεστὰ νόμον verti poſſe vel Receptam legẽ, vel Conſtitutam.

C

κατάστασις, εως, ἡ, Conſtitutio, & collocatio cuiuſque rei in ſuam ſedem, vt annotat Gorr. ex Gal. 3, εἰς τὸ πρὸ ἀγωῶν. ¶ Κατάστασις exponitur, Conſtitutio, in alia etiã ſignificatione. vt καταστασις τῶν ἀρχόντων apud Ariſtotelem in Polit. ea ſignificatione qua καθιστάναι τὰς ἀρχὰς idem Ariſtoteles dicit, id eſt Conſtituere ſeu creare. Sic exponitur etiam apud Polybium μετὰ τὴν καταστασιν τοῦσας τῆς θεοῖς, into magiſtratu. Niſi fortè ſit Poſt conſtitutam rempublicam. ¶ Καταστασις, Conſtitutio, ſed in alia præterea ſignific. vt quum conſtituere rempublicam dicimus. καταστασις τῆς πολιτείας, Plato. Et apud Polybium πιάστης ἕνεκα διορθώσεως καὶ καταστάσεως. vbi Bud. eſſe dicit compoſitionem & rerum conſtitutionem in meliorem ſtatum. Dicitur etiam de conſtitutione iudicii apud Harp. in verbo Εἰσαγγελία. πρὸς τὴν βουλὴ ἢ δῆμον ἡ περὶ τὴν καταστασιν ἔστω.. Bud. ¶ Καταστασις, Conſtitutio, in paſſiua ſignificatione: interdũ & Status: vt quum dicitur de conſtitutione corporis humani, aeris, & ſimilium. Dioſcorides in præf. lib. 7, φασὶ γὰρ εἶναι τρεῖς καταστάσεις ἀνθρωπίνοις σώμασι. Galenus, ὅτι μὴν τοῦ Θιούτων διαθέσεων ἡ νεκρώδης ἐν τῷ πρόσωπῳ καταστασις ἐν τάχει γίνεται, ἧς ἐξῆς, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι. vbi Bud. interpr. Conſtitutionem corporis & habitum. Idem, ὅσπερ ὕγιεια φύσει, εἰς χωρεῖσι ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἐν ἧπερ μεπέλθοι, καταστάσεως οὖσης θερμῆς καὶ ὑγρᾶς. Idem, κᾷ διαφερούσας ὥρας καὶ καταστάσεις, diuerſis temporibus anni & temporis qualitatibus. Idem alibi, καλῶ δὲ καταστασιν τὴν τῶ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν, ἐν ᾗ καὶ ὥρα καὶ χώρα περιείληπται, Bud. interpr. Temperaturam aeris, Qualitatem cæli: item ex Celſo Qualitatem cæli, Tempeſtatem & Habitum tempeſtatis. Et apud Hippocr. lib. 3 Aphor. περὶ ὡρέων καταστασις, item, τοῦ ἀέρος καταστασις καὶ ἀρχή. Cæli habitus, vt ex Colum. interpr. v. l. Cæli affectio vel cõditio, vt ex Cic. At Gorr. καταστασιν in acre eſſe dicit τὴν περὶ φύσιν ἐν ᾧ περιέχοντι κρᾶσιν, hoc eſt tẽperiẽ aeris præter naturã. quæ enim ſecundũ naturã eſt, ὥραν dici, i. anni tempus: eiuſq; (videlicet τῆς ὥρας) quatuor eſſe differentias propriis tẽperamentis & nominibus deſignatas, ver, æſtatem, autumnũ, hyemẽ: in quæ ſi aliqua præter naturam temperies inciderit, eam non iam ὥραν ſed καταστασιν propriè nũcupari. Et apud Lucianum καταστασις ὑδίας, ſerenitatis temperies, μετὰ μικρὸν θαυμαστὴν καταστασις ὑδίας ἐγένετο. Et apud Alex. Aphr. λοιμικὴ καταστασις, peſtilens aeris cõſtitutio. Et apud Gal. ἡ τῆς διαίτης καταστασις, victus ratio. Pro ſtatu etiã accipitur, vt dixi, atque ſic exponi quidã ex præcedentibus etiã locis poſſunt. Herodot. Euterpe, ἐγένετο δὲ καταστασι πρηγμάτων τῇδε, hoc rerũ ſtatu vtebatur, i. hæc erat ratio vitæ ipſius. Sic apud Polyb. 2, ἡ ὑπαρχουσα περὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς Ἕλληνας καταστασιν, quo ſtatu tũc fuerit res Macedonũ & Græcorũ. Hæc Cam. Dicitur etiã de reip. ſtatu. vt ab Iſocrate ad Nic. διαφυλάττειν τὴν παροῦσαν καταστασιν, καὶ μηδέποτε μεταβολῆς. Et in Paneg. ἵνα δὲ αὐτοῖς τῆς καταστασεως ὑπομνήσω. Item Status, de ipſa ſtãdi actione, aut loco in quo cõſiſtitur. Soph. Aiace, Καταστασις γὰρ οὐ οὐδενὸς νόμου nullæ leges poſſint cõſiſtere. Polyb. τὴν καταστασιν ἐλάμβανον, locũ ceperunt. Camer. ¶ In morbis verò Gorr. καταστασιν vocari tradit quandã veluti formã morborum, ſecundũ quã ex tantis & talibus cõſtituitur vniuerſalibus tẽporibus, ſeu qualẽcunque ex totius morbi temporibus cõpoſitionẽ, quẽadmodũ Gal. docuit l. 1 περὶ κρίσεων. hãc autẽ non aliud eſſe quàm totius morbi durationẽ circumſcriptã temporibus quatuor, quæ totius morbi tẽpora ſeu vniuerſalia à medicis appellãtur. Ab Hipp. quoque καταστασιν vocari omnẽ cuiuſque rei formam, idem Gorr. tradit ex Gal. comm. 3 in Epidem.

D ¶ In hoc autem Plutar. loco, τῆτε καταστάσει τοῦ προσώπου καὶ τοῦ χρόα τοῦ βαδίσματος ἐμφανῶν τινὶ σημείῳ, B. interpr. Conſtantiã. videtur certè idẽ etiã quod καταστασις, Sedatio. Ariſtot Rhet. ἔστω δὴ πραότης, καταστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς. ¶ Καταστασις dicebatur etiam pecunia quæ is ex ærario perſoluebatur qui in equitum ordinem aſſumebantur, Stipendium equeſtre Camer. Harpocration ἀργύριον id eſſe dicit ὅπερ οἱ καταστάντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ὅτε τὴν κατάστασιν. quod ἀπεδίδοτο ὑπὸ τῶν ἱππαρχούντων ἑκάστῳ αὐτῶν ἕνεκα καταστάσεως. Exemplum autem hoc citat ex Lyſia, ψηφισαμένου δὲ τοῦ φυλάρχου ἐπιγεγραμμένου τοὺς ἱππεύσαντας, ἵνα τὰς καταστάσεις ἀναπαρέχωσι παρ' αὐτῶν. Citat etiã ex Eupolide locum. Camer. interpr. Conſtitutum ſtipendiũ in hoc Lyſiæ loco, οὐτε καταστασιν τῶν λαβόντα. ¶ Καταστασις apud rhetores Exhibitio. Camer. ex orat. πρὸς Νικόφ. ¶ Δαιμόνιοι καταστασις, Fortuna diuina, Camer. ex Euripidis Phœniſſis. ¶ Apud Theophr. legitur etiam καταστασις τοῦ δένδρων καὶ φυτείας. quod idem eſſe putatur cum φυτοπομὴς καὶ ἀναρρῆξις.

F C. Ἀκαταστασία, ας, ἡ, Tumultuatio, Agitatio qua res in quiete aliqua conſiſtere non poteſt. 1 Cor. 14, οὐ γὰρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. 2, Corinth. capite 12, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, ἀρεσκίαι, ἀκαταστασίαι. Camerario interprete, ἀκαταστασίαι, Ordinis turbationem & turbulentiam.

Καταστάτης, ου, ὁ, Inſtaurator. Sophocles Electra, ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτα δόμων, de Oreſte, id eſt ἀνορθωτὴν, vt ſchol. exponit. VNDE Καταστατικὸς, ὀδ. ὁ, Certo ſtatu præditus. Bud. ¶ Item Sedandi vim habens. Plutarchus Lycurgo, de carminibus & rhythmis quibus vtebãtur Lacones, πολὺ τὸ κόσμιον ἐχόντων καὶ καταστατικὸν, ὧν ἀκροώμενοι κατεπαύοντο λειοθυμίας τοῦ ἤθους.

G C. Ἀκατάστατος, ὀ, ὁ καὶ ἡ, Incompoſitus, Confuſus, Certo in loco ſeu ſtatu non collocatus. Vel, Non ſedatus, Tumultuans. Plut. De defectu orac. ἐμπαθῆ καὶ ἀκατάστατον, perturbationis tumultuationiſque plenum. VNDE Ἀκατάστατος, Incompoſitè, Confuſè, Quum res certo loco conſtituta aut ſedata non eſt. Iſocrates ad Euthyn. ἀκατάστατος ἐχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει. Et apud Galenũ πλανῆται πυρετοὶ, οἱ μὴ ὡεσμῷ ἀλλὰ ἀκατάστατοι γινόμενοι, in certis vicibus.

H c. 2. Δις κατάστατος, ὀ, ὁ καὶ ἡ, Sedatu difficilis X. Pæd. 5, δις κατάστατος παραχή. Idẽ, καὶ τὸ παραχθῆναι δι' ἐνιαυτοῦ, πολὺ μεῖζον ὂν τοῦ χρῶμα ἢ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ δις καταστατώτερον.

A c. 2. Εὐκατάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bene conſtitutus, Bene compoſitus, Sedatus, vel Stabilis.

c. 2. Νεοκατάστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nuper cõſtitutus, Nuper fundatus. vt νεοκατάστατος πόλις, apud Poll. Et ἄνθρωποι νεοκατάστατοι apud Thuc. lib. 3, Noui coloni, Qui recẽns in aliqua ſede collocati fuerunt.

Κατάστημα, ατος, τὸ, Conſtitutio, Status. Dioſcorides lib. 6, κατάστημα τὸ κᾷ φύσιν, naturalis cõſtitutio & habitus corporis. Et lib. 1, κατάστημα ἀέθειον, ſerena cæli conſtitutio, ſeu temperies. ἀέθειόν γὰρ ὄντος τοῦ καταστήματος συλλέγειν B δεῖ τὰ φάρμακα. Et κατάστημα ἀέρος νεφελῶδες. Et ὀρθὸς ὑγιαδὲς κατάστημα, Stabilis corporis habitus. B. ex Gell. Sic καταστασις ſuprà. Item, Conſtãtia, & habitus vulcuſque hominis compoſitæ mentis nec conturbatæ. Bud. ex Plut. in Marcello, οὔτε θυμῷ πρὸς τὸ Συρακοσίοις ἐπιθυμήσοις μεταβαλὼν καταστήματος, ἀλλὰ πρᾴως πάνυ καὶ κοσμίως τὸ τῆς δίκης τέλος ἐκδεχόμενος. Idẽ B. interpr. Conſtantem mentis hilaritatẽ in hoc loco B. ſ. De vita ſolit. τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον ἡ ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. Exponitur ab eodem Æquabilitas. C ¶ Κατάστημα pro χῆμα & καταστολὴ, Chryſoſt. ad Timoth. 101. Et καταστήματα eadem quæ τὰ περιβόλαια, apud Œcumen. teſte B. ¶ Κατάστημα, τὸ ὅῃ καταστήσιμα καὶ ἀπόκεμμα, hoc eſt quædam veluti confirmatio & animaduerſio, apud Hippocr. l. 2 Epidem. Gorr. ex Gal. Lex. Hipp. VNDE Καταστηματικὸς, ὀδ, ὁ, Sedatus & qui nullo motu agitatur. Plut. Gracch. in principio, βλέμματι καὶ κινήματι προσῴδος καὶ καταστηματικός. Laert. lib. 2, pag. 102. τὴν καταστηματικὴν ἡδονὴν τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλυπηδόνων καὶ ὅῃ ἀοχλησίαν.

D c. 2. Ἀνθίστημι, Contrà ſtatuo, Aduerſus aliquem ſtatuo ſeu conſtituo, Oppono. vnde paſſiua vox Ἀνθίσταμαι capitur pro Obſiſto, Sto contrà, quaſi Contra ſeu aduerſus ſtatuor. Xen. πρὸς τὸ παρὸν πράττουσα δίκαιον οὐδὲν ὠφελοῦν, ᾧ μηδὲ ὅλη ἡ πόλις θέλοι ἀνθίστασθαι. Thuc. l. 3, καὶ τῆς ἀνθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐόντος. 1. ὅταν πουμένης. Apud eundem verò lib. 7, ἀνθιστάντες ταῖς ναυσὶ, ſchol. exponit πλησιάζοντες ἀλλήλοις διὰ τῆς πλεύσεως.

Ἀνθίστημι, Subſtituo, quaſi Statuo pro alio, Sufficio in locum alterius. ἀνθιστῶσα apud Plut. eſt in locum demortui ſubſtituere, teſte Budæo. Itidem in paſſiua voce Ἀνθίσταμαι, Subſtituor. ἀνθιστάμενοι (inquit idem) ſunt Sublecti. i. demortuorum loco lecti: ſicut πρὸς καταλεγόμενοι, allecti. i. numero additi.

c. 2. Ἀποκαθίστημι, Fut. στήσω, Reſtituo, Reddo. Apud Demoſthenem ex pſephiſmate Byzantiorum, καὶ ἀποκατάστασε τὴν πάτριον πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους. Polyb. in 4 ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀντίοχος Ὀρχομενὸν κᾷ κράτος ἑλὼν, οὐκ ἀποκατέστησε τοῖς Ἀχαιοῖς, ἀλλὰ σφετεριστὰ ἀθρὸς κατέσχε. ¶ Item Reſtituo. i. In locum priſtinũ repono. Athen. de delphino, καὶ ἀναλαμβάνων ὅτι τὰ ὠῶν ἔφερεν ὅτι πλεῖστον νηχόμενος, καὶ πάλιν ἀποκαθίστα εἰς τὴν γῆν. ¶ Item, Reſtituo in priſtinum ſtatum, vt apud Herodianũ, περὶ τὸ Κομμόδου εἰκόνας ἀποκαθιστῶντες αὖ ἡ σύγκλητος καθεῖλε. Obſeruandum eſt autem in loco illo Athenæi præteritum imperfectum ἀποκαθίστα à themate Ἀποκαθιστάω, τῶ, quo vtitur & Ariſtot. in Metaphyſ. Inuenitur etiam thema Ἀποκαθιστάνω, & infinit. ἀποκαθιστάνειν.

Ἀποκαθίστημι, Reſtituo ſanitati, Sano. Dioſc. l. 4, ἐχμοδήκτους ἀποκαθίστησι. Idem lib. 1, ἀποκαθίστησι δασυσμοὺς φωνῆς. Eſt autem affinis hæc ſignificatio proximè præcedenti. nam quem ſanitati reſtituimus, eum in priſtinũ ſtatum reſtituere dici poſſumus. G

Ἀποκαθίστημι pro καθίστημι, Efficio, Reddo. Luc. καὶ στρατηγὸν ἀκαταμάχητον ἀποκατέστησα, Te effeciſſem vel reddidiſſem inuictum imperatorem.

Ἀποκαθίστημι, Contrarium τοῦ καθίστημι, Diſſoluo, διαλύω, apud Ariſtot. teſte Bud.

Ἀποκατῆναι autẽ dicitur neutra ſignificatione pro καθῆναι, Conſidere, Subſidere, vt aqua turbulenta, apud Dioſc.

Paſſiuum eſt Ἀποκαθίσταμαι, & paſſiuam ſignific. habens. pro Reſtituor, Reddor. Apud Theophraſt. De H plantis l. 7, τὸ ἐξιστάμενον dicitur ἀποκαθίσταται, id eſt reddi ſibi, quod ad naturam ſuam redit, inquit Bud. ſubiũgens hæc eius verba, αὐ δὲ ὅπηκέρωσιν ἅπαξ μόνον, ἐξίσταται τὸν πυρὸν φασὶ καὶ γίνεται μακρὸν, ὃν καλοῦσι καμαίαν, καὶ οὐκ ἀποκαθίσταται πάλιν σπειρόμενον. Secundũ quam Budæi interpretationem, ἀποκαθίσταται ſine adiunctione idem valet quod ἀποκαθίσταται πρὸς τὴν φύσιν, quod alibi ab eodem Theophr. vſurpatur.

Ἀποκαθίσταται dicitur à Plutarcho quod eſt πεπραγμένον, in hoc loco, De ſera numinis vindicta, μικτὴν τινα φέρεσθαι καὶ πεπραγμένῳ κίνησιν, καὶ πολὺ πάνυ χρόνῳ καὶ μόλις ἀποκαθισταμένην. Sic aqua turbulenta à Dioſcoride dicitur ἀποκαθῆναι, vt paulo antè annotatum eſt.

Ἀποκαθίσταμαι, Redigor, Euado. Theophr. De plant. l. 4, τῶν δὲ σκωλήκων οἱ μὲν ἐξαυτῆς τῆς συκῆς γίνονται, οἱ δὲ ἐνίκαυτα ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράσου. πάντες δὲ εἰς τὸν κεράσιν ἀποκαθίστανται. i. Rediguntur. vel Conformantur, vt B. vertit. Gaza autem reddit, Figurantur.

Ἀποκατάστασις, εως, ἡ, Reſtitutio, Redditio. Item, Reſtitutio in priſtinam formam, vel ſtatum. Greg. De baptiſmo, τὸ ὕδωρ, οὐκ οὖσης δευτέρας γενέσεως, οὐδὲ ἀπαλλάσσεως, οὐδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασεως. i. Natalium reſtitutionis. Idem, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀποκατάστασιν, Poſt reſurrectionem. Ad verbũ, Poſt reſtitutionem Seruatoris. id eſt Poſt ſeruatorem vitæ reſtitutum ſeu redditum.

Ἀποκατάστασις, Circuitus ſolis & lunæ & aliorum errantium, anno vertente in eodem ſigno, inquit Bud. Plut. in Cæſare, de faſtis loquens, ἐν μιᾷ Νομᾶς ὁ βασιλεὺς τοῦτος λέγεται ἐμβαλεῖν, μικρᾷ βοηθείᾳ ὀλίγων τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Cui loco Plutarchi ſubiungit Bud. hunc Columellæ l. 4, Tẽpus quo ſol in eandẽ partem ſigniferi per eoſdem numeros redit, per quos curſus ſui principiũ ceperat, ἀποκαταστάσιν vocant ſtudioſi rerum cælestiũ. Dicitur & ἀποκατάστασις περιοδικὴ à Dionyſio Areop. vbi ſcribit, καὶ τῆς τῶ δύο φωστῆρων, οὓς τὰ λόγια καλεῖ μεγάλους, ἀπὸ τοῦ αὐτῶν εἰς τὰ αὐτὰ περιοδικῆς ἀποκαταστάσεως. Eius autem ſchol. hæc alibi annotat, καταστασις ὅτιν ἀπὸ σημείου τινὸς ὅτι τὸ αὐτὸ σημεῖον ἐπαναδρομῇ. οὗ ὁ ἥλιος δι' ἐνιαυτοῦ περιπολεῖ τοὺς ιβ οἴκους, ἀπὸ τοῦ λεγομένου κριοῦ ὅτι τὸν αὐτὸν κριὸν διερχόμενος. A quibuſdã exponitur Anniuerſarius reditus in idem ſignum. Quũ enim ſol & luna in idem ſignum redeunt, tum velut in priſtinum locum reſtituuntur & reponuntur. Diximus autem ἀποκαθιστάναι inter cætera ſignificare In locum priſtinum reponere, ſeu reſtituere. At Honoratus Seruius longè aliter videtur hanc vocem accepiſſe. (niſi fortè ea perperam à librariis pro alia poſita eſt) quum ſic ſcribit in Eclog. 4 Virg. Videtur tamen locus hic dictus per ἀποκατάστασιν. i. per omnium rerum volubilitatem, ex ſiderum ratione veniẽtem, vt diximus ſuprà.

Ἀποκατάστασις ab Heſych. exponitur πλείωσις. Reperitur etiam alia expoſitio incerti autoris, τέλος τῆς καταστάσεως. Et quidam putant Act. Apoſt. c. 3, vbi dicitur ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως, ſignificare πλειώσεως.

c. 2. Ἐγκαθίστημι, Colloco. Iſocrates, φρουρὰς μείζους ἢ νῦν ἐν αὐτῇς ἐγκαταστήσας. Sic apud Plutarchum, καὶ ἐκκρούσας τὴν τοῦ Σελεύκου φρουρὰν, καὶ κρατήσας, ἰδίους ἐγκατέστησεν ἐπιστάτας ἄνδρας. ¶ Item, Conſtituo (idem quod καθίστημι) vel potius Conſtituo in. Thucyd. libro 1, Κάρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκατέστησε, & ſuos filios duces ſeu principes conſtituens. Eodem libro, τύραννον δὲ ἑῶν ἐγκαταστῆσαι πόλει, τοὺς δὲ ἐν μιᾷ μοναρχίᾳ ἀξιοῦν καταλύειν, tyrannum ſinimus conſtitui in ciuitate.

c. 2. Ἐπικαθίστημι, Subſtituo, Sufficio. Polybius lib. 2, ὃν δὲ τῇ μάχῃ τῶτῃ Λεωνίδου τοῦ στρατηγοῦ τελευτήσαντος, Μαρκίον ὅτι κατέστησαν τὸν Κόριον. Eodem libro pag. 22. à tergo, ἐδέξε τοῖς Αἰτωλοῖς, ὃς αὖ ὅτι καταστῆναι στρατηγὸς κρατήσῃ τῆς πόλεως, κοινῇ ποιεῖν τοῦ προϋπάρχοντα καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶ λαφύρων, Subſtitutus, Suffectus, Succeſſor magiſtratus, Budæo interpr. Apud Plat. autem in Tim. ὅτι καθίσταται προφητῶν γένος ὅτι τῆς ἐνθέου μαντείας. v. l. interpr. Prophetarum genus præeſſe vaticiniis.

c. 2. Παρεγκαθίστημι, Iuxta colloco ſeu appono. Demoſth. παρεγκαταστήσας τινὰ τῶ οἰκετῶν φυλάττειν, Apponẽs cuſtodẽ, Apponens aſſeruatorem. Idem, παρεγκατέστησε φυλακῆ. Lucianus, τὸν ἀεὶ τὸν αὐτοῦ παρεγκαθιστῆσας τὴν ἡπαρ ὁσημέραι

πολάφοντα. Plutarch. ὃν αὐθ' ἑαυτῷ τῷ ἀδελφῷ Λεύκιῳ παρεκατέστησεν, consiliarium & quasi consortem imperii apposuit, hoc est, sub persona legati, quasi custodem & moderatorem. Budæus. Item, Altrinsecus colloco, ἐξ ἐναντίας καὶ παρεμφερῶς καθίστημι. Budæus pag. 683, ex Isocrate. A

c.2. Προκαθίστημι, Prius constituo seu colloco. Thucydides libro 2, ῥᾷον ἔλαθον εἰσελθοντες φυλακῆς οὐ προκαθεστηκυίας, Nulla præposita custodia, seu, Quū nulli ibi custodes ante ipsos collocati fuissent. Exponitur etiam Præparo. ΥΝΔΕ Προκατάστασις, εως, ἡ, apud Hermogenem lib. 1 De inuent. Narrationis præparatio, ἡ προδιήγησις. vulg. lex. B

c.2. Συγκαθίστημι, Vnà cõstituo, Confirmo. Thucyd lib. 4, παρὼν ὅ καὶ Περδίκκας ἀδικεῖ μετὰ τοῦ ἄλλου, συγκαθιστῶντα. id est συνεβεβαίου, vt schol. exponit. Apud Polybium autem libro 16, πλῆθος τῶν Φιλίππου πολιτῶν τὸ πλῆθος τὸ συγκαθεστὼς εἰς τὸν ἀγῶνα, Bay f. interpr. Nauium numerus prælio aptarum.

c.2. Ὑποκαθίστημι, Substituo, Sufficio. idem quod ὑποκαθίημι. Herodian. καὶ ἐφεδρεύειν αὐτοῖς ὑποπτεύοντο, εἰ τινὶ δόλῳ ἀποζωσθεῖεν, ἐκεῖνοι καὶ ἅτε παρόντες ὑποκαθεῖεν, si ipsi dolo quodam exautorarentur, ne illi præsentes protinus substituerentur. B. C

ΥΝΔΕ Ὑποκατάστασις, ου, ὁ καὶ ἡ, Substitutus. idem ex Pand.

c 3. Ἀντυποκαθίστημι, In locum alicuius substituo, Loco alicuius subrogo. Vnde ἀντυποκατάστασις apud Plutar. In locum demortui vel abeuntis magistratu suffectus.

C. ΜΕΘίστημι, Statuo aliud pro alio. Aristot. Ethic. 5, τὰ σάζουσιν ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας πολιτείας ἄλλην μεταστήσωσι. B. Huc autem pertinere videtur μεθιστάναι πόλιν apud Thucyd. Sed generalius pro Muto accipi sciendũ est, (vt qui aliud pro alio statuit, mutationem facit.) Aristot. οὐ γὰρ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τῆς ἡδονῆς κατειλημμένα μεταστῆσαι. Plut. De def. or. καὶ τὰ σύμπαντα μεθιστάντα, καὶ τὴν μανιακὴν ὀργὴν αἱρεῖται. Et apud Antiphontẽ, γνώμην ἐξ ὀργῆς μεταστῆσαι, Bud. vertit, Concepiam ab ira sententiã mutare. Affertur & cum genitiuo Attico, ex Aristophane, μεθίστημι τοῦ χρώματος, pro Muto colorem. A Platone accipi pro Muto & degenerare facio, testatur idẽ Bud. ‖ Et quoniam locum mutare facit qui ex vno loco in alium transfert, seu traducit, aut submouet, seu expellit, sic etiam accipitur μεθίστημι. Pausan. ἐς Ἐπικλέδαν τὸν ἀδελφὸν μετέστησε τὴν ἀρχήν, transtulit imperium. Gregor. de Iuliano inuadente imperium, ὡς μεταστήσων εἰς ἑαυτὸν ἅπαν τὸ κράτος. (Apud Xenophontem tamen, ὁ δὲ Ἐπόνικος δέκα ναυσὶ πάντα τὰ ἐκεῖ χωρία τοῦ τοῖς Λακεδαιμονίοις μετίστησιν, Bud. μετεστησεν ei ponit non simpliciter Transtulit, sed In ditionem & imperiũ subegit & subiugauit.) Synes. ἄγων καὶ μεθιστὰς οὐχ ἧττον λιπελέστερον ἢν, ἀλλ' ἢ κερδαλεωτέρον, ducens & traducens. Greg. καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς πλάνης μεταστήσας εἰς σωτηρίαν. Apud Platonẽ cum αὐτὴ in Epist. τὴν ἀρχὴν αὐτὴ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταστῆσαι, (vbi tamen non solùm Traducere sed & Mutare vertitur.) At pro Submoueo, seu Expello, aut Facessere iubeo: vt μεθίστημι τινὰ τῆς καθέδρας. sed frequentius etiam sine genitiuo & quidem in aoristo medio interdum. vt Thuc. 5 εἰ μὴ μεταστήσετε ἡμᾶς, ἀλλὸ τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσθε. Æschines. καὶ τοὺς μὲν ἀναγῆς μετεστήσαντο, τοὺς δὲ δεσμεῖν φυγόντας κατήναγον. Lucian. μεταστήσαιμι ἅπαντας ἐὰν καὶ ἀγκάλας τοῦς με. Nonnunquam vero magis peculiarem significationem habet, videlicet pro In exilium mitto, (ad quam significationem Summoueo quoque & Expello alicubi restringuntur) apud Plutar. in Aristide. Ex Chrysost. etiam affertur pro eadem significatione, τοὺς τὴν ἀδοξίαν μεταστῆσαι. Apud Isocratem autem Budæus exponit item Migrare cogo. ‖ Μεθίστημι, Dimoueo, Retraho, Reuoco. Gregorius, ὃν καὶ χαλεπὸν μεταστῆσαι κακίας. In quodam autem Thucydidis loco μεθιστάναι legisse mihi videor pro Dimouere de sententia, quod potius Deducere dicitur. ‖ Μεθίστημι ἄγαλμα φόνου, ex Euripide, in vulg. lex. pro Arceo, seu Prohibeo statuam à cæde. D

Μετίστω ΕΤ Μεθέστηκα vide in Μεθίσταμαι.

Μεθίσταμαι, Statuor pro alio. Item Mutor. Aristophanes, ὡς πολὺ μεθεστηκὼς οἷος πρότερον ἦν ἐκεῖνος. Plato, λοιπὸς δὴ ὁ τυραννικὸς αὐτὸς ἐκείνου μεθίσταται πῶς τε μεθίσταται ὁ δημοκρατικός. Ex Herodoto affertur μεθίσταται & pro Mutari animo, id est Mutare sententiã. Pro Degenero autem sicut ἵσταμαι, (mutantur autem quæ degenerant) Bud. ex Polybio profert, μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία. Μεθίσταμαι, Transferor, Traducor. Plutarchus in Apophth. μετέστησαν εἰς δουλείαν. vbi tamẽ redditur & aliis verbis. Interdum Submoueor, vel Amoueor. vt Lucæ c. 16, v. 4, ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, Amotus fuero, vt vetus quoque interpres reddidit. Sic apud Æschinem μεθίσταται Bud. vertit Submoueri. vt ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ὁρκίου καὶ τῆς οἰκουμένης ἐλίγου δεῖν μεθεστήκει. Sæpe autẽ redditur verbo neutro, Migro aut Facesso, aut Secedo. Bud. ex Athen. 215. Sic μεθίσταται εἰς ἕτερον τόπον, apud Plat. Migrare. Et cum ἀπὸ vel ἐκ habentibus suum genitiuũ: vt ἐκ συνεδρίου καὶ τυραννικοῦ κύκλου Κάλχας μεταστάς, Soph. Digressus, Quum recessisset. Sic, μεθίστασθαι ἐκ τῆς χώρας, vel ἐκ τῆς πατρίδος, Migrare è regione, Migrare è patria, seu Demigrare. Et sine præpos. apud Eurip. μεθίστασθαι βίου, Migrare è vita. (sed interdũ μεθίσταμαι sine adiectione eriã, vtrãque harum significationum habet: & quidem in participio præsertim. dicuntur enim μεθίστασθαι exules qui migrant è patria, & solum vertunt. vnde ἐπ' ἀποστάσει φόνῳ μεθεστηκότες. Demosth. Et ψηφίσασθαι τοὺς μεθεστῶσι κάθοδον, Plutar. A quo μεθεστῶτες dicuntur etiam pro μεθεστῶτες τοῦ βίου, Qui migrarunt è vita. Defuncti) Μεθίσταμαι redditur etiam Transeo. item Deficio. Plato in epist. ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸ ἀληθὲς λόγον μετίστασθαι. Xenoph. Hellen. 1, χωρία τοῦς Λακεδαιμονίοις μεθεστήκασι, quæ ad Lacedæmonios defecerãt. Qua dixit signif. Chrysost. ὅτι τὸν δόλον μεταστῶσι. Sic & apud Plutarchum in Demetrio 288 Bud. exponit Deficio, item Transitionem facio: sed & Secessionem facio exponit idem apud eundem Plutarchum. ‖ Μεθίσταται ὀπὶ πόδα, Retrocedere, Se recipere. Cam. ex Polybio. ‖ Μεθίσταμαι inuenitur & cũ genitiuis diuersis à superioribus, vt cum λύπης & φόβου. Exponitur autem μεθίστασο λύπης apud Euripidem, Depone mœrorem: & μετέστη δ' φόβου apud eundem, Desiinus timere: sed si verbum verbo reddendum sit, crediderim μεθίσταθαι λύπης esse Discedere à mœrore, itidémque μεθίσταθαι φόβου esse Discedere à metu, id est Liberari mœrore, seu solui, Liberari metu seu solui. ‖ Μεθίσταμαι apud Homerum, Sto inter, Versor vel sum inter. vt ἐπάροισι μεθίστατο, versabatur inter socios. E

Μετάστασις, εως, ἡ, Mutatio, qua videlicet aliud pro alio statuitur, vel qua status alicuius rei in alium traducitur. Demosthenes Olynth. 2, πολλὰ δὲ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεκτέον τὴν μεταβολήν. ‖ Item Submotio, Amotio. Andoc. 20, τὴν παρεῖσαν τοῦ τόπου παρόντος κακοῦ μετάστασιν. Sic ἡ εἰς τὸ δαιμόνιον μετάστασις τῆς αἰτίας τοῦ κακοῦ, qua in diuinum numen causa malorum remouetur. Vnde apud rhetores inter sex status genera numeratur. Quintilianus libro 3, cap. 5, Et translationem: cuius ab hoc nouum nomen inuentum est μετάστασις: nouum tanquam in statu, alioquin ab Hermagora inter species iuridiciales vsitatũ. Est verò & figura oratoria, de qua Aquila, Μετάστασις (inquit) quidam inter figuras nominant, quũ res à nobis aliò transmouemus in aliqua parte orationis, non ita vt ibi causam constituamus: alioqui iam non figura erit, sed species quædam eius status quem qualitatis aut ex accidenti appellant, secundum Hermagoram. Rursus Quintil. lib. 9, c. 2, De figuris sententiarum, scribit μετάστασιν propriè esse translationem temporum. ‖ Item Transitus, idem quod μετάβασις. Pro transitu ab hac luce in aliam, ponitur apud Gregorium, teste Budæo. Sic apud Lucianum ἡ ἐκ βίου μετάστασις. In hac significatione, figuræ quoque oratoriæ nomen est, quæ & μετάβασις dicitur. Vnde Iulius Rufus, Metastasis est, vel Metabasis, quum à persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua vel affectu. Quidam Transitum interpretãtur & Variationem. ‖ Μετάστασις idem quod μετανάστασις, Migratio qua è loco in locum imus: interdum B

Exilium, aut Exilii species quædam. Plato epist. 7, Δίωνα δ' ἐξίου διανοεῖσθαι μὴ φυγὴν αὐτῷ χρηναίαν τινα, μετάστασιν δέ, non exilium, sed sedis mutationem. Idem libro 9 De leg. μετάστασιν εἰς τὴν γειτονοῦσαν πόλιν αὐτῷ γίγνεσθαι διὰ βίου, in vicinam vrbem per totam vitam relegetur. Plutar. Aristide 103, ὀστρακισμὸς, μετάστασις δέκα ἐτῶν, exiliũ decennale. Sicut verò in superiori loco Platonis differentia statuitur inter φυγὴν & μετάστασιν, ita & in hoc Plutarchi De orac. Pyth. vbi loquitur de quodam qui περὶ φυγῆς αὐτοῦ καὶ μεταστάσεως oraculum scisciitabatur, αἱρεῖλεν οὐδὲν ὁ θεὸς, διδόναι Πριαχῆ φυγὴν καὶ μετάστασιν ὅπου τὸν φόρμον ἐκέλευσε καθεδεῖν Αἰγινητῶν ξένον, id est εἰς τὴν θάλασσαν. At in hoc Polybii loco, lib. 2, διὰ τὸ μὴ λιπεῖν χώραν εἰς ἀναχώρησιν καὶ μετάστασιν αὐτοῖς, Cam. interpr. Ad recedendum & recipiendum sese. ‖ Μετάστασις, Sublatio de medio. Polyb. lib. 4, p. 95, πάντων κατὰ τὴν δίοδον ὑπόσημαινόμενον τὴν Ἑρμείου μετάστασιν, id est Transeunte rege plausu approbantium mortem Hermiæ. Bud. ‖ Apud Sophocl. autem in Antig. ἀλλ' εἶκε θυμῷ, καὶ μετάστασιν δίδου, schol. exponit μετανοίαν. Cam. ait illum his verbis iubere, cõcedere tacuitatem, & mutare quasi statum cogitationũ. ‖ Arist. l. 5 De gen. an. μικραὶ μεταστάσεις μεγάλων αἰτίαι γίνονται, Paruæ commotiones, causæ magnarum esse solent. Cam. In scenicis autem, ἡ ἀφ' εἰσόδου ἡ ὁδοιπόρος, πάροδος vocatur: (vt Poll. tradit) ἡ δὲ κατ' ἐξόδον ὁδὸς, ἣν πάλιν εἰσιόντων, μετάστασις. A B C D

Μεταστατικὸς, ὀν, ὁ, Translatiuus. Vocabulum rhetoricum.

C. Ἀμετάστατος, Immutabilis, Cõstans, Qui de statu in statum traduci non potest. Plato Polit. 2, ἵπω ἀμετάστατος μένει θανάτου. Idem eodẽ libro de adolescente loquẽs, ἀλλ' ἀεὶ πτηνοδοτῶν ὢν λάθῃ ἐν ταῖς δόξαις, ὁ κέκτηται τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. Sic ὑπόσημα ἀμετάστατος καὶ βεβαία. D

c. 2. Ἀντιμεθίστημι, In contrariam partem trãsfero. vel Vicissim loco moueo. At Ἀντιμεθίσταμαι, In locũ discedentis subeo. Aristot. in Meteorolog. 192. Et Themist. in princip. 4 Phys. οὐ μεθίσταται ἀλλήλοις τὰ σώματα, Alterum in alterius locum subit, Aliud pro alio subit. Bud.

ΥΝΔΕ Ἀντιμετάστασις, εως, ἡ, In contrariã partem trãslatio seu transmutatio. E

C. ΠΑΡίστημι (interdũ & Παρισάω, ac Παριστάω) Sisto prope, seu iuxta, (vt παρίσταμαι est Sto prope, Adsto, de quo infrà.) Luc. σὺ δ' ὦ Τρίτων δεξιτερά μοι τὴν ἡνιόχειον τοῦδε τοῦ ἵππου ἐφίστασο, μὴ γὰρ ἐπ' αὐτὸ πέσω. Vbi de delphine, vt pote equi vicem præbente, loquitur vt de equo. dicimus enim παρεστάναι τὸν ἵππον, pro Sistere equum alicui ascensuro. Sic apud Lucam Act. Apost. cap. 23, κτήνη παρεστῆναι. ‖ Item pro Sisto, quod est forense verbum vt in Pand. Græcis, πολλοὺς δούλους παρεστῶ. quod Vlpianus dixit Iudicio sistere. Act. Apost. cap. 23, versu 33, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ. videlicet τῷ ἡγεμόνι. Chrysostomus, τὴν κρίσιν τοῦ θεοῦ παρεστῶσιν τῷ χριστῷ. Item παρεστάναι ἑαυτὸν, Præsto se exhibere ad mandata accipienda. Bud. pag. 219. ‖ Ponitur etiam generaliter pro In medium produco, (nec enim placet cum Budæo, restringere significationem exponendo In iudicium produco) Repræsento, Exhibeo. Demosth. in Midiam, πολλὰ γὰρ τοῦδε παρεστῶτος (vbi obserua futurum medium in actiua significatione: sicut & παρεστήσαμεν sæpe pro παρέστησα, ponitur.) Herodianus libro 1, καὶ τὸν πολὺ δὴ τοῦδε παρεστάμενος. vbi vertit Politianus, Constituto in eorum conspectu filio. Lucian. De sacrif. ὁ μὲν γε Σκύθης αὐτοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἀρτέμιδι παρίστησι. Quidam apud Athenæum lib. 4, πᾶσι δὲ λαμπηδόνας πόδας Αἰθίοπας παρίστησι. Sed accipitur & pro Repræsento metaphoricè sumpto, quum videlicet animo alicuius ita repræsentamus rei cuiusdam imaginem, vt quasi in rem præsentem eum perducamus. Dem. in Midiã, τὸ δεινὸν τοῦδε τοῦ πράγματος τοῖς ἀκούοισι, rei atrocitatem animis audientium repræsentare, & quasi ante oculos ponere. Synes. ἵνα τὴν ὀνίων κακίαν ἐμφανεστέρων τοῦδε τοῦ πράγματος. vbi exponi etiam potest Demonstrem, Ostendã. Sic & apud Plut. in vita Homeri, de eo dicitur, ἐξ ὧν δῆλός ἐστι παρεστὰς διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος, αἰδοῖαν σώματος· διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας, ψυχῆς γενναιότητα. Hermog. σαφῶς τοῦδε τοῦ πράγματος, apertè ostendam. Interdum & Exprimo, Significo: item Doceo: quæ affines sunt significationes verbo Repræsento. Basil. πολλὰ γὰρ ἡμῖν τὰ ῥήματα πολλὴν διάνοιαν παρεστῶντα, multam sententiã exprimentia seu significãtia. Themist. in Phys. lib. 4, τοῦτο δὲ Εὔδημος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἑαυτοῦ φυσικῶν παρίστησι. His autem accensendum videtur παρίστημι quod apud Lucam redditur Probo, (nam qui aliquid probat, illud ostẽdit, & docet tale vel tale esse) Act. cap. 24, οὐδὲ τοῦδε δύναν τοῦ τοῦδε ὧν κατηγοροῦσί μου. Nec verò separandum videtur ab his παρίστημι quo Plato vtitur lib. 10 De rep. ita scribens, καὶ Πρόδικος ὁ Κῆος, καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παρεῖναι, ἰδίᾳ συγγιγνόμενοι, ὡς &c. Exponitur autẽ hìc Persuadere, sed possumus etiam reddere Probare, aut certè Persuadere probando. At verò apud Plut. cũ accusat. perf. & infin. pro Persuadere, παρέστησεν Ἀθηναίοις τὴν θυσίαν πρᾶξαι, si locus mẽdo carer. Huc autem pertinet παρίστημι pro Cieo voluntatem rei alicuius faciendæ. de qua signif. dicam paulo post. A B C D E

Παρίστημι, Sisto ad latus, τοῦδε τάσσω appono, id est Ad latus admoueo. Vide B. p. 217 ex Polybio & Appiano.

Παρίστημι, Sisto, sed pro Inhibeo, Reuoco. vt παρεστῶν τὸν ἵππον, Sistere equum currentem. B. p. 221 ex Xenoph.

Παρίστημι, Confero, Contendo, vel Res inter se compositas æstimo, vt interpr. Bud. pag. 221, ex Isocrate, πᾶς πόλεσι παρεστάναι δεῖ τὰς τοῦδε πλεονεξίας δυνάμει ἐχούσας. Vide ibidem & Platonis locum. Hanc autem verbi παρίστημι signific. ab ea quam primam illi dedi, pendẽre arbitror. sistimus enim vnum prope alterum, vt conferri possint.

Παρίστημι, Cieo, Commoueo, Excito. Demosth. in Midiam. οὐ γὰρ ἡ πληγὴ αὐτοῦ παρέστησε τὴν ὀργήν. Æschin. De fals. leg. ὁ κίνδυνος καὶ διάλογισμὸν παρίστησι, Ratio inandi vim excitat & comminiscendi, in v. l. Exponitur & Stimulo, Concito. vt παρίστησι δὲ καὶ τοὺς τὰ ἀφροδίσια, Dioscor. Plura harum significationum exempla habet Bud. pag. 219 & 220. Item παρεστάναι pro Ciere voluntatem consiliumque rei alicuius faciendæ, seu Admonere, pag. 219, ex Pausania. Sed potest fortasse ad illam persuadendi significationem referri, de qua paulo antè. Puto autem similem significationem habere παρίστημι in hoc Demosth. loco, ei quam habet in illo Pausaniæ: videlicet vbi scribit, (in exordio orationis Pro corona) ἔπειθ' ὅ, τι μέλλει συνοίσειν καὶ τοῖς ἀδεξίαν κοινῇ καὶ τοῖς ἀσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο τοῦδε τάσσω καὶ τοῦ θεοῦ τῶν ὑμῖν τοῦδε τοῦ τοῦ τῆς γραφῆς γνῶναι. Vide Παρίστασθαι pro In mentem venire.

Παρίσταμαι actiua sign. (in futuro medio præsertim, & aoristo) interdum quidem, sicut & παρίστημι, In medium produco, vt suprà dictum est. Sed peculiariter etiam Produco in medium aliquem vt testimonium dicat. παρίσταθαι μάρτυρας (inquit B.) Testes corrogare & conuocare, vt contestaturi faciunt. Sed hoc debuit addere Bud. interdũ quidem addi accus. μάρτυρας, interdum non addi. certè quum additur, nõ video cur Bud. aliam quàm per verbum Producere interpr. quæsierit. Vtriusque autem vsus exempla leguntur apud eum, ex duobus Dem. locis, in quorum tamen altero fateor post πολλοὶ παρίσταν sequi ὑπόμαρτυρόν ἐστι, quod accus. illius defectum quodammodo supplere videri possit. sed & non sequente hoc aut simili participio, in ea signif. positum obseruaui. ‖ Est præterea τοῦδε τάσσεσθαι Ad deditionem compellere, Subigere, Diripere. Thuc. lib. 1, pag. 40, καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον παρεστησόμεθα ἐπελθόντες. i. δουλωσόμεθα, inquit schol. Ex aliis autem scriptoribus exempla Bud. affert pag. 220. & inter alia ex Plat. παρεστήσαντο cum præpositione εἰς pro Adegit. F G H

P. Παρίσταμαι neutris verbis Latinis redditur: & quidẽ in prima simplicique signif. verbo Adsto, Prope sto, Assisto. Homerus Il. σ, versu 70, Τῷ δὲ βαρυστενάχουσ' παρέστατο πότνια μήτηρ. (Alicubi tamen addit ἀγχοῦ. Demosthenes in Midiam, οὐδένα οὔτε κατὰ λουδίων τῶν κριτῶν παρεστηκότα.) Sed interdum παρίσταμαι non est simpliciter Adsto, sed Præsto sum, Appareo, Apparitionis munere fungor. vt apud Lucianum oportet Mercuriũ

παρεστάναι τῷ Διί: item παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ, in foro apparituras facere. Sæpe verò & pro Opitulor, Auxilior, Subsidio sum, Faueo. quæ affinis est significatio. Hom.Il.x, Ὡς νῦν μοι ἐθέλουσα παρίστασο, καί με φύλασσε. Sic & Od.ν, — ἤ τοι αἰὲν ἐν πᾶσι πόνοισι παρίσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω. Sæpe verò copulat & cum ἀμύνειν, alicubi & cum ἀρήγειν, sed huic verbo priorem locum dans. Sic Hesiodus, Ἐσθλὴ δ' ἵππῃσι παρεστάμεν Ἠριδανοῖο. Sophocl. Οὐτῷ μόνος παρέστης χρεὼ, pro συνεπαμύνας χρεώ. vnde παραστάτης. In soluta autem oratione dicitur παρίστασθαι βοηθόν. Xenophon Pæd.5, οἵ σοι, ὦ δοῦλε, ἐνθάδε ἐσμεν, παρασόμεθα μὴ χείροις βοηθοῖ παρεστῶσι. Sic Plut.in Themist. παρεστῶσιν ὑμῖν βοηθοῖ. Xenophon tamen vsus est & sine hoc nomine, Hellen.6, ὡς ἀεί ποτε ἀλλήλοις ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς παρίσταντο ἐπ' ἀγαθοῖς. Aristoph. Vespis. Ἔμοιγε παρέστηθ', αὐτοβοεὶ σε θεὸς ἐξῴκτειρεν. Demosthenes, οὐ παρέστη πώποτε, οὐδ' ἐβοήθησε. Sic Plut.in Pol.præc β ἠθεῖν τοῖς φίλοις καὶ παρίστασθαι. Et παρίστασθαι τῷ ἀπολογουμένῳ, vel τῷ φεύγοντι, Reo adesse & fauere. Patronum esse causæ. Vt autem Lat. verbum Adesse hanc auxiliandi seu fauendi significationem habet, sic Gallicum Assister (id est Assistere, παρεστάναι, in prima signif.) vnde & assistance, Auxilium. Sed alicubi redditur παρίστασθαι, vel Auxilior, Patrocinor, &c. vel Astipulor, Assentio, Subscribo, vt in hoc loco Philoponi, τῇ Πλάτωνος ὁ Πρόκλος παρεστήσατο δόξῃ. At apud Alex Aphrodiseum, παρίστασθαι βουλόμενος τῆς τοῦ μαντείας ἐπαγγελλομένης, est potius Patrocinari quàm Astipulari. quum tamen alioqui illud ex hoc pendeat.

Παρίσταμαι alicubi apud Homerum motus etiam signif. habet, (sicut apud Latinos interdum Adsum) vt Iliad.γ, — δεῦρο δολοφρονέοντα παρεστῆς, Huc accessisti, Huc aduenisti. Budæus autem Aduentare exponit: afferens etiã ex Plutarcho, ἤδη τοῦ δεινοῦ παρεστῶτος, pro Iamiam affuturo discrimine. A Budæo apud Gregoriũ exponitur etiam In naturam rerum prodire. quæ in signific. habet itidem aliquam motus significationem. Vide pag.221, in principio.

Παρίστασθαι est etiam Animo obuersari, In mentem venire, Subire. Pausanias, παρίσταται οὖν ἀρχαίοις τοῦ ἔρωτος, Γελαίοις, Δωριεῦσι δὲ εἰκάσαι τὸν Λυκίῳ, subitò in mẽtem venit assimulare. Et apud Platon. ὡς τέ μοι παρίσταται, ita vt mihi videatur. Quarum significationum exempla vide apud Budæum pag.217 & 218. (Sed quod affert ex Homero, — τοῖσι οὔτ' γυνὴ καὶ ἵππα τέκνα Οἴκαδε νοστήσαντα παρίσταται, οὐδὲ γάνυται, minime huc pertinet, & perperam ab eo redditur, Liberorum & vxoris surrepit obliuio. Significat.n. Hom. Non adstant ei reuerso vxor & liberi, neque gratulantur, id est non reuertitur. Quo dicitur modo Iliad.ξ, circa finem, Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ θεμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο Ἀδρὴ οἴκῳ ἐλθόντα γανύσσεται.) Huc pertinet ὀνόματ' παρεστάμενον λέγειν, pro Dicere quicquid in mentem subitò venit, Ex tempore dicere. de quo loquendi genere lege quæ traduntur ibidem. Animaduertendum est autem, sicut παρίστασθαι dicitur pro In mentem venire, ita παρεστάναι, pro Menti alicuius velut indere, In mentem dare, Mentem alicuius velut impellere ad aliquid, Ciere voluntatem rei alicuius faciendæ, & Persuadere. vt dictum est in Παρίστημι. ‖ Παρίστασθαι de animo dicitur & in alta significatione, ab hac diuersa: videlicet pro Animi fiducia præditum esse, Confirmari animo. Non labascere, Non linqui animo. vt ostendit Bud. afferens tamen ex Diodoro exempla in quorum altero datiuus ψυχῇ, in altero datiuus σωμῷ, adiungitur verbo παρίστασθαι. Vide eundem Bud. pag.221. Hanc signif. sequitur verbale παρόστημα.

Παρίστασθαι, q.d. Consistere & absolui, de iis quæ naturæ suæ perfectionem & vigorem adepta sunt: post quem statum dicuntur ἐξίστασθαι quasi Exolescere. Theophrast. in 6 De caus. plant. loquens, περὶ τοῦ οἴνου (id est de vino) καὶ γὰρ παρίσταται καὶ ἐξίσταται, καὶ ὅταν γηράσκῃ, ἐν ὡρισμένοις τισὶ μεταβάλλει καιροῖς. Ibidem πάθη παρίστασθαι τοῖς ἠθικοῖς τῶν οἴνων, vertit Budæus Celerius perfici: addens, statum rerum inter incrementum & decrementum, hoc verbo παρίστασθαι significari, id est ἀκμάζειν.

Παρίστασθαι, Conari, Eniti. In v.l. ex Polybio, ὅπερ ἡμεῖς αὐτοί τε πρᾶξισόμεθα ποιεῖν.

Παράστασις, εως, Exhibitio eius pro quo intercessit quis in vadimonio promittendo. Budæus pag.222. vbi locum ex Pand. & Vlp. confert. In lexico autem παράστασις esse dicit quum quis sistit se iudicio: citans ex Pand. ἐγγυητὴν δοῦναι ὅτι παράστασις. Et ἑτέρα τινὶ παράστασιν ὅτι τῷ αὐτῷ δικάζεσθαι. Vide apud eundem in Comm. pag.22, in παρακαταβολὴ & ὑπερτιμία, locum ex schol. Aristoph. ‖ Παράστασις dicebatur etiam drachma quam litigatores in exordio litis dependebant in causis priuatis: nomine inde tracto quòd hæc merces erat aduocatorum qui sistebant homines in iudicio, hoc est euocabant. Bud. p.222, ex Andoc. At Demetr. Phaler. apud Harpocr. & Suid. scribit, τὴν δίαιτα τὴν λαμβάνειν τὴν δραχμὴν, ἣν μὴ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἵν' παράστασιν ἀναλοῦν, ἐπέρχωνται ἐκεῖσε. Apud eosdem habes locum ex Menandro & Aristot. De polit. Athen. Præmium iudiciorum interpr. Cam. ‖ Παράστασις Repræsentatio, qua quid velut præsens ostẽditur, i. repræsentatur. Porphyrius, πρὸς τὴν κοινωνίας παράστασιν, ad communionis repræsentationem. Vnde παράστασις de iis dicitur quæ præ se ferunt splendorem, atque augustam magnificẽtiam repræsentant. Maccab. lib.1, cap.15, καὶ εἶδε τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ κυκλῳ χρυσῆν μετὰ χρυσαμάτων καὶ ἐνδυωμάτων, καὶ παράστασιν ἱκανήν, splendoris atque magnificẽtiæ sumptuosum apparatum. v.l. ‖ Exponitur etiam Documentum, Demonstratio, à Buda. o p.223. vbi exemplũ habes ex Alex. in 5 Topic. ‖ Item Significatio, vt Bud. apud eundem in 6 Topic. interpretatur. ‖ Παράστασις est etiã Imperas animi fiducia sui præditi, Animi præsentia. vt παράστημα. Bud. ibidem ex Polyb. lib. 4. Et apud Suidam, καὶ λαβόντες παράστασιν εἰς τὸ γενναίως ἀποθανεῖν. i. ὁρμὴν, πάλμαν, vt ipse exponit. Vnde Παραστατικός, quod vide. At Polyb. alibi pro fiducia posuit & persuasione, καὶ μεγίστην δὲ παράστασιν ὅτι τοῖς εἴχον τὸν τε βασιλέα καὶ τοὺς φίλους, ὡς δικαίως ἔχοντα ἐφρόνουν, animi inductio & credulitas. v.l. ‖ Item Vehementia. Camer. ‖ Significat etiam Exilium & fugam eius qui extorris esse iussus est. Aristot. lev in 5 Polit. εἰ δὲ μὴ, ἀποδημητικὰς ποιεῖσθαι τὰς παραστάσεις αὐτῶν, aliò quin eos quoquo modo ciuitate procul submouere. significans simile quippiam, ὀστρακισμὸν & relegationis, vt Budæo videtur. ‖ Παράστασις, Vilis ac stataria quædam negotiatio: pars vna mercaturæ. Aristot. Polit. 1, cap.7, τῆς δὲ μετὰ βλητικῆς, μέγιστον μὲν ἐμπορία. καὶ ἔστι τῆς μὲν τεῖ, ναυκληρία, φορτηγία, παράστασις. vulg. lex.

Παραστάτης, ου, ὁ, Qui iuxta aliquem stat, Qui à latere stat. Vocabulũ est militare quo significatur is qui latus alicuius cingit, ὁ παρ' ἕκαστον τὸν ἱππέα ὢν. Adstes, vt Gaza vertit. Exẽpla habes apud B. p.216, ex Herodoto X & Chrysostomo. Aristot. Eth. 5, cap.2, εἰ ἐγκαταλίπῃ τὸ παράστατον. Arrian. apud Suidam ἐν τῷ ὕδατι πεσεῖν μὴ τὸν παράστατον οἱ ἐσόμενον. Quidam (vt tradit Cam. interpr. Manipularem. In lib. περὶ τῆς τάξεως παλαιᾶς, παράστατοι esse dicũtur, οἱ ὁμόλοχοι, (id est alari milites, vt vulg. lex. interpretantur) numero 64. eorumque dux, παραστάτης. Apud Xenophontem παραστάται sunt etiam pedites qui equitibus auxiliares dantur, teste Bud. Inde παραστάτης metaphoricè pro socio, auxiliario & opitulatore, ponitur, qui alicuius latus veluti stipat. Cuius significationis exempla ex Xenophonte & Gregorio habes apud Budæũ p.216. Sic apud Plutarchũ in Alcibiade, de illo Potidæam bello petente, Σωκράτη σύμπλοον εἶχε καὶ παράστατον ἐν τοῖς ὁπλοις. Plut. de frat. charit. ἀλλὰ καὶ νοῦ πλοκαδὸς συμβωμός ἐστιν Ἑλλας ἀπαί, καὶ συνεκπύλοντα, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομαζόμενος. Eodem modo apud Synesiodum δεῖ δήπου καὶ Ἡρακλέους, οὐ μὴν ἀνὰ καὶ Ἰόλεω, συμμάχου καὶ παράστατου. ‖ In choreis etiam παραστάτης dicitur qui præsultori secundus est: qui præsultor, etiã κορυφαῖος dicitur & ἐξάρχων & καπάρχων & χορηγός. Est enim hic ordo, vt præcentori proximus sit ὁ παραστάτης, & huic deinceps proximus sit ὁ τριταστάτης. Exempla

ex Aristot. & Basil. habes apud Bud. p.217. Cam. interpr. adiunctum. ‖ Est etiam vocabulum architectonicum. Apud eos enim parastatæ dicuntur pilæ quadratæ, aut lapides pilarum modo, columnarum astantes lateribus: prominentibus ipsis columnis partibus duabus, aut secundũ alios, tantùm sui medietate. De quibus vide Vitruu. lib.5, cap.1. A quorum similitudine, alterum cruris os, parastates nominatur in iumentis à Vegetio, quod & παρακνήμιον, appellatur Polluci. In catapulta autem παραστάται vocantur arrectariæ tabulæ, dextra ac sinistra, vt Turnebus annotat Aduersar. lib.2, cap.4, vbi catapultæ descriptionem quæ est apud Vitruuium lib.10, cap.15, explicat. ‖ Apud anatomicos autem duo testium iunt παραστάται, (id est, vt Camer. ex Poll. tradit, meatus quibus de testiculis ad cãnalem virgæ semen deriuatur) quorum alter κιρσοειδὴς dicitur, hoc est varicosus: corpus id quod vtrique testi antestat in modum pyramidis efformatum, incipiens paulo supra testem, quà venæ & arteriæ spermaticæ coeunt & commiscentur, deinde post multos gyros & circumuolutiones, varicum in modum paulùm latescens, & in superiorem testis partem insertum. alter ἀδενοειδὴς, glandulosus: corpus seu glandula meatui vrinario suprapposita, vasorum semen deferentium insertionem excipiens. Est autem ad humillimam vesicæ partem sita, media quodammodo inter vesicæ corpus & eius ceruicem. Verùm hanc aliqui non παραστάτην sed πεσσὸν appellant, quò vi eunt ambiguitatem. Gal. ἐν τοῖς γλωσσαις annotauit παρεστάτας ab Hippocr. ἐν τοῖς περὶ φλεγμονῶν vocari τοὺς ὀπισθίους μύδας. Hæc inter alia Gor. improbans παραστὼ definitionem apud Paulum Æginetam. Quos intellexit Athen. lib.9, παρὰ τὰ πολλὰ τῶν ἡμῖν καὶ οἱ καλούμενοι παραστάται. de quibus paulo pòst, εἰσὶ δὲ οἱ ὄρχεις οὗτοι καλούμενοι. Eorum dẽ fit mentio apud eundem lib. 10, ex Platone comico. vbi & πλακουῦντος ἐνόρχου meminit. ‖ Παραστάτης dicitur etiam officiulũ laryngis quod à similitudine literæ Υ appellatur ὑοειδὲς, Os gutturis tõfiliis subiectum, τῆς αὐτῆς ὑποκείμενον ὀστοῦν, ἀφομοιοῦν τὴν τοῦ βρόγχου κεφαλὴν. vt Pollux tradit: Herophilus autem (vt idem annotat) παραστάτην appellauit διὰ τὸ παρεστηκέναι τῇ ἀναπνοῇ. ‖ Παραστάται Hesychio sunt οἱ πρὸς τοὺς ὤους σπουδαῖοι: at Etymologico οἱ ὑπερτιθῶντες βασανιστάς. Fœmininum à παραστάτης EST Παραστάτις, ιδος, ἡ, quod metaphoricè accipitur pro socia & auxiliatrice, seu opitulatrice. Gregor. in Epitaph. patris, ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν παραστάτης. B. Et apud Xenoph. Apomnemon. 2, virtus est ἀνὴρ τῆς παραστάτης τοῖς οἰκέταις, benignè illis adest. Camer. COMP Συμπαραστάτης, ου, ὁ, Qui vnà à latere adstat, Socius. Adiutor. Aristoph. Ὅπως δέ μοι καὶ πολλὰ συμπαραστάται Ἔσοιθε, καὶ σωτῆρες ὄντες τῷ θεοῦ, id est ξύμμαχοι, vt ex sequentibus patet. hoc est, Vt mihi adsitis & opem feratis, simul vindices & defensores sitis. Bud. ET Παραστατέω, ῶ, A latere esto, Adsisto, Sto apud seu iuxta. Sophocl. Œdip. tyr Ὁ δὴ σὺ πειρᾷς ἐκβαλεῖν, δεικῶν θεοῖσις Παραστατοῦντ' τοῖς Κορινθίοις πέλας. Et metaphor. Adsum, Auxilior, Opitulor. Aristoph. in Thesmoph. ἡμῖν θεοὶ παραστατοῦν, deos nobis auxilio affuturos. COM. Συμπαραστατέω, Vnà à latere sto, Vnà adsisto. Item, Vnà auxilior, Vnà adsum & opitulor. συμμαχῶ. Aristoph.

Παραστατικός, ου, ὁ, q.d. Exhibitiuus, Repræsentatiuus. Syn. De insomn. ἀλλὰ τὸν μὲν ἡμῶν παρεστατικὸν τῆς ἀξίας τῆς κατ' αὐτὸν ἐν φαντασίᾳ ζωῶν, Istud quidem nobis ademptum sit ad ostendendã dignitatẽ. δίκη παραστατική, Actio ad exhibendum, quàm intendit is qui rem præsentem vindicaturus est, Bud. ‖ Παραστατικοὶ ἄνδρες, Qui præsentia animi præditi sunt: quæ dictio non solùm robur animi καὶ τὸ πεφυρωμένον τῆς φρονήματος significat, sed etiam extemporalem expromptamque solertiam, ac nusquam deprehensam, sed vbique instructã & consultam. Sunt igitur παραστατικοὶ, οἱ πρὸς τὰ παραυτίκα τοῦθυμοι καὶ σκεπτικοὶ, καὶ ἐν τῷ παραχρῆμα βουλευτικοὶ, Qui nunquã sibi desunt, Qui aut animi præstãtiam, aut consultæ mentis copiam tanquã in numerato habent, οἱ ἐκ τοῦ καιροῦ μανθανοντικοὶ, οἱ ὅλῃ καιροῦ βουλευτικοί τε καὶ ὁλῃνοητικοὶ, οἱ ἐν τῷ παραυτίκα ἐνθυμηματικοί. B. Et παραστατικὴ διάθεσις, Præsentis animi affectio, quæ is pericula subire parata. At in malam partem accipi videtur apud Polybium lib. 2, ἀλλ' ἐπιθηλοῦσθαι τὸ πελθυπάρον καὶ παραστατικὴν λαμβάνειν πρὸς διάθεσιν. vbi Camer. interpr. Efferari tandem, & induere animum immanẽ. ‖ Item Excitandi vim habens & irritandi. idem quod διεγερτικὸς, παροξυντικὸς, παρορμητικός. Plutarchus Lycurgo, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη εἶχεν ἐγερτικὰ θυμοῦ καὶ παραστατικὰ ὁρμῆς ἐνθουσιάδους. Et in Instit. Lacon. eadem de re, κίνδυνοι δὲ ἐν τοῖς ἔργοις ἐγερτικὰ θυμοῦ καὶ φρονήματος, καὶ παραστατικὰ ὁρμῆς ἐνθουσιώδεις καὶ θερμοτικῆς. Vbi possit etiam exponi Addens animo impetum (vt addere animum Lat. dicunt) aut Excitãs in animo impetum: sicut res παρεστάνουσα θάρσος πρὸς τὸν κίνδυνον, apud Polyb. VNDE Παραστατικῶς, Præsenti animo, Prompto animo, Intrepido & fidenti animo. Polyb. παραστατικῶς καὶ δαιμονίως ἐνήρμοσεν εἰς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς, præsenti animo atq; admirando sese præsentibus temporibus accõmodabat. Et apud Suidam, ὁ δ' ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ὀπισθίας. Apud eundem, διελέχθη παραστατικῶς ἅμα καὶ παρρησιαζομένως. Item, παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμενας. ‖ A Camerario exponitur Vehementer.

C. Ἀντιπαράστασις, εως, ἡ, Figuræ rhetoricæ nomen: Trapezuntius vertit Obsistẽtiam: alii Depulsionem dici posse existimant. Similis est (vt Budæus scribit) ἐνστάσει, & quasi ἔνστασις secundaria. Vide Comm. p.223. Cam. eam scribit pertinere ad translationes rhetorum, seu commutationes, ad μεταλήψεις. eiusque enstasin vehementiorem, quæ refutat simpliciter factum: vt, Non decet honestos iuuenes ornatus varius & lenociniũ formæ: at αἰσχυνόμεθα εἶναι τοῖς ἀνδρείοις ἐπιτηδεύμασι τὸ πελθυπάρον καὶ παραστατικὴν λαμβάνειν πρὸς διάθεσιν. vbi Camer. interpr. Efferari tandem, & induere animum immanẽ. ‖ Item Excitandi vim habens & irritandi. idem quod διεγερτικὸς, παροξυντικὸς, παρορμητικός. Plutarchus Lycurgo, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη εἶχεν ἐγερτικὰ θυμοῦ καὶ παραστατικὰ ὁρμῆς ἐνθουσιάδους. Et in Instit. Lacon. eadem de re, κίνδυνοι δὲ ἐν τοῖς ἔργοις

Παρεστάδον, Astando, Stando à latere, Propè stãdo: Od.κ, αὐτέγκλεα δ' ἑτάροις Μειλιχίοις ἐπέεσσι, παρεστάδον αὔδρα ἕκαστον. id est παρεστὼς πλησίον, vt schol. exponit.

Παρεστηκός, ός, τό, Præsidentia & robur animi. vt Bud. interpr. pag. 222. Latinè Præsens animus & animi præsentia dicitur, vt à Terentio in Eunucho. At Cicero dicit Animus acer & præsens. Idem De officiis, dicit, Præsentis animi vti cõsilio, quod Bud. ibidem reddit, σύμβουλον ποιεῖσθαι τὸ θυμοῦ τὸ παρεστός. (Synonymum vocabulũ est λῆμα) Idem Bud. interpr. Animi præstantia, Honesta generosique fiducia. Diodor. in hist. Alex. ὅτι τῷ παρεστήματι τῆς ψυχῆς πλεονεκτοῦντες, ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς, animi fortitudine & præstantia præditi & excellentes. Bud.

c.2. Ἐκπαρείσταμαι, Propè adsto, Assisto. v.l. Eadẽ apud Demosth. ἐκπαρεστῆναι αὐτῷ ἐν τῇ γνώμῃ interpr. Ad animũ eius subire.

C. Περίστημι, (q.d. Statuo circum, seu colloco, aut circumquaque, Circunstare facio) Circumpono. Item Circundo, Cingo. Thucyd. lib. 8. pag. 297, τιμήσας ὁρίσοι ποιουμένους, καὶ περιστήσας τινὰς ἑαυτῷ κατέπαυσε. Sic Herodian. περιστῆσαι αὐτῇ ξιφηφόρους. Plutarch. in Cam. τῷ Καπιτολίῳ φρουρὸν περιέστησε, Capitolio præsidiũ circumposuit, seu circundedit, Capitoliũ præsidio cinxit. Alia constructione, Appian. Bell. ciuil. l. 3, φρουροὺς περιστήσασθαι περὶ τὸ σῶμα, custodes sibi apponere, & corpori circundare, Bud. interprete. Sũt & qui περιστῆσαι φρουροὺς alicubi vertant, Circunstatione militum munire, ex Gellio, ad magis exprimendam vim verbi. Περιστῆναι non solùm Circundo exponit Bud. sed & Circumuenio, & Vndiq; immitto, afferens ex Polybio, πανταχόθεν περιστῆναι τοῖς τὸν πόλεμον. ‖ Dicitur verò & περιστῆσαι φόβον πᾶσι à Plutarcho in Fabio, pro Iniicere metum omnibus, & quasi circumiicere: vel Iniicere. quasi eum illis circundando. Eadémque forma dicitur ab eo in Lycurgo, περιστῆσαι κύδιστον τῇ πόλει. Gregor. autem dixit etiam περιστὰς αἰσχύνην ἡμῖν τοῦ λέγειν.

Περιστήμι, Redigo. Herodian. lib. 7, ἐπὶ δὲ ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων εἰς πενίαν περιστήσας, quum plurimas illustres familias ad egestatem redegisset. Aristoteles Polit. 5, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν, in potestatẽ suam redegit. Chrysostomus De sacerdotio, ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἀπεκῶν, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. ‖ Item pro Circumago in contrarium, Cõmuto in contrariũ, Bud. p. 426 ex Æschine & Athen. Affertur verò & ex Demosth. aduersus Bœotũ, περιέστασε τὰς αὐτοῦ συμφορὰς εἰς ἐμέ, pro In me deriuare & deuoluere calamitates suas.

Περιέστην vide in Περίσταμαι.

P. Περίσταμαι, Circunsto, Circunsisto. Hom. Il. ρ, v. 95, — μήπως με περιστέωσ' ἕνα πολλοί. Hac autem in significatione sæpe περιέστην & περιστῆναι ac περιστὰς inueniuntur, itidémque participium περιεστώς. Thucyd. lib. 7, καὶ περιστάντες πανταχόθεν. Luc. κόπτοντες περιστάντες ἤδη πεφονευμένον. Synes. καὶ φωνὰς ἀφῆκεν ὅτι σωιζόντων καὶ περιεστώτων λαῶν. Atque vt dicitur περιστῆσαί τινι κίνδυνον, sic etiam κίνδυνος περιστῆναί τινά, i. ad verbum, Periculũ circũstare aliquem (vt loquitur Virgilius) Thucyd. ὅτε περ μέγιστος κίνδυνος περιέστη τὴν πόλιν. Item ἀνάγκην περιστῆσαί τινι, sic ἀνάγκη περιστῆναί τινα, aut etiam τινὶ dicitur, vel περίστασθαι. Demosth. ἀνάγκη περιέστατο καὶ τούτῳ πάλιν εἰσιέναι. vbi non malè fortasse reddetur, Necessitate constringebatur. (Sic autem & Basil. dixit cum dativo personæ μυείων περιεστώτων ἡμῖν ἀδουλήτων κακῶν) Sed apud eũdem cum accus. περιστῶσης ὑμᾶς αἰσχύνης.

Περίσταμαι, Redigor, Cedo Euado, Deuenio. Demosthenes, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς ὑποψίαν μοι περιέστη, res mihi atrocissimè cessit. Isocrates ἐνταῦθα περιέστηκε τὰ πράγματα. & alibi, εἰς τοῦτο περιέστηκε τὰ πράγματα, Eò tandem res deuenerunt, seu deductæ sunt. Sic περιστῆσται εἰς τοῦτο τὰ πράγματα, Demost. Item dicitur aliquid περίσταθαι εἰς πωιάντιον. vt à Plutarcho in Pericle, περιέστησε τοῖς πέμψασιν εἰς πωιάντιον ἡ πεῖρα, contrarium ei quem sperabant exitum habuit. Sic Synes. ἅπαντα γὰρ εἰς πωιάντιον μοι περιέσταται, omnia mihi in contrarium cedũt. Thucyd. 1, καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, &c. νῦν ἀβουλία καὶ ἀδικία φαινομένη. id est, Et quæ videbatur antea nostra moderatio & prudentia esse, eò redacta est, vel eò deducta est, aut eò deuenit, vt nunc imprudẽtia & imbecillitas videatur. Dicitur verò & de persona, vt à Synesio, καὶ περιέστηκεν ἡμεῖς εἰς τὸ τῆς μὴ ἠδικηκόσι γνώσθαι φιλανθρώποις, &c. Eo deuenimus vt, &c. vel, Eò iam mores nobis euaserunt, vt Bud. vertit, pag. 426. Vbi verbum περιέσταθαι vult etiam esse alicubi In contrarium cedere, (quod Plutar. & Syn. εἰς τοὐναντίον περιέσταθαι) vt in eo quem modò ex Demosthene protuli loco. Affert autem ex eodẽ, καὶ περιεστήκει τῆς βοηθείας δεήσεσθαι δοκεῖν, pro Adeóque res in contrariũ circumactæ sunt, vt qui eò redacti eratis, alieni vt præsidii egentes esse videremini, &c. Ex Luc. autem affertur εἰς τὸ αὐτὸ λόγος σοι περιεστῇ pro Oratio ad idem circũagatur, seu euoluatur. ‖ Περιέσταθαι non solùm Deuenio, sed & Peruenio, alicubi redditur, vt apud Plutarchũ in Pericle, εἰς ἕνα περιεστήσεται τὸ κράτος, ad vnum peruenier imperium. Nec minus incommodè fortasse εἰς ἕνα περιεστήσεται τὸ κράτος reddi possit, Ad vnum pertinebit imperium, quàm apud Synesium, τὰ τῆς ἀπολογίας εἰς ἐμὲ περέσταται, vertitur, Purgatio ad me pertinet. Apud eundem Plutarchum redditur & Desino, (quæ interpretatio affinis est superioribus) vt quum dicit, πόλεμοι γὰρ εἰς αἰσχύνην, τὸ δὲ εἰς αὐθραδοδοξίαν περέσταται.

Περίσταμαι, Vito, Declino. Luc. in fine Hermotimi, φιλοσόφῳ δὲ ἐς πόλιν καὶ ἄχρον ποτὲ ἐν ὁδῷ ὦ βαδίζων ἐντύχοι, οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι ὥσπερ τοῖς λυσσῶντας θηρίων. Iosephus autem vsus est cum particula μὴ, ita loquens de Mose, περέσταται γὰρ μὴ πολλοὶ τῆς θηλόλόγων ἀσελγείας αὐτοῦ μιμηταὶ γένωνται. vbi exponitur etiã Metuebat.

Περίστασις, εως, ἡ, Circunstantia. Aristot. Problem. Segm. 2, quæst. 29, διὰ τί ἐν τοῖς περιστατικοῖς μᾶλλον ἱδρῶσιν ὅταν ἡ ψύχος; ἢ ὅτι τὸ θερμὸν οὐ βαδίζει ἔξω διὰ τὴν τῶν ψυχρῶν περίστασιν; Propter frigoris circunstantiam, Propterea quòd frigus circunstet. Seneca Natur. quæst. lib. 2, cap. 8, probãs aeris vnitatem, contra eos qui ideo vacuum in eo ponebant quòd auibus in illo tã facilis motus, quòd maximis minimisque per illum transcursus sit, Aquarum quoque similis facilitas est, nec de vnitate illarum dubium est: quæ sic corpora accipiunt vt semper in contrarium acceptis refluant. Hanc nostri circũstantiam, Græci autem περίστασιν appellant: quæ in aere quoque sicut in aqua fit. circunstat enim omne corpus à quo impellitur. Exemplum huius significationis ab Harpocrat. & Suida citatur ex Dinarchi Tyrrhenico. sed in quibusdam exemplaribus πρόσταστιν legi annotant.

Est & vocabulum oratoriũ apud Hermog. & Aphthonium. Latini itidem rhetores circunstantiã appellant. Quintil. lib. 5, cap. 10, Hoc genus argumentorum fanè dicamus ex circunstantia: quia περίστασιν dicere aliter non possumus: vel ex iis quæ cuiusque causæ propria sunt. At l. 3, cap. 5, per περίστασιν scribit se intelligere negotium. Negotium autem ex Valgio definit cõgregationem personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorũ, sermonum, scriptorum & non scriptorum: sicut Hermogen. quoque περίστασιν esse dicit τὰ παρὰ τὴν ἢ λόγοις καὶ πράγμασι, καὶ δίκαις καὶ ὑποθέσεσι, καὶ βίῳ, τόποις, χρόνοις, ἔθνεσι, πρόσωπον, αἰτίαν, πρᾶγμα. Cicero autem quas περιστάσεις vocant hi rhetores, appellat Attributa personarum & rerum, seu negotiorum. Autor ad Herenn. Res circunstantes. Quintil. etiam Adiuncta & accidentia. ‖ Περίστασις, Corona, id est Turba circunfusa & circulum efficiens, vt Bud. interpr. apud Polyb. l. 1, διὰ τὴν περίστασιν τοῦ Ξανθίππου λόγον διαδοθέντων εἰς τὴν πόλιν, i. Peruulgato sermone per eos qui ipsum loquentem circũsteterant. Quibus addendum quod ex quodã gramm. Bud. citat, περίστασιν antiquis dictã τὴν διὰ θεραπείας παρουσίαν πλήθους, afferente hoc exemplum, ἡ δὲ κραυγὴ καὶ δῆμον περίστασις, Populi circunstantis corona. Sic etiam accipi putat Budæus apud Athenæum lib. 5, τὸ δὲ μέγεθος τῶν μελλόντων λέγεσθαι, διὰ τὸ πρόσδοξον τῆς περιστάσεως, ἐμποδίζει με: vt idem fit quod ibidẽ, τὸ κυκλοῦν περιεστὸς πλῆθος. sed tunc πρόσδοξον acciperetur actiuè pro in-

credulus. cõmodius igitur referri potest ad rem ipsam & argumentum de quo verba facturus erat. Quò pertinet illud Gellii libro 7, capite 4, explicantis cur dictũ sit captiuos sub corona venundari, Quòd milites custodiæ causa captiuorum venalium greges circunstarent, eaque circunstatio militum, corona appellata sit Vbi itidem circunstatio est περίστασις, id est ipsi circunstantes. ‖ Item Casus circunstans aliquem, Necessitas circunstans: seu (vt Budæus interpr.) Casus incommodus, Clades & Status afflictio. (nam plerunque de rebus aduersis dicitur, quæ hominem quasi circunstare videntur, & certo spatio circunscribere è quo euadere nequeant, aut in arctum redigere & opprimere) ξυμφορά, vt apud Stoicos præcipuè accipi testãtur grãmatici. Apud Phalar. in Epist. νέον δὲ ὄντα, καὶ περίστασιν ὑπεστῆν τῆς παιδός, casu quodam aduerso quasi circũuentum. licet hic nonnuli seditionem intelligi isto vocabulo existiment. Polyb. ὅταν τὰ τῆς περιστάσεως καταπείγῃ, ad verbũ, Quum vrgent res circunstantes (vt quidem in rhetorum scholis loquuntur) hoc est, quũ pericula quæ circunstant, vrgent. vel, Quum necessitas vrget. id est (vt idem Polyb. loquitur l. 3) οἱ περιεστῶτες καιροί, necessitas & temporum difficultas: seu (vt Thuc.) ὁ περιεστὼς πόνος κίνδυνος. Et lib. 2, de Arato, αὔδρα δ' ἀναμένων πάσης ἀνοχὴν περιστάσεως, Qui opprimi nullo aduerso casu possit: vel, Qui perspicere possit quid potissimum agendum sit in vnaquaque necessitate. Idem in 1, εἰς τόσ' ἤλασε περιστάσεως, ὥστε, &c. Laert. in Zenone, χαίρεσθαι δὲ καὶ τοῖς πυθρωπίζουσι ὀρκικῶν τὸν σφῶν καὶ περιστάσεσι, si circunstantis temporis necessitas vrgeat. i. si necesse sit, vt B. interpr. Apud eundem Dionysius πέλας εἶπε τοῦ ἡδονῶν δεῖ περιστάσιν ὀφθαλμίας, quòd eum quasi circunstans oculorum dolor ad id faciendum adigeret, seu Afflictio & casus aduersus, vt Bud. interpr. Et apud Alexandr. Aphrod. in Problem. πέρψεις κωμικαὶ excogitatæ sunt χάριν τοῦ περιστάσεων. Interdũ verò additur nomen adiectiuum, vt apud Polyb. 19, δεινοὶ ἦσαν οἱ δεινοτάτας καὶ μεγίστας περιστάσεις, depulsis à se grauissimis maximisq; periculis quæ eos circunstabant. Et in lib. 2 Maccab. περιέχει αὐτοὺς χαλεπὴ περίστασις, grauibus circunuenti sunt necessitudinibus. vt Salust. dicit, Omnibus circunuentus necessitudinibus: & Cicero, Periculo circunuenti, & Horatius, Incommoda multa circunueniunt senem. Similiter apud Dioscor. lib. 2, in præfat. οἱ διὰ μὲν χθὲς ἐν συνειδήσει ἢ γαλεπὴ περίστασιν ἐκοίσασι περιστεγνάσαντοι γενόμενα, mala conscientia adacti, aut grauibus circunuenti necessitudinibus ac periculis. Aut, Grauibus eos circunstantibus calamitatibus (vt Liu. Tot circunstantibus malis, vel (vt Ruell. interpr.) Tristi aliquo euentu oppressi. Et aliquanto pòst, ἐν τοῖς λοιμικοῖς περιστάσεσι, si pestilens aer corpora quasi circunstet. id est tempore pestilentiæ. Alex. Aphrod. dicit λοιμικὴ κατάστασις. Et apud eundem, ἐν νοσοποιῷ περιστάσει τὸ σῶμα καθεστώς. Aliquãdo exponitur Rerum euentus, Vicissitudo. vt apud Basiliũ epist. ad Patroph. οὐκ καιροῖς ἔτι περιστάσεσι τοῦ ἀνθρωπίνου γένους τῶν συμπεσεῖν δόκουντα. Laert. in Herillo. μηδὲν εἶναι τέλος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς περιστάσεις καὶ πράγματα ἀλλάττεσθαι ἀεί. pro casuum varietate & rerum euentu mutari. Bud. Accipitur etiam in bonam partem pro Occasionis opportunitas, Temporis circunstantis seu rerum circunstantium opportunitas idem ferè quod καιρός. Polyb. τὴν ὑπερβολὴν τῆς περιστάσεως. At in hoc eiusdem autoris loco, ὑπὸ τοῦ δὲ χειμῶνος καὶ περιστάσεως τοιαυτομιᾶς ἐν πλείστοις ἐλογοποιήσεσι, interpres vertit, Quũ tam hyems superuenisset, & significationes de mari accederent. At quidam ibi accipiũt pro tempestate & maris commotione, figuratè. Generaliter autem capi pro Rebus circunstantibus, etiam in bonam partem (sicut in superioribus ferè in malam) ostendit hic eiusdem Polybii locus, lib. 3, de Abilyge, κατὰ μὲν τὴν δόξαν καὶ τὴν βίαν περιστάσιν εὐδαίμων δεύτερος Ἰβήρων, Gloria & vitæ commodis nulli Iberorum secũdus: seu Si vitæ circunstantias spectes, ad verbum. Dioscor. ἐπεὶ δὲ καὶ περιστάσεις πνὲς ἐν ὅπῃ μία ὁμοίως κατὰ πάντες ὅπῃ φέρεται, Casus qui hominẽ circũstare possunt, Casus quidam & res circunstantes. Synes. χάριν αὐ εἰδείη τῆς ἑλκούσαις αὐτὴν ἐφ' ἑαυτὰ περιστάσεσι, gratiam habeat rebus circunstantibus à quibus distrahitur. Ita vt hoc vocabulo significentur omnia quæ hominem circũstare possunt siue prospera siue aduersa, siue tempus siue locus. nam ea omnia τῶν περιστάσεων nomine in rhetorum scholis comprehenduntur, vt suprà dictum est. At in hoc eiusdem Polybii loco, διὰ τὴν περίστασιν τοῦ κήρυκος φωνήσαντος, Suidas exponit ὅπτασιν. ‖ Περίστασις, Circuitus. Athen. lib. 5, αἱ δὲ τῆς περιστάσεως θύραι τὴν ἀριθμὸν ἔτι οὖσαι, θυίναις κατεκεκόλλητο σανίσι, portæ quæ in circuitu erant, hoc est quæ circumcirca erant.

Περίστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui circunstatur, si ita loqui liceat. id est, Qui circunstantium corona cingitur, Quem aliqui aut res aliquæ circunstant. Isocr. περὶ αὐτοῦ. Θαυματοποιίαις τοῖς οὐδὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν αὐτόπτων περιστάτοις ἡδυλόγοις, id est (vt Suid. eum locum citans exponit) περὶ αὐτὸν κύκλῳ ἵστανται θεώμενοι.

C. Ἀπερίστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quĩ nihil circunstat. Apud rhetores ἀπερίστατος, Circunstantiis carens, Circunstantias non habens. Aphthon. διενλόγοι δὲ θέσεις ὑποθέσεως, τοῦ τὸ μὲν ὑποθέσιν ἔχειν περίστασιν, τὸ δὲ θέσιν ἀπερίστατον εἶναι. vbi opposita sunt, ἔχειν περίστασιν & ἀπερίστατον εἶναι. Sic ἀπερίστατον ζήτημα apud Hermog. Quæstio circunstantiã non habens: qualem esse dicit siquis filium sine causa ἀποκηρύττῃ. ‖ Ἀπερίστατος, Desertus, Qui nulla circunstantium, à quibus auxilium ei ferri possit, corona cingitur. Phocylid. σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα. ‖ Ἀπερίστατος, Quem nulla circunstant pericula, vt Virgil. loquitur, vt ἀπερίστατος ῥαστωνὴ apud Polyb. Status rebus secundis florens, in quem nulla clades aut alia rerum difficultas incurrit, nullum infortunium. Bud. pag. 427, ex Polyb. Nec absimili significatu apud Galenum lib 2 κατὰ γλῶσσαν, ἀπερίστατα ἕλκη, hulcera quæ, quia magna non sunt, nec vlla grauior ea circunstat incommoditas seu noxa, periculo vacant atque discrimine, hoc est (vt Gorr. explicat) quæ nec vitiosi humoris influxu impetuntur, nec sordida nec inflammata sunt, nec in circumposita carne intemperiem vllam habent.

C. Εὐπερίστατος, ου, ὁ καὶ ἡ. In Epist. ad Hebr. 12, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, & peccatũ ad nos circuncingendos procliue [redacted] intelligens naturæ humanæ prauitatem, qua nihil æquè aptũ est ad nos circunsistendos, ac proinde ad cursum nostrum impediendum. (Sic verò paulo antè dicit, εὐκείμονον ἡμῖν νέφος) vt εὐπερίστατον hic actiuam signif. habeat. alioqui si analogiam præcedentis compositi sequamur, εὐπερίστατος est Qui facilè circunsistitur, aut Bonas habens circunstantias.

Περιστατικός, ός, ὁ, Circunstãtias habens, aut ad circunstantias pertinens. vocabulum rhetoricum. Et περιστατικὰ apud eosdem rhetores, ipsæ περιστάσεις, circunstantiæ. ‖ Item Aduersus, Calamitosus, Minus secundus. Bud. p. 426, ex Basilio. Sic accipitur etiam (vt idem Bud. tradit) apud Diog. Laert. in Zenone, pag. 359, καὶ τὴν καθηκόντων τὰ μὲν ἀπλῶς περιστατικά. καὶ αὖ τὰ μὲν περιστατικά, ἢ ὑγιείας ὅπτι μελέσθαι, καὶ τὰ ὅμοια· κατὰ περιστασιν δ', τὸ πηρωθῆναι, καὶ τὴν κτῆσιν διαρρῆξαι. vbi τὰ περιστατικὰ, & τὰ κατὰ περιστασιν, sunt opposita τοῖς ἀπλῶς περιστατικοῖς, ac illa sunt calamitosa & affligentia & ad necessitatem adigentia, vt Budæus interpretatur: hæc autem, illis contraria.

Περιστατόω, ῶ, idem quod περίσταμαι, Circunsto. Et περιστατόμαι, Circunsistor, seu Circundor. Area. in Apocal. καὶ τὸ πυρὶ περιστατοῦ τῆς δόξης μὴ λαμβάνῃ τὰ περιστατόμενα καὶ περιζώνα, id est ii quos ille circunstat. vt apud Virgilium, Nec quæ circunstant te deinde pericula cernis? Bud.

Περισταδὸν, Circunstando, Circumcirca. Herodot. in Polymn. περιελθόντες πάντῃ περισταδὸν, quũ cinxissent illos circumquaque astantes. Thucyd. lib. 7, p. 261, ἐβάλλον τὸ περισταδὸν, iaculis petebantur à circunstantibus, seu circumcirca, quos antè dicit κεκυκλῶσθαι ὑπὸ τῶν πολεμίων: & paulo pòst de ipsis inimicis dicit, πρὸς πεσόντες καὶ περιστάντες πανταχόθεν, ἐβαλλον. ita vt ἐβάλλοντο περισταδὸν idẽ fit quod ἐβάλλοντο πανταχόθεν ὑπὸ τῶν περιστάντων καὶ κυκλούντων αὐτοὺς πολεμίων. Et apud Theocritum in Phar-

maceutr. τὰ δὴ πολλὰ μὲν ἄλλα θηρία πομπεύεσκε προεστάδον· ἐν δὲ λέαινα, tum multæ aliæ belluæ eam circumsistentes, tum verò inter eas leæna. Apollonius Arg. 2, περιεστάδον ἠγερέξοντο, circumcirca.

c. 3. Ἀνιπαρείσημι, Comprimo, Coarcto, Intrò cohibeo. vt exponit Budæus, citans ex Aristotele in Probl. sect. 13, διὰ τί ἐν τῇ ψυχροτάτῃ χώρᾳ οἱ καῦσοι μᾶλλον γίνονται; ἢ διότι, ἀνιπαρείσης τοῦ ψύχους ἔσω πλῆθος θερμότητα;

Ἀνιπαρείσασθαι, pass. Cohibeor & coerceor vndique, vt exponit Budæus. A nonnullis redditur Resisto contrario modo: item Circumobsisto. Theophrastus in 6 De caus. plant. πίπτει γὰρ τὸ θερμὸν ἀνιπαρείσασθαι. quod Bud. interpretatur, Cõcoquit enim calor intra tetram compressus & cohibitus coactúsque. Plutarch. in causis naturalibus ex eodem Theophrasto, τὰ ψυχρῶ τὸ θερμὸν ὑποχωροῦν ἀνιπαρείσαντα. Aristot. in Problem. sect. 24, ἢ διότι ψυχροῦ μὲν ὄντος τοῦ ὕδατος ἐκαταγκλείεται τὸ θερμὸν, καὶ ἀνιπαρείσαντα ἔσω, κρατοῦν ὥρων ὀξέων. Itidem Sect. 33, ἢ αἱ νόσοι ἀνιπαρείσαντα αἱ τῶν ὠῶν εἰς τὰ τῶν βουκόνων πάθη. Bud. ἀνιπαρείσασθαι exponit etiam Obsistere ex adverso in hoc loco Aristotelis De mundo, μία δὲ ἐν πάντων πρανταρμονία σωτηρία διαπελεῖ ἀνιπαρείσασθαι ἀλλήλοις. Gaza non satis felix fuit in verbo hoc interpretando, vt docet Bud. in Comm.

Ἀνιπαρείσασις, εως, ἡ, Circumobsistentia, Cohibitio & compressio vndique circunfusa, quæ fit non minus à calore quàm à frigore, vt ait Budæus, citans ex Theophrasto De caus. plant. l. 2 τοῦ δὲ πάγου ὑδατῶν τὰ ψυχρὰ βέλτιστα. καὶ γὰρ πάγῳ πίπτει μάλιστα διὰ τὴν ἀνιπαρείσασιν τοῦ θερμοῦ καὶ κατὰ ψύξιν τῶν ῥίζαις, id est (vt idem vertit) Propter cohibitum & coarctatum calorem à circunfuso frigore. Aristot. Probl. segm. 2, quæst. 16, cur dormientes magis sudent, ἢ διὰ τὴν ἀνιπαρείσασιν; ἀθροίζει γὰρ τὸ θερμὸν εἰς τὸς δεξιάνει τὸ ὑγρόν. Camer. interpr. ἀνιπαρείσασιν, In contrariũ subitò adactum sensum, vt est cutis horror in aqua calida. Vide Budæum in Comm. Vulg. lex. ἀνιπαρείσασιν in corpore humano dici scribunt quum è loco superiore spiritus infra coercetur, & vicissim: idq; fieri per cõsensum & cognationem partium, id est per συμπάθειαν.

C. ΠΡΟΐστημι, q. d. Statuo ante, seu colloco. Sed exponitur Propono, item Præpono, Antepono. Antefero. Nonnunquam verò & Præmeffero. Præterea Prætendo, Prætexo. Sæpe etiã Præficio. De quibus significationibus sigillatim dicam. sed prius admoneo, προίστασθαι voce pass. potius vsurpari, aut in aor. medio προεστησάμην. Propono, vt apud Luc. καὶ τί ἂν ἄλλο προθείημεν τοῦτου ἄμεινον προεστησάμεθα; quodnam autem exemplum melius proponeremus? Præpono, seu Antepono: vt apud Gregor. τὸ χεῖρον ὡς ἄμεινον προεστήσαντο. Præmeffero: vt apud Aristidem, εἰ μή τι προεστησάτο δῆμος ἐθνικὸν ἀνωφελέστερον τοῦ λόγου. At Prætẽdo, Prætexo: vt in hoc Demosthenis loco Pro corona, καὶ τοῦ δικαίου ὅλου τοῦ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι προίσταται. Synes. ὃς οὐ μὴν τοῦ ἀκκλησίαν προεστησάμενος αὐξῆ βαλάνιον, ecclesiam prætexens. nec enim dubium cuiquã esse potest quin hoc significare voluerit Synesius. adeo vt mirer Bud. putasse pro Moderari etiã ac regere hîc accipi posse. Idem προίσταμαι accipit & pro In primis pono, In principiis loco, afferens hæc ex Gregorio, αὐτὸν προεστησάμενος τοῦ λόγου τὸν ἐκείνου θεόν: & subiungens hanc interpretationem, Defensorẽ & protectorem moderatorémq; orationis huius Deũ in primis locantes. Hæc autem ad significationẽ verbi Præficio accedunt: quam in isto Herodiani loco habere videtur, l. 7, προεστησάμενος ἑαυτῶν ἡγεμόνα θεὸν τὸν βασιλέα. simul verò defensionis protectionisque vt in illo Gregorii loco) significationẽ inclusam habet. quod & de isto Synesii loco dici potest. καὶ τοῦ ὅπλα σφαττόμενον θρυλλουμένου ὑπ' αὐτῶν δικαστὴν προεστησάμενοι. Itidem certè Budæus quum προίσταμαι dixisset, ponendum etiam pro Præficio, Præfecturam confero, & ex Demosthene, καὶ Νεαίρας ἀπολυσάντων, προεστάσθαι Στέφανον τινὰ αὐτῆς, subiungit tamen hanc expositionẽ, Hunc sibi Stephanum tutorem & defensorem vindicémque assumit. Addit autem ex Andocide, σφῶν δ' αὐτῶν προεστήκασιν πιμφρὸν ἡγεῖσθαι Κιφίσιον. Affertur verò & ex Plutarcho in Solone, προεστάναι φασὶ τὸν Σόλωνα pro Qui ducem Solonem sibi præfecerunt. Accipitur προίστημι & pro Prostituo, προαγωγεύω, (pro quo mendose in vulg. lex. sicut & in Comm. Budæi legitur προαγωγεύω) vt προεστῶσαι τοῖς ἀμαλίαν, in Pand. Itidémque προεστάναι dicitur mulier pro Prostare, vt docebo infrà.

Προίσταμαι, q. d. Sto antè, vel compositè, Antesto, aut Antisto: sicut dicitur Antistes, quod & compositionẽ verbi προίσταμαι sequi videri potest. id est, eadem forma dici προίσταμαι pro Præsum, Præfectus sum, &c. qua dicitur à Latinis Antistes ceremoniarum pro Præfectus ceremoniis. Thucydides l. 2, ὅσον τε χρόνον προέστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἡγήσατο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτήν. Idem, οὗπερ γὰρ μάλιστα προεστήκεσαν τῆς μεταβολῆς. (vbi προεστήκεσαν existimo verti etiam posse Autores erãt: vt Budæus apud Themistium, οἱ προεστάμενοι τῆς δόξης, reddit. Qui autores sunt & assertores huius opinionis) Demosth. Pro corona, καὶ μεγίστων δὴ πραγμάτων τοῦ κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων προεστώς, id est Curæ & administrationi præfectus, & Summã curam ac potestatem habens. vt vertit Bud. qui & apud Herodianũ, τῆς βασιλείου μνήμης προεστὼς reddit Qui erat principi à memoria. Affertur verò ex Thucydide rursum, προεστάναι τοῦ δήμου: & ex Herodoto, προεστὰς τῆς στεινοτάτης πορείης. Plato Epist. 7, μεγάλης προεστὼς πόλεως. Item ex Plut. in Peripatetic. οὐκ κοσμίου προεστῶτα ἐνεργείας, οὐδ' ἐμπειρίας. Quæ parum honesto quæstui præsset. Sed & diuersa constructione ex Xenoph. Œcon. προεστῶσα πρᾶξιν ἴσον.

‖Huic autem affinis est, atque adeo fere annexa significatio qua ponitur pro Tueor, Defendo, Patrocinor. (sicut & in significatione actiua ostendi) nam & qui aliquem tueri vult solet ἐμπροσθεν ἵστασθαι. (vnde & πρόσθεν ἵστασθαι apud Hom. in hac verbi προίσταμαι significatione) Demosth. in Timocr. τοῦ ὑμετέρου δικαίου προεστάναι, iura vestra tueri & defensitare Bud. Chrysost. οὐ προεστήκασι αὐτῷ τὸ εἰπεῖν ὅτι ἐν πάλαιστρον εἶχον. Huc pertinet quod apud Sophoclem legitur in Aiace, pag. 48, — φίλοι προεστὰ ἀναγκαίας τύχης. Sed & magis peculiariter significat hoc verbum Defensionem causæ alienæ suscipere, euentúmque præstare. Liti pro alio se opponere. cuius significationis exempla profert ex Demosthene B. pag. 488. ‖Προίσταμαι, Prosto (vnde Prostibulum) Æschines, προεστάναι τοῦ μισθοῦ. Athen. προεστηκὼς ἐπὶ οἰκήματος. Et cum genitiuo apud eundem. καὶ κατοικίσαντο προεστῶσαι τῶν οἰκημάτων. vbi Bud. vertit idem Quæ prostabant in fornicibus. Videtur tamẽ & simplicius posse accipi propter additum genitiuum.

Προίστημι, pro Antecello, ex Platone in Timæo, πάντων προεστάναι, ἀφορμὴ. Eadem planè forma qua dixit Cato brassicam antistare omnibus oleribus: & Tacitus, Locis, oraculis, dignationibus antistare.

Προίστανω simpliciter pro Sto ante: ex Plut. in Publ. τοῖς πεπρεσβυτέροις ἢ προεστῶσι.

Προεστάναι pro Obsto, Obsisto, in vulg. lex. affertur ex hoc Sophoclis loco in Aiace, pag. 64, Ἢ σοι γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτε; At Scholiastes huic expositionẽ nõ astipulatur, quippe qui explicat, προεστὴς πολέμου ἐγένετο καὶ ἐπιβουλεύων. Illam certè obsistendi significationem verbo προεστάναι potius conuenire, satis norum est.

Προεστώς, ῶτος, ἡ, Imperium quo aliquibus præsumus. Præfecturæ dignitas, Præfectoria dignitas. Thucydides l. 2, de Chaonibus, ὧν ἡγεμὼν ἐπὶ ἔτη πολλὰ προεστὼς ὁ τοῦ Δρυμοῦ βασιλεὺς Φοῖνιξ καὶ Νικάνορος, Quorum duces erãt annuã præfecturam gerentes Phœnix & Nicanor ex principe familia orti. Suid. ex Polybio, ὁ δὲ ἐξελθὼν τὸν Πόπλιον μετὰ μεγάλης προεστώσας, id est δυνάμεως, ἐξουσίας cũ maximis copiis quibus præerat. Nisi aliquis malit, Cum maximis copiis auxiliaribus. nam βοήθεια ab eodem exponitur. At in hoc eiusdẽ Polyb. loco, Γαῖος ἡ βοηθητέα, καὶ τινα προεστῶσαν ἀξιώματικὴν, ὅπερ φαίνουσα. vulg. lex. interpr. Mulier autoritatem cum dignitate præ se ferens. ‖Item Cura, Tutela, Patrocinium. quo ante aliquem nos statuimus ad eius contra aduersarium aut res aduersas defensionem. interdum & Auxilium. Polyb. lib. 5, Ἀπόχρος δὲ προσδεξάμενος τοῦ παρθένου, μετὰ τῆς ἁρμοζούσης ἀπαντήσεως καὶ προεστώσας, excipiens illã & cu-

ram eius gerens vt decuit. Demosth. cõtra Onetorem, τοῦτ' οὐ πολλὴ προφάσεια δοῦ; τοῦτ' οὐχ ὁμολογουμένη προεστώσα; id est (Bud. interpr.) Nónne his planum fit, istos liti alienæ se opponere, séque eius tutores, vindices, assertores ingerere? Ex Aristide itidem pro tutela & protectione idem Bud. citat. At προεστάναι & Patrocinium idem esse testantur hæc verba Plut. in Romulo, vbi diuersas etymologias affert nominis Patriciorum, οἱ δὲ [Πατρικίους καλεῖσθαι λέγουσιν] ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς προεστάναι, καὶ κολοῦσαι ἄχει νῶν, οἱόμενοι Πάτρωνά τινα τοῦ σώου Εὐανδρεῖ προσαγορευομένων, κηδεμονικὸν τῶν ὑποδεεστέρων ὄντα καὶ βοηθητικὸν, ἀφ' οὗ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦτον τὸν προσηγορίαν ἀπολιπεῖν. ita vt προεστάναι sit κηδεμονία τοῦ ὑποδεεστέρου καὶ βοήθεια. Synesius epist. 57, ἀπωγῶνας δὲ προεστάσας ἀδικουμένων, patrocinium eorum qui iniuriam patiuntur. ‖At in hoc loco Æschin. De falsa leg. δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἐξ ἀκροπόλεως προστάλαμα μετενεγκεῖν εἰς τὸν προεστάναι τῆς Καδμείας, Didymus, teste Harpocr. & Suida, exp. προέστανν, id est, vt nonnulli vocant, προστάδα.

Προστάτης, ου, ὁ, Præses, vt in vulg. lex. exponitur. Apollo autem προστάτριος dicitur (teste schol. Soph.) quòd ante fores statueretur, ὅπερ τοῦ θυρῶν ἵδρυται, seu (vt Camer. interp.) Patronus, cuius statuam ante ædes consecratam ponebant. Bud. eum dici scribit quasi Vestibularium & liminarem, quasique ianitorem. Soph. Electr. Κλυοῖς αὖ νῦν Φοῖβε προστατήρι. Demosth. contra Midiã, καὶ δύο θεοὺς Ἀπόλλωνι προστατρίῳ πρεῖ τύχης ἀγαθῆς. Paus. Att. 32, Ἀπόλλωνος ἱερὸν ὅστιν ἐν δεξιᾷ προστατηρίου. Et προστατήριος μὴν apud Plutarch. Symp. 3, quæst. 7, mensis quo Athenis mustum bibere incipiebant ac libabant, vt innoxius & salutaris eius vsus ipsis deûm beneficio concederetur.

Προστάτης, ου, ὁ, Præfectus, Præses, Dux, Qui rei alicui præest, eámque administrat. Xenoph. Pæd. 7, p. 108, ἔλεγόν με πάντες οἱ κύκλῳ βασιλεῖς προστάτην τοῦ πολέμου, vt bello isti dux præessem: id est στρατηγὸν, vt ibidem vocat. Et Hell. 3, initio, πάσης τῆς Ἑλλάδος προστάτης εἰσί. Chrysost. δεῖ δὲ αὐτὸν [τὸν νόμον] προστάτην εἶναι τοῦ καλοῦ καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, honestorum ac turpium præsidem, principem ac imperatricem. Sic apud Aristoph. Equit. βούλομαι τρέφειν ἕνα προστάτην, schol. exponit τὸν προεστάμενον τοῦ δήμου, hoc est δημαγωγόν. ‖Item, Patronus, Tutor. Plutarch. in Romulo, de potentioribus, πάτρωνας ὀνομάζων, ὅπερ ὅστι προστάτας, ἐν εἴοις δὲ κλίεντας, ὅπερ ὅστι πελάτας. de quibus paulo pòst, προστάτας δηλαδὴ ὄντας, συμβούλους τε πάντων καὶ κηδεμόνας ἑαυτοῖς παρεῖχον. Et in Mario, πάτρωνας καλοῦσι τοὺς προστάτας οἱ Ῥωμαῖοι. Sic accipit Bud. apud Appian. l. 2 Bell. ciuil. ὃς ἐν τῷ Ἀλλοβρίγων προστάτης, In cuius clientela erant Allobroges. ὡσπερ ἁπάσας πόλεσιν ὅστις ἐν Ῥώμῃ προστάτης. Sic accipi possit etiam locus Xenoph. πάσης τῆς Ἑλλάδος προστάται εἰσί, Totius Græciæ tutores & patroni, Tota Græcia in ipsorum tutela & clientela est: de Lacedæmoniis. Sophocl. Œdip. tyran. θεὸν οὐ λέγω ποτὲ προστάτην ἔχειν, semper mihi patronus & defensor Deus sit, Cam. interpr. Sic apud Greg. θεὸν πιεῖν προστάτην τῆς ἐπηρείας, Vindicem, Defensorem. Bud. Peculiariter autem Athenis προστάται dicebantur οἱ τοῦ μετοίκων προστάτης, peregrinorum & incolarum patroni. vnusquisq; enim incola tenebatur ciuem quendam νέμειν προστάτην, adoptare sibi patronum, vt Suidas tradit, & Harpocr. qui Hyperidem & Menandrum autores citat. ex quo videtur esse quæ apud Suidam sunt, ἄχθομαι δὲ καὶ φέρω βαρέως τὸ τῆς πόλεως πράγματα. ὁρῶ γὰρ αὐτὴν προστάτας χρωμένην ἀεὶ πονηροῖς· κἂν τις ἡμέραν μίαν χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίνεται. Aristot. Polit. 3, πολλαχοῦ μὲν οὖν οὐδὲ τοῦ πόλεως οἱ μέτοικοι μετέχουσι τῆς τοιαύτης κοινωνίας, ἀλλ' ἀνάγκη νέμειν προστάτην. Et apud Hesych. Ὡς τὸ Κρέοντος προστάτου χειρόφραγμα. Vnde ἀπροστάσιον δίκη, de quo paulo pòst. Vide etiã sequens προστάς. Fœm. EST Προστάς, ίδος, ἡ, Patrona, Suffragatrix. Bud. p. 488, ex Chrysostomo in Epist. ad Hebr. At in Epist. ad Rom. 16, προστάς πολλῶν ἐγένετο καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. [redacted] Tum multis hospitium præbuit, tum mihi: non assentiens iis qui putãt eã suo patrocinio & defensione multis adfuisse, eò quòd grauius hoc sit quàm vt mulieri conueniat: ita vt προστάς eadẽ sit quæ πρόξενος. πρόξενοι autẽ & προστάται dictos fuisse qui à ciuitate aliqua deligebantur vt hospites ac peregrinos domum suam atque adeo in fidem suam reciperent. VNDE Προστατικὸς, ὴ, ὸν, Ad προστάτου pertinens, Qui προστάτου est. aut Peritus muneris τοῦ προστάτου. ET Προστατέω SIVE Προστατεύω, Præsum, Præsideo, Synes. ep. 57, δ' ὡσαύτως αἱ τῆς ἱερᾶσθαι καὶ πόλεων προστατῶν, & episcopi esse & ciuitatibus præesse, seu magistratus esse. Sic etiam apud Xen. τῆς πόλεως προστατῶν. Et sine casu apud Plat. Polit. 8, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων, præsidentibus, vt Camer. vertit. Xenoph. εἴτε οἴκου, εἴτε πόλεως, εἴτε στρατεύματος προστατεύει, præest, præfectus est. Bud. interpr. Item cum præpos. ὑπὸ. vt οἱ ἐν ταῖς πόλεσι προστατεύοντες, qui in ciuitatibus præsunt.

‖Προστατῶν, Patrocinari, Defendere, προίστασθαι. Sic Naz. alicubi ait se habere προστατοῦντα νόσον, id est sibi patrocinari, vel se subleuare aduersam valetudinẽ, vt Camerarius interpr. Sic apud Synes. epist. 79, φήμην ἔχεις προστατῶν αἰδρὸς λυσιτῶντος, diceris patronus esse viri rabiosi, & eum tueri. ‖Apud Soph. autem in El. ὁ προστατῶν, χρόνος, est ὁ ὑπηχούμενος, vt schol. exponit. Procedens tempus, Camer. A προστατέω autem DERIVATVR Πρεσταπία, ας, ἡ, Præfectura, Procuratio. Bud. ex Xenoph. χορηγίας, γυμνασιαρχίας, προστασίας. Bud. Ita προστασία idẽ erit quod προεστάσια, id est, Munus & dignitas τοῦ προστάτου, seu τοῦ προστατοῦντος. ‖Item Cura, Patrocinium, Defensio. Polyb. lib. 5, προσδεξάμενος τοῦ παρθένου μετὰ τῆς ἁρμοζούσης ἀπαντήσεως καὶ προστασίας. Sed Cam. ibi legit προεστάσας, quod eiusdem signif. est. vide προεστάσα. ET Ἀπροστάτευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui nemo præest: vel Cui tutor & patronus non est. ὁ μὴ ἔχων προεστάσαι τινός, Hesych.

C. Ἀπροστάσιον, ου, τὸ, Quum quis patronum & tutorem nõ habet. dicebatur Athenis de incolis qui sibi è ciuibus nullum adoptarant patronum. Vnde ἀπροστάσιου δίκη, actio in incolas qui tutorem sibi non quæsierant, καὶ τῶν πλουσίων τὸ μετοίκιον, ἢ προστάτου μὴ νεμόντων (vt Poll. tradit, publicã esse scribẽs, sicut & τοῦ τῆς ὑπηρεσίας) seu καὶ τῶν μὴ ἀπογραφομένων προστάτου, vt Hesych. Vniusquisq; enim τοῦ μετοίκου ex legis præscripto habebat προστάτου ciuem aliquem, δι' οὗ τὸ τε μετοίκιον ἐτίθετο καὶ ἔτος, καὶ τὰ ἄλλα διωκεῖτο. quum igitur aliquis qui μέτοικος esse videbatur, προστάτου nõ habebat, aut non dabat τὸ μετοίκιον, aut ciuem se esse dicebat, falsò in album ciuitatis inscriptus, instituebatur cõtra eum actio ἀπροστασίου ab eo qui vellet, vt tradit Suidas: apud quem pro ἀπροστάτου legendum ἀπροστασίου.

Προστάς, άδος, ἡ, Hesychio idem quod πρόστωον, Porticus vestibulum. Pro ipsa verò porticu seu στοὰ accipi tradunt Budæus & Camer. ac ille ex Plutarcho citat. Athen. lib. 5, in descriptione nauis Philopatoris, μετὰ δὲ, τὸν ἄθελον ὀξεδέχετο, τοῦ ἐπάνω τῆς ὑποκειμένης προστάδος πάξιν κατέχον. Vitruuius quoque in ædificiis Græcorum προστάδος meminit, quam πρόστασιν quoque appellari tradit, vt suprà indicatum est. ‖Προστάδες affertur ex Athen. pro scortis quoque (qua planè forma prostibula Latinè dicuntur.) Erit igitur προστὰς synonymum τοῦ προστάσι γυνή.

C. ΠΡΟΣίστημι, Sisto & inhibeo, Obicem oppono. Aristot. Probl. καὶ τὸ πνεῦμα προσίστησι, & spiritum inhibet ac cõmeare vetat. Idem, ἰδρῶ τοῦ τε μᾶλλον ἐκκρίνοιτο. καὶ τὸ πνεῦμα προσιστῶν. Vsus est & cum alia constructione, scribens, συμβάλλεται δὲ τὸν τῶν πρείας καὶ ἡ τοῦ σώματος σύγκαμψις, πρὸς τὸ μὴ ἀδυνατεῖν τὸ πνεῦμα προσιστᾶσα, inhibens quominus recta commeet. Sic enim (addit Bud.) vbique legi atque intelligi oportet.

Προσίστημι, Affirmo, id est Firmiter colloco. Antiphõ in Apologia, τὸ δὲ παιδὸς ὑπὸ τοῦ τοῦ ἀκοντίου φορὰν ὑποδραμόντος, καὶ τὸ σῶμα προσήσαντος τοῦ σκοποῦ τυγεῖν, ὁ ὑπὸ τοῦ ἀκόντιον ἐλθὼν ἔβλαψε. id est, Et corpus affirmante, vt in scopum collimaret, vt certius iacularetur.

Προσίσταμαι, Obsisto, Aduersor, Obstrepo. vt apud Chrysostomum, ἀλλὰ τοῦτα πάντα οὐχὶ οὐ πείθειν μόνοι καὶ ἐφέλκεσθαι τοὺς ἀκούοντας ἀλλὰ καὶ προσίστασθαι πᾶσι τοῦ ἱκανά. id est ἐμποδίσαι, ὥστε πᾶσι. Et προσίσταμαί σοι pro ἐχθρός σου

ἐμι, apud Polybium. Dionys. Halic. de rhythmis Isocr. loquens & nimio eorum vlu, καὶ πᾶς ὁ τῆς ὀρχήματων κόσμος πολύς ἐστι παρ' αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην καταστολήν, περιστάλματος τῆς ἀκοῆς, obsidentes aures & offendēs. Aristot. De gen. anim. καὶ κινεῖται ἡ οὐρὰ εἰς ἄνω, ἄνω περιστάλματα ποιοῦσα, sursum versus obsidentes, & molestæ, & obstruentes. Idem in Problem. rursus, χολὴ πικρὸν περιστάλματα αὐτοῖς πολλάκις, Bilis molesta est & malè afficit. Ita Bud. At in vulg. lex. legitur περιέπει χολὴ αὐτῆς, (ideoq; in verbo Προίσταμαι, locus hic affertur) exponiturq; ex Gaza, Eis bilis profistit.

Προίσταμαι, Adsum, Proximus sum, vt παρίσταμαι. Æschin. in Timocr. ὁρῶ δὲ πολλοὺς μὲν νεωτέρους προστιθέντας τῷ δικαστηρίῳ, πολλοὺς δὲ τῶν πρεσβυτέρων. Demosth. οἱ δὲ τοὺς περιλήψεις μαρτυροῦντας, τοὺς ἀπὸ τάχους τινὰ προστάντας, testes fortuitos, qui forte interim adfuerunt. ‖ Apud Platonem autem in Philebo, προστησόμεθα δέ, καθάπερ ἀθληταί, πρὸς τὸν αὖ τῶν λόγον, aggrediamur igitur hanc quoque disputationem.

C. ΣΥΝίστημι, Constituo. Plato in Timæo, ξυστὰς δὴ τὸν πᾶν, quum constituisset. Cicero passiua voce reddidit, Toto igitur omni constituto. Polyb. l. 2. ἔξαπέλεων αὐτοῖς ἠγκμένα συνεστῶτας. vt dicitur Lat. Constituere regem, Constituere iudicem, &c. Idem ibidem, Ῥωμαῖοι συνεστάλμενοι τὴν τῶν Ἰταλίαν, quum iam confirmarent & firmassent res Italiæ. Item pro Cōstituo, i. Astruo, vt inquit Bud. afferens ex Basilio, ποτὲ δὲ τὴν ἀγάθοτητα συνίστησι τῷ Θεῷ: & reddens, Astruit, Confirmat. Sic apud Aphrod. τὸ μὲν γὰρ εἶναί τι τὴν ἑμαρμένην ἱκανῶς ἡ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων συνίστησι προλήψις. Ad hanc significationem refert & hoc Pauli ad Rom. 3, εἰ δὲ ἀδικία ἡμῶν, Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι. (Affert verò & simplex ἱστάνω ex eodem pro συνίστανω, ita dictū vt Lat Cōstituere rempubl. pro Stabilire labantem, & Constituere maiestatē) ‖ Συνίστημι, Constituo, in ea significatione qua ponitur pro In vnum concilio & consocio. vt συνῆκε τὰς πόλεις ἅπασας, Isocr. Cæterùm vt συνίστημι pro Astruo & Confirmo accipitur, sic etiam pro Constituo in loco & firmo. cuius signif. exemplum affert idem pag. 498. ex Polybio.

Συνίστημι, vt Astruo, sic & Construo interdum sonat: quam significationē habet & sub voce passiua nōnunquā. vt in hoc Aristotelis loco, καὶ συνίστασθαι οὐ κατὰ λόδον σφηνωθεῖς τοῖς μικροῖς ὀστοῖς τετραδύρος, cōstruunt tanos suos quadrifores. Sed & Fingo, Formo, Creo: ita Coagmēto & Cogo redditur. Plato in Timæo, de mundi creatione loquens, πίνι τῶν ζώων ἀνθρωπείας ὀμοιότητος ἐξομοιοῦν ξυγέστησε. vbi Cicero ξυνίστανε vertit Fingere: ita reddens hunc locum, Cuiusnam animantium deus in fingendo mundo similitudinem sequutus sit. Sic Prometheus apud Luc. dicitur ζῷά τινα συνίστασθαι. ‖ Συνίστημι, Concrescere facio, apud Aristot. Poteſt verò alicubi & Spisso verti. nam hæc Hippocratis αἱ βόρειοι κατάψυξεις τὰ τε σώματα συνιστῶσι, καὶ οὔτε ἀξύνετα καὶ ἀνιστάμενα ποιοῦσι, Celsus vertit, Aquilo sanum corpus spissat, & mobilius atque expeditius reddit. ‖ Nec solùm Coagmento, Cogo, & Concrescere facio, Spisso: sed etiam Contraho, Corrugo, Obduco: alicubi sonat: vt apud Plutarchū in Sympos. septem sapient. ὁ δὲ οὐ μάλα φαιδρὸς, ἀλλὰ συνιστὰς τὸ πρόσωπον.

Συνίστημι, Conflo, Communi consensu comparo, Vnanimiter molior. vt Isocr. in Helene, ὑπὸ δὲ τούτων οἱ Ἕλληνες πρόσθεν συνεστήσαντο πόλεμον, tantum conflauerūt bellum. Demosth. in orat quæ περὶ τῆς τοῦ Ῥοδίων ἐλευθερίας inscribitur, καὶ διὰ τοῦτο συνεστήσαν ἐφ' ὑμᾶς τὸν πολυτιμότατον πόλεμον. (At Plutarch. in Fabio, τὸ πρὸς τὸν Ἀννίβαν πολέμου συνίστασθαι τοῖς πρεσβύταις ἀγῶνας, pro Prima belli certamina inibat. Et Polyb. 3, ὀλιγωρεῖν μὲν κίνδυνον καὶ μηδένα τόπον συνίστασθαι: quod redditur, Nequaquam de summa rerum vno prælio periclitari.) Sic pass. significatione συνεστηκέναι πόλεμος dicitur, Cōflatum esse bellū seu exortum esse, aut exarsisse. quarum significationū exempla habes apud Bud. pag. 498. (vbi & συνεστήσαντο πόλεμον ex Maccab. 2, pro Conseruerūt pugnam) Vt autem συνίστασθαι πόλεμον, vel ἀγῶνα, aut μάχην, sic etiam συνίστασθαι πολιορκίαν legitur apud Polybiū: quod exponitur πολιορκεῖν, Obsidere. ‖ Συνίστημι de coniuratione etiā vsurpari ostēdit Bud. ibidē, atque hinc συνεστῶτες vocari coniuratos & coeuntes, ac fœdus ineūtes & cōsociatos. Sequente autē pag. ab Æschine συνεστηκότα docet appellari Coniuratum, & qui consilium proditionis init. Huc pertinet apud Plutarch. συνίστασθαι τοὺς ἀναιρήσοντας pro Cōflare interfectorum manum, (cui dicto subest aliqua coniurationis significatio) vel vt quidam vertunt, Apponere interfectores. Budæus Decuriare ex Cicerone reddit. Idem συνίστημι ait significare interdum Ad delectionem vel ad res nouas solicito: vt in hoc Pausaniæ loco, τῶν συνέδρων δεθεῖσαν, καταγωγεῖτα Αἰγυπτίων ἀνδρὸς ὅθεν τὸν βασιλέα συνίστασθαι.

Συνίστημι, Commendo. Plutarch. in lib. qui περὶ δυσωπίας inscribitur, Ξενοκράτει δὲ ἔγραψε παραινῶν ὅπως μελέτερον τοὺς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐξετάζειν οἷς συνίστησι. Synes. καὶ χάριν εἰδέναι τῶν συνιστάντων τοὺς δεομένους δικαίων. Et apud Basil. ἐξεβάλλειν & συνιστᾶν opponuntur. (Frequens est certè & συνιστάναι apud Paulum in hac commendandi signif. In hoc autem Laertii loco, ἀπαγαγὼν συνίστησε τῷ φιλοσόφῳ, Bud. συνέστησε vertit Concilauit & commendauit. Exponiturque verbum συνιστάναι illis duobus Latinis & apud Demosthenē, πρὸς Τιμοθέον, vbi scribit, ὃν συνίστησι τοῦτ' τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ: item, ᾧ συνέστησε τοῦτ' τὸν πατέρα τὸν ἐμόν. Sed vt plurimum redditur solo verbo Cōmēdare. (pro quo & Tradere affertur non solùm ex Cicerone, sed etiam ex Horatio) Metaphoricè quoque dixit Synesius, ὅπ ἡ Σιμωνίδης Ἱέρωνα τῇ διαδοχῇ τῶν χρόνου συνίστησε. Simonides Hieronem posteritati commēdauit: eo modo quo Cicero dicit Commēdare sempiternæ gloriæ & immortalitati. ‖ Συνίστημι exponitur etiam Notum facio, seu nobilem. quæ significatio velut annexa est proximè præcedenti: adeo vt etiam posteriorem illum Synesii locum in quo dicitur Simonides Hieronem συνίστησε posteritati, Budæus afferat in exemplum illius significationis, qua videlicet ponitur pro Notum facio. sic tamē vt illi loco hæc subiūgat, His verbis signif. poemate Simonidis Hieronā illustratum & posteritatis memoriæ commendatum. ‖ Quoniam item qui aliquē commendant, de eo testificari solent, eiusq; mores ac facta probare, hinc quidam factum esse annotāt vt pro Testificari accipiatur, item pro Approbare (eo sensu quo dicitur Aliquid approbare alicui.) Ac pro Testificari quidem Budæus pagina 500 ex Demosth. affert: at pro Approbare in illa significatione sumpto, citatur ex Paulo 2 ad Cor. cap. 6. ἀλλ' ἐν πᾶσι συνιστάντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι, nos approbantes aliis, id est nostra facta ac dicta, seu vitam nostram. Sic verò & cap. 7 eiusdem epistolæ, ἐν πᾶσι συνιστάντες ἑαυτοὺς ἀγνοὶ εἶναι ἐν τῷ πράγματι, quidam Approbastis, itidem interpr. sed rectius alii, Testatum fecistis.

P. Συνίστημι, Cōsto. vt ἐκ διαφόρων συνίστασθαι, diuersis ex rebus constat. Aristot. De poetica, καὶ ἅπαν τὸ ποίημα ὁ συνέστηκεν ἐκ πράξεων. Et συνίστημι (inquit Bud.) ἀνάλωμα λαμβάνω, & ὕπαρξιν ἔχω καὶ φύσιν εἶναι τινὶ, id est Consto, Componor. quæ significatio nota est. Hæc Bud. Quidā συνεστάναι exponunt etiam Compactum esse, vel coagmentatum. & apud Aristotelem De poetica, πρὸς συνεστῶτας δὲ μύθους, ritè compositas fabulas. Apud Polyb. autem lib. 2, ἀνεξάριθμοι δ' ἀκεραίοις καὶ συνεστῶσι σπείραις, cōstantes & consistentes cohortes, id est non dissipatas, sed plenas & integras. Et apud Platonē Polit. 8. χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω συνεστῶσαν, ita constantem & constitutam ciuitatem. Hæc illi. At ego in hoc postremo loco πόλιν ὅπω συνεστῶσαν vertere malim Vrbem quæ ita coaluit. Fortasse autem & συνεστῶσας σπείρας aliter potius reddi debuit quàm Constantes cohortes. Huc certè pertinere videtur apud Herodianū, σφαῖρα μὴ συνεστηκυῖα, μηδὲ συνεστῶσα, ἀλλ' ἔχλος μᾶλλον ἡ σφαῖρα. Quo dicit modo idē alibi συνεστῶς σφαιρωτικόν, quod à Politiano redditur Ordinatum. Hoc tamen eiusdem οὐδὲ σφαιρωτὰ ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, vertit, Neque statiuis castris exercitus habent. At verò συνεστῶσαν δύναμιν apud eundem interpr. Incolumem potetiam. ‖ Sed hæc Theophrasti de culicibus, καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνεστηκυίας, vertit Plinius, Videntur nasci ex humore tunc dulci subdito corticibus.

Συνίστημαι, Consto, Coeo, Cœtus habeo. (Affertur autem Consto ad hanc significationē pertinens, ex Plauto in Capt. Constant, cōferunt sermones inter se. Item ex Salustio, Multitudinem procul hostium constare viderunt. Thucydides lib. 2, καὶ σφᾶς αὐτοὺς συνεστάνοντο. Idem lib. 3, ξυνίσταντό τε καὶ λαβόντες ἐξηγείσθαι (&c.) τὸν τε Πεσθίαν κτείνουσι. Qui locus similis est omnino isti lib. 8, ξυνιστάντες τινὲς τῶν νεωτέρων, κρύφα ἀποκτείνουσι. Xenoph. ἀναβάσεως 5, σύλλογοι ἐγίγνοντο καὶ κύκλοι συνίσταντο. Quò pertinet Συνίσταμαι pro Coniuro, Conspiro: vt εἰ δὲ συνίσταντο τῷ Καπύνᾳ apud Plutarchum. (Alicubi verò συνίσταθαι simpliciter pro Congregari. vt apud Synesium, καὶ φωνὰς ἀφῆκεν ὅπῃ συνεστῶτων καὶ πρεσβυτέρων λαῶν) ‖ Συνίσταμαι est item Consocior ad bellum: vt Thucydides initio libri primi, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους. (vbi tamen exponitur & simplicius Cum alterutris se Coniungere, item Coniurare) Xenophon Hellenicōn lib. 7, συνίστασθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀρκάσι καὶ Ἀργείοις. Dicitur verò & ipsum bellum συνίστασθαι (vt docui in Συνίστημι) pro Conflatum esse. Dicitur itidem ἀγὼν συνίστασθαι. Polybius lib. 2, περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας συνίστασθαι τὸν ὅλον ἀγῶνα, quod redditur, De eorū libertate certamen constare: (ego malim, Certamen institutum esse, vel susceptum, aut certamen iniri. Apud Plutarchum autem in Romulo, συνιστάμενον ἀγῶνα exponitur, Collato prælio: & Pugna commissa. Sed apud Herodianum, ἐπὶ τῆς μάχης συνεστῶσης, Politianus vertit Stante adhuc acie. Sic verò συνεστάναι redditur simpliciter Stare & apud Thucydidem lib. 1, ἀλλὰ καὶ τῷ ὄζῳ Πελοποννήσου μᾶλλον ὅσοις ξυνεστήκει ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τοῖς ἀθηναίοις.

Συνίσταμαι, Consisto. Et συνεστηκὸς quod cōsistere potest. vt συνεστηκὸς ζήτημα, Quæstio quæ consistere potest, id est, ita controuersiam facere in iudicio vt ab vtraque parte argumenta & probationes in medium adduci possint, & inde existere id quod κρινόμενον dicitur. ‖ Συνεστηκὼς est etiam Compactus, Solidus, Non fluxus. Budæus ex Aristotele, διὸ καὶ ὀφρῦς συνεστήκασι μᾶλλον τῶν περιγείων ἰχθύων. ‖ Cicero præterea ξυνίστασθαι in Plat. Timæo reddit Cohærere.

Συνίσταμαί σοι, (q. d. Sto tecum) Sto à te, seu à partibus tuis. Budæus vertit Assipulor tibi, & Sto à partibus tuis, afferens ex Themistio in Phys. lib. 4, ὅπερ ἐπέοικε τοῖς ἀλέγουσιν οἱ συνιστάνοντί σοι. Huic συνίσταμαι (id est habenti illam significationem) opponuntur αὐτίσταμαι & ἀνίσταμαι.

Συνίσταμαι, Commendor (vt συνίστημι, Commendo.) Isocrates ad Philippū, μάλιστα μὲν οὖν ἐβουλόμην αὐτὸν συστῆσαί σοι δι' ἡμῶν. Synesius, ἐπιδή μοι τῶν παρὰ τῆς συνέδρου τῆς βουλευτηρίου, mihi à toto commendatus est senatu. In illo autem Isocratis loco datur τὴν συστάσιν conciliationis etiam significatio: (sicut συνίστημι nō solùm Commendo, sed & Concilio significare dictum est) sic enim redditur, Imprimis optassem eum tibi per nos commendatum esse & conciliatum. ‖ Συστήσασθαι exponitur etiam Studiosè excipi, coli atque in contubernium admitti. vt apud Laertium, ἐλθόντα δὲ Ἀθήναζε ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παρεφιλοῦτο, ὑπὸ δὲ Ἀρκεσίλεω συστήσασθαι. vide Σύστασις.

Σύστασις, Constitutio. Galenus, οὕτω γὰρ ἡμᾶς ὁ Πλάτων ἐδίδαξε τὴν μέθοδον ἁπάσης τέχνης συστάσεως. id est, methodum constitutionis artis cuiuslibet, (vt Cicero dicit Constituere artem.) Sic exponitur & in hoc Platonis loco Politicōn 8, οὐδὲ ἡ τοιαύτη σύστασις τὸν ἅπαντα μόνον χρόνον. Et in Sympos. ἡ τῶν ὡρῶν τῶν ἐνιαυτῶν σύστασις, cōstitutio temporum anni. Apud eūdem De legibus, συστάσεις πόλεων & φρουραὶ opponuntur. Budæo est etiam Constitutio corporis, in hoc Aphrodisæi loco, ὁρῶμεν γοῦν ὅτι καὶ τὸ σῶμα, τῆς τοῖον ἢ τοῖον εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἐν νόσοις καὶ ἐν φθορᾷ ἀκολούθως τῇ φυσικῇ συστάσει γίνεται). Paulo pòst (inquit) φυσικῶν καταστάσεων pro eodem dixit.

Σύστασις, Coagmentatio, Structura. Compositio. vt Plato in Timæo, ἡ τοῦ κόσμου σύστασις: (In alio autem eiusdem Timæi loco redditur Coniunctio à Cicerone) Idem De legibus, λιθολόγοις ἢ καὶ τινος ἑτέρας ἁρμονίας συστάσεως. Ibidem, συστάσεις ἁρμονιῶν, vbi exponitur Compositiones concētuum. Sic autem Budæus σύστασιν vertit Compositionem in isto Aristotelis loco, De poet. μέγιστον δὲ ἐστιν ἡ τῶν πραγμάτων σύστασις. In vulgatis lexicis ex Plutarcho in Pericle affertur etiā σύστασις προσώπου pro Compositio oris, Conformatio oris. & tamen ex eodem suprà fuit prolatum συνιστάναι τὸ πρόσωπον pro Contrahere seu Corrugare. ‖ Σύστασις, Coagmentum, Concrementum, Crassitudo. quarum significationum exempla Budæus ex Aristotele & Galeno affert partim pag. 500, partim pag. 501. Vbi exponit etiā Concretionem & Corpus. Pro Crassitudo autem sunt qui Crassamentum etiam vertant, ex Seneca, in hoc Galeni loco, lib. ad Glauconem 2, μέχρι συστάσεως ἐμπλαστρώδους ἐψηθέν. Ibidem quum dicit τῇ συστάσει μὲν ὑγρὸν φάρμακον, τῇ δ' ἀραιότητι δὲ ξηρόν, sunt qui σύστασιν verti posse existiment vel Concretione, vel etiam Substantia.

Σύστασις, Astructio, Confirmatio, Assertio. Alexander Aphrod. τὸ γὰρ εἰς τοῦτο σύστασιν χρήσασθαι τῷ λέγειν, &c. ad hæc astruenda & confirmanda, seu probanda.

Σύστασις, Apparatus bellicus, qui fit communi sensu, (vt συνίστημι est Budæo, Communi consensu comparo) ex Plutarcho in Publicola, μεγάλη γὰρ ἐφαίνετο καταστολὴ τῶν πολεμίων καὶ σύστασις. ‖ Et ἡ ἐκ συστάσεως μάχη, Herodiano, Prælium collato pede pugnatum. Hinc ἡ συστάδην μάχη, & συστάδην μάχεσθαι, quod & συστάδον. ‖ Σύστασις redditur etiam Turma: quod in libello De vocabulis militaribus σύστασις dicatur esse numerus militum XXXII.

Σύστασις, Coitio, Coniuratio, Conspiratio, Sodalitium in perniciem legum. Budæus ex Demosthene, καὶ τῷ τὰς ἑαυτῶν συστάσεις κυριωτέρας τῶν νόμων ἀξιοῦν εἶναι). Thucydides, καὶ συστάσεις γινόμενοι, vbi συστάσεις appellari mihi videntur Cœtus eorum qui coeunt & conspirāt, seu conspirationem moliuntur. (Quidam tamen interpretantur In stationibus & circulis consistentes constantésque, id est Vnà stantes & circulantes: vt stationes ac circuli sint loca in quæ conuenitur confabulandi causa.) Plutarchus in Numa, ὅπου βουλὴ καὶ σύστασις ἀνδρῶν. Idem in Coriolano, ἐν δὲ συστάσεσι καὶ λόγοις συστατικοῖς ὅσημέραι πρὸς ἀλλήλους ὄντων. ‖ Σύστασις generalius etiam pro Cœtus, Conuentus populi. vt quum Xenophon in Hipparch. de equis agitatis descensionem fieri nō vult πρὸς σύστασιν ἀνθρώπων, id est in cœtu hominū. Camer. Et pro συνάθροισμα ex Polluce, καὶ καπήλων σύστασις, καὶ ναυτῶν συναγωγή. ‖ Sunt qui alicubi exponant etiam Congressus, Colloquium. vt apud Plutarchum in Themistocle, τῷ Θεμιστοκλεῖ τὴν πρὸς βασιλέα ἔντευξιν καὶ σύστασιν ἠρνεῖτο. ‖ Affertur in vulgatis lexicis & pro Dissensio, Diffidium, ex Thucydide, σύστασιν τῆς γνώμης ἔχει: quæ suspecta fuit. Itidémque quod ex Aristotele citatur, videlicet σύστασις pro Sustentatio, διὰ τὸ κάμνειν τῇ συστάσει, quòd fessus sustinere nequeat.

Σύστασις, Commendatio, (vt συνίστημι, Commendo: & συνίσταμαι, Commendor.) Sed latius etiam extenditur, & quidem ad ἀγάπην vsque, si Suidæ credimus, ita exponenti in hoc Polybii loco, ὁ δὲ οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, παρεκλοῦν ἔχων σύστασιν. & addenti esse metaphoram ab equis qui vnà aluntur ἐμβεβιασμένοι. Exponitur ergo Affectus, Amor, Studium erga aliquem. Sed Suidas post ἀγάπη addit & ὁμόνοια. Itidémque Bud. σύστασιν vult esse Conciliationem & reductionē ad concordiam, in hoc Isocratis loco in Paragr. πρὸς μὲν γὰρ τὸν πόλεμον πολλαὶ πόλεις αὐθαιρέτοις καὶ λαῖς ἠρνισμεθα· περὶ δὲ συστάσεως οὐκ ἔστιν ὡς αὐτῆς ἐπιδείξειν ἄμεινον τῆς ἡμετέρας βεβουλευμένοι. Σύστασις in Pand. dicitur Quum contrahitur, id est contractus initur: & λύσις, quum dissoluitur. B.

Συστατικός, ός, ό, Constituendi vim habens & compingēdi, Faciens vt res consistat. ‖ Item Commendatitius: 2 Cor. 3, εἰ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν, litteris commendatitiis.

Συστώτης, ου, ὁ, Qui simul stat. In ædificiis συστάται dicuntur Trabes seu tigna tectum sustinentia: ἀμείβοντες Homero. δοκοὶ μεγάλαι καὶ ἀλλήλοις προσπίπουσαι, ὥστε βαστάζειν τὴν ὀροφήν, vt schol. Homeri exp. A

Συστατέω, Commendo, Probo, συνίστημι. v. l.

C. Ἀσύστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, q.d. Qui consistere nequit, Qui non potest esse in rerum natura. (In vulgatis lexicis exponitur etiam Qui stare nequit, Parum sibi constãs) Plutarchus, ἀσυστάτου καὶ ἀνυπάρκτου γνωμοειδοῦς. Idem De primo frigido, αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ ἀδιάχυτον καὶ ἀπαγὲς καὶ ἀσύστατον ὄφ. quæ Turnebus ita vertit, Humor enim omni concretione vacans & soliditate, suapte natura liquefactus & dilapsus diffunditur. Budæus pag. 499, συνεστικὸς, inquit, dicitur Quod consistere potest: vt συνεστικὸς ζήτημα, quæstio est quæ ita controuersiam in iudicio facere potest, vt ab vtraque parte argumenta & probationes in medium adduci possint (&c.) ἀσύστατον autem ζήτημα est in quo τὸ κριτικὸν μέρος consistere non potest. Exemplum autem ibi vide. Ἀσύστατα (inquit Camerarius) sunt apud rhetores quæ non veniunt in disceptationem, vel vbi causa non potest explicari, vt si fur furem furti accuset. B C

Τὸ ἀσύστατον refertur etiam inter vitia orationis, similes ei quod appellatur ψελλόμορφον. Fit autem quoties eiusmodi res proponitur vt ne possit quidem esse quod fingitur. Erasm. Ab Aristophane Æschylus vocatur ἀσύστατος, in Nebulis. id est (vt quidem scholiastes exponit) οὐ συνεστὼς, οὐδὲ πυκνὸς ὢν τῇ ποιήσει, ἀλλ' ἀραιὸς καὶ κομπώδης. affertur autem & alia expositio, videlicet ἀδιάθετος, ἀπηθμένος συνισταμένοις μύθοις.

C. Ἰδιοσύστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per se consistens. ET Ἰδιοσυστάτως, q.d. Ex propria consistentia. quorum vtrunque Budæus affert ex hoc Damasceni loco, pag. 71, οὐ γὰρ ἰδιοσυστάτως ὑπέστη τὸ θεοῦ λόγῳ, οὐδὲ ἑτέρα ὑπόστασις γέγονε παρὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑπόστασιν· ἀλλ' ὢν αὐτὴ ὑπόστασα, ἑνωθεῖσα μᾶλλον, καὶ οὐ καθ' αὑτὸν ἰδιοσύστατος γέγονεν. In vulgatis lexicis exponitur Propriam habens hypostasin, apud Cyrillum. D

C. Κακοσύστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè consistens. In vulgatis lexicis ex Trapez. E

C. Νεοσύστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nuper concretus, Qui nuper coaluit. In vulgatis lexicis annotatur νεοσύστατα dici nuper concreta, seu quæ nuper coaluerunt: & subiungitur ex Galeno περὶ πόρων libro 5, de lichenibus, συγκρίνοντες ἀπὸ τῶν κιχρονισμένων τὰ νεοσύστατα, discernentes recentes ab inueteratis. pro τὰ νέως συστάντα. Ibidem νεοσύστατοι, Qui recèns professi erant sectam Pharisæorum, ex Iosepho.

Συστάδες ἄμπελοι, Vites ordine non plantatæ. Putat enim Hesychius ita dici παρὰ εἰκῆ καὶ μὴ κατὰ σοῖχον πεφυτευμένας, potius quàm παρὰ πυκνάς. Aristoteles Politicõn 7, ἐνδέχεται γὰρ αὖ πῆς οὕτω κατασκευάζειν, καθάπερ ἐν τοῖς γεωργοῖς, ἃς καλοῦσι τινὲς τὰς ἀμπέλων συστάδας. Meminit & Pollux, sed nullam addens explicationem. AT VERO Συστὰδὸν ET Συστάδην aduerbia sunt significantia Cominus. vt συστὰδὸν μάχεσθαι vel συστάδην, cominus pugnare. Et ἡ συστὰδὸν μάχη vel συστάδην, Pugna quæ committitur cominus, Pugna stataria. Thucydides lib. 7, διαύταις δὲ προσβολαῖς καὶ οὐ ξυστὰδὸν μάχαις οἱ Συρακούσιοι εἰκότως ἐχρῶντο. Galenus, τὴν συστάδην κρατεῖν δ' ἀναμένων τὸ νικᾶν. F G

Σύστημα, ατος, τὸ, Coagmentatio, Concretio, Compages. Exponitur etiam Compositio, item Collectio, vel Congregatio. Item, Aceruus, Cumulus. Aristoteles De mũdo, κόσμος ὅδε σύστημα ἐκ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. quod Budæus vertit, Mundus est cõpages è cælo terráque coagmẽtata, atque ex iis naturis quæ intra ea continentur. (Fortasse autem sic quoque reddi potest simplicius, Mundus è cælo terráq; constat. Nam quod Stoici dicebant, τέχνη δὲ σύστημα ἐκ πολλῶν καὶ παλλήλων, Cicero interpretatur, Ars ex multis animi perceptionibus constat) Plutarch. in Numa, λοιπὰς τέχνας εἰς ἕνα συναγαγὼν, ἐν αὐτὸ ἐκ πασῶν ἀπέδειξε σύστημα. Aristoteles, καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιϊκὸν σύστημα τραγῳδίας. ‖ Σύστημα, Cœtus, Conuentus. Item peculiariter, Turma, Globus, Manus militum. Polybius de copiis Gallicis H

loquens, lib. 2, τίς οὐκ ἂν ἐφυλάξατο τὸν αὐτὸν τῶν συστημάτων ἐκείνῳ τρεφαίρεσιν; Idem lib. 1, τῆς γε μὴν ὅλης τάξεως τὸ σύστημα, διὰ τὸ βάθος τῶν ἐφεστώτων, ἕως τινὸς ἀδιάσπαστον ἔμενεν. quem locum Camerarius ita vertit, Copiæ tamen vniuersæ ordines aliquantisper seruabant, & suum quisq; locum tenebat: quòd agmẽ densum esset, & præcedentes vrgerentur à sequẽtibus. Idem Pol. alibi velitationem tantùm extitisse scribens, non conflictum pleno exercitu collectisque in vnum copiis, his vsus est verbis, ὁλοσχερῆ μὲν οὐδὲν ἐποιοῦντο τῶν ἐπὶ συστήματος τῶν βαρβάρων. In vulgatis lexicis, subiungitur his locis Polybii, σύστημα sumi etiam pro quauis collecta multitudine & cœtu: adeo vt idem Polybius armenta regia vocarit συστήματα βασιλικὰ τῶν ἵππων τῶν θηρίων. ‖ Ibidem scribuntur quæ sequuntur, Σύστημα pro constitutione vox est proprié musicorum: à quibus interualla dicuntur διαστήματα, id est vocis spatia, quibus acuta & grauis includitur. Ex eis fiunt constitutiones quæ συστήματα appellantur, vt ipsa interualla constant ex phthongis (hi sunt sonitus Vitruuio) qui elementorum vice in musica fungũtur, autore Adrasto Peripatetico. Vel sic ex Chalcidio, Apud musicos συστήματα principales partes vocantur. hæc autem ipsa constant ex certo tractu pronuntiationis: quæ dicuntur διαστήματα διαστημάτων. Porro ipsorum partes sunt φθόγγοι, qui sonitus dicuntur: sũntque cantus elementa atque fundamenta. Ibidem hæc subiunguntur, συστήματα alii ἁρμονίας & τόπους exponũt, id est modos: Boetius constitutiones vocauit. Est autem constitutio (inquit lib. 4. Mus. cap. 14) plenum veluti modulaminis corpus ex consonantiarum coniunctione consistens, quale est διὰ πασῶν, vel διὰ πέντε, vel διὰ τεσσάρων, vel δὶς διὰ πασῶν. HINC Συστηματικὸς, Collecticius, & q.d. Acerualis. vt συστηματικὸς σφυγμὸς, qui plurium pulsuum quasi aceruo constat. Est autem pulsus inæqualis, in pluribus pulsationibus magnitudinem non parem retinens. Et συστηματικὴ ἀνωμαλία, inæqualitas huius pulsus dicti συστηματικοῦ. Galenus lib. 2 De prænotione ex pulsibus, ἐν ἀθροίσμασι σφυγμῶν ἀνώμαλία, ἀνωμαλία συστηματικὴ καλεῖται. & subiũgit, ideo sic vocari quòd recentiores medici ἄθροισμα appellarint σύστημα. I K L M N

c. 2. Διασωίσημι, Constituo, Instituo. V. lex. fine exemplo.

c. 2. Ἐπισωίσταμαι, sicut & σωίσταμαι (vt suprà dictum fuit) Coeo, Conspiro, Insurgo in aliquem. Plutarchus, τοὺς οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν νομοθετημάτων χαλεπήναντες οἱ ἔφοροι ἐπισωίσηται. Affertur & pro Concresco, ex Dioscoride. VNDE Ἐπισύστασις, Cõspiratio, Coitio factiosa. Act. Ap. 24, ὀθπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, turbæ coitionem. O

C. Ὑφίστημι, (q.d. Statuo sub, Colloco sub, Suppono, Subiicio. Pindarus Olymp. ode 6, in principio, χρυσέας ὑποστάσαντες ὀπιχῖ τρεσθύρῳ πολάμου κίονας. Athenæus l. 6, ὑποστήσαντα τὸν ἀρίστερον χεῖρα ὥσπερ αἱ καρυάτιδες. Plutarchus in Othone, ὑποστήσας τὸ ξίφος ἐρρῶν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ κὴ τρεμόντων αὐτῶν. Aliud exemplũ eiusdẽ sign. habes in στέργω ex eodẽ. ‖ Interdũ verò pro Substituo, id est Sufficio in locum alterius. Xenophon Hellen. 4, ὑποστήσας δὲ Ἡλιόπιδας ἕξιαρχος καὶ λοχαγοὺς. ‖ Atque vt Suppono in locis præced. sic & Propono in nonnullis exponitur. vt apud Soph. Aiace, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς. Sic apud Nazianzenũ, ὁ πίστιν ὅτι θεὸς, πρότερον ὑποστησόμεθα, redditur Proponemus. Sed videtur accipi pro Supponemus tanquam fundamentum. At verò apud Athenæum, quum dicit, οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποστησάμενοι, καὶ τὰ τῶν παῖς ἑορταῖς διεπάξαντο, Bud. exponit, Supponentes, item Ponentes. (accipit autem Supponere pro eo quod vernaculo sermone dicitur Presupposer: qua in significatione licet vulgus vtatur verbo Supponere, Latinum tamen non esse, satis constat) At pro eo quod habemus apud Laertium, οἱ ὅτι τῆς ἀρχαῖας τῆς Ἀριστίππου μείναντες, καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες, τὸν ἡδονὴν τέλος εἶναι ὑπέστησαν, dixerat Cicero Tusc. quæst. lib. 3, At qui ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt. P

Ὑφίστημι, In naturam rerum produco. vt ὁ θεὸς ὑπέστησε πάντα ὅσα οὐκ ὄντα. Vide Bud. p. 494 & 495.

P. Ὑφίσταμαι, (quasi dicas, Statuor sub, Collocor sub,) Supponor. Item Substituor, Sufficior. quarum tamen significationum exempla non afferuntur. Frequentior autem dicitur ὑφίσταται quod extat, & in natura rerum est: q.d. Substare, (sicut ὑπόστασις interdum redditur Substantia) seu Subsistere, Sed vertitur etiam In naturam vel in naturam rerum produci. vt Bud. vertit apud Gregorium De baptismo, ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ὄντας ἀνθρώπους ὑπέστησεν, οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, sic in naturam productos denuo finxit. ὑφεστὼς (vt idem scribit) dicitur quod in naturam rerum cadit, vt Quintilianus loquutus est. Philo De mundo, οὐδὲν τῶν ὄντων ἰσόπιμον ὑφεστὼς θεῷ, Nihil in naturam rerum proditum est, Nihil extitit. A B

Ὑφίσταμαι, Subeo, Succedo. vt ὑπὸ τεῖχον ὑποστὰς, Plato apud eundẽ. Item Subeo, i. Sustineo, Suscipio. vt ὑπέστη τοῦτον τὸν λειτουργίαν, Lysias apud eundẽ. Et ὑφίσταται δὲ τὸν κρᾶξιν Πελοπίδας, Plutar. in Pelop. pro Facinus sibi deposcit, Aggreditur rem audendam: vt reddit idem Budæus: (sed malim Suscipit. Sic apud Thucydidem, ὑφίσταται τὸν πλοῦν: & apud Synesium, ὑφίσταται τοῦτον τὸν ὑπηρεσίαν. quinetiã ὑποστὰς τὸν κίνδυνον apud Thucyd. cui opponitur ὁ φυγὼν) At Budæus addit significare etiam Suscipio, id est Aggredior, Instituo, Incepto. vt ὑπέστη δὴ τοσοῦτον ἀγῶνα, apud Aristidem. Item Recipio, Polliceor. vt ὑφίσταμαι ἔχειν, Xenoph. Pæd. 6, Recipio & polliceor me habiturum. sed dicit Budæus ὑφίσταμαι poni poeticè pro ὑπισχνοῦμαι, legique in hac significatione apud historicos quoque: ego contrà non apud solos historicos, verumetiam apud cæteros prosæ scriptores rarò quidem, sed legi tamen puto. At Thomas Magister ὑφίσταμαι pro ὑπομένω in vsu esse apud λογογράφους tradit, subiungens ex Luciani Timone, ὑποστῆναι τὴν Τίμων δι' ἐμέ. At pro ὑπισχνοῦμαι vsos esse poetas dicit, & cum illis Thucydidẽ semel, scribẽtem, ἠναγκάζετο ἄνδρας ὥσπερ ὑπέστη. qui locus habetur lib. 4, pag. 135. Aristophanes cũ infinitiuo (qui etiam subauditur in proximè præcedẽte loco Thucydidis) in Vespis, καὶ σὺν ὑφίσταντο κἀπεντήκοντα μεδίμνους πτερεῖν. Apud Homerum autem interdum cum accusatiuo personæ, interdum cum infinitiuo. vt Iliad. φ, M. ὀφ δ' ἀνὰ ὤμοιν τὼ ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσε. Sic Od. γ, Η' ἔπος οὐ τέ μοι ὑποστὰς ἐξιτέλεσσε. Et cum accusatiuo ὑπόσχεσιν, Iliad. β, Οὐδέ κ' ἐκτελέοιεν ὑπόσχεσιν ἣν περ ὑπέστην. Et Odyssea κ, — τελέσον μοι ὑπόσχεσιν ἣν περ ὑπέστης. At cum accusatiuo in vna parte orationis, cum infinitiuo in altera, Iliad. ψ, circa principium, Πάντα γὰρ ἤδη σοι πτελέω τὰ πάρος γε ὑπέστην, (id est, omnia iam tibi præsto quæ pollicitus sum: videlicet) Ἔκπρο δεῦρ' ἐρύσας δώσεν κυσὶ καὶ οἰωνοῖσι δάσασθαι, Δώδεκα τ' ἠμαθόεντα τρεπάρουθε πυρῆς ἀποδειροτομήσειν, &c. ‖ Ὑφίσταμαι, Sustineo, id est δέχομαι, Excipio, Non cedo irruenti. (ad verbum Subsisto, vt quidem vsus est Liuius) Plutarch. μαχόμενοι οὐ φεύδον τὴν ἐνδιδόντων, ἀναιροῦσι δὲ τοὺς ὑφισταμένοις. Idem in Demetrio, οὐδενὸς ὑφισταμένου τὴν ἔναντίων, ἀλλὰ φθόνῳ τῶν τρεμόντων τὰς πόλεις. Quæ exempla Budæus affert, addens & tertium ex eodem Plutarcho, itémque vnum ex Synesio: sed veteres quoque scriptores ita vsos esse hoc verbo sciendum est. Thucydides lib. 1, ὑποστάντες Μήδους. Vsus est autem & cum datiuo, lib. 2, χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι, καὶ τὸν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν. Vbi tamen datiuus est rei, non personæ. at Xenophon vsus est & cum datiuo personæ, Hellen. 7, ἔξεστι δὲ λέγειν ὡς τῇ ἀπονενοημένοις οὐδεὶς αὐ ὑποστήσεται. Vtroque autem in loco nõ incõmodè fortasse reddetur ὑφίστασθαι verbo Resistere, si cõstructionem illam Græcam retinere libeat. Euripides vno eodémque in loco vtranque constructionẽ huic verbo dedit. nam quum dixisset ταῖς συμφοραῖς ὑφίσταται, (sicut loquutum esse Thucydidem ostendi modò) subiunxit ὑποστῆναι βέλος. Locus est in Hercule furente, Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται, Οὐδ' αὐθρὸς αὖ δυναθ' ὑποστῆναι βέλος; quos versus ita quidã reddidit, Nam sustinere aduersa siquis nõ valet, Quo tela pacto sustinebit hostium? Sed videtur quærendum esse aliquod aptius verbum quàm Sustinere, quum ὑποστῆναι βέλος dicatur qui telis se offert impauidus, ad differentiam eius qui teli metu, hostis impetum non sustinet. At ὑφίσταμαι cum accusatiuo rei, vertitur non solùm Subeo, sed & Tolero, Suffero. vt ὑφίσταμαι πόνους apud Hermog. & apud Plut. τρεχίως ἀδοξίαν ὑφιστάμενος. Affertur præterea ex Alex. Aphrodisæo de vitro, θλάσιν οὐχ ὑφίσταται, Problem. lib. 1, τὸ μαλακὸν τῆς ὕελου εἴκων τῇ θερμότητι ταχέως, θλάσιν οὐχ ὑφίσταται. Cæterùm affinitatem magnam habent inter se istæ significationes, Subeo, Suscipio, Aggredior, item Sustineo, vel Non cedo, item Polliceor. (hanc enim significationem posteriorem illis esse puto, sed ordinem Budæi sequutus sum paulo antè) eandémque omnes originem habent. si quis enim rem aliquam aggressurus est, seu onus aliquod subiturus, si irruentem sustinere paratus futurus sit, eique minimè cedere, si denique polliceri aliquid velit, & fidem suam de eo obstringere, oportet animi robur ὑφίσταθαι ei, id est subsistere: eo ferè modo quo dixit Tibullus vires subsistere. At Liuius imitatione Græcorum accusatiuo iunxit, dicens (si non mentiuntur exemplaria) Non feras tantùm subsistere: item, Et posteaquam præpotentem armis Romanum nec acies subsistere vllæ nec castra poterãt. At Cæsar sine casu vsus est, alioqui pro ὑφίσταθαι & ipse, seu ὑπομένειν: ita scribens, De Gallico bello lib. 1, Quo prælio sublati Heluetii, quòd quingẽtis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere: nonnunquam ex nouissimo agmine prælio nostros lacessere cœperunt. Sic Thucydides ὑφίσταθαι sine casu posuit libro 4, pag. 138, καὶ μάχης γνωμένης ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὑπέστησαν οἱ Κυθήριοι, ἔπειτα τρεπόμενοι, &c. ‖ His autem adiò, verbum ὑφίσταμαι interdum alteram quoque verbi Subsisto significationẽ habere. vt in hoc Aristotelis loco, de ceruis loquentis, ὃν δὲ τῷ φεύγειν, ἀναπαυσιν ποιοῦνται τὴν δρόμων, καὶ ὑφιστάμενοι μένουσιν ἕως ἂν πλησίον ἔλθῃ ὁ διώκων, τότε δὲ καὶ πάλιν φεύγουσι. Plinius tamen Stantes maluit reddere, quàm Subsistentes, quum hunc locum ita interpretatus est, Et aliàs semper in fuga acquiescunt, stantésque respiciunt: quum propè ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes. D E F

Ὑφίσταμαι, Subsideo, Sido, Pessum eo, cui opponitur ὀθπιπολάζω. Aristoteles Problem. ἐπὶ τὰ μὲν ὀθπόρυπα διηθεῖται διὰ τῆς γῆς· διηθουμένων δὲ, ἀεὶ μάλιστα ὑφίσταται τὸ παχύτατον καὶ βαρύτατον, ἐκκρίνεται δὲ τὸ κοῦφον. Apud eundem opponitur ὑφιστάμενον & ὀθπιπολάζον, De cælo libro 4, τρεχὸν μὲν διωείδω, βαρὺ μὲν ἁπλῶς, τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον, κοῦφον δὲ, τὸ πᾶσιν ὀθπιπολάζον. Hinc & ὑπόστασις, Sedimentum, vt infrà dicetur. G

Ὑφίσταμαι est etiam κρυφίως ἵσταμαι & ὑποχωρῶ, vt inquit idem Budæus, exemplum tamen non afferens: sed habetur apud Thomam Magistrum, ex quo has expositiones desumpsit. hic enim postquam dixit ὑφίσταμαι inter alia significare κρυφίως ἵσταμαι, addit ex Luciano, in Philopseude, ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. Quibus subiungit, accipi & pro ὑποχωρῶ: ex eiusdem Luciani Timone afferens, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. De illa autem expositione κρυφίως ἵσταμαι (quod ad verbum sonat, Occultè sto) dicam & in Ὑπόστασις.

Ὑφίσταμαι actiua signif. Suppono, Pono, vide in Ὑφίστημι, vbi afferuntur exempla huius significationis in aoristo medio. H

Ὑπόστασις, Substantia, seu Naturæ subsistentia, vt Budæus vertit in hoc Aristotelis loco De mundo, συμμήδην δὲ, τὰ ἐν ἀέρι φαινομένων τὰ μὲν ὅτι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν. hæc enim ille sic reddit, Ad summam, eorum quæ in aere apparent, alia specie tenus existunt, alia etiam habent naturæ subsistentiam. Idem Budæus in Comm. postquam dixit ὑπόστασιν esse rem natura & re vera subsistentẽ, illũ Aristot. locum profert, itémque hunc Themistii in Phys. 2, οἱ δὲ τὰς ἰδέας λέγοντες, ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωρεῖται, τοῦτο καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι. Ibidem docet ὕπαρξιν interdum & ὑπόστασιν pro eodem accipi. In alio autem eiusdem libri loco ὑπόστασιν rursus Subsistentiã reddit apud autorẽ epist. ad Hebr. cap. 11, ἔστι δὲ πίστις, τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πρεσβμάτων ἔλεγ-

χος οὐ βλεπομένων. id est, Est autem fides, subsistentia eorum quæ sperantur. Sunt & qui ita reddant, Est autem fides, illud quod facit vt extent quæ sperantur. Scholiastes Græcus ὑπόστασιν & οὐσίαν coniungit, in exponendo hoc loco, quum dicit, ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἐν ἐλπίσιν αἰνιπόστατόν ἐστιν ὡς πέως μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν καὶ ὑπόστασις γίνεται, ἢ αὐτὰ καὶ παρεῖναι ἐφ' ὅσον πνὰ τρόπον ἀναβιβάζουσα. Cæterùm sunt qui his in locis nomine Extatia vti malint, ex Columella & Vitruuio. ‖ Ὑπόστασις in Trinitate diuina (inquit Bud.) idem est quod ἰδιότης & quod πρόσωπον. Greg. in Epiph. Θεοῦ δ' ὅταν εἴπω, εἰ μὴ φωνὴ προσαφθῇ τις καὶ πεισθῇ μὴ, κ' τὰς ἰδιότητας, εἴπων ὑποστάσεις, εἰ τις φίλον καλεῖν, εἴπε πρόσωπα· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴπων θεότητα. Et Dionysius de Deo loquens, ἑνάδα τρισυπόστατον dicit, id est τριπρόσωπον. Sacrosancta enim cõcilia statuerũt vnam in Trinitate esse οὐσίαν, & tres ὑποστάσεις, vt docet Basilius. Hæc Bud. quibus subiungit, interdum tamen οὐσίαν & ὑπόστασιν dicta pro eodẽ fuisse, vt substantia & essentia apud Latinos. affértque exemplum ex decreto Sardicensis concilii, quod exemplum simúlque alia de differentia quæ alioqui statuitur inter hæc duo, habes pag. 496. Apostolus ad Hebr. cap. 1, de Filio sic loquitur, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. vbi vetus interpr. ὑποστάσεως vertit Substantiæ. Quidam Personæ vertere maluerunt (sequendo eum vocis πρόσωπον vsum qui modò ex Gregorio allatus fuit, & qui apud cæteros quoque inuenitur) ne Substantia cum Essentia confunderetur, & ὑπόστασις pro οὐσία accipienda putaretur. absurdum enim esse dicere essentiam Patris impressam esse in Christo, quum eadem sit & quidem simplex vtriusque essentia: contrà verè aptéque dici, quicquid Pater proprium habet, in Christo esse expressum: vt qui Christum videt, videat & Patrem, Ioan. 14. Præterea hoc commodi habere istam interpretationem, in qua vtimur voce Personæ, quòd hypostases aduersus Sabelliũ apertè distinguat, & ὁμοούσιον confirmet aduersus Arianos. Arius enim impiè deiratis essentiam trifariam diuidens, tres deos statuebat: Sabellius autem impiè & ipse personis Trinitatis in vnam conflatis, ὑποστάσεις confundebat. Greg. τὸ ἀσύγχυτον τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τῆς θεότητος. Plura de hac voce apud eum cæterósque theologos, necnon apud Suidam legenda tibi reliquo.

Ὑπόστασις, (ab ea verbi ὑφίστασθαι significatione qua respondet verbo Subsistere, eo sensu quo dicuntur vires subsistere, aut quo dicitur Subsistere feras: vt sit quasi Subsistentia quædam animi) Præsentia animi & fortitudo, Audacia. Polybius de Coclite loquens, οὐχ οὕτω τῷ δυνάμει ὡς τῷ ὑπόστασιν αὐτῷ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ἐναντίων. Sic apud Paulum 2 ad Corinth. cap. 9, versu 4. itidémque cap. 11, versu 17, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, redditur, In ista gloriationis confidentia, seu In confidente ista gloriatione, aut præfidẽte. Quidam etiam, In imperterrita ista gloriatione. At vet. interpr. [redacted] vtrobique ὑπόστασιν, Substãtiam, malè Erasmius Argumentum, malè quidam alius Materiã est interpretatus.

Ὑπόστασις, Sedimentum, & quod ex vrina subsidit, vt Celsus loquitur. Bud. Ὑπόστασις (inquit Gorr.) est crassior vrinæ portio secreta & subsidens. Sed generalius etiam ὑπόστασις, sicut ὑπόσταμα, exponitur Alicuius rei fæx subsidens, Crassamen vel Crassamentum, ex Colum. affertúrque non solùm οὔρων ὑπόστασις, sed etiam ὑπόστασις ἱδρῶτος, ex Aphrod. Probl. Et ὑπόστασις τοῦ περιεστώματος, ex Aristotele. Item, ὑπόστασιν χώδη ἔχουσα σύρδυσις. ‖ Ὑπόστασις aliquando Hippocrati est Humorum consistentia seu status, & concretio. hoc est, quum humores intus manẽt quos vacuari oportebat. vt annorauit Galenus Comment. 2 εἰς τὸ περὶ ἀρθρῶν. Gorr.

‖ Ὑπόστασις in vulg. lexicis exponitur etiam Compages. vt Ὑπόστασις κολλώδης, apud Theophrastum lib. 5, De causis plant.

Ὑπόστασις, Insidiæ quæ struuntur ab eo qui ὑφίσταται, id est κρυφίως ἵσταται (vt exponit Thomas magister) id est Stat in latebris. In vulgatis lexicis exponitur Insidiæ, item Subsessæ ex Seruio & Vegetio. Quo fortasse modo ὑφίστασθαι in illa τῶν κρυφίως ἵστασθαι signif. reddi possit Subsidere.

Ὑπόστασις, Statio militum, vide in Ὑπόσημα.

Ὑπόστασις, Suid. exp. αἰνίσσασις in hoc Æliani loco, vbi videtur esse Defectio, Rebellio: αἰνίσσετο τὸ ἔθνος τῶν Σύρων, καὶ Φοινίκων πᾶς χείμαρρος προσέπλαβεν εἰς τὸν αὐτῶν ὁρμὸν τε καὶ ὑπόστασιν. Sed ego non dubito quin mendosè ὑπόστασιν pro ἀπόστασιν hic scriptum fuerit.

Ὑποστάτης, ου, ὁ, Qui in naturam rerum produxit, & subsistere fecit, Qui condidit & in naturam rerum edidit. ET Ὑποστάτις, fœminino gen. Vtrunque Bud. ex Areopagita affert. ‖ Ὑποστάτης, Furca qua quid fulcitur, teste Plutarcho in Coriolano, vbi scribit, ὃ μὲν οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην καὶ σκέλημα, τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι φούρκαν ὀνομάζουσι.

Ὑποστατός, Tolerabilis, Ferendus. ἀνεκτός. v. l. ex Euripide.

C. Ἀνυπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Subsistentiam non habens. cui opponitur ἐνυπόστατος, quod vide. ‖ Item Intolerabilis, Cuius impetus sustineri nequit, Cui resisti non potest. Polybius, κατ' ἴλιν μὴν καὶ φαλαγγηδὸν ἀνυπόστατοι. Hieronymus enarrans quod Græci Bibliorum interpretes reddiderunt ὕδωρ ἀνυπόστατον, Verbum, inquit, ἀνυπόστατον apud Græcos ambiguum est, & potest sonare Quod non subsistat: (ita enim ibi legendum est, non autem Quod subsistat) & quod intolerabile sit. id est, quod nemo ferre queat.

C. Δυσυπόστατος, Cuius impetus vix sustineri potest. vt ἀνυπόστατος, est Cuius impetus sustineri non potest.

C. Ἐνυπόστατος, Subsistentiã habens. oppositum præcedenti: Damasc. ἀεὶ δὲ ἔχει τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐξ αὐτοῦ γεγενημένον, οὐ κ' τὸν ἡμέτερον λόγον, ἀνυπόστατον καὶ εἰς ἄτεχα χέον ἀπ' ἐνυπόστατον, ζῶντα, τέλειον. & identidem apud eum hoc vocabulum legitur pro persona. B.

C. Ὁμοεύπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Eandem hypostasin habens. accipiendo hypostasin in ea significatione qua accipi dictum est quum de Trinitate diuina loquimur.

C. Τριυπόστατος, Tres hypostases habens, [redacted] vt Dionysius ἑνάδα τριυπόστατον vocat, quod exponitur τριπρόσωπον.

Ὑποστατικός, Autor & conditor substãtiæ. Budæus ex Dionysio Areopagita, μᾶλλον δὲ ὡς πάσης σοφίας ὑποστατικόν. ‖ Ὑποστατικός, Præfidens. vt ὑπόστασις est Præfidentia, seu Animi præsentia, &c. ET Ὑποστατικῶς, Præfidenter, Confidenter. Item Asseueranter, Affirmatè, vt quidam interpr. in hoc Polybii loco, τὸ δὲ βασιλέως ὑποστατικῶς ἀπεφήνατο συστέλλεσθαι. At Suidas exponit ὑπομονητικῶς & καρτερικῶς, in hoc quem affert loco, ὁ δὲ ὑποστατικῶς κεχρημένος τοῖς ὁπλικοῖς κινδύνοις, δόξαν ἀνδρείας ἀπηνέγκατο.

Ὑπόσημα, ατος, τὸ, Sedimentum, (&c. vt in ὑπόστασις) vt ὑποσήματα τῆς κοιλίας, Aristoteles De animalibus libro 1. ‖ Ὑπόσημα pro hypostasis, (in ea significatione qua sumitur hoc vocabulum à theologis) Gregorius in libro De theologia, de prophetis loquens, πλὴν οὔτε οὗτοι τοῦ ὧν ὁ λόγος, οὔτε τις ἄλλος τῶν κατ' αὐτοὺς ἴση ἐν ὑπόσημα τῆς ἁπάσης τοῦ Κυρίου, κ' τὸ γεγραμμένον, Οὐδὲ Θεοῦ φύσιν εἶδεν ἠδὴ γόρθυσε. ‖ Ὑπόσημα, Satio militum. pro qua significatione affertur ex Græcis Bibliorum interpret. lib. 2 Regum cap. 23. Itidem verò ὑπόσασιν Budæus pro eadem significatione affert ex 1 Reg. cap. 13, in fine, item ex 14, ἑζῆτει Γωνάθαν διαβῆναι εἰς τὴν ὑπόσασιν τῶν ἀλλοφύλων. ‖ Ὑπόσημα, Pudendi virilis pars ea quæ minimè pendula est, apud anatomicos, vt ait Rufus: addens, alio nomine πεῖσμον vocari. σῆμα autem idem dici testatur partem eam pudendi quæ propendet: inde quod ei subest, ὑπόσημα nuncupatur. ‖ Ὑπόσημα est etiam πῆδος, si Hesychio & Suidæ credimus. affértque hic exemplum istud, πολλὰ ὑποσήματα τῶν ἀνδρῶν ἀντεῖχον ἐρρωμένως οἱ Ῥωμαῖοι.

c. 2. Παρυφίσαμαι, Subsisto vnà, vel Existo vnà, Vnà sum in natura rerum, pro συνυφίσαμαι, (vt συγγενωστεύω accipitur pro συνδυωστεύω) vel idẽ quod κατ' ἀκολουθίαν ὑφίσαμαι. Damasc. de libero arbitrio loquens, εἰ δὲ τῶν, ὡς ἀνάγκης παρυφίσαι) ὡς λογικὸν τὸ αὐτεξούσιον. Alia exẽpla vide ex Basil. apud B. 497. vbi tamẽ παρυφίσαι ab Paulo aliter sumi videtur. ‖ Παρυφίσαμαι, Propemodũ subsisto, Ferè in natura sum rerũ. est enim minus quàm ὑφίσαμαι, vt inquit idem Budæus, huius quoque signif. exemplum afferens pag. 497, ex Dionysio. (Alibi autem παρυφίσασθαι ait posse etiam significare Obiter subsistere: accipiendo præpositionem παρὰ vt in παραλαμβάνω) VNDE Παρυπόστασις, quod itidem minus est ἢ ὑπόστασις apud eundem Dionysium, διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν, τῷ ἀγαθοῦ ἕνεκα καὶ οὐχ ἑαυτῷ γεγονός.

Παρυφίσαμαι, Significor, Demõstror, Repræsentor. vt quidem Budæus exponit in hoc loco Apollonii grammat. τὸ γὰρ ἑκάστης λέξεως παρυφίσαμαι, μόνον νοοῦν, τρόπον τινὰ σημαῖνον ὅτι τοῦ λόγου. Sed ita exponendo, vacaret præpositio ὑπό.

c. 2. Προϋφίσημι, Prius in naturam rerum produco, sicut ὑφίσημι significat In naturam rerum produco apud Gregorium. Qui & hoc bicomposito vtitur, scribens, τοῖς ἄλλοις πολὺ ἄλλῳ προϋπεστήσας. Itidem verò Προϋφίσαμαι, Prius in naturam rerum producor, seu prodeo, Prius subsistentiam habeo. προϋπόκειμαι. nam προϋπόκειμενα vocantur τὰ πρόπροι φύσει ὄντα. quæ ἐν τοῖς προκειμένοις censentur, & τοῖς προκαταβεβλημένοις. quæ præeuntia & antegredientia Latinè dici possunt, vt προϋφεστῶτα præorsa & primordia naturæ. B. Alicubi tamen etiã προϋφεστῶς, seu προϋφεστὼς, exponitur Antegressus, vt in hoc loco Hermogenis, μὴ γὰρ προϋφεστῶσης τῆς ὕλης, οὐδὲ τὸ πρὸς τὸν λόγον ἀδικεῖν συνίσταται. Sic προϋφεστάναι redditur Antegredi, Antecedere, in hoc Plutar. loco, in libro De fato, πόθεν δὲ τὸ δίκαιον, ὡς γλυκὺ, προϋφεστάναι τῷ ἀνεξεύρετον. Sed Bud. vertit Prius esse natura.

HINC προϋπόστασις, q. d. Præsubsistẽtia, seu Præexistentia: de re quæ prius in naturam rerum prodierit. At ex Dioscoride affertur pro Antecedens corporis compages. sed aliter pro hac signific. scripsisse Dioscoridem verisimile est.

c. 2. Συνυφίσαμαι, Vnà subsisto. i. Vnà sum in rerum natura. Pro quo συνυφίσαμαι dici aliquando & παρυφίσαμαι, (vt συγγενωστεύω pro συνδυωστεύω) scribit Bud.

¶ Στάσις, εως, ἡ, Factio. (hinc, vt suspicor, orta hac significatione, quòd in factione pars vtraque suam veluti στάσιν seorsum habeat, id est stationem. Viderit tamen lector an aptiorem aliquam huius significationis rationem excogitare possit) Aristot. Œcon. 2, ὁρῶν στάσεις οὔσας δύο, duas factiones. Plut. in Sertorio, Κίννας δὲ νεωτερίζων ὑποφερομένῳ σπεκαλῶν τὸν Μαρίου στάσιν. id est (Budæo interprete) Cinna autem labantem iam Marii factionem rerum nouarum molitione reparabat. Sæpe redditur voce Seditio habente affinem significationẽ. Plato libro 5 De republica, ὅτι μὲν οἰκείου ἔχθεα στάσις, ὅτι δὲ τὸ ἀλλοτρίου πόλεμος ὀνομάζεται. Thucydides lib. 4, τῶν Μηδείων στάσεις φοβούμενοι. Isocr. De pace, σφαγὰς καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ἐποιήσαντο. (Seditionem facere itidẽ Lat. dicũt.) Apud eundẽ legitur, στάσεις ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, seditiosè inter se certare. Idem ad Nicocl. στάσεις καὶ διαφοράς copulat. Plato autem dicit αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ διαφοραί. Et εἰς στάσιν ἐμβάλλειν apud Xenophontẽ, Ad seditionem concitare, vel inuerso ordine, Inducere seditionem in. Item, πολὺ παλαιὰ αὖθις στάσιν στασάζειν apud Plut. Veterem seditionem redintegrare: vt Tacitus dicit Redintegratur seditio. Et ἐν στάσει εἶ) apud Thuc. Seditionibus agitari.

Σταστώδης, εος, ὁ ἡ, Seditiosus. Xen. στασώδης τε ὢν καὶ θέλων πολλοὺς τοῖς φίλοις ἐχθροὺς παρέχειν.

Σταστώτης, ου, ὁ, Qui factionis alicuius est. Ex Herodoto, στασῶται ἐκείνου, qui sunt contrariæ illi factionis. Item στασῶται σφι ὀμόδοροι, coniurantes inter se. v. lex. ‖ Σταστῶται, Seditiosi, Qui seditiones concitant, οἱ στάσεις ἐγείροντες. Suid. ‖ Σταστῶται, Qui eiusdem ordinis sunt. οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς τάξεως, Hesych. ‖ Apud Antiphontem autem στασώτης videtur accipi pro δορυφόρος, Satelles, vt Harpocr. & Suidas tradũt, apud quos locum reperies. ‖ At στασώτας τοῦ ὅλου Plato in Theæteto iocans appellauit Parmenidem & Melissum qui vniuersitatem rerum consistere perhiberent: vt docent v. l. COMP. Ἀντιστασώτης, ου, ὁ, Qui contrariæ factionis est: vt Bud. interpr. citans Appian. in Parth. ET Συστασώτης, ου, ὁ, Factionis socius seu particeps. Luc. De salt. DERIV. Στασωτικός, ή, ό, Factiosus. Item Seditiosus. Thucydides l. 8, pag. 291, πολλῶν καὶ στασωτικῶν λόγων καὶ ὑποψιῶν πρὸς γνωμῶν, seditiosis & turbulentis orationibus. Ex eodem στασωτικὸς καιρὸς, Seditionis reipublicæ tẽpus. A Bud. exponitur non solùm seditiosus, sed etiam Seditioni obnoxius, citante ex Aristot. Eth. 5, στασωτικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. At κ' τὸ στασωτικὸν, Seditiosè, More eorũ qui seditiones faciũt, κ' τὸ ἔθος τῶν στασαζόντων, vt Thucyd. schol. exponit in hoc loco lib. 4, pag. 163, καὶ ἔνιος αὐτῷ τῶν ὑπὸ τοῦ δήμου αὐτεπαίνητος κ' τὸ στασωτικόν. AT Στασωτία, ας, ἡ, Seditiosus status, vt apud Platonem exponitur, lib. 4 De rep. στασωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας εἴδεσι τοῖς νόμοις φαμεν. Idem lib. 8 De rep. pag. 295, de statu populari, statu optimatum & tyrannide, τούτων δὴ πολιτείαι μὲν οὐδεμία, στασωτεῖαι δὲ πᾶσαι λεγόμενοι αἱ ὀρθότατα. Vbi non incommodè videtur verti posse Factiones.

Στασάζω, Factionibus contendo. vel Seditiosè dissideo. Plato epist. στασάζουσα πόλις ἐν αὐτῇ, ciuitas intestinis seditionibus laborans. Et ex Thucydide, στασάζοντες ἐν ἀλλήλοις. Item ex Xenophonte Apomn. 2, cum datiuo στασάζειν ἀλλήλοις. Et στασάζειν πρός τινα apud Plutarchum. Et in pass. apud Nanzianzenum, ἐνθεῦθεν καὶ τὰ ἐν εἴνων ἐστασάζθη, in seditionem res eorũ versæ sunt. B. Interdum commodius exponitur Dissideo. vt apud Herodianum lib. 3, πρὸς ἀλλήλους ἐστασάζον οἱ ἀδελφοὶ, inter se dissidebant. Sic apud Synesium epist. 105, οὐδὲ στασάσειν μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ γνώμη. Interdum Contendo, Certo. Vnde quod Plato dicit de nautis, στασάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, Cicero vertit, Si nautæ certarent quis eorum potissimùm gubernaret. Sic apud Thucydidem lib. 4, pag. 148, πρὶν τὸ δέχεσθαι αὐτὸν κατ' ἀλλήλους ἐστασάζον, de recipiẽdo eo seditiosè certabant, vel Seditio inter eos orta erat. VNDE Στασασμός, οῦ, ὁ, Seditio, vel potius Seditionis concitatio. Aristoteles in 2 Œcon. δεῖ στασασμὸν τῆς χώρας ἀργοῦ γενομένης, quum per ciuilem discordiam ager non coleretur. ET Στασαστής, οῦ, ὁ, Qui seditiones concitat, Seditiosus. A QVO Στασαστικός, ή, ό, Ad seditiones concitandas aptus, seu Seditiosus. vt στασαστικοὶ λόγοι apud Plutarchũ & Æschinẽ. VNDE Στασαστικῶς Seditiosè, Factiosè. Aristot. Polit. στασαστικῶς ἐχρῶντο τοῖς ὁρκωμοσίαις. Demosthenes Phil. 3, ἀπίστως καὶ στασαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες, Inter se dissident, πρὸς ἀλλήλους στασάζουσι. Sic Pro cor. κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ στασαστικῶς.

C. Ἀντιστασάζω, Cõtrariã factionem moueo, vel sequor, Contrariam partem sequor in seditione. VNDE Ἀντιστασαστής, οῦ, ὁ, Qui est cõtrariæ factionis, Qui sequitur contrariam partem in factione, seu seditione. In vulgatis lexicis Græcol. exponitur Qui est in seditione partis aduersæ.

C. ΔΙΑστασάζω, Factionibus & seditionibus implico, Seditionem inter aliquos concito. Plutarchus ὁ δὲ Μάλλος διεστάσασε τὴν πόλιν. Idem in Romulo διεστάσασε τοὺς Σαβίνους. Aristoteles Polit. 5, διεστάσασεν αὐτὸς πρὸς τοὺς ἄπορους, Ad seditionem contra opulentiores concitãdam induxit. Item, Dissidiis seiungo ac segrego, vt Lucr. loquitur. Synes. epist. 95, διεστάσασεν ἡμᾶς, ad dissensionem nos induxit.

C. ΚΑΤΑστασάζω, Seditione opprimo & affligo, Seditione circumuenio. Budæus ex Plutarcho, πάντα πρόγματα καταστασάσασιν καὶ καταβαλοῦσαι αἰσχρὰ γρόνιστον ῥοπὴν ἐπίπτοι. Apud Plut. autem in Pericle, καταστάσασε τὴν βουλὴν, vulg. lex. interpr. Concitata seditione senatum delere gestiebat. At Καταστασάζομαι, Factione vincor, Seditionibus premor. Xenophon, καταστασαζόμενος ὑπὸ τῶν Αὐσανίδου φίλων. Plutarchus Them. καταστασαζεῖς ὑπὸ τῶν Θεμιστοκλέους, factione victus à Themistocle.

C. ΣΥστασάζω, Seditionis vel potius factionis socius sum,

Factionē aliquam adiuuo. Thucyd. lib. 4, pag. 149, οὐ γὰρ συστασιάσων ἥκω. Potest tamen & aliter hîc accipi.

ΣΤΑΔΙΟΝ, ου, τὸ, ET Σπάδιος, ου, ὁ, Stadium, Mensura pedum sexcentenûm, vt Budæus tradit ex Herodoto lib. 2, de labyrintho loquente, αἱ δὲ ἑκατὸν ὀργυαὶ δίκαιαι, εἰσὶ σταδίου ἑξαπλέθρου ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος, τοῦ ποδῶν μὲν τεσσαράκοντα ὄντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπάλαιστος, id est Budæo interpr. Iustæ orgyiæ centum, stadium implent sex plethrorum, ita vt orgyia senûm sit pedum & quaternûm cubitorum, cubitum verò senûm palmorum, & pes quaternûm. Plinius autē, Stadium (inquit) centum & vigintiquinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos vigintiquinque. Suidas scribit septem stadia & semis, facere milium, seu miliare: vnum autem stadium πόδας χ, milium autem πόδας δ΄σ, pedē verò, δακτύλους ις. Thuc. l. 4. p. 123, καὶ μέγεθος ἐπὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα. Xenoph. Hellen. 3, πλέον ἢ στάδιον ὑπόψομαι. Aristophan. Ranis, Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα, Euripidis loquacitatem superantes stadio vno & amplius. Idem in Nebulis, Τῶν Ἑλλήνων ἓξ λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ὁρίσω, vt dicatis me Græcis omnibus præstantia antecedere centum stadiis. id est, vt dicatis me Græcorum omnium præstantissimum. Archestr. apud Athenæū libro 3, — καπρωρώχθαι σταδίοις αἰωρείθμοις. Eodem genere apud Plutarchum, σταδίους πεντακόσιους. Polybi de Hannone, ποιησόμενοι τὴν πορείαν ἐναντίοι τῷ ῥεύματι τοῦ τὸν ποταμὸν ὅλον ἑξακόσια στάδια: quod Liuius de eodem dicit, Aduerso flumine ire iter vnius diei. Interdum dicitur de curriculo quod hoc spatium æquabat. Sic legerunt quidam apud Homerum Il. ν, Οἶδα δ' ἐν σταδίῳ δίνῳ μελπόμενον Ἄρηϊ, vt dicat nouisse se modos martios in hostili stadio. sed melior scriptura est σταδίῃ, vt suprà annotaui. Herodotus Terpsich. ἀγωνιζόμενος στάδιον συνῆψε πρὸς τοὺς θεούς. Xeno. Hellen. 2, τὸ στάδιον ἐνίκα Κρονίας. Epigramm. libro 2, ἔδραμε τὸ στάδιον. Lucianus, πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἦλθον φοβερὸν τοῦ ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι. Pro loco etiam certamis accipi apud Theophilum libro 2 Institut. annotant v. l. Deriuant autem hoc vocabulum à στήδιον, διὰ τὸ τοὺς τοῦ αὐτοῦ ἀγωνιζομένους μὴ τοῦς θεὰν μόνον ἀφορισθῆναι, ὥστε καὶ τοὺς θεᾶσθαι, ἀλλ' ὥστε τοῦς ἄλλα ἱστάνειν. Eust. Pro στάδιον autem Dores DICVNT Σπάδιον.

C. Σταδιοδρόμος, ου, ὁ, Qui stadium seu spatium sexcentenûm pedum decurrit, Cursor stadii, seu Stadiodromus, vt quidam etiam Latini appellant, inter quos Plinius. Strattis comicus apud Pollucem, Τί ὅτι ὥσπερ οἱ σταδιοδρόμοι τοσαυτίσασι; Lucill. Epigramm. libro 2, Ἦν βραδὺς Εὐτυχίδης σταδιοδρόμος, ἀλλ' ὅτι δεῖπνον Ἔτρεχε. Vtitur & Plato De leg. VNDE Σταδιοδρομέω, ῶ, Stadiū curro. Demosth. Ἀνιπδωείδιω τοῦ σταδιοδρομοῦντα.

C. Σταδιάρχης, ου, ὁ, Stadio seu curriculo præfectus, seu Præfectus certamini stadii. Poll.

C. Ἑκτάδιος, ου, ὁ ἡ, Qui sex stadiorum est.

Σταδίας, ου, ET Σταδιὰς, έως, ὁ, idem quod σταδιοδρόμος, Qui stadium currit, Qui stadio certat. Lucill. Epigramm. libro 2, Τὸν σταδίῳ τρέχω Ἑρασίστρατον ἡ μεγάλη γῆ Πάντων στομάτων οὐκ ἐσάλευσε μόνον. Idem eodem lib. Καὶ πένταθλος Ὑλας καὶ σταδιὰς Μενεκλῆς.

Σταδιαῖος, ου, ὁ, Stadii mensuram æquans. Athen.

Σταδισμὸς, οῦ, ὁ, Dimensio terræ per stadia. B. ex Ptolem. 6. 7. Videtur autem dici quasi à σταδίζω, quod significaret Dimetior per stadia.

ΣΤΑΤΗΡ, ῆρος, ὁ, Stater, Pondus drachmarum quatuor, quod Hebræi siclum dicebant, vt Budæus tradit, scribens alibi, staterem à mensoribus vocari semunciam, Varii autem erant stateres. Aureus minam argenti valebat, vt idem Budæus ex Polluce tradit, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μναῦν ἠδυώτατος. καὶ γὰρ ὃν τοῖς ἱσταμένοις τοῦ μναῦ τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι, Aureus stater minam valebat. nam & in iis quæ appenduntur, pōdus minæ staterem nominauerunt. vnde colligit, staterem aureum quaternos aureos numos Romanos valuisse, vt fuerint stateres aurei vnciales, cuiusmodi ferè Lusitanici aurei visuntur, denis aureis æstimabiles. At Cyzicenus 28 drachmas Atticas, vt Demosth. tradit in orat. περὶ Φορμ. i. paulo minus tribus aureis coronatis. Sed Attici stateres & Persici hoc Cyziceno multo vberiores fuerunt & pōdere & indicatura, & præsertim Persici, quum Babylonium talentum ephectam proportionem ad Atticum habuerit. At Daricus non minus denis aureis Francicis, id est Argenti mina. Plutarchus Κροισείων etiam meminit, scribens, Κροισείων αἱρετώτερος στατήρων. Thuc. libro 4, pag. 138, nominat etiam στατῆρας Φωκαΐτας. Et Athenæus libro 4, ἕκαστος Αἰγιναῖον φέρει στατῆρα. Item Φιλίππειοι nominantur & Ἀλεξάνδρειοι: Philippos Horatius & Plautus nominant. At pro στατῆρες χρυσοῖ, Synesius dicit στατῆρες χρυσοῦν, siue ἐκ χρυσοῦ, epist. 127, τοῦ μὲν ἐτέθεικεν ὀβολοὺς ἐκ χαλκοῦ, τοῦ δὲ, στατῆρας χρυσοῦν. Deriuat autem ab ἵσταθαι, quod appendere significet. VNDE Πεντεστατήρος, ου, ὁ ἡ, Qui quinque stateruin est, seu quinque minarum. idem quod πένταμνος, teste Poll. ET Σταθμιαῖος, ου, ὁ, Statere valens, Qui stateris pretio æstimatur. στατῆρος ἄξιος.

ΣΤΑΜΙΝ, ῖνος, ἡ, Lignum in naui rectum stamini simile, vt Aristarch. apud Etymologisten docet. Eustathius ex veteribus grammat. tradit esse ξύλα ὀρθὰ μήκη, ἃ σήμερον ὅθεν ἔχοντα, τοῦ καταθεῖναι τοῖς ἰκρίοις ἑκατέρωθεν, ἐστάναι ποιοῦσιν αὐτά, quamobrem ab ἵστημι deriuant. alii esse volunt ligna recta quibus τὰ πηδάλια τοῦ στεμπόνος τιθέασι: alii verò τὰ ὀρθὰ τοῦ κλίνει τὸ πλοῖον ἔχοντα ὀρθὰ ξύλα τὸ κατὰ τὸ ἀνέμπνον πόπυ. Hæc verò ad suam vsque ætatem σαμνάεια vocata fuisse in Lycia, idem Eustathius tradit. Sunt qui Statumina à Cæsare nominari scribant. Odysseæ ε, Γῆρα δ' σήσας ἀραρὼς σταμέσι σταμίνεσσι. Athenæus libro 5, γέμφοις τε καὶ ἐγκοίλια καὶ σταμῖνας καὶ τὰ εἰς τὰ ἄλλα χρεῖα ἀν ὕλαι. (quem locum Eustath. quoque citat.) Et paulo post, de clauis æreis, διὰ τετραπάων δὲ ἦσαν οὗτοι ἠρμοσμένοι τοῖς σταμῖνας συνέχοντες. vbi notandus articulus masc. g. AT Σταθμίδες, id idem Ligna in naui quibus tabulæ superimponuntur, quæ & κατόνια: τὰ ξύλα ἐφ' ὧν αἱ σανίδες ὀπίκεινται, vt Poll. tradit.

Σταυρος, ου, ὁ, Vallus, Palus ligneus acutus & erectus. ab ἵσταθαι dictus, quoniam ἵσταται εἰς ἄκρον ἠρμένος, vt Eust. tradit. οὗ ἀπὸ ξυμμμένου κατ' ἀθεῖαν γραμμὴν πάσης ἔοικεν ἠπλωμένη πέρυγι. vnde quidam σαυροῖσι κορυφὴν πέρυγα dixit τὴν πύπων ἔκπασιν, vt Eustathius tradit, idem esse dicens quod σκόλοψ. Il ω, de tentorio Achillis, Ἀμφὶ δὲ οἱ μεγάλῳ αὐλὴν ποίησαν ἀνακτι Σταυροῖσι πυκινοῖσι. Odysseæ ξ, de stabulo porcorum, Σταυροὺς δ' ἐκπὶς ἔλασσε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα Πυκνοὺς καὶ θαμέας, τὸ μέλαν δρυὸς ἀμφικάσσας. quales esse videntur apud Virgilium, — acuto robore valli, 2 Georg & sudes præustæ, Æneid. 7. nam vallos & sudes idem esse tradit Seruius. Thuc. libro 4, pag. 150, καὶ σαυροὺς τοῦ καταπηγνύτες. Idem libro 7, pa. 240, σαυροὺς τοῦ τοῦ παλαιῶν νεωσοίκων ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτῆς αἱ ἰῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὅπλέοντες μὴ βλάπτοιεν ἐμβαλόντες. Et paulo post, ἦσαν τοῦ σαυρῶν οὐ σὺν ὑπὸ ἔχοντας τῆς θαλάσσης καπέπηξαν, pali qui è mari non extarent. quam appellat κρύφιον σαύρων. Ibidem, σαυροὺς αἰέκλων καὶ καταπολυμξῶντες ἠξέφριον. Sic dicitur etiam crux, seu palus erectus, plerunque cū ligno in superiori parte transuerso, è quo malefici suspendebantur. Lignum figuræ literæ T, ἐφ' ὃ ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζουσι, vt tradit Lucianus in Δίκη φωνηέντων. Plut. De iis qui tardius à diuino numine puniuntur, καὶ τοῦ μὲν σώματι τοῦ κολαζομένων ἕκαστος τοῦ κακοῦργον ἐκφέρει τὸν αὐτῶ σαυρὸν, vnusquisq; crucē suam. Idē in Artox. 307, ὀνδεῖραι ζῶντα, καὶ τὸ μὲν σῶμα πλάγιον διὰ τεσσῶν σαυρῶν ἀνάπηξαι, tribus palis affigere. At apud Aristophanem Auibus, de aucupe, Ἴσως βρόχοις, παγίδας, ῥάβδους, pro ῥάβδους scholiastes annotat in quibusdam exemplaribus scribi σαυροὺς, esseque εἶδος δικτύου ὁ χρίουσι ἰξῷ. Sed quid ibi vetet in propria significe accipere hoc vocabulum, non video. nec enim retia visco oblinuntur, sed calami, & fortassis etiam valli quibus retia suspenduntur.

C. Σταυροειδὴς, ές, ET Σταυρότυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Crucis formam & typum gerens. VNDE Σταυροειδῶς, ET Σταυροτύπως, Forma & typo crucis. IDEM Σταυρηδὸν quoque dicitur, aduerbio à nomine substantiuo formato: vt βοτρυηδὸν à βότρυς.

Ἰχθύα vel Ἰχθύη, ης, ἡ, Squatinæ marinæ pellis arida. Potest etiam ferreum vnguem significare quo in extractione sectionéque fœtus vtimur propter squamarum piscis D similitudinem. Ita Gorr. Sic idem fuerit quod ἐμβρυοθλάστης, ἐμβρυουλκὸς & ἑλκυστήρ, ac forrasse commodius ab hami piscatorii similitudine ita dictum videtur hoc vocabulum. Erotianus autem ἰχθῦν apud Hippocratem exponit ῥίνημα, σφίγμα, Limatura, Scobs, Ramentum, Citatur verò ex Hippocr. libro qui περὶ ἑλκῶν, ἰχθῦν περὶ δὴ τὸν δακτύλους τῆς χειρὸς τοῖς δύο, ὅπως μὴ ἀπολισθάνῃ ἡ ὀρχή.

ΙΧΝΟΣ, εος, τὸ, Vestigium, id est Ima pedis pars, seu (vt Galen. tradit comm. 2 in l. Hipp. E De fracturis) Cutis pedi subiecta. Sic verò Gell. dicit Stirpem ingentem vestigio pedis hærentem reuulsi. Et Virgil. — vestigia primi Alba pedis. Sed frequentius accipitur pro vestigio, id est signo quod pes incedentis solo imprimit. σημεῖον ποδὸς, σύμβολον ἐκπεπωμένον τῇ γῇ. Plutarch. De fort. Rom. ἴχνη ποδὸς κρύψας καὶ ἀφειλιθῆς. Xenoph. De venat. τὰ ἴχνη τοῦ λαγοῦ. Et cum verbis: vt apud Hesiodũ Erg. — ἴχνη τ' ὀπιδεύσασα κορώνη Γῆρυς ἐπείσιον. Et Xenoph. Cyneg. de canibus vestigantibus, ἐπὶ γὰρ ἐᾶς καὶ ἀνῆς ὡς εἴκαν ἐξ ἀνουσα τὰ ἴχνη. Et apud F Soph. κατ' ἴχνος εἶμι. Feror per vestigia, i. Vestigia sequor. vel E vestigio, vt Cam. interpr. Metaphoricè etiã capitur, sicut Vestigium apud Latinos. vt ἴχνη χειρῶν, & ἴχνη ἁμαρτιῶν, καὶ πάντων τῶν ἀμαθῶς καὶ ἐν τύπῳ φαινομένων, vt Euripid. schol. annotat. Item apud Soph. ἴχνος παλαιᾶς αἰτίας. Et apud Plut. Lyc. ἐν οὐδεὶς οὐδὲν ὀξὺν ἀδικίας ἴχνος εὑρεῖν. ἐξέλιπε. vt apud Virgil. — sceleris vestigia. Antiphon. φανερῶς τὰ ἴχνη τῆς ὑποψίας εἰς τὸν φέρει, planè suspicionis vestigia in hũc hominẽ rẽdũt. Rursum apud Plut. De def. orac. loquentẽ de virtutũ & affectuum reliquiis in homine, ὧν ἴχνη καὶ σύμβολα πολλαχοῦ θυσίαι καὶ τελεταὶ, vestigia & notæ. Et in libro De Herod. ἴχνη καὶ γνωρίσματα δηλοῦντες. Sic apud Plat. Polit. 2, ζῶντι ἰτέον ὡς τὸ ἴχνος τοῦ λόγου φέρει. Apud eundem in Epist. ἡ πολιτείας εἰς ἴχνος ἰέναι. Reip. vestigiis insistere, seu Rei publ. vestigia sequi. Et apud Luc. in Her. ἐκείνοις ἕψη κατὰ Χρισιππου καὶ Ζήνωνος ἴχνη πορεύου. Et Dem. Epitaph. ὡς δὲ ἴχνη γνωρίζουσα τοῦ ἡ τοιούτου αὐτῆς καὶ φίλου μνήμη πᾶσαν ὦσιν ὅσοι τύπος φέρουσι τοῦ πόδος. Quod verò Strati[9] dicit Delere vestigia, id Plut. De Herodot. πᾶν τὸ μνῆμα καὶ πᾶν ἴχνος ἐξαλείσειν. ‖Pro ipso autem pede accipi apud Eurip. Or. schol. tradit, hoc in loco, σιγᾷ σιγᾷ λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης Τιθεῖσ. μὴ κτυπεῖσ. Sed qd hic vetet in propria significatione accipere, (vt Ponere uestigium apud Latinos) non video. Idem scholiastes non solùm pro pede sed etiam αὐτὴ τῆς πορείας, (id est pro incessu) A apud eundem in Hecuba vsupari tradit, hoc in loco, πᾶ βῶ πᾶ τῶν πᾶ κέλσω τρίποδες βόσι θηρὸς ἐρεσέρου πρὸ θύρας ὅπ χίεα κατ' ἴχνος, id est (vt ipse explicat) ποῦ μόλω ὅπ χίεα κατ' ἴχνος (ὅπι κατὰ τοὺς πόδας) βάσιν καὶ πορείαν θηρὸς ὀρεινοῦ.

C. Ἰχνοδίκης, ου, ὁ, Qui vestigiis insistit, Qui vestigiis cõsequitur. Nomen canis Actæonis apud Ouid.

C. Ἰχνογραφία est quæ vulgo plana forma vocatur. Hæc circini regulæq; modicè continet vsus. ex ea enim capiuntur formarum descriptiones in solis arearum: ichnographiáque dicitur quasi vestigii descriptio, in quo quasi totum opus insistit. Bud. Pand. Hanc Cælius vocat descriptionem operis futuri, à Cicerone dicens vocari formam. Definitio autem illa apud Bud. petita est ex Vitruuio lib. 1, cap. 2.

C. Ἰχνοπέδη, ης, ἡ, Laqueus pedum, Rete, Cassis. Sic Lascar. in quodam Epigr. vbi alii ἰχνοπέδη.

C. Ἰχνοσκοπῶ, Alicuius vestigia lustro, vt Virgil. loquitur. Plut. De orac. Pyth. ἰχνοσκοπῶν καὶ σιβυλλαίνοντα δεῖ τὸν λόγον τὸ μέλον ἐμοὶ τίθει. VNDE Ἐξιχνοσκοπέω, ῶ, idem. Soph. Aiace, τὸν νῦν ἐπιῶ δόμῳ Μόρον, διώκων καξιχνοσκοπούμενος. vbi schol. exponit, κατ' ἴχνος ἀκολουθῶν, E vestigio sequens.

C. Ἰχνολάτης, ου, ὁ, Qui vestigia lustrat seu scrutatur, Vestigator. seu Qui vestigiis aliquem vel aliquid consequitur. Epigr. ET Ἰχνηλάτης, ου, ὁ, idem. Plut. Erot. ἰχνηλάτου δεινοῦ δέοντα. VNDE Ἰχνηλατέω, ῶ, Vestigiis aliquid consequor, Vestigo, κατ' ἴχνη διαζητῶ. Philo De mũdo, κακεῖνο μὴ δοκεῖ μὴ ὑπὸ σκοπῶν τοῖς ἰχνηλατοῦσι πάλη θῆς, ἐρῆσθαι, non longè à proposito quasique scopulo abscedere eorum qui verum vestigare instituerunt. Idem, περὶ θεῶν ἀγρυμνὴν ἀλήθειαν ἰχνηλατοῦσιν, quæ antiquissimam curam habet veritatis inuestigandæ. Bud. ET Ἰχνηλασία, ας, ἡ, Vestigatio, Indagatio. Apud Poll. collocatur inter ἴχνος, ἴχνη, σημεῖα ποδῶν: adeo vt videatur accepisse pro Vestigii impressione. at ἴχνθυσις φ Vestigationẽ significat, aliquãto pòst ponit. Scribitur autem apud eum, & in v. l. perperam ἰχνηλαπα. nã scribendum esse ἰχνηλασία, probant similia composita, vt δρομαπλασία, ἱππηλασία, βιηλασία & quæ eiusmodi sunt.

Ἰχνάομαι, ῶμαι, Vestigo, Vestigiis consequor. idem quod ἰχνοσκοπῶ & ἰχνηλατέω. Vnde ἰχνᾶται apud Hesych. ἰχνοσκοπῶ. Plut. de dasypodibus, πολλαχοῦ τῶν μεταφορμαῖς ἰχνηδεῖπες, in lib. De solert. anim.

Ἰχνεύω, F. εύσω, idem. Xen. Cyneg. τὰ μὲν ὄρη οἷόν τε καὶ ἰχνεύειν καὶ μετιέναι καθαρῶ, montes enim promptum est vestigare canibus, & vsquequaque persequi leporũ cubilia. Et ἰχνεύεσθαι, apud eũdẽ, Vestigiis indagari. διώκεσθαι, ἀναζητεῖσθαι, vt Poll. exp. ἰχνεύεσθαι δὲ καὶ λαγῶ [χρὴ] ὅταν νιφετὸς θῇ, vestigãdi lepores sunt quũ ningit, seu indagãdi vestigiis, vt Cic. loquitur. VNDE Ἴχνευμα, ατος, τὸ, Indago. nisi fortè sit vestigiũ terræ impressum. A Poll. poniturmediũ inter σύμβολον ἐκπεπωμένον τῇ γῇ & ἴχνιον. ET Ἰχνεύσις, εως, ἡ, Vestigatio, Indagatio, Indago. Xen. Cyneg. εἰσὶ δὲ τῆς ἰχνεύσεως πολλαὶ θῆραι. Idẽ, ἐπειδὰν δὲ λάβῃ αὐτὸ τὸ ἴχνια [ἡ κύων, χρὴ] ἕπεσθαι ἕξῆς τῇ ἰχνεύσει ἡγουμένη ἀκολουθίᾳ, indagine persequi. ET Ἰχνευτής, οῦ, ὁ, Vestigator, Indagator. ἰχνευτὴς ἀνὴρ καὶ κύων, ὅστις τὸν θηρεύοντος. Poll. ‖Ἴχνευται (inquit Hesychius) dicuntur etiam qui nunc ἰχνεύμονες. Sic accipitur apud Herodot. lib. 2, vbi loquitur de animalibus quæ in Ægypto sepeliuntur, ὡσαύτως δὲ τῆσι κυσὶ οἱ ἰχνευταὶ θάπτουσι, ichneumones sepeliuntur eodem modo vt canes. (Vbi malè Valla vertit Indagatores.) A Nicandro quoque sic accipitur, in loco quodam Theriacali quem paulo pòst adducam. Sed frequentius EST Ἰχνεύμων, quem Latini quoque ichneumonem Græco vocabulo retento appellant, Videtur autem nomẽ esse fortitus ab insidiis, in quibus latens, hostes inuadit tãquam vestigia eorũ persequens: aspidem videlicet & crocodilum. Ac certè vocabulo τῆς ὀπισθουλεύσεως vtitur Plut. in lib. De anim. solert. quum eum dicit crocodilo dormiẽti ὀπισθουλεύειν καὶ ὀπισθεῦσαι. Idipsum Plinius quoque indicare videtur, quum eum in pugna cum aspide scribit auersum irritos ictus excipere, donec obliquato capite speculatus, inuadat in fauces. Sic & crocodilum ad dul-

cedinem quam ex trochilo dẽtes & fauces illi ſcabente percipit, quam maximè hiantem, inque ea voluptate ſomno preſſum conſpicatus, per fauces vt telum aliquod immiſſus, erodit ei aluum, teſte eodem Plinio. Nicand. Ther. v. 190, Ἰχνευμων δ' ἀδρα μοιωσας ἀκμενος ἀασιδος ὁρμιῶ — ἀλιευεται. Paulo pòſt ἰχνευτὴν appellat vt Herodotus ſuprà, Μορφὴ δ' ἰχνευτεο κινωπέπου ὀξὺ ἀμωλρῆς Γκπέδος. ‖Eſt verò & veſpæ genus, minus cæteris, & ipſum à phalangiis aſtutè venandis ita appellatum. de quo Ariſtot. lib. 5, initio cap. 22. Vnde & apud Plin. lib. 10, cap. 74, (Diſſident inter ſe) ichneumones veſpæ, & phalangia aranei. (nec enim poſt veſpæ diſtinguẽdum eſt: quaſi ichneumones, veſpæ, & phalãgia inter ſe diſſideant) Porro ab ἰχνεύω eſt ETIAM Ἰχνεία, idem ſignificãs quod ἴχνευσις, id eſt Veſtigatio, Indagatio. Xenoph. Cyneg. de canibus veſtigantibus, τὰ δὲ ἄλλων κυνῶν εὑρήματα ἐν ταῖς ἰχνείαις καὶ μεταδρομαῖς τρεφέουσιν.

C. A'Νιχνεύω, Perueſtigo, Diligenter inueſtigo. B. interpr. Indago, Perſequor, in hoc loco Plutarchi in Cæſ. de eius genio loquens, εἰδὼ γῆς καὶ θαλάσσης ἐλαυνων καὶ ἀνιχνεύων, μέχρι τῆ μηδένα λιπεῖν τῆ ἀπεκπνοῆ. Et ἀνιχνευτὸς dicitur fera, quũ à veſtigãtibus venatoribus quæritur, .i. veſtigiis ſuis indagari. διώκεται καὶ ἀναζητεῖται vt Poll. docet. ‖Capitur etiã metaph. aliquando ſicut Veſtigo, Perueſtigo & Indago à Latinis, pro Perſcrutor. VNDE A'νιχνευτὴς, οῦ, ὁ, Perueſtigator, Indagator, Perſcrutator.

C. Ἐξιχνεύω, idem, hoc eſt Veſtigo vel Inueſtigo, Veſtigiis conſequor. Plut. λανθάνοντας ἐξιχνεύων καὶ λαμβανων. Et alibi Diligenter inquiro, de coniuratione loquens. B. Sic ἐξιχνεύει τὰς ἁμαρτίας apud eundem. Et in paſſ. apud Luc. ἐξιχνευτέον τὰ θηρία, veſtigandæ & indagandæ ſunt feræ.

¶ Ἴχνιον, ου, τὸ, Veſtigium. idẽ quod ἴχνος, vt αὔλιον, item οἰκίον (à quo οἰκία plur. apud Hom.) diminutiua eſſe negat Euſt. Od. ε & η. μέτ' ἴχνια βαίνε θεοῖο. Il. ν, de deo q Græcos pugnare iubebat, Ἴχνια γὰρ μὲ τόσαδε πο τῶν νῦν κυμαίων Ρῆ ἔγνων ἀπόντες. Il. σ. Πολλὰ δὲ τ' ἄλκε' ἐπῆλθε μέτ' αὐέρος ἴχνι' ἐρευνῶν. Εὖ πόδε ἐξεύροι, omnibus indagans veſtigiis, vt Cicero loquitur: Veſtigia luſtrans, vt Virgil. Exemplum ex Xen. habes in Ἰχνευσις paulo antẽ.

C. Ἐξιχνιάζω, idem quod ἐξιχνεύω. v. l. VNDE Ἐξιχνιασμός, οῦ, ὁ, Inueſtigatio, Indagatio. ET Ἀνεξιχνίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui inueſtigari nequit, Qui nullis veſtigiis indagari poteſt, Quem nullis veſtigiis conſequi poſſumus. Areopag. & Naz.

¶ Ἰχνοῦσα vocabatur olim inſula Sardo ſeu Sardinia, ἐξ ἐφηματίσθαι τῆ τοῦ μετρῶ ὁμοιότητι ἀνθρώπου ἴχνεσι, à ſimilitudine veſtigii humani, vt tradit Ariſtoteles περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vnde & Plin. lib. 3, cap. 7. Sardiniam ipſam Timæus σανδαλιῶτιν appellauit ab effigie ſoleæ: Myrſilus Ἰχνοῦσαν à ſimilitudine veſtigii. AT Ἴχναι eidem Plinio oppidũ in ora Macedoniæ: cui aſſẽtitur Steph. citãs Herodoti l. 7: (ab Eratoſthene verò VOCARI Ἄχναι annotat. Philetas autẽ aliã eſſe vrbẽ Ἴχναι aliã Ἄχναι apud eundẽ aſſerit.) Cuius gentile nomen EST Ἰχναῖος. Vnde Ἰχναία Νέμεσις, quòd à Ioue eam perſequente in Ichnæorũ ſolo cõprehenſa fuerit: vel ἀπὸ τοῦ διωχθεῖσαι κατ' ἴχνος, vt ibidem docet Steph. Malè igitur in v. l. Ἰχναία Νέμεσις, ſequax ſeu quæ per veſtigia ſequitur. Suidæ eſt ἡ Μακεδονία, Macedonia ſynecdochicè.

Ἰ Χ Ω Ρ, ῶρος, ὁ, Tenuis & aquoſa humiditas cuiuſcũque ea ſit facultatis, ſiue in corpore adhuc contineatur, ſiue ab hulcere emanet, ſiue etiam à mortuis corporibus profluat. Habẽt enim ſinguli ferè humores corporis, ſed maximè ſanguis, tenues quaſdam & aquoſas ſuperfluitates, eiuſdem fere facultatis cum iis humoribus à quibus proficiſcuntur. Vnde Dioſc. apud Paul. Ægin. lib. 1, cap. 100, ſcribit ſub æquinoctium vernũ γλυκεῖς ἰχῶρας τῶν ἄμματος, at circa virgiliarũ ortũ πικροὺς ἰχῶρας augeri. Similiter Galen. lib. 6 De ſanitate tuenda, ſcribit, in temperie corporis bilioſa, ſi aluus ſit ἀπνωτέρα, eam cibis ſtomacho commodis eſſe firmãdam: ſinminus, defluere in ipſam ἰχῶρας οὐ ἀθροίζει τὸ σῶμα πεπτοῖς. Et paulo pòſt, ἡ κεφαλὴ θερμοὺς ἰχῶρας ὀπτέμπει τοῖς κῦ γαστέρα χωείοις. Idẽ rurſum de frigidis, εἰς θερμὸν γαστέρα καταῤῥέουσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς οἱ ψυχροὶ καὶ φλεγματώδεις ἰχῶρες. Plato verò ἰχῶρα tribuit non ſolum ſanguini, ſed & bili. vt in Tim. pag. 175, τὰ δὲ ἄλλα ὅσα χολῆς εἴδη λέγεται καὶ χρόαν ἔχει λόγον αὐτῶν ἕκαστον ἴδιον. ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀρρός, πρεᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε, ἄγριος, vbi interpres, At ſeroſus ſanguinis humor, mitis eſt: nigræ verò & acerbæ bilis, ferus. Hippocr. etiã libro 4 de ratione victus in morbis acutis, ἀριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας dixit: de quibus Galen. ait, ὅτι δὲ ἰχῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας, δῆλον. Idem lib. 3 Methodi med. καὶ δὴ καὶ τοῖς ἕλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν ἀποῤῥέον, ῥύπος δ' ἕλκους, τὸ παχυ. Præterea Ariſtot. lib. 3 De hiſt. anim. ἰχῶρα definit, ſanguinem crudum qui vel nondũ concoctus ſit vel in ſerum verſus. A quo non diſcrepat Galeni ſententia, qui lib. 2 De elem. ἰχῶρα appellat id quod ſero lactis reſpondet. Itaque quid ἰχὼρ Græcis ſignificet, non eſt dubium: ſed quomodo Latinè reddi debeat, paulo magis incertum eſt. Alii ſeroſos humores, alii aquoſos, alii tenues, alii verò ſaniem interpretantur. Corn. Celſus lib. 5, cap. 26, dicit ἰχῶρα ſanieſ ſpeciem eſſe, tenuis, ſubalbida, & ex malo hulcere exeuntis, maximéque vbi neruo læſo inflãmatio ſequuta eſt. Verùm ſunt qui ita diſtinguẽdũ cẽſeãt, vt intra corpus quidem ἰχὼ, aquoſa vel ſeroſa humiditas, ſiue ſanguinis ſiue alterius humoris, Latinè reddi poſſit: extra corpus verò, ſanies verti debere. Sic Plinius inaſſati iecinoris ſaniem dixit quod Dioſcorides lib. 2, τὸ ἧπατος τῆς αἰγὸς ὀπτωμένου τὸν ἀποῤῥέοντα ἰχῶρα: (Celſus ſanguinem quoque appellat, quum ait lib. 6, De imbecill. ocul. Sãguis iecinoris, vbi id coquitur, exceptus) eum humorẽ ſignificans qui à iecinore, dum aſſatur, emanat. Itaque apud Galenum, tenue in hulceribus excrementum nõ abſurdè ſanies exponitur. Et in capitis vitiis quæ ἀχῶρες vocantur, ἰχῶρες ſanies nõ ineptè verti poteſt. Hæc ferè ex Gorr. Ariſtot. de leone, ἴσα δὴ καὶ δάκνει τοῖς ὄνυξιν ἑλκώσῃ, ὃν τῶ ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα. Pro quo Plinius, Ex omni vulnere, ſiue vngue impreſſo, ſiue dente, ater profluit ſanguis. Poll. lib. 4, καλεῖται δὲ καὶ ῥοῦμα ὕδωρ, ὅ ἐστιν ὑδατώδης ἰχὼρ, ὅταν ἤδη τὰ ἕλκη καθαίρηται. Bud. vertit cruorem in hoc loco Gregorii in Maccab. encom. εἴτε ὠμὸν καὶ δῆλα πάντων ἤλθον τοῦ κολάσεων, ἵνα τοῖς ἐμοὶς ἰχῶρας ἀναμίξω τοῖς ἐκείνων ἰχῶσι, καὶ ταῖς ὀδυξὶ τὰ γηραιὰ σφάκας. Apud Homerum autem ἰχὼρ eſt humor qui è deorum cute vulnerata effluit. nec enim eos ſanguinem habere, ſed αἰμάμονας eſſe docet, ſicut nec σῖτον ἔδειν nec πίνειν αἴθοπα οἶνον, ſed ambroſia & nectare victitare. vnde Il. ε, de Venere vulnerata à Diomede dicit, ῥέε δ', ἄμβροτον αἷμα, Ἰχὼρ, οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. (Ad quem locum reſpiciens Alexander apud Plutarch. ad adulatores qui deũ eũ eſſe dicebãt, Τοῦτο μὲν, ἔφη, ὦ φίλοι, τὸ ῥέον, αἷμα, καὶ οὐκ Ἰχὼρ, οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι) Et paulo pòſt Dione poſtquam filiam conſolata eſt, — ἀμφοτέρῃσιν ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ, à filiæ vulneratæ manu ambabus manib⁹ ἰχῶρα abſtergebat. (Eſt autem ibi ἰχῶ accuſatiuus ab ἰχὼρ per apocopen, vt ἰδρῶ ab ἱδρώς, teſte Euſtathio. Sed quædam exemplaria habent ἰχῶρ, inter quæ & textus Euſt. ſcholiis inſertus.) Tribuitur etiam rebus inanimis. vt apud Dioſcor. de corno, ὁ δὲ τοῦ χλωρῶν φύλλων καμμένων ἰχὼρ ἀρμόζει πρὸς λεπίδας καταχρίμενος. vbi Plinius vertit Sudor, libro 23, cap. 8. Gorræus ibi putat non ineptè verti poſſe Sanies. Et lib. 5, cap. 1, περὶ τοῦ δακρύου τῆς ἀμπέλου, de lacryma vitis, ψιλοῖ τὰς τρίχας, καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ κισσοῦ κλάματος ἀφίσφου ὕδωρ ἰχὼρ. id eſt (Plinio interprete) lib. 23, initio, Pſilothri effectum habet, maximéque aqua quam virides accenſæ vites exudant. Sed & lactiἰχὼρ tribuitur: id autem eſt ſerum. Ariſtoteles De hiſtoria animalium lib. 3, cap. 20, πᾶν δὲ γάλα ἐχεῖ ἰχῶρα ὑδαπώδη, ὃ καλεῖται ὀρρὸς· καὶ σωματώδες, ὃ καλεῖ τυρός. Quod verò ad etymon attinet, Euſtath. ſcribit antiquos deriuare ab ἴχω.

C. Ἰχωροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Humoris aquoſi & ſeroſi ſpeciem habens, Saniem referens. vt ἰχωροειδὲς αἷμα apud Ariſtot. ὑγραινομένου δὲ λίαν τοῦ αἵματος, νοσοῦσι. γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς καὶ διορροῦταί πως. Apud Hippocr. verò ἰχωροειδὲς αἷμα non accipiendum eſt pro λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες, ſed

τὸ μετά τινος ἰώδους καὶ κοιλοῖς δυνάμεως: vt Galẽ. tradit Comm. 2, ſect. 28, in Hippocr. lib. 6 De morb. vulg. Et paulo pòſt, ἰχωροειδὲς αὖ αἷμα καλεῖται τὸ τοιοῦτον οὐ ἐαυτῆ μοχθηρὸν ὑγρότητα λεπτὴν, οὐχ ὑδατώδη καὶ ἄδηκτον, ἀλλὰ δακνώδη καὶ δριμυκρυτικήν.

C. Ἰχωρόεω, ῶ, Humore ſeroſo aut ſanie fluo. ἰχωρόοωπα ὤπα, aures ſanioſæ. Dioſcor. lib. 3, cap. 26, de abſinthio, καὶ τοῖς ἰχωρόοωπα ὤπα ὁμοίως· καὶ ὁ ὑπατισμὸς δι' αὐτῆ ἀφεψήματος τοῖς ὠπαλγίαν. Pro quibus Plinius li. 27, c. 7, Aures decoctum eius vaporis ſuffitu ſanat: aut, ſi manat ſanies, cum melle tritum.

C. Ἐξιχωείζω, Humorem ſeroſum aut ſaniem exprimo. nam ἐξιχωείζεται Suidæ eſt ὀκπιέζεται τὸν ἰχῶρα, ὀκβάλλειν: addenti exemplum, εἰς γὰρ ἐξιχωείζεται quæ verba leguntur apud eundem & in Ταριχεύειν.

LECTORI HVIVS THESAVRI LINGVAE GRAECAE.

QVVM quarto & vltimo huius operis tomo colophonem imposuissem, & voces quæ eo continentur recensuissem, vel potius index, alphabetica serie digesta vocabula habens, eas mihi recensuisset, id euenisse comperi quod euenturum esse iam inde ab initio præuideram: nimirum vt præter vocabula quæ consultò à me prætermittebantur, & in indicem reiiciebantur, aliqua ex iis quoque quæ prætermissa minimè vellem, me subterfugerent, aut (si potius ita loquendum est) mihi tanquam è manibus elaberentur. Vocabula quæ consultò prætermittebam, & in indicem reseruanda iudicabam, erant ea quæ omni siue socio siue comite carebant, & soliuaga animantia (si hoc vti exemplo licet) imitabantur: aut saltem quæ huiusmodi erant vt eorum origo OEdipo quopiam inuestigatore opus haberet. quod non solùm de peregrinis & γλωσσηματικοῖς, sed & de plerisque aliis dici potest. Quum enim mihi propositum esset ea demum vocabula intra huius operis (vt ita loquar) pomœria recipere, quorum vnumquodque pro stirpe haberi posset, eique omnia quæ inde prouenissent germina surculósque omnes, tanquam suam familiam suúmque comitatum, adiungere, minimè profectò consentaneum huic meo instituto fuisset locum hic dare vocibus huiusmodi quales sunt (vt eas duntaxat quæ in alphabetica serie primæ occurrunt, commemorem) Αα, Ἀάβακτος, & Ἀάζυκπος, Ἀαναίμα, Ἀβάγητον, Ἀβάθματα, Ἀβαλαία, Ἀβαλις, Ἀβαρλεῖπαι, Ἀβαρκνα, Ἀβάρνου. Vt autem & horum significationes noris, quas quidem eis Hesychius adiungit, (talia enim haud facilè apud alium inueniri queant) en tibi illas singulas singulis nominibus subiunctas. Αα, σύριμα ὕδατος: Ἀάβακτοι, ἀβλαβεῖς. (at in quodam meo lexico vet. incerti autoris, habetur, Ἀάβυκτον, μέλαν, ἀβλαβές. Varinus autem vtranque vocem itidémque significationem vtranque coniungens, scribit, Ἀαβακτοι καὶ Ἀάβυκτοι, ἀβλαβεῖς, ἢ μέλανες) Sequitur illud præ quouis alio admirationem mihi afferens, Ἀαναίμα, πολλαχῆ χάρις. Proximum illi Ἀβαγητον ab eodem lexicographo exponitur λεπτόν: Ἀβάθματα, σπέρματα: Ἀβαλαία, συγγραφὴ, ὁμολογία: Ἀβαλις, μοχθηρὰ ἐλαία: Ἀβαρλεῖπαι, τραάστεπαι, κροτεῖ: Ἀβαρκνα, λιμός: Ἀβάρνου, σένε, οἴμωζε, βοᾶ. Quarum vocum (nam hoc vnum in præsentia quod de illis dicam occurrit) bonam partem γλωσσηματικὴν esse existimo, licet ipse lexicographus minimè hac de re nos admoneat. In multis enim prætermissam ab eo admonitionem hanc fuisse, vel illæ voces suspicandum nobis relinquunt quas eo etiam tacente tales esse compertum habemus. Tale enim est apud eum, non procul ab ea voce cui vltimum locum dedi, nomen Ἀβελ, quod exponit πένθος, nihil addens. Quis enim hoc Ἀβελ, esse Hebraicum אבל ignorat? Sed qualescunque & ex quibuscunque scriptoribus petitæ sint illæ voces, (peregrinas enim esse certò pronuntiare non ausim) ex earum sunt numero quæ prorsus incomitatæ & velut soliuagæ apud Græcos lexicographos, præsertimque Hesychium, nobis occurrunt. Súntque illæ ipsæ voces quas prudens sciénsque prætermisi, vel potius quas hinc exclusi, sedem tamen illis in indice daturum me promittens. At verò quæ me subterfugerunt, sunt, magna quidem ex parte, composita vel verba vel nomina, (nec certè mirum, in tanta compositorum multitudine, quantam habent nonnullæ voces, aliquas se velut è grege subduxisse) aut etiam deriuata simplicia: verùm elapsa mihi sunt & paucula quædam vocabula ex iis ex quibus, tanquam stirpibus, multa germina multósque surculos prouenire videmus. Quid? (dicet aliquis) potuerúntne vocabula hæc tanto comitatu stipata tuos oculos itidem subterfugere? Imò verò de his nequaquam idem quod de illis dico, sed vt & ipsa prætermissa fuerint, aliunde accidisse aio. Exempli gratia, in tomo secundo quum diu de nominibus Κράτης & Κάρπος dubitassem, vtri priorem sedem dare deberem, tanquam magis ea digno, & quum vtrinque rationes propemodum ἰσοκρατεῖς & ἰσοῤῥόπους habere mihi viderer: accidit tandem vt quum nomen Κράπος priorem locum occupare permisissem, tanta stipatum caterua venerit, vt dum cogitationem meam in instruendis suis ordinibus detinet, competitorem suum ex memoria velut detruserit. Sic in tomo primo, quum post Νοῦς collocandum censuissem, primùm quidem Ἀγνοῶ, deinde verò & Γινώσκω, (tanquam & ipsum ex illo nomine habens originem, si quidem Heraclidi grammatico credere dignum est, cuius, licet magna autoritate præditi, pleraque alia commenta parum fidei apud me impetrant) contigit vt aliorum nominis Νοῦς deriuatorum ingens numerus memoriam meam quodammodo obrueret, adeo vt finito illo Ἀγνοῶ, deriuata omnia ad finem perduxisse mihi viderer. In huius autem generis voca-

bulis non idem quod in aliis feci, vt ea indici inſererem: ſed ſingula ſuis tomis adiungere viſum eſt: id eſt, iis ad quos pertinent. In quorum tamen verborum nonnullis ſi ſeries alphabetica non ſeruetur, (eum enim locum hîc illis dedi quem dare totius operis index coegit: nimirum vt inter illa quæ deeſſe oſtenderet, ea quæ prima eſſent, prima adderentur. verbi gratia, propter Αγνώμων & ab hoc deriuata, Αγνωμόνως, Αγνωμοσύνη, Αγνωμονῶ, quæ in principio aut certè circa principium indicis deſiderabantur, incipio à verbo Γινώσκω, ex cuius deriuato γνώμη ortum eſt illud Αγνώμων) id ſine vlla prorſus tua iactura, atque adeo nullo id tuo incommodo fiet: quippe qui ipſum indicem habiturus ſis, qui te rectà ad ea verba quæ hîc reponuntur, ſicut & ad reliqua, ſit deducturus.

TVVS

ADDENDA TOMO I. HVIVS
Theſauri linguæ Græcæ.

ΓΙΝΩΣΚΩ, VEL Γιγνώσκω, (de qua ſcripturæ diuerſitate dicam infrà, vbi agam & de huius verbi deriuatione à Νοῶ) Præt. ἔγνωκα, Fut. γνώσομαι. Præt. paſſ. ἔγνωσμαι. quæ ſunt tanquam à Γνόω, ὦ. (vnde etiam aor. 1, ἔγνωσα. cuius partic. legitur apud Herodotum, ἄλλον γνώσας Κροῖσον. Sed ex Heſychio videri potius legendum ἀλλογνώσας, docebo poſt Ἀλλόγνωτος) At verò aor. 2, EST Ἔγνων. vnde ETIAM Γνῶθι, in imper. ITEM Γνοίην, in optatiuo: ET Γνῶ in coniunctiuo, tanquam à Γνῶμι. Lat. Noſco (detracta priore ſyllaba) item Cognoſco, Noui. Alicubi & pro Agnoſco. Hom. Odyſſ. λ, Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν. Xenoph. Pæd. 8, ἐμοὶ μὲν τὸ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστι. οὐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γινώσκω. Cic. apud Democritum, οὔτις με ἔγνωκε, vertit, Non me quiſquam agnouit. Idem illud Apollinis celeberrimum dictum, γνῶθι σαυτόν, vertit, Noſce te. Apud Platonem autem in Gorg. diuerſis modis verbum hoc reddit, vt videbis pag. 6, mei Cic. Lexici. Ibi autem animaduerte ſimul diuerſas huius verbi γινώσκω conſtructiones: videlicet, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γινώσκεις ὅτι ἀδαιμονεῖς; & cum participio, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις ἀδαίμονα ὄντα. Et γινώσκω σε ὅτι θυμοῦσθαι, apud Xenophontem. Habet verò & aliam cum hac eadem parte orationis, nimirum cum participio, conſtructionem: quum dicitur ab Ariſtoph. in Pluto, γινώσκω ἥττων ὤν, pro Cognoſco me inferiorem eſſe. Vbi reddi etiam poteſt Intelligo, vel Animaduerto. Tale eſt apud eundem comicum, χρυσῷ πάντων μ' οὐ γινώσκεις, Non cognoſcis te conſpergere me auro. vel, Non intelligis, Non animaduertis. Quidam interpr. etiam, Non ſentis. Apud Lucianum, παπῆ σὲ γίνωσκε ἔχων Ἑρμῶ: eodem modo quo dicitur ἴσθι ἔχων. Itidem cum participio paſſiuo, vt ἔγνωσαν ἀποπεμπόμενοι, apud Thucydidem, Cognouerunt ſe dimitti. Dicitur etiam οὐ γινώσκω σε τίς εἶ, vt ſi dicas Latinè, Non cognoſco te, vel, non noui te quis ſis. vt Terent. dixit, Scin' me in quibus ſim gaudiſe Item, Neque eius patrem ſe ſcire qui fuerit. Sed & alia voce ſequente quàm τίς. vt Iliad. χ, — οὐδέ νυ πώ με ἔγνως ὡς θεός εἰμι. Et Iliad. ε, Τυδείδη δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Apud eundem aliquoties legimus γινώσκειν adiecto datiuo φρεσί. Interdum hoc verbũ vel Cognoſco vel Intelligo reddi poteſt, (vti dixi) ſed alicubi non vtrunque itidem admittit, verùm hoc poſterius duntaxat. veluti quum Thucyd. ſcribit τοὺς μὲν λόγοις οἷς πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω.

Γιγνώσκω, Cenſeo, Exiſtimo, Iudico, Statuo. Item Sentio. Iſocr. in Archidamo, τὸ δεῖνα μαντεῖον ἔγωγε πάνυ ἡμετέραν εἶναι νῦν Μεσήνην. Xen. ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾶν τοὺς μὲν φίλους, οὐ πειᾶν, viri virtutem eſſe cenſes, vel exiſtimas, aut iudicas. (nam hîc ἔγνωκας eſt pro γινώσκεις. itidemque PARTICIP. Ἐγνωκὼς pro γινώσκων, Cenſens, Iudicans, Exiſtimans, Sentiens, Statuens: quas interpretationes et dat Bud. in iſto Demoſthenis loco, Philipp. 3, τὸν χρόνον καρτερεῖν τῶν ἢ ἄλλος ἀπόλυται, ἕκαστος ἐγνωκὼς, ὡς γέ μοι δοκεῖ, οὐχ ἵππος σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκεπῶν, οὐδὲ πεζός πλήν) Affert etiam ex Plutarcho hoc participium ἐγνωκὼς pro Certus, Cui certum eſt & decretum aliquid facere: μάχης μὲν ἐγνωκὼς ἀπέχεσθαι. Sic ἐγνώκασι aut ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, Decreuerunt hoc non facere, vel ſtatuerunt, vel, Statuerunt hoc ſibi faciendum non eſſe. Nonnunquam cum aduerbio iungitur: vt εὖ, δῶς γινώσκειν, Bene ſentire: & contrà κακῶς γινώσκειν, malè ſentire. Sæpe verò οὕτω γινώσκω, Ita ſentio, Hæc eſt mea ſententia. Xenoph. Pæd. 4, ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω γιγνώσκω. εἰ δὲ ἄλλος τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. (Apud Thucydidem, οὕτω γνοὺς, pro Quum hoc decreuiſſet, vel ſtatuiſſet) Interdum additur περὶ cum ſuo genitiuo: dicitúrque, οὕτω γινώσκω περὶ τούτου, ſiue τούτων. Xenophonti autem familiare eſt οὕτω γιγνώσκω ſequente ὡς cum participio. vt Pæd. 2, γίνωσκε οὕτως ὡς ἐμοῦ ἀγωνιουμένου. Sed in huiuſmodi locis paulo aliam interpretationem poſcere videtur. Bud. totum illum Xenoph. locum affert, qui ita ſcriptus extat, ὡς οὖν ἐμοί γε καὶ ἀγωνιουμένου, καὶ ὁποῖός τις αὐτῷ πρὸς ἀξίαν, πυθέσθαι ἀξιώσαντος, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε γίνωσκε. vbi vertit, Compertum omnino hoc habe, Certum habe, me ſic acturũ. Simile eſt hoc Luciani in Dialogo qui Πλούτων, ἢ περὶ Μενίππου inſcribitur, οὕτω γινώσκετε ὡς οὐδὲ πεπτωκότος. Et ſequente participii præſentis nominatiuo, apud eundem in Scytha, οὕτω τοῦτον γίγνωσκε ὡς ἀδαιμονέστατος ὤν. (Scribo autem diuerſe apud vnum eundémque autorem hoc verbum, prout diuerſam apud eum ſcripturam inuenio) Venio ad γινώσκω cum περὶ, cuius conſtructionis paulo antè facta fuit à me obiter mentio. Dicitur οὕτω γινώσκω περὶ τούτου vel πούτων: item τοῦτο vel τοῦτο γινώσκω περὶ τούτου. interdum quidem eadem ſignificatione, interdum verò diuerſa. Nam περὶ τούτων οὕτω γινώσκω, cum apud alios, tum apud Xenophontem ſonat, Ita ſentio de his rebus, Hæc mea eſt de hiſce rebus ſententia, ſeu opinio. Eadémque ſignif. dixit Lucian. initio libelli De ſacrificiis, καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, Quæ ſit eorum opinio de ipſis, Quæ ſentiant de ipſis. Vbi genitiuus αὐτῶν de re dicitur, ſicut πούτων apud Xenophontem. At verò in hoc eiuſdem Luciani loco, in Prom. ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεύς, ſignificationem illam minimè admittit verbum ἔγνωκε: ſed ἄδικα περὶ ἐμοῦ ἔγνωκε reddendum eſt Iniqua de me ſtatuit, vel potius in me, vel, Iniquum in me iudicium tulit. Bud. ἔγνωσαν eandem conſtructionem habens, vertit Pronuntiarunt, in iſto Demoſth. loco, οἱ δικάσαντες δὲ ἀκούσαντες, εἰς οὓς ἔφηκε, ζωπυρὸν καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐπέμησαν, Iudices porro ad quos prouocauerat, quum cauſam cognouiſſent, eadem ipſi cum arbitris compromiſſariis iſtius amicis, cum ipſóque ſorte dato arbitro, pronuntiarunt, litémque homini talentis decem æſtimauerunt.

Γινώσκω obſeruaui in quadam ſignificatione apud ſolum Plutarch. ex omnibus profanis ſcriptoribus: ſed eam antea apud Matthæum me vidiſſe memineram: cap. 1, in fine, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Atque vt hîc vir dicitur mulierem γινώσκειν, id eſt cognoſcere, pro cum ea conſuetudinem habere, ita vicißim à Luca mulier virum γινώσκειν: cap. 1, Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο; ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Hunc autem vſum verbo γινώσκειν dediſſe exiſtimantur exemplo Hebræorum qui itidem ידע hac de re honeſtè vſurpant. Sed Plutarchum vnde accepiſſe dicemus? Verùm certè ne Græcum etiam loquendi genus fuiſſe dicendum ſit: qua de re tamen ἔπεχω, & ad Plutarchi exempla venio. Ita igitur in Alexandro, οὔτε τούτων ἔπαθον, [videlicet τῶν γυναικῶν] οὔτε ἄλλῳ ἔγω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης. ſiue Βαρσίνης. Itidémque in Eumene, non procul ab initio, Βαρσίνῃ γὰρ τὴν Ἀρταβάζου προσήκειν ὑπὸ Ἀσίας γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ὀξὺς ἦν ὑπὸ ἔρωτος, &c. Itidémque in vita Pompeii, pag. 1166, meæ editionis, ὅσαι δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων αἰχμάλωσαν, οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀπέπεμψεν.

MONOSYLL. Γνῶ non ſolùm eſt coniunctiui modi (& tum exiſtimatur potius debere SCRIBI Γνῷ cum ι ſubſcripto, præſertim in tertia perſona) ſed inuenitur & pro ἔγνω. Affertur enim ex Heſiodo, γνῶ, οὐδὲ νόησε.

PASS. Γινώσκομαι, Noſcor, Cognoſcor. Xenoph. Hell. 5, Θεσσαλῶν γε ἱππεῖς γνωσθῆναι τῷ Ἀθηναίων βουλόμενοι. Ariſtophan. Nub. γνωσθήσῃ Ἀθηναίοισι οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνόητους. Vide & γνωσθῆναι pro Innoteſcere, in Γνῶσις. Herodianus libro 4, οὐδεὶς δὲ περιεγένετο τῶν κατὰ μετοίκου οἰκείου γνωσθέντων, Nec quiſquam ſuperfuit ex iis qui leuem modò cum Geta notitiam habuiſſent. Res autem aliqua dicitur etiam ἐγνῶσθαι, quæ conſtituta eſt, ſeu decreta. Thucyd. libro 3, ὡμῶν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. SIC PARTICIP. Ἐγνωσμένος, Decretus, Statutus. Lucian. σφαγὴν ὀξὺ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. Apud eundem, ἐγνωσμένον ὀξὺ σέλεσθαι. Bud. ἐγνωσμένῳ vertit Iudicatam, in iſto Iſocr. loco in Archidamo, καίτοι πῶς αὐτὸν περὶ τὸ δίκαιον κρίσιν ἀκριβεστέραν τούτης εὕρομεν, τῆς ὑπὸ μὲν τῶν ἐχθρῶν ἐγνωσμένης, ἐν δὲ ταῖς ἡμετέραις διαφορᾶς γεγενημένης; Sed inueniri ſciendum eſt hoc participium in actiua etiam ſignificatione, apud Demoſthenem in orat. Pro corona, οὐκ γὰρ αὐτὸ τὸ σοφὸν τοῦτο παρεδείκνυμεν, ὁμολόγηκε γοῦν ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, ἐμὲ μὲν λέγων ὑπὲρ τῆς πατρίδος, αὐτὸν δὲ ὑπὲρ Φιλίππου. pro ὑπάρχων ἐγνωκότας. quem paſſiuæ vocis vſum rariſſimum eſſe arbitror.

Γιγνώσκω, & Γιγνώσκομαι, alicubi, contrà alibi Γινώσκω & Γινώσκομαι ſcripta inueniuntur. De hac autem ſcripturæ diuerſitate ita Euſtath. Attici (inquit) cum vno & altero γ dicunt γιγνώσκειν: ſicut etiam comicus declarat: eodem modo quo γίνεται, γίγνεται. Homerus tamen ἀρχαϊκώτερον in neutro duplex γ agnoſcit. quum alioqui ſit ἀκριβέστερον illud quo vſi ſunt illius poſteri, vt viciſſim ἀφωνότερον quo ipſe eſt vſus. Quibus addit, ex Heraclide, à verbo Νοῶ fieri Νόσκω, & per ſynærεſin Νώσκω, & addito Æoliceè γ, Γνώσκω (quia & pro Νοῶ Æoles DICVNT Γνοῶ. vnde cum priuatiua particula, VERB. Ἀγνοῶ: ex Γνώσκω autem omnino per reduplicationẽ fieri Γιγνώσκω. De addititio autem γ vide plura ibidem. Quinetiam γώμη dici pro νώμη ibidem traditur.

Γνῶσις, εως, ἡ, Cognitio. Ariſtot. Ethic. 1, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Theophyl. in epiſt. 22, εἰ μὲν ὅσοι γλυκυτάτην τὴν ὑπαῖθρον τῷ φύσει ἠγάπησας, μετ' οὐ πολὺ τῷ πείρᾳ ὄψῃ διδάσκαλον, καὶ τῆς γνώσεως ἕξεις πρεσβύτερα τὰ μαθήματα. Inuenitur etiam plur. hac in ſignificatione, quum videlicet de cognitione agitur quæ ad doctrinam pertinet. Herodian. de Marco imperatore, φιλοσοφίαν δὲ οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνὸν δ' ἦθεν καὶ βίῳ σώφρονι ἐπεδείκνυτο, Philoſophiam non perdiſcendis philoſophorum decretis, cæterùm vitæ temperantia ſe colere, præ ſe tulit, fidémque fecit, vt Bud. vertit. Politian. autem hoc modo, Solúſque imperatorum ſapientiæ ſtudium non verbis aut decretorum ſcientia, ſed grauitate morum vitæque continentia vſurpauit. At verò in hoc eiuſdẽ hiſtorici loco, lib. 7, ἐν τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος καὶ πρὶν ἔνδοξος ἀεὶ, [potius quàm πρὶν] habet γνῶσις aliam ſignif. nimirum qua dicitur aliquis innoteſcere. vt apud Ouidium, — noſtris innotuit illa libellis. Sic & apud Lucianum in Herodoto, ſeu Actione, circa initium, ὅθεν ὕστερον καταγνόντες, ὅτι πρόμον τινὰ τούτῳ ὁδὸν ἐς γνῶσιν. vbi poſſis ἐς γνῶσιν exponere ἐς τὸ γνωσθῆναι, ſiue ἅπασι γνωσθῆναι. vt circa finem eiuſdem opuſculi dicitur, καὶ ὁ μὲν ἕως ἔτι ἦν, ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόνων δεῖξαι τὰ μά. Γνῶσις, Cognitio, de iudice. vt κυρίαν γνῶσιν appellat Demoſth. ratam iudicis cognitionem: ἄκυρον verò, irritam. Sic Bud. Comm. p. 40. Idem p. 401, τὰς τῶν δικαστηρίων γνώσεις vertit Iudiciorum cognitiones.

Γνῶσις, Scientia, Doctrina, Sapientia, apud Græcos Bibliorum interpretes. Itidemque apud Paulum redditur Scientia, ad Corinth. 1, initio cap. 8, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ex vet. autem ſcriptoribus non habeo γνῶσις ſine adiectione ita poſitum, ſed potius cum genitiuo aut ſubaudito, aut adiecto: vt ſuprà, δογμάτων γνώσεσι.

HINC VERB. Γνωσμαχέω, ῶ, de quo quæ ex Budæo habeo, deinde & meam ſententiam proferam. Ita igitur Bud. de illo, Γνωσμαχεῖν, κυρίως τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν καὶ τὸ ἐλθροῦ δυνάμει, εἶτα μετανοεῖν τε καὶ ἡσυχάζειν. propter quod pro Reſipiſcere poſt cœptum bellum ponitur. Herodot. lib. 3, εἰ μὴ γὰρ μαθὼν τοῦτο ὁ Καμβύσης ἐγνωσμάχει, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ὅθεν τῇ ἀρχῇθεν ὑγιομένῃ ἀμυδρὰ δὴ, τῷ αὐτοῦ σοφὸς αἰνῆ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. Cui loco ſubiungit

hunc eiusdem historici, ex libro 8, ὦ Φωκέες ἤδη π μᾶλλον γνωσμαχέετε μὴ ἔτι ὁμοῖοι ἡμῖν. Affert verò & ex aliis exempla, nimirum ex Pausan. & Isocrate. Ex Paus. in Bœoticis, Σύλλα δὲ ἐσβαλόντος εἰς τὴν Βοιωτίαν, δείσαντες οἱ Θηβαῖοι καὶ ἐγνωσμαχήσαντά τε αὐτὰ, καὶ ἐπράσσοντο ἀδύνατοι εἰς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Ex Isocr. autem ad Philippum hunc locum profert, πιστῶν δὲ ὄντων τῇ πόλει τῇ Λεγομένων ἡμῖν, ἤλπισαν, ὡς τάχ' ἤκουσαν, διαλυθέντος τοῦ λόγου διαλύσεσθαι τὸν πόλεμον ἡμᾶς, καὶ γνωσμαχήσαντας βουλεύσεσθαι π κοινὸν ἀγαθὸν περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Hactenus Bud. in Comm. Superest vt dicam quid & ipse de hoc verbo sentiam. Dico igitur videri quidem habere illam resipiscendi significationem quam ei dat Bud. post Hesych. Suidam, & schol. Aristophanis: sed propriè γνωσμαχεῖν esse Repugnare suæ sententiæ, seu priori sententiæ, & eam veluti reprehendere. vt γνῶσις in hoc verbo idem valeat quod γνώμη. Quoniam autem qui repugnat priori suæ sententiæ, eam mutat, commodè etiam reddi potest Mutare sentētiam: sic tamen vt hoc tenendum sit; γνωσμαχεῖν, multo ἐμφατικωτέραν significationem habere, quum propriè id significet quod dixi: nec esse Mutare sentētiam, eo modo quo leues & inconstantes eam mutant, sed mutare sententiam velut præcedente quadam in animo nostro disceptatione. Quod autem addunt quidam lexicographi & scholiastæ, γνωσμαχεῖν, esse Cognoscere vires suas infirmas, & aduersariorum robur, siue Cognoscere & perpendere quanto vires nostræ sint inferiores aduersariorum viribus: vel, Vbi cognoueris tibi μάχῃ esse aduersus potentiorem, quiescere, seu sententiam mutare: hæc inquam, quæ inter alios affert Hesychius, nimium restringunt huius verbi significationem, habita ratione (vt opinor.) duorum locorum Herodoti. Nisi potius propter verbum μάχεσθαι inclusum hoc in verbo, imaginati sunt hanc expositionem: quum alioqui minime eò spectet, vt apparet ex iis quæ dixi. Hoc porro addendum est superioribus quæ de significatione huius verbi disseruì, quum Herodotus ei infinitiuum addit (& siquis præterea sic vtitur) tunc vt cohæreat oratio, verti non posse Mutare sententiam, sed debere verti, Mutata sententia cognoscere, seu agnoscere, aut etiam fateri. vt in illo loco libri 8, pag. 299, meæ editionis, ὦ Φωκέες, ἤδη π μᾶλλον γνωσμαχέετε μὴ ἔτι ὁμοῖοι ἡμῖν. Hæc enim ita vertenda censeam, Nunc Phocenses, mutata sententia, magis etiam quàm prius vos nobis nequaquam pares esse agnoscite. At Valla duobus modis in huius loci interpretatione peccauit: tum quòd interrogatiuè hæc legerit, tum quòd verbo γνωσμαχεῖν interpretationem planè ab eo alienam dederit. Vertit enim, Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares? Sed vnum peccatum ex altero est ortum. quum enim hæc interrogatiuè legeret, verbo isti interpretationem ab eo alienam excogitare necesse habuit. Suspicor autem Ionum fuisse hoc vocabulum, ideóque lubenter Herodotum eo vti solitum, à quo cæteri mutuati sint.

VOX ITEM Ἀγνωσία hunc ad locum pertinet, siue ex γνῶσις facta sit, siue cōmunem saltem cum ea formationem habeat. Est autem Ἀγνωσία, Ignoratio. Eurip. Medea, Πατὴρ δὴ ὁ τλήμων, συμφορᾶς ἀγνωσίᾳ, Ἄφνω προσελθὼν δῶμα, προσπίπτει νεκρῷ. Dion historicus, πολὺ δὲ ἀγνωσίαν τῶν χωρίων ἐδείδει. Affertur ex Thucyd. libro vltimo, διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν, itidem pro ignoratione. Sed dicemus potius Quòd sese mutuò non cognoscerent, vel agnoscerent: quàm, Quòd sese ignorarent. Sic certè apud Lucianum in Timone ἀγνωσία videtur esse Non cognoscere, potius quàm Ignorare: vbi scribitur, δεδόχθω δὲ ταῦτα καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ὅπλοπον βίον· ἀμιξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπερηφανία. Existimo enim ἀγνωσία hîc esse Neminem cognoscere: ideóque parum probo Erasmi interpretationem, quæ habet Ignorantia. Fortassis actiuè simul & passiuè sumi posset, pro Neminem cognitum habere & nemini cognitum esse. Apud Pollucem Ἀγνωσία est etiam Ignobilitas: seu Ignobilem esse, inglorium, incelebrem. Siquidem huic voci Ἀγνωσία subiungit, Ἀδοξία, Κακοδοξία, Δυσκλεια.

Γνωστέον, Cognoscendum est, Cognoscere oportet.

Γνώστης, ου, ὁ, Cognitor, item Gnarus. Composita VOCE Καρδιογνώστης dicitur Deus, Cordis cognitor, seu cordium, Act. apost. cap. 1. Sic autem & cum aliis nominibus iungi per compositionem potest.

Γνώστης, pro ariolo, apud Græcos Bibl. interpretes aliquoties, in libris Regum.

Γνωστὴρ, ῆρος, ὁ, Cognitor, Explorator, vt in v. l. redditur, autorem Xenophontem nominantibus, sed eius locum non indicantibus. Non alium autem esse existimo quàm hunc, Pæd. 6, pag. 96, meæ editionis, circa finem, εἰ δέ τις χρημάτων προσδεόμενος νομίζει εἰς ἐμπολὴν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν, καὶ ἐγγυητὰς ἢ μιῶ πορεύεσθαι σὺν ὁρατῷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν. Vbi non placet γνωστῆρας reddere, Exploratores, multo etiam minus Cognitores. Quidam interpr. Illos quibus est notus: sed dura est hæc per passiuum verbum interpretatio. Philelphus autem verterat, Qui sui notitiam faciant. Videndum annon γνωστῆρας vocet qui eum in posterum agnoscant. vt si dicas Gallicè, *Qui le recongnoissent.* vel *Qui le puissent recongnoistre.*

Γνωστός, ός, ὁ, (q. d. Cognoscibilis) Qui cognosci potest, vel Cognitu facilis. Xenoph. Hellen. 2, εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ὀπτεύσατε. Nam Bud. huic loco vtranque expositionem conuenire posse existimat: at ego priore contentus fuissem. Idem annotat γνωστὸν & νοητὸν pro eodem poni à Platone, De rep. lib. 7. differre autem τὸ δεξαστόν. Affertur verò & pro Cognitus, Notus: ex Gregor. μηδένι γνωστὸν τόπῳ. Dicam porrò de hoc deriuato & vbi agam de Γνωτός, quod poeticum potius est. Nunc ad composita venio ex illo Γνωστὸς facta.

COMP. Ἀγνωστος, Δυσγνωστος, Εὔγνωστος, Est Ἄγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Incognitus, Ignotus. Homer. Odyss. 6, Ἄγνωστον πάντεσσιν ἐλθέσθαι. Idem eiusdem poematis libro ν, — ὄφρα μιν αὐτὸν Ἄγνωστον πύθεσθαι. Lucill. in Epigramm. Οὐκοῦν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας. Apud Pausaniam quidam perhibentur dii ἄγνωστοι, in Atticis, circa principium, βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ ἡρώων, &c. Sic apud Lucam Act. apost. cap. 17, mentio fit ἀγνώστου θεοῦ. apud Lucianum autem in Philopatride (si modò is est eius autor: quoniam νόθος à nonnullis existimatur) habemus etiam τὸν ἄγνωστον, sine adiectione substantiui θεόν. Ibi enim quidam ita iurat, νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποθέωσης. Idem in fine eiusdem dialogi, ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφυλάττοντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκπετάσαντες, τοῦτο ἀναβοήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι. vbi planè existimo illum irrisoriè alludere ad illum Actorum locum: quoniam vult Paulus Athenienses credere ab illis esse inuentū (& quidem ipso indicante) quem antea vt ignotum quærebant. nam τοῦ τὸν ἄγνωστον θεοῦ dicit, ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγελλω ὑμῖν. Sed hæc obiter. Ἀγνωστότατος superl. apud Thucydidem extat, lib. 3, & quidem cum accusatiuo (subaudita nimirum præpositione κατὰ) ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσὶν, Ignotissimi lingua, siue incognitissimi: vel, quod ad linguam attinet. Id est, Ignotissima lingua vel ignotissimo sermone vtentes. Item aliquid dicitur esse ἄγνωστον, Ignotum, Incognitum. Herodian. lib. 8, cum ἄπυστα coniunxit, ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα ἔτι Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ περαπόμενα. Nonnunquam autem Ἄγνωστος de persona dictum, est Ignobilis, Inceleber, Inglorius. nam Pollux inter Ἄδοξος & Ἀκλεὴς, atque alia huiusmodi, ponit etiam Ἄγνωστος. itidémque ADVERB. Ἀγνώστως inter Ἀδόξως & Ἀκλεῶς. vt fit Ἀγνώστως, Ignobiliter, Inglorié. Possumus autem Ἄγνωστος hac quoque in significatione interpretari Ignot[9], ex Horatio: quippe qui mortes ignotas appellarit ignobiles, inglorias, incelebres: Serm. lib. 1, sat. 3, — sed ignotis perierunt mortibus illi. id est, ignobilibus. quemadmodum Silius dixit Lethum ignobile. Liuius, Ignobili atque inhonesta morte occubuit. Cui opponitur clara mors: quod & apud Ciceronem extat. Sed enim nomen Ἄγνωστος actiuam quoque significationem habet apud Lucianum in Alcyone, circa principium, δοκιμάζομεν γὰρ δὴ καὶ δυνάμει ἀνθρωπίνῃ, ἄγνωστον οὖσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον. vbi redditur Ignaram. Sic certè alia pleraque verbalia actiuam significationem interdum accipiunt, quum passiua sit eorum propria. Puto tamen in hoc Ἄγνωστος id esse rarissimum: licet & ἀγνὼς pro ignaro itidem & inscio inueniatur apud Xenophontem, vt docebo quum de illius nominis significatione agam. Secundum COMPOS. Δυάγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Cognitu difficilis, apud Polybium. Cui opponitur tertium ILLVD Εὔγνωστος, Cognitu facilis. In v. l. redditur etiam Bene notus, item Notabilis.

COMP. Ἀγνὼς & Ἀγνῶς eandem cum ἄγνωστος significationem habent: sed de Ἀγνὼς nunc dicendum censeo, at de Ἀγνῶς, in Γνωτὸς: quod præter significationem τοῦ Γνωτὸς, aliam etiam accipit. Ideo autem prius de ἀγνὼς dicam, quòd & ipsum literam σ retineat, quam illa duo amittunt. Alioqui dubiam mihi esse eius formationem fateor. Potest enim esse ab ἔγνωσμαι, (& quidem potius quàm ab ἔγνωσμαι aut ἔγνωσται) potest etiam fortasse existimari factum ex Ἄγνωστος, per syncopen. Quod si verum esset, hic locus post Ἄγνωστος ei optimè conueniret: quem certè dare cogor, quoniā aptiorem non inuenio Sonat autem Ἀγνὼς (itidem vt ἄγνωστος) Ignotus, Incognitus. Homer. Odyss. ε, Οὐ τόν τ' ἀγνῶτ' οὐδὲ θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται Ἀθάνατοι. Atque vt hîc cum datiuo, sic apud Xenophōtem Hell. 1, ἀγνῶ τοῖς ἐκεῖ. Itidémque apud Platonem, αὐτόθι κατέλαβον παῦν πολλοὺς, τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοὶ, τοὺς δὲ πλείστους, γνωρίμους. Atque vt hîc ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις, sic apud Aristotelem aliquoties, sed absque datiui adiectione. (vt si Latinè opponas vnum ignotum viro noto & familiari) Exemplum habes Polit. libro 7, φιλητικοὺς μὲν ἔτι τοὺς γνωρίμους, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας, ἀχρήστους. Item Ethic. 4, ὁμοίως δὲ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Sic & libro 5, eiusdem operis, ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις. Inuenitur autem Ἀγνὼς & in fœm. genere. vt ἀγνὼς δόκησις apud Sophoclem. (quod exponitur Incerta suspicio) Sic ἀγνῶτα φωνὴν dixit Æschyl. in Agam. pag. 208, meæ editionis, Ἀγνῶτα φωνὴν βαρβάρου κεκτημένη. Lucianus quoque ἐν τῷ περὶ ὀπτρεφάδος in fœmnino genere hoc nomine vsus est. Interdum ἀγνὼς (sicut ἄγνωστος) ponitur pro Ignobilis, Inglorius, Inceleber. (quam significationem habere itidem Ignotus apud Horatium, docui suprà) Eurip. Iphigenia in Aulide, Ζηλῶ δ' ἀδελφὰς ὅς ἀκίνδυνον βίον ἔξοιστέρας ἀγνὰς, ἀκλεὲς. id est, Inglorius atque ignobilis, vt Cic. vertit. Vide pag. 147 & 148 Cicer. lexici, à me editi. Atque vt hîc ἀγνὼς cum ἀκλεὲς, sic cū ἀφανὲς copulatur à Luciano, De somnio, οὐδὲ ὅπῃ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς οὐδὲ ἀφανὲς ἔσῃ.

Ἀγνὼς actiua signif. (cuius exemplum & in ἄγνωστος allatum fuit) Ignarus, Inscius. apud Xenophontem, εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς εἴη τῆ δυνάμει τῆ φέρειν. Apud Platonem quoque ἀγνῶτες crediderim positum actiuè: in hoc loco qui ex eius opere De legibus affertur, ἀγνῶτες ἀλλήλων. vt videlicet sint ἀγνῶτες ἀλλήλων qui se inuicem non norunt. In vulg. lex. tamen per passiuum participium exponitur, Sibi inuicem incogniti: perinde acsi legeretur, ἀγνῶτες ἀλλήλοις: manente alioui eodem sensu.

Subiungendum huic nomini ADVERB. Ἀγνῶς, pro Ignoranter, Inscienter, Per ignorantiam, Per imprudentiam. Phocylides, Μήτ' ὀπτρακήσης μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκουσί. Vbi quum ἀγνῶς & ἑκουσὶ inter se opponantur, posset ἀγνῶς exponi ἀκουσίως. Sic Xenophon dicit, quæ peccantur ἀγνοίᾳ, (quod valet idem cum illo ἀγνῶς) esse ἀκούσια. Aristot. quoque Rhet. 1, ἀγνοοῦντες cum ἄκοντες, vt ἑκόντες cum εἰδότες copulat. Cæterùm pro ἀγνῶς sciendum est legi etiam ἀγνὼς, vt sit nomen: sed longè melior est altera scriptura per circunflexum, vtpote cum ἑκουσὶ cōueniens: quam etiam in editione mea alteri prætuli. Alioqui legendo ἀγνὼς, esset ἑκουσὶ pro ἑκών.

Etiam VERBO Ἀγνώσσω locum hîc dabo: quòd fortassis ex hoc Ἀγνὼς (quatenus quidem & actiuam significationem habet) factum fuerit. Non ignoro alioqui aliam deductionem afferri: vt videlicet ex Γνώσσω futuro verbi Γνῶ sit præs. temporis VERBVM Γνώσσω: vnde Ἀγνώσσω. Sed illius Γνώσσω (quod esse dicitur simile τῷ Κνώσσω) exemplum nullum affertur. At hoc Ἀγνώσσω pro Ignoro, Nescius sum, inuenitur apud autorem poematii quod vulgò Musæo inscribitur: hoc in versu, Ἀγνώσσεις ὅπ Κύπρις ἀπόπαυρος ὀδὶ θαλάσσης; Ab Hesychio ἀγνώσσει exponitur διαχεραίνει. Ex hoc Ἀγνώσσω factum fuit παραγνώσσω, siue κατὰ παραγωγὴν, VERBVM Ἀγνωσάσκω, vnde est apud Homerum ἀγνώσασκε, Odyss. ψ, Οὐδ' ἄλλοτε μὲν μιν ἐνωπαδίως ἐσίδεσκεν, Ἄλλοτε δ' ἀγνώσασκε, κακὰ χροῖ εἵματ' ἔχοντα. id est ἠγνόει, vt habet breuium scholiorum autor. Sed perperam in quibusdam editionibus legitur ἀγνώσασκε pro ἀγνώσασκε.

NVNC AD Γνωτὸς venio, sequens à me paulo antè propositum ordinem: vt ab eo ad Ἄγνωτος, aliáque composita, Ἀλλόγνωτος, Ἀείγνωτος, Πολύγνωτος, transeam. Sciendum est igitur inueniri Γνωτὸς pro γνωστὸς apud poetas, (quod γνωτὸς est ἀναλογόφωνον quàm γνωστὸς, si Eustathio credimus) Notus, Cognitus. Sophocl. in Œdipo tyranno, γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι. ita enim legit etiam Eustath. Sed huic Γνωτὸς non contenti poetæ eam significationē dare quam apud prosæ scriptores habet Γνωστὸς, restringunt interdum ad significationem consanguinei, seu propinqui, interdum verò fratris. vel (si ita mauis) restringunt notitiam quæ hac voce declaratur, ad eam quæ nobis est cum consanguineis, aut etiam peculiarius cum fratribus. Homer. Iliad. ο, circa finem, — τῷ καὶ κέ τις οὔχεται ἀνὴρ Γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις, ἄτεος ἀλκτῆρα γενέσθαι. id est ἀδελφὸν, pro quo dixerat κασίγνητον. Sic eiusdem poematis libro χ, — ἤδη μοι τόπαρος πολὺ φίλτατος ἦσθα Γνωτῶν οὓς Ἑκάβη τε δὲ Πρίαμος τέκε παῖδας. Sic exponitur & libro γ, — θάλαμον γνωτοί τε λιποῦσα. In hoc autem Apollonii loco, Argon. 2, γνωτοὶ πατρῴοιο ἄμμιν ἐόντες, expon. συγγενεῖς. FOEMININE Γνωτὴ, Soror. Aut etiam Amica, inquit Hesych. Sed quin possit & propinquam seu consanguineam significare, sequendo illum masculini γνωτὸς vsum, minimè dubitandum est. I. COMPOS. est Ἄγνωτος, ου, ὁ & ἡ, idem valens quod ἄγνωστος, Incognitus, in illo Sophoclis loco quem protuli in Γνωτός.

II. COMPOS. est Ἀλλόγνωτος, quod existimo sonare potius Aliis cognitus, siue notus, quàm Alibi notus, vt vulgò exponitur. Ex eo enim velut consequitur, Nobis ignotus. Vnde ponitur pro extraneo siue peregrino. Homer. Odyss. β, — ὁ δ' ὤλετο πηλόθι πάτρης Διογενὴς Ὀδυσεύς, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. Vbi inuenio tam Eustathium quàm autorem breuium scholiorum mihi de illa expositione assentiri. Neque enim expon. ἄλλοθι γνωσκομένῳ, sed ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκομένῳ. Afferunt tamen & alias explicationes huius vocabuli: ac præsertim Eustath. cui ἀλλόγνωτος est ὁ πολέμιος, (sic autem exponens, minimè eius etymon aperit) vel ὁ ἄλλα γνώσκων ἤπερ ἡμεῖς. Quibus addit illam expos. quam modò attuli, & quæ mihi itidem in mentem venerat: videlicet, ὁ ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκόμενος. Deinde admonet hoc ἀλλόγνωτος esse compositum ex γνωτὸς, pro quo dicitur γνωστὸς ab Homeri posteris. Quæ tamen velut retractans, subiungit, videri ἀλλόγνωτος esse potius ὁ ἄλλοις γνωτὸς, id est κατὰ γένος οἰκεῖος, nimirum à γνωτὸς significante τοὺς ἀδελφοὺς. Alioqui enim nihil prohibebat quin diceret ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ, vt paulo antè dixerat ἄγνωστον πάντεσσιν. Itidémque breuium scholiorum autor, postquàm ἀλλογνώτῳ dixit esse ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκομένῳ, ἢ (quæ disiunctiua particula nō aptum hîc locum habet) ἄλλοις γνωτῷ: subiūgit, ἢ κατὰ γένος οἰκείῳ. Rationémque eandem affert quam Eust. sed quæ nisi ex huius verbis intelligi vix possit. Ad me autem quod attinet, nimis longè petitam expositionem hanc esse, & parum valida niti ratione existimo: quum γνωτὸς etiā dici pro γνωστὸς, ipsemet Eustathius fateatur: addēs, ὅπ δὲ ὅμως καὶ γνωτὸν λέγεται τὸ γνωστὸν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς,

ἐν τῷ, Γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι τετιμήθη' ἱμείροντες; Quid verò obstat quominus dicamus ἀλλογνώτῳ visum fuisse Homero ἀφωνότερον quàm ἀλλογνώτῳ. (Antequam ad tertium compositum digrediar, dicam de PARTICIP. Ἀλλογνώτας: quòd nullam eiaptiorem sedem habeam. Extat id apud Hesychium, exponentē ἀγνοήτας. sed aut Herodotum, id est Herodoti exemplar, ex Hesychio, vel contrà hunc ex illo emendandum esse suspicor. Legitur enim apud Herodotum, lib. 1, ἀλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, εἴτε ἀρά τις Περσέων ἄλλον γνώτας Κρῖσον ὡς ἀποκτενέων. Cui loco optimè conuenire Hesychii expositionem existimo, siue ἀλλογνώτας siue ἄλλον γνώτας legamus: sed lectionem Hesychianam fide digniorem esse persuasum habeo: quòd ἄλλον γνώτας pro ἀγνοήτας durum esse videatur: at vtendo compositione, nō item: præsertim si hoc cum aliis huiusmodi compositis cōparetur) Sed venio ad III. COMPOS. Ἀείγνωτος. Id poeticum est itidem, significans Valde notus vel celeber. Hom. Odyss. ρ, Ὦ ἀείγνωτε σύβωτα. vbi tamen ironicè ponitur. Ita enim malo quàm vt Eustath. ἄγαν γνώριμε ὅτι ἀληθείᾳ πέχει. siue, ὃν πάντες συβώτην οἴδασι. aut ὃ τὸ σημεῖον γνώρισμα, τὸ συβωτικὸν τῷ). Affertur & FOEMIN. Ἀείγνωτη, ab Eustathio. Hesych. autem HABET Ἀείγνωστοι cum σ, quod exponit εὔγνωστοι, item πάνυ ἐγνωσμένοι. ita enim legendum est, non ἀγνωσμένοι. IIII. COMPOS. est Πολύγνωτος, Multis notus, seu cognitus: sequendo expositionem aliis compositis datam, atque adeo significationem quam habent. In v.l. tamen redditur Multiscius. Est præterea nobilis pictoris nomen.

QVINETIAM Γνωτίδια ET Ἀγνωτίδια aliquem sibi angulum hic postulant, ob similem deriuationem: licet eius ratio minimè inueniatur. Sunt enim hæc ambo vocabula piscium nomina apud Athenaeū: nisi potius ex vno facta fuerunt duo, quum ille vtrobique vel γνωτίδια vel ἀγνωτίδια scripsisset. Siquidem lib. 3, quum dixisset, τοὺς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτους φησὶ μόλις ὑπὸ μιᾶς πιόν καλεῖσθαι γνωτίδιον, ὑπὸ δὲ πιόν πλατανιστοῖς paucis interiectis subiungit, οἱ μὲν οὖν μείζονες αὐτῷ ὀνομάζονται πλατανισταὶ οἱ δὲ μέσην ἔχοντες ἡλικίαν, μύλλοι· οἱ δὲ βαθὺ τῶν μεγεθῶν, ἀγνωτίδιον. Vbi obserua simul VOCEM Πλατανισταὶ, nomen eiusdem piscis: in cuius scriptura vno eodemque loco variant exemplaria: vtpote priore quidem loco πλατανιστοῖς, posteriore autem πλατάνιστοι habentia.

Γνωστικός, οῦ, ὁ, Cognoscendi facultate præditus, seu vi. Ex Gregor. Naz. γνωστικὸν δὲ ἐνιοῦν. Item τὸ γνωστικόν, Potentia & vis cognoscendi, in v.l. Ibidem γνωστικὰ ῥήματα, verba cognitionē significantia. Item, γνωστικοὶ hæretici quidam sic dicti ob insignem eruditionem quam sibi vēdicabant. Hinc ADVERB. Γνωστικῶς, Cum cognoscēdi facultate, Ita vt adsit cognoscendi facultas, seu vis. γνωστικῶς εἰδέναι & αἰσθητῶς, differre apud Dionys. Areop. testatur Bud.

AT NOMEN Γνώμη in hunc locum reseruaui, partim quòd sub se deriuata multa habeat, quæ secundæ & tertiæ personæ præt. passiui verbalia (id est, quæ à secunda & tertia persona sunt formata) nimis procul à verbo remouissent: partim quòd σ non habeat tanquam ab ἔγνωσμαι, vt habent reliqua. Longè tamen magis consentaneum rationi videtur vt γνώμη ab ἔγνωσμαι esse dicamus, quàm vt Heraclidi assentiamur, dicenti poni pro νώμη. Scribit enim is apud Eustathium in γνώμη abundare γ. siquidem à νοέω, νοήσω esse νώμη. ex quo γνώμη. Est autem Γνώμη, Sententia, Opinio. Idem enim valent, ἡ ἐμὴ γνώμη, & ὁ νικήσω, quod sentio. Sed pro loco alias etiam admittit interpretationes nomen hoc γνώμη: redditúrque interdum Propositū, aliquando Voluntas, interdum Consilium, nonnunquam Cogitatio, aliisque modis, vt ex sequentibus patebit. Pro sententia varius verbis iungitur. Dicitur enim, Τοῦτῳ πῇ γνώμῃ ἔχω, sequētē præpositione πρὸς cum suo genitiuo. ad verbum, Hanc habeo sententiam, pro Hæc mea est sententia, vel In hac sum sententia, Ita sentio. Itidémque πίνα γνώμην ἔχεις, & πῇ αὐτῇ γνώμῃ ἔχω. Xenoph. Pæd. 6, πίνα γνώμην ἔχεις πρὸς τῆς διαλύσεως τῶν πρα-

πύμαχος. Isocr. Archidamo, πρὸς τὸ δικαίου πάντες τῇ αὐτῇ γνώμῃ ἔχομεν, πρὸς δὲ τὸ συμφέρον οὐ πλέομεν. Ibidem, μὴ τῇ αὐτῇ γνώμῃ ἔχειν πρὸς τὴν πρᾶξιν πάντων. Apud Aristoph. Nub. sequente infinitiuo, ὁποτέραν τῇ γνώμῃ ἔχοι, τὴν ἐμπίδας κἀν τῷ σῷ ἀδεῖν, ἢ κἀν τοῦρρόπυγον. Apud Thucyd. sequente itidem infinitiuo, lib. 2, γνώμην ἔχοντες, οἱ μὲν, μὴ ἐκπλεῖν. vbi reddi potest, Sentientes non esse nauigandum. vel, Statuentes nō nauigare. Apud eundem scriptorem τῇ γνώμῃ ἔχειν, cum præpos. πρὸς, alium vsum habet, de quo alibi dicam: quòd in eo loquendi genere nomen γνώμη aliam significationē habeat. Quinetiam quum dicitur γνώμην ἔχειν sine adiectione, tum aliud declarat γνώμη, vt suo loco docebo. At verò οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχω, sequente aut etiam præcedente ὡς, preut interpretabimur, ita vel locū hic habebit, vel non, quod exemplis declarabo. Thucyd. lib. 7, pag. 237, meæ editionis, καὶ ταῦ ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἦλθομεν πρεσβεύσοντες, καὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμφόμενοι γεγενήμεθα, οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχετε ἐπιδὴ δὲ &c. Hic certè οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχετε, est Ita sentite, Ita existimate, In ea opinione estote. Nec malè reddetur etiam, Hoc persuasum habetote: vt olim reddidi in iis quæ adscripsi interpretationi Vallæ, in margine meæ editionis. Ibi enim totum hunc locum ita sum interpretatus, Et hoc quidem persuasum habetote, ita milites pariter & duces officio suo functos esse in iis rebus quarum causa huc veneramus, vt nullus sit vobis de iis conquerendi locus. Sic apud Xenoph. cum οὕτως, sequente ὡς cum præterito, necnon cum præsenti: Pæd. 6, pag. 93, meæ editionis, circa finem, καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τῇ γνώμῃ ὡς ἤδη πάντες ὡς κεκρατηκώς, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν τῆς πολεμίων, Bona pars exercitus in ea opinione erat vt plenam victoriam se adeptam esse crederet. Minus enim commodè hic voce sententia vtemur. Sed & simplicius ac breuius interpretari possimus, non minus recte tamen, vt opinor, Existimabat se &c. Id certè est quod Gallicè dicimus, *Il faisoit son comte d'auoir tout gangné*. Vel (vt nunc loquuntur quidam, formula dicendi vtentes magis recenti) *Il faisoit estat d'auoir tout gangné*. Philelph. quoque satis aptè reddidisse videtur, Et quamplurima exercitus pars hac erat mente, tanquam omnino iam vicisset, efféntque res hostium nihil. Neque verò prætermittendum est, subiungi à Xenophonte, ἐπὶ δὲ οὕτω διέκειτο ἦλθον οἱ Τιδοῖ &c. vbi si dicamus οὕτω διέκειτο esse idem quod οὕτως ἐχόντων τῇ γνώμῃ, vel potius hoc esse idem quod illud, quoniam ei subiungitur, alia interpretatio quærenda videri possit. Verùm vt idem vtroque loquendi genere significetur, necesse non est: sed potius dicendum, οὕτω διέκειτο, vt videlicet διέκειτο illi εἰ οὕτως ἔχοντι τῇ γνώμῃ ὡς πάντελῶς κεκρατηκότες. Est certè οὕτω διέκειτο, Sic animo affectis. Sed venio ad illud loquendi genus οὕτω γνώμῃ ἔχω, non cum præterito sed cum futuro iunctum. Thucyd. lib. 7, pag 258, meæ editionis, καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ χωρίσοντες ἤδη ξύμπαντες τῇ γνώμῃ εἶχον. In hoc certe loco aliisque huiusmodi aliam interpretationem poscit istud loquendi genus, οὕτω γνώμῃ ἔχω, quàm in præcedentibus. Valla reddidit, Ita cuncti ad discedendum terrestri itinere animum adiecerunt. Existimo autem & his modis posse reddi, De discedendo cogitabant, Discedere in animo habebant, Eamente erant vt discedere vellent, vel, discessum pararent, Eorum consilium erat discedere. Valebit autem & hic illud loquendi genus Gallicum, licet in diuersa constructione, *Ils faisoyent leur comte de se retirer*. Antequàm verò discedam ab accusatiuo γνώμῃ cum verbo ἔχω, dicam & de genitiuo γνώμης cum ἔχομαι: afferens exempla ex Thucydide. Is igitur libro 8, pag. 287, circa finem, ἀεί τε τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος, Suam sententiam retinens, In sua sententia permanens. vel, In proposito manens, seu permanens. Apud eundem scriptorem dicit Pericles, libro 1, τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, sequētē infinitiuo, μὴ ἐκεῖν Πελοποννησίοις. Et quemadmodum dicit τῆς αὐτῆς γνώμης ἔχεσθαι, sic etiam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι, sed alia significatione. nā τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι est Idem sentire cum alio:

ad verbum, Eiusdem esse sententiæ. nam & Latini hac constructione vtuntur. Vtitur autem lib. 1, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν, Et quotquot eiusdem sententiæ erāt. Sed redditur etiam, Earundē partiū erant. Pendet certè vnum ex altero. Apud eundem scriptorem legitur aliquoties γνώμην ποιοῦμαι, sequente infinitiuo. vbi γνώμην licet nemo negare possit habere sententiæ significationem, siue propositi, aut consilii, potius tamē vnico verbo illum accusatiuum vnà cum suo verbo interpretamur: videlicet Statuo, Delibero, Cogito: aut certè Statui, Decreui. Thucyd. lib. 1, καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἰ καὶ σοι δοκεῖ, θυγατέρα τῇ σῇ γήμαι, Decreui, Statui. Idem lib. 2, γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, κηρύγματί τε χρήσασθαι ὅσοι πλεῖστοι, Cogitabant, Statuebant, Deliberabant. Gallicè verbum ποιοῦμαι ad verbum reddi possit in hoc loquēdi genere, si γνώμην interpretemur deliberationem. Est enim γνώμην ἐποιοῦντο, quod dicimus, *Ils faisoyent leur deliberation*. Vsus est hoc loquendi genere eodem modo Arrianus: vt quum scripsit lib. 3, γνώμην δὲ ἐποιεῖτο Δαρεῖος, εἰ μὲν ὅτι Σούσων καὶ Βαβυλῶνος μόνοι Ἀλέξανδρος, ἀπὸ τοῦ τοῦ ἰέναι καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις. Sic & Plutar. in Themist. γνώμην ἐποιεῖτο λύειν. Quānis porro dixerim γνώμην ποιοῦμαι reddi potius vnico verbo, ex eorum numero quæ paulo antè protuli: possumus tamen & nomine vti, habente nominis γνώμη significationem. vt in illo Arriani loco, γνώμην ἐποιεῖτο πρεσβεύειν, Consilium eius erat manere, vel In animo habebat. At verò, ita ferebat sententia, est πιθανώτερον. Sed possit reddi etiam, Certum illi erat. Cæterùm quoniam in exemplis omnibus quæ attuli, γνώμην ποιοῦμαι iungitur infinitiuo, addam vnum in quo accus. plural. γνώμας cōstruitur cum præpos. πρὸς: ex eodem Thucyd. lib. 3, πρὸς δὲ τοὺς αὐτῶν γνώμας ἐποιοῦντο. vbi aliam interpretationem istud loquēdi genus postulat. Dicitur enim γνώμας ἐποιοῦντο, tanquam de iudicibus. Bud. vertit Censebant, In suffragia ibant. Sequendo autē Vallam, redderemus, Ad consilium referebant. Quidam interpr. etiam Consultabāt. Vt autem eadem opera agam de aliis loquendi generibus in quibus γνώμη de iudice aut tanquam de iudice vsurpatur: sciendū est dici γνώμην ἀποφαίνεσθαι, & γνώμην λέγειν, siue εἰπεῖν, necnon γνώμην εἰσηγεῖσθαι, item γνώμην πίθεσθαι. Apud Demosth. γνώμην ἀποφαίνεσθαι, Sententiam pronuntiare. Ex eodem Bud. γνώμην θεσθαι affert, γνώμην θεῖναι πρὸς τὸν τῶν Φωκέων ὀλεθρον. (At verò γνώμας τεθεῖναι producit ex Thucydide, pro In consilium mittere, Censendi potestatē facere. sed ego τεθεῖναι apud Thucydidem repono, & quidem ex aliis eius ipsius locis) Illud denique γνώμην λέγειν siue εἰπεῖν, (quod est ad verbum, Sententiam dicere) idem reddit Censere, necnon Autorem sententiæ esse, (sicut εἰσηγεῖσθαι γνώμην) afferens ex Plutarcho in Demetrio, pag. 287, ἀλλὰ Σπεραπολέως γνώμην εἰπόντος αὐθεκαιρεῖν τὸν μουνυχῶνα ἐψηφίσαντο καλεῖν. Venio tandem ad eum vsum quem habet γνώμη cum præpositionibus, aut etiam absque illis, vbi itidem voce Sententia, simul verò & aliis reddi potest. Dicitur aliquis à Demosthene facere quidpiam ἀπὸ γνώμης huius vel illius, quum ex sententia huius vel illius id facit, & eum autorem habet. Quidam interpr. etiam Iussu, quæ interpretatio minimè placet. At verò apud Thucydidem libro 4, pag. 143, meæ editionis, in fine, ἀφ' ἑαυτῶν γνώμης vix reddi itidem queat Ex sua sententia, propter ambiguitatem. Ita enim scribit, ξυνέπεσε δὲ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτῶν γνώμης κηρυξαι, τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησεῖον παλόπλα. Vbi Valla vertit Suopte consilio, ita hunc locum interpretans, Contigit enim vt præco Atheniensium suopte consilio denuntiaret, Quisquis vult Megarensium ad Athenienses transeat armis depositis. Fortassis reddi possit Suo ipsius impulsu, aut etiam Sua sponte. Videtur certè hic ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης esse quod Gallicè dicimus *De son propre mouuement*. In alio autem eiusdem scriptoris loco ἀπὸ ταύτης γνώμης commodius reddi posse non videtur quàm Isto consilio: nimirum libro 3, vbi scribit, ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Λακεδαιμόνιοι Ἡρακλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν καθίσαντο ἀπὸ ταύτης γνώμης. Vbi tamen Valla vertit, Hac de causa. Vt porro cum ἀπὸ, sic cum ἐκ iungitur genitiuus γνώμης: sed in diuerso loquendi genere, quū videlicet dicitur ἐκ μιᾶς γνώμης, pro Vno consensu. Demosth. Philipp. 4, ἐὰν μὴ ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνεσθε. Sed posset videri abundare ἐκ μιᾶς γνώμης post ὁμοθυμαδὸν, præsertim quum particula copulatiua non inferatur: quæ præfigi solet iis quæ velut per epexegesin ponuntur. Quidam hæc interpr. Concorditer vnóque animo: quidam simpliciter, Cōmuni consensu. Accusatiuus γνώμην iungitur frequenter cum κατὰ, itémque cum πρὸς, in cōtraria significatione. cum quibus præpositionibus habet γνώμη eum vsum quem Latinis Sententia, præfixo genitiuo Animi: qui tamen non semper præfigitur. Nam κατὰ γνώμην redditur Ex animi sententia: at πρὸς γνώμην, Cōtra animi sententiam, à Polit. in hoc loco Herodiani, lib. 6, καλοῦντων δ' αὐτὸν καὶ τοῦ θεῖσι ἰέναι μόνων, ἀφέλων μὲν ἐκ πρὸς γνώμην, ὅμως δ' ἐκ τοῦ ἐξόδου, Vocantibus illuc ire ducibus, ægre scilicet tandem contráque animi sententiam ad expeditionem se præparat. Legitur πρὸς γνώμην non rarò & apud Thuc. sed qui videtur non vna in significatione vti. nam quum dicit lib. 5, πρὸς γνώμην μὲν ἀποδεξάμενος σφίσι τὸν πόλεμον, non idem sonat πρὸς γνώμην hic in loco quod lib. 1, οἱ μὲν πρὸς δύναμιν ἐπιμαχοῦσι καὶ πρὸς γνώμην κινδυνεύσουσι. Nam πρὸς γνώμην ἀποδεξάμενοι dicitur bellum quod non habet exitum ex animi sententia, siue cuius exitus est contra opinionem à nobis conceptam: at verò πρὸς γνώμην κινδυνεύσουσι, sunt qui persentiant, ut præter consilium etiam. id est, etiam vltra id quod initum consilium suadet. Vel (vt exposui in iis quæ adscripsi margini interpretationis Vallæ) Quum ad rem ventum est, etiam maiora aliquando iis quæ deliberarint gerunt. Valla reddiderat, Maiora hominum opinione pericula subeuntibus. Alicubi autem πρὸς γνώμην apud eundem scriptorem idem propemodum esse videtur quod ἀπροσδοκήτως. Sed vt reuertar ad illud huic oppositum, κατὰ γνώμην, sciendum est, quum inseritur pronomen ἐμὴν, & dicitur κατ' ἐμὴν γνώμην, tunc id esse quod Latinis est Mea quidem sententia, vel Meo quidem iudicio. Verùm omissa interdum præpositione dicitur ἐμοὶ γνώμην, siue γνώμη ἐμή: vt γνώμην ἐμοὶ ὀξύτερον μέλλει, quod ex Aristophane affertur. Datiuus autem γνώμῃ quū iungitur particulæ μιᾷ, idem valet quod ἐκ μιᾶς γνώμης: & significat Vno consensu. Quidam interpr. etiam Vna eadémque sententia, apud Isocratem. At γνώμῃ sine adiectione, nonnunquā sonat, Consultò, De industria. Lysias, ὅσοι δὲ πόθῳ γνώμῃ ἐπράξαν, οὐδὲ μιᾷ συγγνώμης ἄξιοί εἰσι.

Γνώμη, Decretum, Senatusconsultum, B. ex Plut. Pertinet autem hæc significatio ad proximè præcedentem, qua vsurpatur pro Sententia: atque adeo sub ea tanquam generaliori includi potest. Huc referri debet & illa interpretatio loci Thuc. quam suprà ex eo attuli: videlicet, πρὸς δὲ τοὺς αὐτῶν γνώμας ἐποιοῦντο, In suffragia ibant.

Γνώμη, Consilium, Prudentia, vt idem interpr. afferens ex Demosth. τοῦτο δὴ γνώμην χρησαμένων αὐθρώπων ὅτι. (fuit quidē & suprà reddita hæc vox nomine isto Consilium: sed in ea potius significatione qua dicitur Cōsilium est hoc facere) at in v.l. γνώμη χρησαμένων apud Demosth. redditur Ratione vtentium. quum alioqui in iisdem afferatur ex Aristoph. Acharn. εἰ γνώμην ἔχεις pro εἰ φρόνιμος εἶ καὶ σωφρόνων. ibidémque ex Sophocle pro Prudentem esse. Additur tamen expositio Græca non omnino alteri illi similis. nā οὐ γνώμαν ἔχεις apud eum exponitur οὐ νοῦς, οὐ γνώσεις.

Γνώμη, Ingenium. Aristoph. διαμένει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης ἀπαπεπτωκώς. Hoc enim exemplum affert idem illius significationis.

Γνώμη, Mens, Animus. Demosth. in Philipp. δεῖ γὰρ ἀκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ ἐνπροσθεῖναι. Lysias, τοῦτα πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσιέναι, hæc mentē subibant. Quemadmodū autem accus. γνώμην, significans sententiam, seu consilium (id est quam vocamus vulgò deliberationem) iungitur verbo ἔχειν, ita etiam quum mentē significat, siue

animum. vt γνώμην ἔχειν πρὸς τινὰ εἰρήνην apud Thucyd. A
lib.5 (quod nos diceremus Auoir le cueur à la paix) Esse
animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacē. Reddi-
tur etiam Spectare ad pacem. Idem dixit lib.3, καὶ πρὸς
τοὺς Ἀθηναίους ἥσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν. vbi
Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabā-
tur, vt cum eis conuenirent. Dubito certè an reddi
possit, Minus Athenienſibus mentem adhibebant, vt
transigerent cum illis. vel, vt componerent. Affertur
ex eodem scriptore, γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmonijs. (Huc per- B
tinet & προσέχειν τὴν γνώμην: atq; adeo possit in huiusmodi locis videri ἔχειν simplex fungi officio compositi προσέχειν: nisi quod hoc datiuū potius habet) Sunt
& alii duo vsus præterea huius accusatiui γνώμην cum
verbo ἔχειν. duo, inquam, quorum exempla proferre
possum. (fieri enim alioqui potest vt plures sint duo-
bus) Vnus extat apud Demosthenem Pro cor. οὐχ ὡς
αὐθίοις οὐδὲ δίκαιος πολίτης ἔχε τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν,
οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν τοιοῦτον τῇ ψυχῇ. Vbi reddendum cen-
suerim, Non ita fuit affectus animo. Alter vsus est a- C
pud Isocratem in Trapezitico, πάντα χρὴν δέ μοι τοσούτων κακῶν πρὸς πεπωκότων, τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν; Qui
locus mihi in memoriam aliquot Natalis locos reuo-
cat, ex quibus interpretandum illud loquendi genus
lectori relinquam. Ita enim ille, Metam. lib. 5. Quid
mihi tunc animi miseræ fuit? ánne quod agnæ, Si-
qua lupos audit circum stabula alta fremētes? Idem
in alio eiusdē operis loco, Quid mihi tunc animi fuit?
aut quid debuit esse? Et in quadam epist. Quid mihi
tunc animi credis germane fuisse? Nec verò dicit so- D
lùm Quid animi, verumetiam Quem animū, (vbi ipsa
quoq; orationis forma Græcæ respondet. nam Quem
animum est τίνα γνώμην: at Quid animi, q. d. τὶ γνώμης)
ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione
iacenti Inter Sauromatas esse Getásque putas? Ad-
dam ex eodem illo scriptore, nimirum Isocrate, hunc
eundem accus. cum eodem verbo, sed longè diuersa si-
gnif. ob præpositionem πρὸς quæ ei adiungitur. Locus
est in orat. De pace, τοιαυτὶ γνώμην ἔχει πρὸς ὑμᾶς, ad
verbum, Hunc animum habuerunt erga nos. pro, Eo E
animo fuerunt in nos, videlicet ita infenso, Adeo ma-
le animati in nos fuerunt. siue, erga nos. Apud Thu-
cyd. quoque γνώμη pro animo plerisque in locis occur-
rit, necnon apud alios. Sed apud Herodianum aliquo-
ties inueni γνώμην & ψυχὴ copulata: quod apud anum
inuenire me non memini.

Γνώμη reddi Iustitia, à Polit. apud Herodianum, te-
stantur v.l. sed locum non afferunt: nec verò etiamsi
afferatur, ei possim hanc interpretationē concedere.

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim ex ge- F
nere eorum quæ ad nos instituendos conducunt. La-
tinis itidem Sententia. Ideo autē contra morē meum,
hanc significationem sententiæ non tractaui suprà vnà cū altera, quòd multa deriuata hinc manarint, quæ
inter reliquas significationes minimè miscenda (ne
ipse veluti cursus tractationis interrumperetur) sed po
tius ad calcem reiicienda existimaui. Ab Aphthonio γνώμη definitur, λόγος ἐν ἀποφάνσει καθολικῶς. ὅτι τὶ πρακτέον ἢ ἀποστέον. A Cornificio autem (si hic est
autor rhetorices ad Herennium) hoc modo, Oratio sum- G
pta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in
vita, breuiter ostendit. Denique & Fabius ita de hac
voce, Sed consuetudo iam tenuit vt mente concepta,
sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clau
sulis posita, sententias. Paucis interiectis, Antiquissi-
mæ sunt quæ propriè, quanuis omnibus idem sit no-
men, sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appel-
lant. Vtrunque autem nomen ex eo acceperunt quòd
similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua apud eum
videnda tibi relinquo, lib.8, cap 5. Quid autem de præ- H
cedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tra-
ctatu quodam quem comicorū Græcorum sententiis
præfixi: mihi illa mea definitio, licet extēporalis, non
pœnitenda videtur. Dicebant autē vereres scriptores
plerunque cum adiectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr.

ad Nicoclem, ἔπ σ' εἰπὸς ὀκλέξειε καὶ τῶν τοιητῶν ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας. addit que, illos ὅτι τοῦτας μάλιστα ἀποδέχεσθε. Æschines itidem in Ctesiph. δέομαι τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς πᾶσας ὅ. πας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ὀκμαιάζειν, εἰ ἄνδρες ὄντες αὐτοῖς χρώμεθα. id est, Ideo enim nos in pueritia sententias poetarum edisce re existimo, vt quum ad virilem ætatem peruenerimus, iis vtamur. Quo ex loco obiter & consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum genitiuum non addidit Xenoph. in suo De venatione libello, vbi in sophistas inuehitur, ὅπ τὰ ῥήματα αὐτοῖς εἰζήπαται, γνῶμας δὲ ὀρθῶς ἔχουσι, ἀφ' ἃ παιδεύοιπο οἱ νεόπροι ἐπ' ἀρετῶ, οὐδαμοῦ. Obseruanda sunt autem hæc verba quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσι. quæ an ad restringendam huius nominis significationem, tanquam alioqui latius patentem, adiecta fuerint, dubium alicui fortassis videri possit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa adici tanquam perpetuum illarum epithetum, vt ita dicam. Plut. in Homero, γνώμας & παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit. Ad deriuata venio, deriuata inquam à γνώμη significationē istam habente. Compos. NOMEN Γνωμολόγος, ου, ὁ, sonat q.d. Sententiæ proloquutor, vel sententiarum. A quo est FOEM. Γνωμολογία, ας, ἡ, Sententiarum proloquutio, siue sententiæ. Aut etiā, Sententia quam aliquis loquitur. Plutar. καὶ πολλὰ μεθηρμηνεύθμα κοῦ λέξιν ἐν τῆς ἀποφθέγμασιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίας πέπαιλμ. Idē in Polit. præceptis, δέχεται ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας καὶ ἱστορίας καὶ μυθοις καὶ μεταφορᾶς. Quidam annot. esse verbum sophistarum Platoni in Phædro. In v.l. Γνωμολογία redditur Dictio sententiæ, item Collectio sententiarum, D
& Dicendi acrimonia. Quarum significationū exem-
pla desidero. Apud Suidam quidem certè γνωμολογία
de libro dicitur γνώμας comprehendente. nam de Theo-
gnide inter alia scribit, καὶ πρὸς Κύρνον πὲν αὐτοῦ ἐρώιθφον γνωμολογίαν [ἔγραψε] δι' ἐλεγείων. Bud. vertit, Librū sententiis confertum & coagmentatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας, quo magis mirū est addi γνωμολογίαν. HINC Γνωμολογικός, οῦ, ὁ, Gnomologiæ conueniens, seu Ad gnomologiā pertinens. Quoniam autem γνωμολογία redditur interdum Sententia, sicut γνώμη, quidam γνωμολογικὸς interpr. Sententio- E
sus. In Thucyd. vita legimus, τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετόν. vbi dicere possumus τὸ γνωμολογικὸν nihil aliud esse quàm αἱ γνωμολογίαι: & hoc non aliud quàm γνῶμαι. Nisi quis malit τὸ γνωμολογικὸν intelligere rationem & methodū qua vtitur in vtendo γνώμαις, seu in adhibendis orationi γνώμαις. Apud Demetr. Phalereum autem γνωμολογικὸν est cōueniens gnomologiæ, seu conueniens γνώμαις, siue sententiis: eodem modo quo ἀποφθεγματικόν, Conueniens apophthegmatis: vbi scribit, ἐστὶ δὲ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης καὶ γνωμολογικόν. ADVERB. Γνωμολογικῶς, Sententiosè. Suid. γνωμοτυπικῶς exponit per hoc γνωμολογικῶς. Addendum his & VERBVM Γνωμολογέω ῶ, Sentiam eloquor, seu sententias. vel, Sententias loquor, vt Terent. Vtitur Plut. in lib. De fraterna charitate, πῶς δ' αὖ ὁ Ἀτρεὺς εἰ τοιαῦτα δεῖπνί πω τὸν ἀδελφόν, ἐγ ωμολόγεῖ τοῖς παῖδας; Extat & apud Athen. lib. 10 ἐν οὐτὶς φαίνεται ἡ αὐτοῦ λαιμαργία, μετὰ τοῦ μηδὲ ἐν δέον τὰ τῆς γαστρὸς γ ωμολογεῖν, sententiosè loqui de ventre. Inuenitur item apud Diog. Laertium, in Epicharmo, οὗτος ὑπομνήματα κατέλιπεν ἐν οἷς γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, διαλογεῖ. A cōposito Γνωμολόγος transeo ad simplex NOMEN Γνωμικός: quod fortassis aliquis huic præfigi maluisset: nec ego quin hoc fiat valde repugnarim. Est autem Γνωμικός, Pertinēs ad γνώμας, id est sententias, Conueniens sententiis, vel Sententiosus. veluti si dicam alicuius orationem esse γνωμικήν. In v.l. γνωμικὴ περίοδος, Sentētiosa periodus, & arguta sententiis: sed absq; autoris nomine. Donatus in illud Terentianū dictum, Andriæ Act. 3, scena 3, Amantium iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia γνωμική, in qua à specie receditur, & in omnes aliquid dicitur. παροιμία est autē sine autore sententia. Hæc ille. Ab Eustathio τὸ γνωμικὸν substantiuè vsurpa-

tur pro γνώμη: cum alibi, tum cōm. in librum α. hunc A
enim in versum, Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅπ χώπηαι αἰδοῖ χέρηϊ, annotat primū hîc esse Γνωμικὸν apud hunc poetam. (Sed γνωμικὸν ab alia etiam nominis γνώμη significatione sumptum, vsurpat Damascenus, quum γνωμικὸν θέλημα vocat τὸ θελητὸν, Quod constituimus, Propositum, quod διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος) Apud eundem Eustath. legitur ADVERB. Γνωμικῶς: vbi scribit, ὁ δὲ Νέστωρ, εἰπὼν ὅπ μάλα μοῦπι ἐχῶν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς οὕτως εἶ), ἐπαχῆ γνωμικῶς τὸ, Ἀλλ' οὕπως ἅμα πάντα θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποισι. Vtitur & Plut. in Homero, πάν- B
των ποιητῶν καὶ φιλοσόφων γνωμικῶς πινὰ ἀποφαίνεσθαι ὁπηνδευσάντων. Vtrobiq; γνωμικῶς reddi potest Sētentiosè. Cæterùm pro illo γνωμολογῶ, verbo composito, inuenitur & simplex VERBVM Γνωματοῦω. quo tamen an vsi sint veteres, mihi dubium est: apud illum quidem certè grammaticum aliquoties occurrit. vt cōm. in lib. γ. p. 388. ἔνθα καὶ γνωματοῦσι ὁ βασιλεὺς οὕτως, Αἰεὶ δ' ὁπλπέων αἰδρῶν φρένες ἠερέθονται. id est, Sententiam eloquitur, seu loquitur, Sententiosum dictum profert. Apud eundem habetur & huius VERBALE Γνωμάτευμα, in illo ipso loco vnde attuli paulo antè vocem γνωμικόν. Postquam enim dixit, πρῶτόν ὅτιν ὧδε γνωμικὸν ὥρᾳ τῷ ποιητῇ, καὶ κατὰ τὸν εἰπόντα ὑφεστικῶς γνώμη σοφή: subiungit, ἤγουν γνωμάτευμα καθολικὸν πρὸς βιωτικοῦ πνος πρᾶγματος. Vbi γνωμάτευμα nihil aliud est quàm Dictum sententiosum. perinde acsi à γνωμολογέω formaretur γνωμολόγημα. Verùm sciendum est, verbū hoc γνωματεύω aliam quoque significationem habere: nimirum Dignosco, Iudico: vt interpr. Bud. afferens ex Philostrato in vita Apollonii, lib. 2, D
πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων νοῦν ἑρμηνεύουσι, πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τι καὶ θεωρεῖν. Inuenitur etiam apud Synesium, necnon apud Themistium. At in v.l. γνωματεύω redditur Discerno, Cōsilium capio: sine vllo exemplo, aut autore.

C. Γνωμοδοτέω, ῶ, Sententiam do, Consilium do. γνώμην δίδωμι, Suid.

C. Γνωμολογέω, ῶ, vide in Γνώμη significante sententiam, id est sententiosum dictum.

C. Γνωμοτύπος, ου, ὁ, q.d. Sententiarum excusor. Sic enim ad E
verbum reddi posse existimo, quum simile sit τῷ χαλκοτύπος, atque aliis huius generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In v.l. redditur Sententiarum effictor. Inuenitur apud Aristoph. hoc vocabulum: eúmque eius inuentorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem. in Ranis, Διὸς ἐνθέα παρθένοι ἀγναὶ Μοῦσαι, λεπτολόγους Ξωκρατικὰς φρένας αἳ καθορᾶτε Ἀνδρῶν γνωμοτύπων. Vbi scholiast. γνωμοτύπων esse vult τῶν παρ' οἰκείας γνώμας δίχα τῶν λόγων τυποῦντων. vel, τῶν τύποις αὐτοῖς τοῖς ὕστερον καταλιμπανόντων. vel, τῶν ταῖς γνώμαις ἀμήλους τυπόν- F
των. Apud eundem comicum in Nubibus legimus γνωμοτύπους μελέμας: vbi scribit, Τοῖς πρεσβεῖοισι λόγοισι, καὶ φρονπίσι καὶ Γνωμοτύποις μελέμαις. vbi quis γνωμοτύπους interpretari fortasse possit Cum consilio excusas, seu fabricatas: vel cum prudentia. V.l. interpr. Animo impressas cogitationes. HINC EST Γνωμοτυπικός, ῆ, ὁ, quod in iisdem redditur Qui animo sententias imprimit, Facilè formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus autor producitur. Videtur certè γνωμοτυπικὸς esse Qualis est τῶν γνωμοτύπων. vt si dicas λό- G
γοι γνωμοτυπικοὶ, Sermones tales quales sunt οἱ τῶν γνωμοτύπων, vel Conuenientes ἀνδράσι γνωμοτύποις, vt quidem vocat Aristoph. in loco quem modò protuli. Apud Suidam legitur ADVERB. Γνωμοτυπικῶς, & quidē expositū γνωμολογικῶς, de quo dictum fuit suprà.

C. Ἀγνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Mente carens, Consilio carens, Iudicio carens, Stolidus, apud Herodotum (sicut ἀγνωμοσύνη eidem est Stoliditas) Apud Plut. Turn. interpr. Amens, in hoc loco libri De defectu orac. ἡ μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἀγνώμων καὶ ἄλογος, καὶ μηδαμῆ πεσπε- H
μένη θεόν, Quo fit vt infinitas modis omnibus amēs sit, & inconsiderata. Hesychius ἀγνώμονας inter cætera significare vult ἀβούλους, id est consilii expertes, & ἀμαθεῖς, id est sensu carentes. Quo vsurpauit modo Æschines contra Ctesiphontē, ligna, lapides, ferrū, appellans muta & ἀγνώμονα. Vt autem ἀπάθεια πος etiam de homine dicitur, stolidū & stupidum significās: ita & ἀγνώμων apud Herodotum, vti dixi. Aliquando ἀγνώμων dicitur Imperitus rerum. in qua significatione opponitur ei πολυγνώμων apud Platonem in Symposio, πολυγνώμονες εἶ δόξοιεν, ἀγνώμονες ὡς ὄντι τὸ πλῆθος ὄντες. Demosthenes autem ἀγνώμονα & ἄπειρον copulauit, aduersus Phil. orat. 4. Iulius Pollux τῷ ἀνεπιστήμονι (id est imperito) proximum synonymum addit ἀγνώμων.

Ἀγνώμων, Improbus, Iniquus. vt ἀγνώμων κριτής, Iniquus iudex: apud Xenophontem, ἀγνώμονι κριτῇ πρέπτυχεῖν. Dicitur autem hac in significatione non solùm de persona, sed etiam de re. vnde ἀγνώμονα ποιεῖν, cui opponitur ἀγνώμονα ποιεῖν, apud Athenæū. Cæterùm nō absque ratione, meo quidē iudicio, ἀγνώμων, quum propriè & iuxta suum etymum, mentis vel iudicii expertem hominem imperitúmque significet, pro improbo & iniquo etiam capitur. quia verè dixit ille apud comicum, Homine imperito nunquā quicquam iniustius. Idem Xenophon ἀγνώμων cum ὠμός (id est crudelis) coniungit, Pæd. 4, λέγεται ὠμὸς εἶ καὶ ἀγνώμων. Huic autem significationi vicina est illa qua pro ἀσύγγνωστος ponitur, id est ἀσυγγνώμων, Qui veniam non dat, & per consequens inclemens. sic autem exponitur in loco Sophoclis quem mox proferā. Idem Xen. ἀχαριστότερα & ἀγνωμονέστερα copulat, de animalibus loquens, Pæd. 8. significat autem ἀχάριστος ingratum, id est beneficii immemorem.

Ἀγνώμων, Non agnoscens debitum, Inficians debitum, vel Inficiator debiti. Pollux. vide Ἀγνωμονεῖν.

Ἀγνώμων, Qui est eiusdem sententiæ. Nam ἀγνώμονες ab Hesychio explicatur etiā σύμφωνοι. Tunc autem α intellexit (vt opinor) denotare ὁμοῦ: vt ἀγνώμων idē valeat quod ὁμογνώμων. Idem planè oppositū dat huic voci significationem, ἀγνώμονες exponens ἀναπογνώμονες. id est, contrariam sententiam habentes. Quæ explicatio habetur & apud Suidam, qui eam tribuit huic Sophoclis loco, qui est ex Col. Œdipo, Φοίζῳ τε κἀμοὶ μὴ γένοιτ' ἀγνώμονες. Sed & altera expositio coniungitur & ab illo, & ab Hesychio, & ab ipso Sophoclis scholiaste. ea est ἀσύγγνωστοι: quod vocabulum modò exposui. Quomodo autem ἀγνώμονες exponendo ἀναπογνώμονες, possit α significare ἀναπόν, alii viderint. mihi certè violenta videtur huiusmodi explicatio.

Ἀγνώμων, à γνώμων, (quæ vox inter cætera dentem ætatis indicē in equis significat) præfixo α priuatiuo. vnde ἀγνώμονες equi dicūtur siue λειπογνώμονες, qui dentes amiserunt ætatis indices, & per consequēs annosi. Iul Pollux. Suidas. Vide Γνώμων.

Ἀγνωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀγνώμων. Vsurpatur præsertim in genere neutro, & substatiuè, pro Res iniqua & iniusta. Lucianus, ἀγνωμον γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾷν. Sic τὸ ἄγνωμον ποιήσας, Rem iniquam facies, Præter æquum & bonum facies. Nonnunquam ἄγνωμόν ὅτι dicitur pro Stultum est. Sic & Hesychius ἀγνωμον explicat αἴνητον, ἀλόγιστον.

Ἀγνωμόνως, Sine cōsilio, Sine iudicio, Stultè, ἀνοήτως, Hes. & Suidas. Sed hic exponit etiā ἀχαρίστως, id est Ingratè. Pro Stultè vsurpat Demosth. Olynth. 2, εἶπα οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε &c. Sic Xen. ἑλλ. 6, δίκαιοι ἀγνωμόνως πρεσβεύετε. Aliquando etiā Iniquè sonat: vnde ἀγνωμονέστερον, iniquius. vt, ἀγνωμονέστερον αὐτῷ πρεσφέρομαι, Iniquius erga eum me gero, Minus æquus sum erga illum.

Ἀγνωμόνως, Non agnoscendo debitum, Inficiando debitum. Pollux. vide Ἀγνωμονεῖν.

Ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ, q.d. Consilii carentia. Pro quo dici fortasse possit Mens consilii expers, ex Horatio. A Bud. redditur Stoliditas, in isto Herodoti loco, in Melpom. pag. 159, meæ editionis, οἱ δὲ Γέται, πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν. Item pro ἀνεπιστημοσύνη, id est imperitia, vt vult Pollux: sicut eum τῷ ἀνεπιστήμονι proximū synonymum addere ἀγνώμων dictum est.

Ἀγνωμοσύνη, Improbitas, Iniquitas. Dem. Pro corona, πολλαχόθεν μὲν οὖν εἶναι αὐτὸς ἰδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν, οὐχ ἥκιστα &c. id est improbitatem, Bud.

interprete. Apud eundem ibidem, τύχης ἀγνωμοσύνη, fortunæ iniquitas.

Ἀγνωμοσύνη, mihi videtur aliquando poni pro ipso facto quod ἐξ ἀγνωμοσύνης prouenit: vt sit Factum improbum & iniquum, aut Factum stultum, Quod stultè, sine ratione & iudicio fit. Aristid. Panathenaico, ὥστε δίκης δὲ ἕτερον ἀγωνοσύνην ἐπ μείζονα. Vnde & ἀγνωμοσυνᾶ plurali numero apud Plutarchum in Pericle, ἀγνωμόνως facta. quum dicit, δύνασθαι φέρειν δήμων καὶ συναρχόντων ἀγνωμοσυνᾶς. vbi fortasse Indignitates pati, vertere possimus ex Liuio. nam Indignitates pati, so nat apud eum, vt opinor, Indignè facta. Latinis autem indignè facta dicuntur nonnunquam, Præter ius & æquum, seu, Improbè & iniquè facta.

Ἀγνωμοσύνη, Inficiatio debiti. Pollux. vide paulo post in vltima significatione verbi Ἀγνωμονέω.

Ἀγνωμονέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα. Ignoranter & imperitè ago, Imperitè versor in re aliqua. Pollux.

Ἀγνωμονεῖν, Iniquè & improbè agere, inquit Budæus, citans hunc Plutarchi locum in Camillo, ἢν δὲ Κελτῶν περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων.

Ἀγνωμονεῖν significat etiã ἀχαριστεῖν, inquit Budæus: sed exemplum nullum proferens. Videntur autem exempla huius significationis apud Demosthenẽ esse. vt Pro corona, περὶ ὧν ἠγνωμονήκεσαν ἐς ἡμᾶς. Hic cum præpositione εἰς. at cum πρὸς in alio eiusdem orationis loco, ἡνίκα οὐδὲν ἀγνωμονήσαι π θαυμαστὸν ἐν τοῖς πολλοῖς πρὸς ἐμέ. His enim in locis nullam aptiorem quàm τὸ ἀχαριστεῖν significationem reperio.

Ἀγνωμονεῖν habet & aliam significationem, quam Bud. annotat in Gr. ling. Commentariis. ait enim Ἀγνωμονεῖν esse Fidem bonam agnoscere, Esse bonæ fidei: de debitore videlicet dictum. contrà Ἀγνωμονεῖν esse inficiatoris, quod & ἀπονυσᾶν dicitur & ἀποστερεῖν. Libanius, οὐδὲ γὰρ αὖ τοῦτο ὁμολογῶν ἠγνωμόνει πρὸς, πῶς ἔκτισον. Hæc ille. Notandum est autem hic apud Libanium, ἀγνωμονεῖν absolutè non poni, vt illic apud Plutarchum Ἀγνωμονεῖν. Nec ἀγνωμονεῖν inficiari debitum significare per se, sed cum adiuncto πρὸς πῶς ἔκτισον. vt hoc totum, ἀγνωμονεῖν πρὸς πῶς ἔκτισον, sit Non agnoscere debitum. ad verbum, Iniquè agere circa solutionem. Videtur tamen Iul. Pollux intellexisse ἀγνωμονεῖν per se id significare. qui ἀγνωμονήσας, ἀποστερήσας, item ἀποστέρησις, ἀγνωμοσύνη coniungit, eandem significationem tribuens nomini ἀγνώμων, & aduerbio ἀγνωμόνως. Vide ἀγνωμονεῖν & ἀγνωμονεῖσθαι in significatione hinc accepta, in Cõst. Nou. Iustiniani, pag. 65 meæ editionis.

PASS. Ἀγνωμονοῦμαι, Iniqua patior, interpr. Bud. in hoc Plutar. loco in Antonio, ἰσχυρὰ μεταποιοῦμαι καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁμολογήσης τοῖς ἀγνωμονηθεῖσι. Significare dicit & ἀχαριστοῦμαι.

C. Ἀντιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui contrariæ est sententiæ, seu opinionis. Vnde VERB. Ἀντιγνωμονέω, ῶ, Contrariæ sum sententiæ, Contraria sentio, Dissentio, Refragor, apud Xenoph. Illud autem nomen Ἀντιγνώμων nullius autoritate confirmatur. Ex Hesychio addere ei possumus SYNON. Ἐναντιογνώμων. Is enim Ἀγνώμονες exp. ἄβουλοι, item ἀσύγγνωστοι, & ἀναντιογνώμονες. Cui opponitur apud eundem σύμψηφοι, ibidem addit enim, αἰνάθητοι, σύμψηφοι.

C. Ἀπογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, vide post Γνώμων, vbi & Λεπογνώμων. Dictum autẽ fuit & Ἀγνώμων pro illo Ἀπογνώμων.

C. Αὐτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, q. d. Qui suæ est sententiæ. id est qui suam duntaxat sententiam sequitur. Bud. αὐτογνώμων vertit, Qui ex sui animi sentẽtia iudicat, vel ex sua conscientia. Affertque ex Aristot. Polit. 2, ἔτι δὲ καὶ πῶς κρίσεων εἰσὶ μεγάλων κύριοι οἱ τύχοντες· διόπερ οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ γράμματα καὶ τοῖς νόμοις. Sed quum hic addatur verbum κρίνειν, dicere non possumus αὐτογνώμονας per se significare, Qui ex sui animi sententia iudicant. Ego αὐτογνώμονας κρίνειν satis aptè reddi posse existimem, In iudicando sententiam suam sequi, seu in ferendo iudicio. vel, In iudicando ex sua duntaxat opinione pendere. vel, Ex sua vnius sententia iudicium ferre. Subiungit autem ex eodem libro, τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἀρχὰ, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ὀλισθαλές.

Cui loco vna ex præcedentibus interpretationibus accommodari queat, aut certè ad exemplum alicuius earum excogitari. Hinc & VERB. Αὐτογνωμονέω, ῶ, quod ille interpr. Ex mei animi sensu & meo arbitratu, non de consilii sententia, facio, vel iudico & decerno: αὐτοβούλως διαγινώσκω. Xenophon Hellen. libro 7, in Thebanorum oratione, οὗτοι δὲ τοσοῦτον πλείστοι ἀνθρώποις ὑπερβεβλήκασι τόλμῃ τε καὶ μαχείᾳ, ὥστε παρ' αὐτοὺς τε τοὺς ἀρχαῖς καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς τοῖς κυρίοις οὐστινας δεῖ ἀποθνήσκειν καὶ οὐστινας μὴ, αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα.

C. Διχογνώμων, ονος, ὁ & ἡ. Cuius diuersa est sententia, Cuius sententia dissidet ab aliis sententia. In v. l. redditur, Ancipiti tractus sententia. Hinc VERB. Διχογνωμονέω, ῶ, Dissentio, Dissideo. B. ex Xenoph. καὶ διχογνωμονοῦντες ἀναντιοῦται. Illa autem interpr. (sequendo interpretationem quam dant nomini Διχογνώμων) Duplici sententia distrahor, Dissentio animo.

C. Ἐναντιογνώμων, vide in Ἀντιγνώμων.

C. Εὐγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Æquus & bonus vir, Vir probæ mente præditus. Est enim Εὐγνώμων (inquit Æschines) ὁ τὰ βέλτιστα περαιτέρω. Hæc Bud. qui etiam subiungit ex Aristotele, Ethic. lib. 6, καὶ ἡ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας, καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τὸ ἐπιεικοῖς ὅτι κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ. τὸ καὶ ὁπιεικῆ, φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν· καὶ ὁπιεικές, τὸ ἔχειν πρὸς ἕνια συγγνώμην. Quo in loco vnus ex recentioribus interpretibus vertit ἀγνώμονας, In sententia dicenda moderatos: alter, Bene sentiẽtes. (Atq; vt obiter & NOMINIS Γνώμη vsus hicquoq; obseruetur, pro ἕξεις γνώμην hic habet Sententia præditi: ille, Sententia dicenda valere) at verò nomini ὁπιεικὴς eam interpretationem dat vnus quam Bud. voci Εὐγνώμων. itidem enim reddit æquum & bonum virum. Prior autem ille interpres vertit virum bonum & moderatum. Ego quidem certè alicubi cum Budæo verterem Εὐγνώμων Æquus & bonus vir. (quanuis & alia interpretatio posse afferri videatur, paulo aptior, de qua mox dicam) sed hoc in loco videtur ista interpretatio reseruanda fuisse nomini ὁπιεικὴς, præsertim quũ vocem illam Εὐγνώμων examinet Aristoteles subtilius, & ad ipsum etymum reuocet. Cui tamen in eo minimè assentior, quòd ex nominibus συγγνώμη & συγγνωμονικὸς probare vult quæ dicit. Neque enim eadem est illius quæ horum ratio: quum hæc verbi συγγινώσκω naturam (vt ita dicam) accipiant, ceu verbalia. Sed hoc more suo facit Aristot. vt in examinanda vi vocabulorum grammaticam analogiam parum curet. Verùm vt hoc sermone omisso, tandem & meam de interpretatione nominis Εὐγνώμων sententiam proferam, existimo Εὐγνώμων melius posse reddi Æquus rerum æstimator, Qui ex æquo & bono res æstimat. Ita enim interpretando habeo nominis etiam γνώμη hoc composito inclusi rationem: & quidem significationem ei tribuendo illam quam & Aristoteles, quum κρίσιν ὀρθὴν esse dicit. Sed à Bud. in Lex. Εὐγνώμων redditur etiam Qui fidem bonam agnoscit, item Candidus. quod tamen aliis potius vocibus Græcis exprimi puto. Xen. τοῖς εὐγνώμονας opposuisse videtur τοῖς φιλαυτίοις, quum scripsit, χρὴ πειρᾶσθαι τοῖς τε φιλαυτίοις φθόνον καὶ τοῖς εὐγνώμονας διώκειν. In v. l. ex Plut. in Numa, Εὐγνώμων λόγος, Haud absurda ratio. Cæterùm non tantùm de persona dicitur Εὐγνώμων, verumetiam de re. Athen. lib. 12, ὁ δὲ Ἄνυτος παίν ἐλθυθερίως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν ὡς ἀγνώμονα εἴη πεποιηκὼς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' εὐγνώμονα. ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίσεα κατέλιπεν. (vbi videri possit deesse particula γὰρ post ἔχων. nisi quis malit καὶ γὰρ ἔχων &c. Quinetiam articulus ὃς cõmodè præfigeretur participio ἔχων) Quòd si ἀγνώμονα hîc reddas Iniqua siue rem iniquam, ne cesse fuerit Εὐγνώμονα vicissim interpretari Æqua, siue rem æquam. Sed quomodo dicitur æquum facere qui aufert quæ sua non sunt, etiamsi dimidiam duntaxat partem auferat eorum quæ auferre potuit? In nostro autem sermone Gallico vocem habemus exprimendæ significationi huius vocis valde accõmodatam: videlicet Raison: qua vtrobique aptissimè vti possumus. Eo-

dem enim modo siquis de quopiã querens quòd abstulerit quæ sua non essent, dicat, ἀγνώμονα πεποίηκε, Il a fait contre droit & raison: respõdebitur cõtrà, ab eo qui iocari volet, Mais au contraire il s'est mis à raison: car ayant la puissance de prendre tout, il n'a pris que la moitié. Hoc autẽ loquẽdi genus Se mettre à raison, est potius Ex æquo & bono agere, quàm Æqua agere. Hinc ADVERB. Εὐγνωμόνως, Ita vt æquus rerum sis æstimator, Ita vt æquum & bonum virũ te præbeas, Ita vt ex æquo & bono agas. Has enim periphrases ad bene exprimendam vim huius aduerbii necessarias esse puto. Redditur alioqui & aliis modis. Nã Bud. bona fide aliquid facere, ait esse Εὐγνωμόνως πράττειν καὶ ὁπιεικῶς. Idémque in Lex. Εὐγνωμονέστερον vertit Modestius: in isto Luciani loco, ἐπὶ δὲ οὐδὲν εἶχον ἀληθὲς ἰσχυρεῖν, ὅθεν τὸ ψεῦδος ἐπραπόμην, πολλῷ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερον. κἂν ἐν γάρ τι ἀληθεύων λέγω, ὅτι ἡδόμαι, Multo modestius quàm alii. nam hoc saltem verè dico, quòd mentior. Is certè Εὐγνωμονέστερον quàm alii facit aliquid, qui se de raisonne moins. (sicut paulo antè ostendi vocabulum raison interpretationi nominis Εὐγνώμων optimè conuenire) At Modestius non video quomodo exprimendæ huic rei aptum esse possit: censeremq; potius eum Εὐγνωμονέστερον facere aliquid à Græcis dici quem Latini dicerent maiorem rationem habere eius quod ius & æquum postulat. Atque hæc à me lector habeat, dum meliora aut à meipso aut ab alio proferantur. Aliam apud Lucianum significationem habet istud aduerb. vbi dicit φέρειν εὐγνωμόνως. Tale enim esse videtur quale Latinis Æquo animo ferre. Locus est in dialogo Alex. Annib. & Scipionis, καὶ ἰδιώτου ἐμοῦ παρέχον, καὶ καταδικασθεὶς ἐνέγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. Dicam autẽ de hac significatione & in verbo Εὐγνωμονεῖν. Nunc de NOMINE Εὐγνωμοσύνη. quod est Æquitas animi & probitas, Bona mens, ltẽ, Virtus ea quæ beneficium & fidem bonam agnoscit, vt Bud. reddit. Quidam interpr. etiã Æquanimitas, & Candor. (Vtitur Æschines in Ctesiphontem) At VERBVM Εὐγνωμονεῖν idem interpr. Fidem bonam agnosco: hoc in loco Plutar. in Consol. ad Apoll. οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται (καθάπερ εἰώθασιν λέγειν πολλάκις) ἀπαιτούμενοι τὰ ἤμισα, δυσχεραίνουσιν ὅτι τῇ ἀποδόσει, ἐὰν γὰρ εὐγνωμονῶσι, Siquidem fidem bonam agnoscant, Si sint bonæ fidei debitores. (Ego Εὐγνωμονεῖν esse puto aut idem aut proximum ei quod Latini dicunt Ex æquo & bono agere: licet in illo Plutar. loco interpretationem illam non improbem. Inuenitur autem apud eundem scriptorem in lib. De Socr. dæmonio, οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν αὖθις δήπου καὶ πυρὸς ὑποτιγρούμενον τὸ νόσημα παύσειν, εὐγνωμονοῖς αὖ, οἶμαι, πέμψειν ἢ ἀποκαίειν βιαζόμενος. vbi οὐδὲ γὰρ εὐγνωμονοῖς putem reddi posse, Haud æquum facias, vel faceres: aut etiam, rem minimè rationi consentaneã. Sensus enim hic est illius loci, Neque enim æquum faceres, opinor, si medicum qui absque ferro & igni sanaturum se morbum polliceretur, secare aut vrere cogeres) Idem interpr. etiam Æquo animo esse, necnon Tolerare: sed exemplum nullum affert. Posset alioqui referri hæc significatio ad illud Εὐγνωμόνως φέρειν, de quo paulo antè dictum est: aut certè illud huc referri.

Εὔγνωμον autem in neutro genere, (sicut ἄγνωμον habuisti suprà) Plut. De def. orac. ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν πρὸς μὴ παρόντας, οὐκ εὔγνωμον φαίνεται. quæ Turn. vertit, Sed in absentes declamare, animi fortasse non ingenui nec æqui esse videatur.

C. Ἰδιογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui sibi propriam & peculiarem sententiam habet. Bud. quum de hoc composito nihil aliud dixisset, quàm esse fere idem quod αὐτογνώμων, aliquanto pòst apud Aristot. ἰδιογνώμονες vertit, Qui ex suo arbitratu priuatóque sensu statuunt. Locus autem est hic, Ethic. 7, cap. 9, εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες, οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι. Vbi ἰδιογνώμονες vnus ex recentioribus interpret. vertit, Qui præcipuas quasdam sibi sententias in animũ induxerunt: alter, Qui suas quasdam habent sibi opiniones ac sententias. Quæ interpretatio magis mihi placet quàm altera, propter vocem præcipuas: quippe quæ nominis illius significationem restringere videatur. Vide compos. Ἰσχυρογνώμων quod proximè sequitur.

C. Ἰσχυρογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Obfirmatus in sua sententia, siue pertinax. Bud. tamen propositum dicere maluit quàm sententiam: interpretans, Peruicax, tenáxque propositi. Sed in loco Aristot. ἰσχυρογνώμονες reddit simpliciter Peruicaces. Quidam interpr. Pertinaces. Dixerat autem Aristot. paulo ante locum in Ἰδιογνώμων allatum, εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ. εἰσὶ δ' οἷς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, ὅθ' δυσπείσοι καὶ οὐκ ἀμεταπείστοι.

HINC EST Ἰσχυρογνωμοσύνη, Pertinacia seu peruicacia in sua sententia. A Bud. redditur Propositum tenax & validum. nam hæc Iosephi, παρέχεται δὲ καὶ τεκμήρια τῆς τοῦ Ἰουδαίου ἰσχυρογνωμοσύνης πρὸς τὸν νόμον Ἑκαταῖος, vertit, Propositi tenacis & validi circa legem obseruandam.

C. Λεπτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cuius subtilis est sententia: In v. l. Subtilis, Acer, Argutus. Puto extare hoc compositum apud Aristoph.

C. Μαλακογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui molli est mente seu animo, id est miti. Vtitur Æschylus, & quidem in Prom. si bene memini.

C. Μεγαλογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui magno est animo, Qui animo seu mente res magnas cõcipit. Redditur etiam Qui est animo excelso. In v. l. ex Xen. in fine Œcon. affertur μεγαλογνώμονες ἄρχοντες, de iis qui ingeniosi & prudentes sunt. Sed non satis attentè considerata fuerunt illius verba: qui quum dixisset, ἀλλ' οἱ αὖ [ἄρχοντες] δύνωνται ἐμπιπτοῦσι πῆς φραπώτας ἀκολουθητέον εἶναι καὶ πυρὸς καὶ δόξαν παντὸς καὶ δύνου, τοῦτοις δὴ δικαίως αὖτης καὶ λοιπὴ μεγαλογνώμονας: subiunxit, paucis interiectis, καὶ μέγας τοῦνομ ὅπερ αὖτε ὃς αὖ μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ. Nam hic μέγας ponitur pro illo μεγαλογνώμων: ad vitandam enim huius compositi μεγαλογνώμων repetitionem, hoc simplici vtitur. Id autem ex eo apparet quòd dicat μεγάλα τῇ γνώμῃ διαπράξασθαι. Nisi fortè quis dicere malit quem μεγαλογνώμονα vocasset, voluisse vocare absolutè μέγαν, perinde ac si diceret, eũ demũ esse μέγαν qui esset μεγαλογνώμων. Verùm vtrolibet modo se res habeat, μεγαλογνώμονα non poterimus dicere vocari ab illo eum simpliciter qui sit ingeniosus & prudens, sed qui ingenio suo seu prudentia ad res magnas gerendas vtatur: si tamẽ γνώμην ita hîc interpretari debemus.

Μεγαλογνώμων, Qui grandibus sententiis vtitur, vtquidem interpretatur Budæus, afferens Philostrati locum in epistola ad Iuliam Augustam (hæc enim reponenda pro Iulium Augustum) vbi de Gorgia loquens, scribit, Κεῖται δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοῶν τὸ μεγαλόγνωμον καὶ πῶς ὀφρῶ πορ' αὐτῷ κεκλημένον μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν, ὑπ' ἀγλωσσίας, ὁ δ' αὖ, ὑπὸ ῥώμης. Verùm hoc exemplum non vsquequaque conuenit: quum non dicatur hic à Philostrato aliquis μεγαλογνώμων, sed substantiuè τὸ μεγαλόγνωμον, pro ἡ μεγαλογνωμοσύνη, id est Granditas sententiarum. vt Cic. dixit granditatem verborum. Obseruandus est porro iste vsus nominis γνώμη in hoc composito, qui haud facilè in aliis reperiatur.

Μεγαλογνωμοσύνη, ης, ἡ, Magnitudo animi, Magnus animus. Aut certè, Animus magna cogitans, siue gerendis rebus magnis deditus: respiciendo ad ea quæ Xenophõ de voce μεγαλογνώμων tradit. Alioqui eadem prorsus interpretatio videri possit huic nomini μεγαλογνωμοσύνη conuenire quæ & τῷ μεγαλόνοια: sicut τῷ μεγαλογνώμων eadem quæ τῷ μεγαλόνους.

C. Ὁμογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui eiusdem est sententiæ. Vnde VERB. Ὁμογνωμονέω, ῶ, Eiusdem sum sententiæ, Idem sentio, Consentio, Assentior. Nec dicitur solùm ὁμογνωμονῶ σοι, sed interdum & cum accusatiuo: vt ὁμογνωμονῶ σοι καὶ τοῦτο apud Xenoph. Hoc quoque tibi assentior: vel potius, de hoc quoque. Alioqui dicitur etiam ὁμογνωμονῶ σοι περὶ τούτου. vt legimus apud Aristot. Ethic. lib. 9, οὐδὲ τοῖς περὶ ὁπουσοῦ ὁμογνωμονοῦσι ὁμονοεῖν φασὶν ἢ, τοῖς περὶ τῷ οὐρανίῳ. οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν. (vbi obiter obserua etiam, licet VERB. Ὁμονοεῖν interdum ponatur pro ὁμογνωμονεῖν, vt hîc,

ἀδὲ τύπων ὁμογνοεῖν: propriè tamen latius patere: vt patet etiam ex proximè sequentibus, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὁμογνοεῖν φασιν, ὅπου καὶ τοὺς συμφερόντων ὁμογνωμονοῦσι, καὶ τὰ αὐτὰ πρεσβεύουσι, καὶ φρονοῦσι, τὰ κοινὰ δοξάζοντα. At verò ὁμογνωμονεῖν ἑαυτῷ dicitur aliquis ab eodem pro Constare sibi: cui opponitur is qui secum dissidet ipse, vt loquitur Flaccus. id est ἑαυτῷ διαφέρεται. Cic. quoque dicit A seipso dissidere, secúmque discordare. Locus Aristot. est Ethic. 9, ἔοικε γὰρ (καθάπερ εἴρηται) μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. οὕτως γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τοῦ αὐτοῦ ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. B

C. Πολυγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui est multi consilii. Hoc enim significare videtur γνώμη in hoc composito, potius quàm id quod in præcedentibus. Vulgo tamen ex Platone affertur, tanquam pro multum perito seu multarum rerum perito: quippe qui ei opponat ἀγνώμονα pro imperito. Tunc certè γνώμη alium vsum habebit quàm in vllo præcedentium: vel aliam huius compositi quàm illorum esse formationem dicendum erit. Platonis autem locus est hic in Symposio, πολυνήκοοι γάρ σοι ὦμοι αὐτὸν διδάσκω, πολυγνώμονες τε δοξάσαι, ἀγνώμονες ὡς ὄντα τὸν πλήθος ὑπερεῖδε χαλεποὶ ξυνεῖναι, δοξόσοφοι γεγονότες αὐτὰ σοφῶν. C

Γνωμίδιον, ου, τὸ, Sententiola: vt vertit Bud. in hoc Equitum Aristoph. loco, Ἢν γὰρ μεθεῦδε, πάντα τοῦτ' ἀπαπᾶται βουλευμάτων καὶ γνωμιδίων καὶ νοιδίων. Redditur etiam Ranuncula, afferturque & ex aliis eiusdem comici locis.

Γνώμων, ονος, ὁ vel ἡ, Cognitor, seu Cognitrix, Index. Xen. Apomn. lib. 1, τίς δ' αὖ ἀδόξοις ὧν γλυκεῖν ἢ δριμέων, εἰ μὴ γλῶττα τοῦτον γνώμων ἀνεπράσθη; Vbi non verear reddere etiam Diiudicatrix, aut Exploratrix. Itidémque apud Plut. in lib. De prud. anim. ἀλώπεκα ποιοῦσα γνώμονα τῆς τοῦ πάρου στερρότητος, verterim γνώμονα, exploratorem. Quibus in locis γνώμων genitiuum additum habet: sed affertur & γνώμων sine hac adiectione, ex Sophocle, pro σωφρὼν, id est Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνώμονες, quasi accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, vt ann. Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, in hoc Lysiæ loco, pag. 109, γνώμονας πέμποντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. D E

Γνώμων, (interdum addito genitiuo ἀρτολογίου. vt in hoc Plutarchi loco, in Plat. quæst. καὶ γὰρ οἱ τοῦ ἀρτολογίου γνώμονες, οὐ συμμετρίᾳ κρίνοντες τὰς σειτίας, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὁρῶντα χρόνου καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τὴς γῆς τὸ ὀπισθοσκιοῦν τοῦ ἡλίου) Stylus horas indicans, Solis vmbilicus, cuius vmbra internoscuntur horæ: quem Latini Græco nomine gnomonem vocant. Ita v. l. ex Plinio, scribente lib. 2, Solis itaque vmbilici (quem gnomonē appellant) vmbra in Ægypto &c. In iidem exponitur etiam, Veruculum quod stans in medio amusio collocatur ad vmbras indagandas. Vnde & σκιαθήρας dicitur. Vitruu. lib. 1, cap. 6, Collocetur æneus gnomon, indagator vmbræ, qui Græcè σκιαθήρας dicitur. Huius antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis vmbra, & puncto signanda. Deinde &c. Additur ex eodem, γνώμονα esse etiam totam illam machinulam qua vtimur in designandis & metandis vrbium viis, ad auertendam eis vim ventorum molestam. eiúsque fieri mentionem & à Plinio, lib. 18, cap. 34: Est verò & Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. Γνώμων (inquit Bud.) rectè redditum est Norma à Laurētio apud Herodotum. Est enim norma Latinè (quemadmodū Græcè γνώμων) pars & geometrici & architectonici instrumenti: qua norma vt recti anguli à geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, id est rectis angulis exactæ, ab architectis & fabris deprehenduntur. Vulgo quadra vocatur, id est *squierra*: vt καὶ ὧν id quod regula Latinè dicitur. Luc. ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem & gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. Item, ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. E

Γνώμων, Dens pullinus, quòd sit ætatis in iumentis index. ὁ ὑποπίπτων ὀδοῦς, τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστικὸς, inquit Pollux. Frequentius tamen plur. num. γνώμονες, quod & apud Xenoph. extat, de equis. Hinc ἀγνώμονες & λεπογνώμονες equi dicuntur annosi, aut certè nō amplius iuuenes, vtpote qui γνώμονας amiserint. Quibus opponuntur ἄβολοι, qui eos nondum amiserunt. q. d. qui eos non eiecerunt. Sed equus dicitur quidem Ἀγνώμων (de qua significatione huius vocabuli simulque de cæteris quas à nomine γνώμη accipit, dictum & suprà fuit) quasi Non habens gnomones, Carens dentibus qui gnomones appellantur: AT VERO Λεπογνώμων sonat. q. d. Quē deficiunt gnomones, Destitutus dentibus qui gnomones dicūtur. Ita enim malo quàm, Qui reliquit gnomones. Vtrunq; autē apud Pollucē legitur coniungentem, πλείστοι, & γηρακόπτες & ἀγνώμονες, λεπογνώμονες. Sed Germanica editio habet γηρακόπτ, ἀγνώμονε, λεπογνώμονε, sine σ. errore forsitan nato ex quadam notula, quæ quum nihil aliud valeat quàm ε, existimata fuit valere ες. Vtut sit, errorem illum sequentis, vel potius ex eo occasionem aliis sumentia vulg. lex annotant in voce Λεπογνώμων, dentes illos de quibus dictum est, γνώμονε plurali numero dici. Atque vt ad Pollucem redeā, idem λεπογνώμονα vsurpari vult & τοῦ ὀρνίθος. Ita enim scribit, τὸ δ' ἔπειτα ὀρνίθια, ἔπεσι αὖ ἀμοιβὴν ἠὲ ὀρνίθιον. εἶτα ἔπεσι ὀρνίθ (ὃς καὶ ὀρνίθ' ὡδὲ ποιητὴς) εἶτα λεπογνώμονα. His porro compositis est addendum COMPOS. Ἀπογνώμων, eiusdem significationis, sed mihi sanè suspectum. Quum enim apud Suidam in Ἀβολήτωρ legamus, καὶ ἀπογνώμονας, τοὺς ἀπογεγηρακότας, & his verbis subiungatur, εἰς ἐλελοίπει τὸ γνώσεισμα: suspicor enim λεπογνώμονας non ἀπογνώμονας scriptum reliquisse. vel (quod mihi magis sit verisimile) eum post ἀπογνώμονας addidisse λεπογνώμονας dicendum est. De hoc certe cōposito ne dubitemus facit Hesychius, (præterquam quòd præpositio ἀπὸ in nonnullis aliis nominibus officio α στερητικοῦ fungitur) apud quem legitur, ἀπογνώμων, ἀποβεβληκὼς πάντας τοὺς ὀδόντας, καὶ μὴ ἔχων δι' οὗ γνώσῃ.

Γνωμονικὸς, ου, ὁ, Peritus, Sciens, Doctus, vt reddit Bud. afferens ex Xenoph. Apomnem. lib. 4, ἀλλὰ μὴ δρεπτέλων βουλεύσῃ γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο δεῖ. Videtur alioqui γνωμονικὸς aliam potius ἀπὸ τοῦ γνώμονος significationem accipere: velut quum idem in Annot. γνωμονικὴν esse scribit partem astrologiæ quæ solariorum discriminatis vmbris horas gnomone pernotat. (Afferuntur enim ista ex eius Annot. vbi alioqui & hæc verba inuenio, Gnomon pro vmbilico solis: à quo ars γνωμονικὴ dicta, quæ solariorum rationem perquirit. Et aliquot paginis antè, Solarium autem præter alia significata, locum significat in quo horæ ad solem denotantur, veruto vmbram faciente, vel pinnula. cuius rei inuentionem & rationem γνωμονικοὶ profitentur) Vitr. autem lib. 1, cap. 3, architecturæ partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ (inquit) sunt tres, ædificatio, gnomonice, machinatio.

C. ΑΝΑΓΙΓΝΩΣΚΩ, Agnosco. ἀναγνωρίζω. Aristoph. in Ranis, αὐδῶνοῦ με προσπεδέκας, ὅπῃ κοφοτιοῖς εἶχες, ἀναγνῶναί σ' ἔπι. Latini particula Re compositis verbis addi solita secus vtuntur in verbo Recognosco: (quum alioqui in multis hæc Græcæ præpositioni respondeat) nostri autem Galli in illo ipso verbo hunc vsum et particulæ tribuunt, quum dicunt Recognoistre pro Agnoscere.

Ἀναγιγνώσκω pro διαγιγνώσκω, Dignosco, Internosco. Cuius significationis (quam rarissimam alioqui existimo) exemplum extat apud Herodianum, lib. 7, αἱ πράξεσι ἐδαφιεῖν. ἐπεὶ δὲ ὅτι σύμβολον εἰς τὸ ἀναγνῶναι τοὺς βασιλικοὺς ἀπὸ τῆς ἰδιωτικῶν.

Ἀναγιγνώσκω, pro simplici γινώσκω. vt in hemistichio Il. ν, — μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω. pro ἔγνω, inquit Eustathius: vel ἡδεῖα, ἐπευφήμησαν δηλαδὴ τὸ καλοῦ. καὶ ἑπέρως δὲ &c.

Ἀναγιγνώσκω, Suadeo, item Persuadeo. Sed hunc verbi istius vsum Ionicum esse puto, vtpote quem apud Herodotum frequenter repererim, apud cæteros scriptores legere me non meminerim. (licet ex Antiphonte quoque & Isæo afferatur, vt paulo pòst docebo) Eustathius quoque Ionibus adscribendum putauit, quippe qui hæc tradiderit, τὸ δ' ἀνέγνω Ἴωνες μὴ καὶ ὅτι πειθοῖς πείθασιν,

πείθασιν, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ, Ἀναγιγνώσκεις βασιλέα γραπτέον. ἤτοι ἀναπείθεις. Habes autem hunc locum pag. 246 meæ editionis: cui præfixa sunt cum de aliis Ionicis vocabulis, tum de isto quædam, quæ vide. Hoc certè constat, quemadmodum πείθω est vel simpliciter Suadeo, vel Persuadeo, ita etiam ἀναγιγνώσκω vtrunque vsum habere. Nam in loco illo, ἀναγιγνώσκεις βασιλέα γραπτέον, est potius Suades. tum enim suadebat quod postea tandem persuasit. At pag. 172, circa finem, ἐδόμω δὲ στείας ἔτι παραγησάμενοι Λίβυες ὡς ἀμείνονα χῶρον ἄξοιεν, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν, non est simpliciter Suaserunt, sed Persuaserunt. Eodémque modo, quum dicit ἀνέγνωσε Πυθίῳ λέγειν, est Persuasit, non simpliciter Suasit. Vbi redditur etiam, Pythiam corrupit ad dicendum. Sed si verbo hoc vti vellem, dicerem potius, Pythiam corrumpens, ei persuasit. Itidem ἀναγνωσθεὶς χρήμασι redditur apud eundem, Corruptus pecuniis. Sed & Hesych. ἀναγνῶναι exp. ἀναπεῖσαι. Suidas itidem, postquam ἀνάγνωσις exposuit ἀναγνώρισις, necnon ἀνάπεισις, addit, καὶ ἀναγνώσκειν ὡδὶ ῥήσεσιν, ὅτι τὸ ἀναπείθειν. Sed ratio quam subiungit, planè aliena est, meo quidem iudicio. Addit enim, ἐστὶ γὰρ ἀναγνώσκειν, τὸ γνῶναι διαλεχθέντα. Illud quoque non probo, vsum hunc verbi ἀναγιγνώσκειν, oratorium esse dici. Quanuis enim Harpocration scribat, (nam eò respexisse Suidam suspicor) Ἀναγνωσκόμβρος, αὐτὸ τὸ ἀναπειθόμβρος, Ἀντιφῶν, Ἰσαῖος, Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, non ob duos oratores istos (si verum est eos ita esse vsos) oratorius debet censeri hic verbi istius vsus: sed potius ex Ionicæ linguæ consuetudine mutuatos eum esse dixerim: sicut γνωσιμαχεῖν, quod Ionum proprium est, ab iis quoq; qui Attica lingua vterentur, vsurpatum fuisse constat. Sed multo magis mirum videri possit quod apud Erotianum pariter & Galenum legitur: nimirum ἀναγνῶναι esse μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι, apud Hippocratem. Quum enim hunc scriptorem eadem qua Herodotum lingua vti sciamus, qui fieri dicemus vt alium & quidem tam diuersum vsum huic verbo, vel potius præpositioni hoc in verbo tribuat? Neque tamen video quid aliud statui hac de re possit (si quidem Erotiano & Galeno fidem derogandam non esse censeamus) quàm verbum γινώσκειν hoc in composito esse quidem itidem πείθειν apud vtrunque: sed in præpositione eos variare, quum vni quidem præpositio ἀνὰ velut superuacanea sit, eodem modo quo ἀναπείθειν non aliud est quàm πείθειν: alteri autem ἀνὰ in hoc cōposito idem significet quod μετὰ in μεταπείθειν. A B C D E F G

Ἀναγιγνώσκω, Lego. (ea significatione qua dicitur legere librum) Xen. in Symp. τί, τὸ ὅτι τῷ Τριχοῦ ἅμα τοῦ δεινοῦ μιμήσου γράφειν τε καὶ ἀναγινώσκειν, θαῦμα μὴ ἴσως τί ἐστιν. Ἀναγιγνώσκομαι, Agnoscor, sequendo vsum illum quem habet ἀναγιγνώσκω apud Aristophanem. Eam autem significationem sequendo quam obtinet in illo Herodiani loco, esset Dignoscor, Internoscor. ‖Item Persuadeor. vnde ἀναγνωστὸν ὕδωρ exponit Suidas ἀναπειθὸν ὕδωρ, vt dictum modò fuit. Sic etiam participium ἀναγνωσθεὶς vsurpatur hoc in loco, qui citatur à Suida. (est autem Herodoti, si bene memini) ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ὅτι τὴν θυγατέρα. Sunt qui ἀναγνωσθεὶς χρήμασι vertant Corruptus pecunia: vt & ἀναγιγνώσκειν corrumpere interpretantur: de qua interpretatione paulo antè dictum à me fuit. ‖Ἀναγιγνώσκεσθαι etiam dicuntur quæ sunt scripta, id est legi. Plut. in Public. ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα, Literæ fuerunt lectæ. non (vt in v. l. habetur) apertæ sunt.

Ἀναγνωστέον, aduerb. positionis, Legendū est, Legere oportet. vnde Ἀναγνωστέος, veluti gerūdiuum apud Latinos, Legendus. Athen. 11, ἀλλ' οὐδὲ κῆν διάρεσιν ἀναγνωστέον.

Ἀνάγνωσμα, ατος, τὸ, Agnotio, ἀναγνώρισις. Item Lectio, id est Quod legitur. sicut ἄκουσμα, Auditio, id est Quod auditur. Synesius, οὐδὲν αὐ αὐτοῖς ἥδιον ἀνάγνωσμα ἠξιοῦτο τοῦ Πυλαιμένους γραμμάτων. A Budæo ἀνάγνωσμα exponitur Lectio, item Recitatio, ex Basilio.

Ἀνάγνωσις, Agnotio. ‖Item Lectio, id est Ipsa legendi actio. Plut. De præc. san. ὅπερ δὲ καὶ πρὸς γυμνάσιόν ὅτι, τοῦτο πρὸς διάλεξιν ἀνάγνωσις. ‖Item Persuasio. ἀνάπεισις, vt Suidas ex Herodoto.

Ἀναγνώστης, ου, ὁ, Lector, Cuius est munus legere alicui scriptum quodlibet. vt τὸ ἀναγνώστου τῷ Κρηθέντος, apud Plutarchum in Alexandro. Cicero vocem Græcam tanquam Latinam vsurpauit, scribens ad Atticum 1, Puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Reperitur etiam scriptum ἀναγνωστὴς accentu in vltima, sed malè. Hinc BICOMP. Φιλαναγνώστης, Cupidus legendi, seu Studiosus legendi. Itidémq; VERBVM Φιλαναγνωστεῖν, Cupidum esse legendi, Libenter lectitare, ex Diodoro Siculo.

Ἀναγνωστικὸς, ου, ὁ, Ad legendum aptus, vt quidem exponitur in vulg. lex. Ibidem est etiam NOMEN Ἀναγνωστήριον, quod interpr. Lectorium, quæ vox minimè Latina est. Videtur autem nomen illud locum in quo legitur significare.

c. 2. Μεταναγνώσκω, De sententia deduco. Vnde pass. Μεταναγνώσκομαι: ex quo μεταναγνωσθὴ apud Sophoclem, de quo multa infrà in verbo Μεταγνώσκω: quoniam ibi μεταγνωσθὴ etiam legitur.

c. 2. Παραναγνώσκω, q. d. Iuxtà lego. Aut, Ex aduerso & altrinsecus lego. vt apud Demosthenem, quum duæ leges à duobus leguntur, vt fiat contentio legum & παρεξεταστικός. veluti in oratione aduersus Timocratem, καὶ νόμον εἰσήνεγκεν ἅπασιν ἐναντίον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑ' ὧν παραναγνοὺς, οὐ λύσας, οὐ δεὶς αἵρεσιν, οὐκ ἄλλο ποιήσας οὐδὲν τῶν προσηκόντων. Alibi, παραναγνῶθι, Lege alteram legem vicissim. Æschines, ἐπομνήσατ' αὐτὸν τὸ σανίδιον λαβεῖν, καὶ τοὺς νόμους τῶν ψηφίσματ' παραναγνῶναι.

C. ΑΠΟγινώσκω, Non agnosco, Abnuo, οὐκ ἀποδέχομαι, οὐ προσίεμαι. Synes. καὶ ὁ Δελφικὸς γράμμα μαντῶν ἐγινώκει, καταγινώσκων πενίας τῆς φύσεως, καὶ ἀπογινώσκων εἰς ἥρωας οἰκειότητα, id est, Naturam humanam ipse damno inopiæ, nec istam agnosco heroicam cognationem. Quod ideo dicit quia cum Proteo comparatus fuerat. Hæc Bud. Videtur autē sic accipi ἀπογινώσκω & in hoc Plut. loco, vbi eandem quoque habet constructionem: in Romulo, ἀπογνῶναι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ. Sed & cum genitiuo iungitur pro οὐ προσίεμαι, seu ἀποδοκιμάζω, Improbo: vt docet idem Bud. hunc locum Synesii citans, ex epistola ad Troilū, τοῦτον οὐδὲ ἀπεγνωκέναι προσήκει τῶν ἀναλωμάτων τοῖς νόμοις. i. Iam primùm isti ab hac sorte reiiciendi. Suidas quoque ait ἀπεγνωκὼς genitiuo iūgi apud Demosth. pro ἀποδοκιμάσας. Est autē ἀποδοκιμάζω, Repudio, Reiicio. Eandem signific. habere quidā volunt & in hoc eiusdē Demosth. loco aduersus Androtionē, ἐὰν μὴ ἀπογνῶτε τὴν γραφὴν ταύτην. vt sit pro Si accusationem hanc reieceritis, rationibus videlicet.

Ἀπεγνώκασι, pro ἔγνωκα τοῦ μὴ ποιεῖν, hoc est, Statui vel statuo hoc non esse faciendū. Plut. Οὐενάτιος δὲ Παρθοῖς μὴ πρεσβυτέρου διώκειν ἀπέγνω, φθόνον Ἀντωνίου δείσας. Hæc Bud. Sic autē cum infin. ponitur & eadē, vt opinor, signif. verbum ἀπογνώσκω, in hoc loco Demosth. ἀπέγνω βοηθεῖν, Censuit nō esse ferendū auxiliū. & in hoc Plut. in Theseo, ἀπέγνω πλεῖν. i. Statuit non esse nauigādum. Quod vulgò exp. Nauigare se pernegauit. Inuenitur itidem cum infin. pro Despero, vt paulo pòst dicetur.

Ἀπογνώσκω, Absoluo. Bud. postquam citauit illum Plutarchi locum vbi ἀπέγνω ponitur pro Statuit non facere, vel non esse faciendum: subiungit, Simile est ἀπογνῶναι pro Absoluere, hoc est Iudicare non esse crimen perpetratum. Demosthenes aduersus Androtionem, εἰ μὴν ἀπογνώσεσθε, ὅτι τοῖς λέγεισι τὸ βουλευθὲν ἔσται. Quo sensu ἀπογνώσκω & καταγνώσκω inter se opponuntur. Æsch. aduersus Ctesiphontem, μήτε ἀπογνῶτε μηδὲν, μήτε καταγνῶτε, πρὶν ἀκοῦσαι. Sic apud Demosthenem iudices ἀπογνωκότες & καταγνωκότες inter se opponuntur: item ἀπογνώσκουσα φυλαὶ, & καταγνώσκουσα. Cæterùm varia est huius verbi in hac significatione constructio. iungitur enim & accusatiuo & genitiuo: interdum vtrique simul. Demosthenes, καὶ τοῖς βουλομένοις ὀρκοῦν οὐ καλῶς ἔχει τούτου ἀπογνώσκειν πλὴν ἐνδείξιν. quem locū affert Budæus, vbi agit de ἀπεδιαιτῶ & καταδιαιτῶ quibus iungit ἀπογνώσκω & καταγνώσκω. Videtur tamen eadem forma dictum ἀπογνώσκειν πλὴν ἐνδείξιν quæ ἀπογνῶτε πλὴν γραφὴν in loco eiusdem paulo antè citato. vt vtrobique significet Absoluere ab accusatio- H

ne, vel reiicere accusationem. Cæterùm in his exem- A
plis est ἀπογινώσκειν iunctum accusatiuo rei: at quum dicitur ἀπογινώσκειν τινὰ τοῦ ἐγκλήματος, (id est Absoluere aliquem à crimine) iungitur accusatiuo quidem personæ, genitiuo autem rei. (Cui tamen cõstructioni planè contraria est ista verbi synonymi ἀποδιαιτᾶν, apud Demosthenem, εἴφασιν ἀδίκως ἀποδιαιτῆσαί μου τὰς δίκας τὸν διαιτητήν, id est, Absoluisse me controuersiis) Certè Iulius Pollux genitiuo personæ iungit, in hac significatione, libro 8, vbi ait ὅτὶ τοῦ κριτηρίου νικήσαντος hæc dici, ἀπέφυγεν, ἀφείθη, ἀπέγω αὐτοῦ τὸ δικαστήριον, ἀπέψηφίσατο, ἀφῆκεν. Sic apud Gregorium, ἵνα σὺ μαθῇς σεαυτοῦ ῥᾳδίως μὴ ἀπογινώσκειν. Lysias autem dixit ἀπογινώσκειν τινὸς μὴ ἀδικεῖν, pro ἀπογινώσκειν τινός τὸ ἀδίκημα. vbi scribit, ἐμοῦ πίνων οἱ νόμοι ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν. id est, Absoluũt me leges hoc crimine, & insontem iudicant, vt vertit Budæus.

Ἀπογινώσκω, Renuntio, Valere iubeo, Salutem vltimam dico. Synesius, ἀπειπαμένῳ τὸ τοῦ ἱερατείου ἀπογνωστέον ὅτὶ καὶ τὸ παιδίον. Sic & in tabula Cebetis Thebani, ἀπογινώσκειν τὴν ψευδοπαιδείας. Est autem hæc significatio affinis ei qua pro Reiicio seu Repudio vsurpatur. nam valedicimus iis quæ reiicimus.

Ἀπογινώσκω, Despero. quæ significatio omnium frequentissima est. Constructiones autem habet in ea diuersas, sed præcipuè cum genitiuo construitur. Demosthenes, ἀπεγνώκαμεν ἑαυτῶν. Nazianzenus, ἀπογινώσκω ἐμαυτοῦ, Despero de meipso. Plutarch. in Fabio, πάντες εἰς τὴν οὐρανὸν ὅρας αἰαφέρει τὴν ὀρατὸν, ὡς γῆς ἀπεγνωκώς. Idem in Alcibiade, φοβούμενος δὲ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ παντάπασι τῆς πατρίδος ἀπεγνωκώς. Synesius, πειθοῖς ἀπεγνωκότες, D
αἰάσκω ἤδη τοῦ σωσόμενον, Quum desperaremus ei posse persuadere. Diodorus Siculus de Alexandro loquens, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν ἀπέγνω. Interdum cum futuro infinitiui, præcedente τοῦ, vt in hoc Xenophontis loco, αἰαθασ. 1, ἔδοξε καὶ Κύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπεγνωκέναι τοῦ μαχεῖσθαι. Nonnunquam & sine genitiuo τοῦ iungitur infinitiuo. vt apud Plutarchum, ἀπεγνωκεν ἐκβιάζεσθαι τοῖς πολεμίοις, Desperabat fieri posse vt &c. Simile est ἀπογινώσκω ἀκούσεσθαι, Despero futurũ vt audiã. Affertur verò ex Aristide præfixa particula μὴ, hoc loco, ἀπέγνω E
μὴ διαβαίνειν, pro Desperauit de transitu, vel de transeundo. Nisi fortè interpretandum sit potius, Statuit non esse transeundũ. Lysias quidem certè iunxit & ipse infinitiuo, præfixa hac particula, sed alio sensu: quum dixit, ἐμοῦ πίνων οἱ νόμοι ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν. quem locum exposui quum agerem de ἀπογινώσκω significante Absoluo. Porro ἀπογινώσκω declarans Despero, iungitur etiam accusatiuo. Aristoteles Ethic. lib. 3, cap. 6, οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυςχεραίνουσιν. Plutarchus in Fabio, τὴν πόλιν οὐκ ἀπέγνω μετὰ δυςτυχίας τηλικαύτης. Idem in Publicola, ἐκ τοσούτου ἀπογνοὺς τῆς ἀρχῆς ἀνάληψιν, Quum desperare cœpisset de recuperãdo imperio. Vulgò tamen exponitur, Frustratus spe recuperandi imperii. Demosthenes autem dixit ἀπογινώσκω σε, paulo alio sensu, videlicet pro Spem nullam in te habeo. nam in epistola τοῦ τῆς ἰδίας καθόδου ita scribit, οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς, οὐδὲ ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ, μετέστην. Plutarchus ἀπεγνωκότας vocauit sine adiunctione, homines quos vocamus *desesperes*: quod sonat desperatos. G
id est, quos desperatio ad perditã quãdam audaciã impellit: in Alexandro, ὀκεῖ σωίζη κινδυνεύειν καὶ πεσεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἀπεγνωκότας καὶ μαχίμους συμπλεκομένους.

PASS. Ἀπογινώσκομαι Desperor: si vti liceret pro Desperatur de me. Plut. in Galba, τὰ Νέρωνος ἀπέγνωστο παντάπασι, Res Neronis prorsus desperatæ erant. i. in desperationem adductæ. Vsurpatur frequenter participium præteriti temporis. vt quum ægrotus dicitur ἀπεγνωσμένος, Desperatus, Conclamatus, Deploratus, apud Lucianum. Et ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος, Plutarcho in H
Pericle, A medicis desperatus. Id est, De cuius salute medici spem omnem abiecerunt. Inuenitur etiam ἀπεγνωσμένη τοῦξις pro desperato incepto. id est, vecordi ac præcipiti, seu vesano. vt docet Budæus, citans hunc locum Herodiani, μὴ τοῦχωρούσης γὰρ τῆς λαυθανούσης βουλῆς, αἰάσκαμεν ἠγήσατο τὸν κινδυνεύειν καὶ ἀπεγνωσμένῳ. Gallicè diceremus, *Vn acte d'un homme desesperé.* Huc pertinet suprà, ἄνθρωποι ἀπεγνωκότες, *gens desesperez.*

Ἀπεγνωκότως, Aduerb. Desperatè, Per desperationem. ἀπεγνωκότως ἔχειν, In desperationem adductum esse, Spem omnem abiicere, Nihil spei reliquum habere, Animũ despondere.

Ἀπέγνωσις, εως, ἡ, Desperatio. ἐν ἀπεγνώσει γενόμενοι, In desperationem adducti, vel Ad desperationem redacti. Interdum genitiuo addito dicitur ἐν ἀπεγνώσει πάντων γενόμενοι, Quum res omnes in desperationem adductæ essent. Dicitur & ἀπέγνωσις τῶν πραγμάτων, Desperatio rerum, id est Status rerum desperatus & deploratus, Res desperatæ.

Ἀπεγνώσης, ου, ὁ, sequendo Hesychium, est αἴελπις: sicut & ἀπέγνωσις exponit αἴελπισία. Videtur autem αἴελπις in actiua significatione accipere. vt sit ἀπεγνώσης quasi Desperator, id est Qui desperat vel Qui desperare solet.

Ἀπεγνοια, ας, ἡ, Idem quod proximè præcedens ἀπέγνωσις, sed non ita regulariter formatum ab ἀπογινώσκω, quin potius eandem formationẽ habens quam ἄγνοια. Thuc. lib. 3. καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπέγνοια ἡ τῶν ἄλλων ἡ κρατεῖν τῆς γῆς. id est ἀπέγνωσις, inquit scholiastes. Sic μετάγνοια pro μετάγνωσις habebis infrà.

C. ΔΙΑγινώσκω, Dignosco, Internosco, Diiudico, Discerno. Hom. Il. φ. — αὐτὰρ ἔπειτα Ὁσία Πατροκλοῖο Μενοιτιάδαο λέχεσφιν, Εὖ διαγιώσκοιτο. Φρὶξ ἐρεθέα δὲ πέτυκται. Apud eundem in eodem libro legitur hoc verbum, & cudẽ cum eodem aduerbio: Ἀλλὰ ἴδεσθε καὶ ὑμεῖς αἰάστιδον. οὐ γὰρ ἔγωγε εὖ διαγιώσκω· δοκεῖ δέ μοι ἔμπειρος αὐτῷ Ἀπόλλος γενέσθαι. Aristoph. Pluto, — ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλὸν, ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα. Idem dixit διαγιγνώσκειν τὸ δίκαιον. Plutarch. in Alcibiade, αὐτοῖς δὲ φυσῶ τις αἰθῴπου σώματι καὶ τοῖς σιωπῆσις αὐ πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. Sic & apud Lucianum, οὐ διαγνοίεν αὐ, discernere nequeam. Legimus apud eundem, ἄδηλον ἐπ' ἠμῖν εἰ ὁ ὀπηγούμενος οὗτος τίδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα.

Διαγιγνώσκω. Statuo, Delibero, Decerno. Herodian. 4, δι' ἐγὼ δρᾶσαι τὴν πατεῖν ἠμῶν. Luc. εἰγε καῦσαί με διεγνώκατε. Idem, εἰ κλαίειν διεγνώκας, Si flere statuisti, vel Si flere in animo habes, vt quidam interpr. Διαγιγνώσκειν (vt inquit Bud. sed nullum afferens exemplum) est Pro potestate iudicare, & ius dicere, vt iudex in sua prouincia. Est etiam Statuere & deliberare. Apud Thucydidem lib. 1, legitur passi. διέγνωσο: vbi scribit, αὐτοῖς μὲν οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις διέγνωσο κελεῦσαί τε πάσαν δίκς. Vbi schol. vertit διεψήφισο. At διεγνωσμένη δίκη ex eodem historico vide in Προκαταγιγνώσκω.

Διάγνωσις, Dignotio, Diiudicatio. Isocr. ad Demon. τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ πιστὸν ἔχει τὴν διάγνωσιν. Apud eũdem dicitur aliquis λαβεῖν διάγνωσιν alicuius rei: in Helenes encomio, τῶν μὲν σωμάτων οὐ δυνηθεὶς λαβεῖν διάγνωσιν. Apud Thucyd. verò & Demosthenem legimus πιεῖσθαι διάγνωσιν pro διαγιγνώσκειν.

Διαγνώστης, ου, ὁ, Diiudicator, Qui dignoscit, seu internoscit. Vtitur Isocr. Extat verò apud Lucianum & aliud VERBALE Διαγνωστικὸς: in libro De saltatione, ἐπὶ δὲ κρίσιν τε πνευμάτων καὶ ἀσμάτων, καὶ μελῶν τῶν ἀείστων διαγνωστὴν, καὶ τῶν κακῶς πεπιπτωκότων ἐλεγκτικόν. Vbi διαγνωστικὸν vocari manifestum est eum qui est dignoscendi & diiudicandi peritus.

Διαγνώμη, ης, ἡ, (sequendo priorem locum data fuit verbo διαγιγνώσκω) Statutum, Decretum, Scitum. Vel, Deliberatio, Disceptatio, Consultatio: vt Budæus vertit, afferens ex Thucydide, οὐπὸ τοῖς τοῦδέντας αὐθις τὴν διαγνώμην τοῦ Μιτυλιναίων ἀπιῶμαι. Extat autem hæc vox & in aliquot aliis eiusdem scriptoris locis.

Διαγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Idem quod διαγνώστης, paulo antè. A Suida exponitur διακρίνων, & διαγιγνώσκων: apud quem exemplum tibi videndum relinquo.

c. 2. Ἐπιδιαγιγνώσκω, Recognosco, Iterum decerno. v. l. absque vllo exẽplo. At verò secundum BICOMP. Προδιαγιγνώσκω, apud Thucyd. extat, pro Antè considero seu perpendo, Animo præcipio: lib. 1, τὸ δὲ πολέμου τὸν παρεσόμενον, ὅσος ὅτι, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιέγνωσ. Apud

Dionys. autem Areopag. PARTIC. Προδιεγνωσμένον Bud. vertit, In primis cognitum: ἔστω δέ σοι προδιεγνωσμένον ὡς αἱ ΦΦ &c. Tertium COMP. Συνδιαγιγνώσκω in iisdem v. l. redditur Assentior. Affertur enim ex Herodoto συνδιαγιγνώσκω σοι pro Assentior tibi: sed non indicato loco.

C. Ἐπιγιγνώσκω, Agnosco. Thucyd. lib. 1, ἢ βεβαιωσάμενος σφραγῖδα, ἵνα, λῷ φυλαξῇ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τὴν αἴτησιν, μὴ ὑπιγνῷ. Iul. imperator in epigrãmate quod lusit in vinum hordeaceum, Τίς, πόθεν εἰς Διόνυσε; μὰ γὰ τὸν ἀληθέα Βάκχον, Οὔ σ' ὑπιγνώσκω τὸν Διὸς εἶδα μόνον. vbi B
quidam Οὔ σ' ὑπιγνώσκω vertit Te ignoro: quum multo magis conueniat Nõ te agnosco. Valde propriè vsus est Basilius in epist. De vita solitaria, ἐπέγνων σου τὴν ὑπεροχὴν ὡς ὅσοι τοῖς τῶν φίλων παῖδας ὀκ τῆς ὑπεραγομένης αὐτῶν ὁμοιότητος τοῖς τεκόντας ὑπιγνώσκουσι. Quo in loco Bud. quoque ὑπιγνώσκειν ait esse Agnoscere, addens & Noscitare pro illius verbi Agnoscere expositione. Idem in hoc Synesii loco, (vbi animaduerte participio iungi) εἰ δὲ ὑπιγνώσκοις ἀληθυομένην κατὰ σοῦ τὴν ὑποψίαν τῆς λήθης, διόρθωσαι μετανοίᾳ, itidem reddit verbo Agnoscere. Ista enim sic interpretatur, Si agnoscis vera me causa deductum ad hanc suspicionẽ quòd mei oblitus sis. Sed vbi locũ illum Basilii affert, alios quoque verbi Agnoscere vsus inesse isti verbo docet: ita scribens, Agnoscere autem verbum multis & aliis verbis à Græcis significatur, non tamen vt vno ipsi verbo omnia Latini verbi significata perinde complectãtur. Et paucis interiectis, ὑπιγνώσκειν τὸ πεχθὲν, Parcũ agnoscere: quod iurisperitorum verbum est. Et ὑπιγνώσκειν τὸν κίνδυνον, Agnoscere periculum. quod venditor facit D
ante rei traditionem vel admensionem, vel appensionem specierum. Synes. εἰ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐλεῖς ὅτι μήπω φιλοσοφοῦμεν, ὑπιγνώσκω τὸ θρίλοῦν τὴν ἀλήθειαν. In Pand. ita legitur, ὁ τῶν ἀπόντος διοικῶν, ἐὰν ὅτε ὑπιγνώσκειν αἰάσκάζεται τὸν τυχόντα κίνδυνον, Qui absentis negotia gerit, agnoscere interdum casum fortuitũ cogitur. Hæc ille: sed fortassis locum illum Synesii his immiscere non debuit.

Ἐπιγινώσκειν apud Thucyd. non videtur solùm esse Agnoscere, (quã significationem manifestè habet in E
eo quem ex eo protuli loco) sed alicubi sonare quasi dicamus Post excogitare: de illis qui nouũ consilium pro re nata capiunt.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, Agnitio. Herodian. lib. 7, διαχλουμένῳ δὲ ἐκείνῳ τοῦς τὴν τῶν σφεκτίδων ὑπίγνωσιν, τοῦς τοιουμένοις αἰς δὴ ἐρωῶ τάς, οἷς εἶχον ὑποκλοπίοις ξίφεσιν φονεῦσαι. id est, Dein signis agnoscendis occupatum, pugionibus quos in sinu occultos haberent, de improuiso confoderent, vt vertit Polit. Est autem hoc in loco (vt istud obiter dicã) suspectus datiuus διαχλουμένῳ. Apud Paulum aliquoties ὑπίγνωσις ἀληθείας. apud eundem ὑπίγνωσις ἁμαρτίας. F

Ἐπιγνώμη, accipiendo quidem pro ὑπίγνωσις, esset itidem Agnitio: sed ab Hesychio exponitur διάγνωσις, quo aliud significari vidisti paulo antè. Bene tamen conuenit hæc expositio cum loco Luciani in quo διαγιγνώσκειν dicitur τοῦ τῶ ὑπιγνώμονος. quem locum in nomine illo Ἐπιγνώμων habebis. Sed idem lexicographus huic expositioni aliam præfigit, quæ magis mira videri possit. explicat enim per συγγνώμη, quo veniam declarari scimus: interdum verò & quod Latini concessionem vocant, item indulgentiam, vt suo loco ostendemus. G

Ἐπιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cognitor, Inspector, Qui ad cognoscendum, iudicandũ seu arbitrandũ aliquid accitus est: vt inquit Bud. afferens hunc Luciani locum, ἄδηλον ἐπ' ἐμοὶ ὁ ὑπιγνώμων οὗτος οἷδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα καὶ μή. Idẽ in hoc Demosth. loco, orat. quæ τοῦς Πανταίνετον inscripta est, ὑπιγνώμονα τῆς τιμῆς (sic) τὸ παιδὸς, vertit, Pretium serui arbitrio suo constitueret & æstimaret. A Plutarcho autem ὑπιγνώμονας dici testatur cognitores & arbitros, seu disceptatores, vt fœciales rerum bellicarum. H

C. KATAγινώσκω, q. d. Statuo aduersus, vel Decerno aduersus: sequente videlicet genitiuo. Alioqui tamẽ magis conuenit præpositionem κατὰ hîc reddere præpositione De, (vt alibi quoque ita reddi scimus) & tunc verbum γινώσκω sentiendi seu existimandi aut iudicandi significationem potius habet. Neque tantùm dicitur καταγινώσκω σου, verùm plerunque καταγινώσκω σου τόδε. quod Bud. vertit, Hoc de te iudico & existimo. Affertque ex Demosthene, οὐ γὰ αὐ καταγοίην ὑμῶν οὐδενὸς ὡς τοῦ ὧν τοῦς ἐμὲ ἐπιστεύσαιτε αὐτοὶ τοῦτερον, κοῦ ἀμελήσετε; Neque enim hoc arbitrari de vobis possum, Neque enim hoc mihi iudicare de vobis persuaserim. Ex eo fit vt & dicant, καταγινώσκω σου ἁμαθίαν, vel κακίαν, vel φθόνον, & similia, pro Iudico te imperitũ &c. vt idẽ Dem. Pro corona, καὶ μοῦ, τοῦς Διὸς καὶ θεῶν, μηδεμίαν ψυχόπτα καταγνῷ μηδεὶς, Me per deos immortales nullus ineptum esse iudicet. Idem affert ex Thucydide, καὶ τοῦ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες, ἐπανεῖπον χρυσὸν τῷ ἀποκτείναντι, ita vertens, Eosque qui effugerant, morte dignos iudicantes, insuper pecuniam certam pronuntiarunt, qui eorum quenquã interfecisset. Hæc ille. Quod autem attinet ad præcedentem illum locum in quo legitur, καὶ μοῦ μηδεμίαν ψυχόπτα καταγνῷ μηδεὶς, sciendum est Polit. in loco simili καταγινώσκειν reddere Arguere, in alio Contemptui habere. Hæc enim Herodiani, καὶ τοσαύτῳ μου δειλίαν καταγνωκότες, vertit, Ita timiditatis me arguere. Ista autem eiusdem, καταγνοὺς τοῦ μὴ ῥαθυμίαν, reddit, Alterum quidem vt desidem contemptui habuit. Sed sciendum est, interdum quum interpretationi huius verbi adhibemus Latinum Arbitror, aut aliud huiusmodi, accusatiuum commodè in verbum infinitiui modi mutari. vt apud Synesium φυγὼν καὶ δέος ἡμῶν καταγνῶν, fugisse nos & perterritos fuisse arbitrabantur. vel, Fugisse nos metu perculsos arbitrabantur. Verùm & cum accus. præfixum habente articulum, ex Æschine affertur, καταγνῶναι τὴν αἰελθυθεείαν τοῦ δήμου. Sciendum est porro καταγινώσκειν sæpe reddi verbo Damnare, seu Cõdemnare: eámq; interpr. postremo huic loco conuenire, (cum ablatiuo Capite, vel genit. Capitis) sicut & isti eiusdem scriptoris, cum solo genitiuo, lib. 3, ἵνα ὑμεῖς μὴν εἰδῆτε, δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς δὲ ἐπ ὁσιώτερον τετιμωρησόμεθα. Sic verò quum dicitur aliquis καταγινώσκειν ἑαυτοῦ, reddi potest Seipsum damnare, id est factum suum, vt ille vertit apud Demosth. καταγνωκότα ἑαυτοῦ πόνον, hunc seipsum factumque suum damnasse. Dixerat autem καταγινώσκειν ἑαυτοῦ eum quem facti sui pœnitet, qui factum ipse suum improbat. In v. l. datur verbo γινώσκω, in hoc composito, illa sentiendi significatio cuius facta paulo antè fuit mentio: in hoc Xenoph. loco, τί ἰδὼν ποιοῦντα, τοῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; ita enim hæc redduntur, Quid agentem vidisti vt ita de eo senseris? In iisdem ex Demosth. καταγινώσκω σοῦ κακίαν, malum te iudico. Et ex Phalaride, οὐ μὴν καταγνοίην ὑμῶν τοιόνδε τι, pro Nõ tamen hoc crimen vobis adscribo. At verò θάνατον καταγινώσκειν τινὸς, Capite damnare, seu supplicii capitalis, in iisdem redditum est, item Adiudicare morti. (Apud Isocratem cum duplici etiam genitiuo vnà cum accus. θάνατον, vbi scribit, καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν. id est, Ob id quòd cũ Medis senserunt, morte in eos animaduerterunt, Bud.) Verùm constructionem hanc cum accusatiuo rei & genitiuo personæ alicubi conuerti sciendum est. vt enim dicitur καταγινώσκω σου φόνον, ita etiam καταγινώσκω σε φόνου. Lysias, ὧν μὴ καταγινώσκειν φόνου &c. Nõ damnare hunc homicidii, Non damnare vt homicidam. Huic autem simile est apud Latinos Damnare cum accus. rei & genitiuo personæ: vt apud Nasonem, Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido. Sed quod ad priorem illam constructionem attinet, videlicet καταγινώσκειν τινὸς θάνατον, vel φόνον, sciendum est huic genitiuo inueniri præfixam præpositionem κατὰ, sed cum accusatiuo significationem alius generis habente. Affertur enim ex Herodoto, οὐκ ὑπὸ τῆδε καταγνόντες κατ' ἐμεῦ.

Καταγινώσκω alias etiam constructiones habet. Interdum enim huic verbo subiungitur infinitiuus: vt apud Thucyd. lib. 3, καὶ οὐδεὶς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ τοῦ-

ἐστεῦαι τοῦ βουλεύματος, ἥλθεν ἐς τὸ δεινόν, Ratus seu arbitratus se superiorem non fore.q.d. Concepta aduersus seipsum opinione. Aut certè quasi dicat, Lata aduersus seipsum sententia. Apud eundē cum infinitiuo præs.temporis,lib.7,pag.250,meæ editionis, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρείττω ἐστὶ σφῶν. Ex Platonis autem Timæo affertur cum infinitiuo itidem iunctum hoc verbum,sed præcedente accusatiuo,κατέγνωκα ἐμαυτοῦ μὴ αὐτὸς, μήποτ' ἂν δυνατὸς γενέσθαι τοῖς ἀνδράσι ἐγκωμιάσαι. At in hoc Æschinis loco τοὺς κατεγνωκότας ἀλλήλων ἀδικεῖν, infinitiuum quidem habet solum,sed aliam quàm in præcedentibus locis interpretationē admittere potest,videlicet per verbū Damnare, seu Condēnare. Cui loco similis est hic Antiphontis,εἰ μὴ κατεγνώκειτε αὐτοὺς προδεδωκέναι τὴν πατρίδα, οὐ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι. His addendū est,licet longè diuersum,quod affertur ex Græcis Bibl. interpr. in lib. Iudith,κατέγνως τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντησίν μου. vbi κατέγνωσαν redditur Noluerunt:in hac interpretatione,Noluerunt mihi venire obuiam. Sed hunc vsum minimè apud probatos scriptores extare crediderim. Inuenitur interdum καταγινώσκω sequente particula ὡς. vt in illo Demosth.loco quem initio protuli, οὐ γὰρ ἂν καταγνοίην ὑμῶν οὐδενὸς ὡς &c. Quinetiam ex Aristot. Probl.affertur,καταγνῶναι τοῦ δουλοῦ ὡς ἐλευθέρου ὄντος,pro Asseruisse liberum qui seruus est. Iam verò & cum participio inuenitur apud Xenoph. & quidem non in malam partē (sicut in omnibus præcedentibus locis) sed potius in bonam: vbi scribit, τοὺς δὲ γνάμῃ σωφρονούσῃ δεομένους, καὶ τἄλλα καὶ ῥᾴον καὶ κεδνὰ λεώτερον κατέγνων τοῦ πάντας. Quem locum Bud. affert postquā dixit καταγινώσκειν esse Intelligere,seu Percipere.

PASSIVE Καταγινώσκεσθαί τι itidem aliquis dicitur,vel aliquid καταγινώκεσθαι αὐτοῦ.Greg. Naz. οἱ καὶ μέθῃ καταγινώσκονται, quibus ebrietas obiicitur, vt Bud. vertit.Ex eodem affert,μόνον μὴ μικρολογίαν καταγινώσκωμεν τοῦ μικρὰ αἰτεῖν, οὐ τοῦ διδόντος αἰτίαν.Sed & καταγινωσμένος sine adiectione affertur à Bud.pro ὑπόδικος, seu κατάκριτος. Alterius autem constructionis exemplum est, κατέγνωσαί σου θάνατος,Capitis damnatus es, siue capite. Itidémque per participium,θανάτου καταγνωσθεὶς πιός. Ab eodem affertur & καταγνωσθεῖσα δίκη,ex Antiphonte,Causa damnata : αὕτη δὲ δίκη μὴ ὀρθῶς καταγνωσθεῖσα, ἰσχυροτέρα δοκεῖ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀληθοῦς,id est, Sententia qua iniustè reus damnatus est. Sed & τὸ καταγνωσθὲν ὁμολογεῖν dicitur aliquis ab Isocrate,in Panath. πῶς μὴ οὐ δεινόν τὸ καταγνωσθὲν ἐλπίδες ὑπεῖσιν. In v.l.autem post καταγινώσκεσθαι expositum Contemni,affertur ex Polybio, μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι καὶ καταγινώσκεσθαι πιστῶς.

Κατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio,vt interpr. Bud. afferens ex Gregorio, ὁμοίως τὸ κακὸν καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος.id est Damnatio sine clementia.Thucyd.αἰ δὲ ὠφελοῦσαι δὲ αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι δι' κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν προσκεκρουζόμενοι.id est, Propter sui cōtemptum, & ob id quòd eos imbecillitatis & infirmitatis opum damnarent. Hæc ille. Sed ei non assentior in eo quòd vtrique loco eandem interpretationem tribuit: quum κατάγνωσις in illo quidem Gregorii loco sit omnino Damnatio siue Condemnatio:(sicut & in isto Thucydidis,lib.3,καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου κατάγνωσις, ἢ χρεὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν)at verò quum dicitur κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν,debeamus interpretari hoc verbale,sequendo formam interpretationis quæ verbo καταγινώσκειν datur,quum dicitur,καταγινώσκω σου ἀσθένειαν.neque enim aliud est δι' κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν quàm δι' τὸ καταγνῶναι σφῶν ἀσθένειαν.

c.2. Ἀκατάγνωστος,ος,ὁ & ἡ,Qui talis est vt damnari non possit,aut etiam reprehendi,In quem reprehensio non cadit.Paul.epist.ad Tit.cap.2,λόγον ὑγιῆ,ἀκατάγνωστον.

c.2. Προκαταγινώσκω,Antè damno,seu condemno. Luc.in Ioue tragœdo,εἰ δὲ καὶ οἱ ἀξιοῦντες μὴ προκατεγνωκέναι τοῦ ἀγῶνος,ἀλλὰ θεῖμεν εἴπ καὶ Τιμοκλῆς αὔριον ἐρεῖ. Synes. οἱ προκατεγνωκότες αὐτῶν ἀξιοῦσι λανθάνειν, quum suo se præiudicio iam damnauerint. Et pass. προκατεγνωσμένη δίκη, quæ præsumpta opinione damnata est,antequam causa agatur, inquit Bud. afferens tamen ex Demosth.locū in quo actiua voce vtitur:in princ. orationis Pro corona,οὔτο δ' δεῖν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδένα,ἀλλὰ τὸ τοῦ βουλόμενον ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι. Sed nullam expositionem huius infinitiui προκατεγνωκέναι affert.Quidam interpr.Nihil præiudicasse: quidā, Nullum præiudicium afferre : quidam, Nihil ex præsumptione contra quenquam iudicare. Ego mallem, Nihil præiudicatū domo afferre. Perinde est certè ac si diceret, Nullam præmeditatam condemnationem afferre. Sed quoniam dicit προκατεγνωκέναι, non προκατεγνώσκειν,possit etiam videri sonare, Iam domi & antequam ad audiendam causæ actionem veniatur, præiudicio suo condemnasse. Apud Thucydidem autem cū infinitiuo, in isto libri 3 loco,καὶ δέδιμεν οὐχὶ μὴ προκατεγνῶτες ἡμῶν τοὺς λόγους κρείσσους εἶναι τοῦ ὑμέτερον, ἔγκλημα αὐτὸ πιστεύετε, ἀλλὰ μὴ ἄλλοις χαίρειν φέροντες, ὅτι διεγνωσμένην κρίσιν καθιστάμεθα. Vbi προκατεγνῶτες putto esse, Censentes,præoccupatis quodā præiudicio animis. Sed & διεγνωσμένην κρίσιν quidam hic exp. προκατεγνωσμένην:vt habuisti paulo antè προκατεγνωσθεῖσα δίκη.

Προκατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio seu condemnatio quæ fit quodam præiudicio, vel ex præsumpta opinione.Redditur etiam Præiudicatio,item Præiudicium.

C. MET Αγινώσκω, Sententiam muto, siue quod decreui, Consilium aliud capio. Qui enim sententiam mutat, & aliud consilium capit, veluti pòst decernit siue statuit. Potest tamen μετά,sicut & in aliis multis compositis, mutandi etiam significationem habere. Interdum verò reddi potest & Resipisco, item Me pœnitet. Thucyd. lib.3, οὔτε αἰέλπτων καταστήσαι τοῖς ἀποστάσιν ὡς οὐκ ἔχει μεταγνῶναι. Idem lib. 1, ἐν δὲ τῷ ὕστερα μετέγνωσαν [οἱ Ἀθηναῖοι] Posteriore autem concione consilium aliud ceperunt, vel Sententiam mutarunt. Idem lib. 3, rursum,καμφιθῶσι ὑμᾶς καὶ μεταγνῶναι ἐπὶ τοῦ Θηβαίων ἐπί.θητα. Vbi tamen μεταγνῶναι crediderim non itidem absolutè poni, sed iungi cum sequente accusatiuo:sicut & μεταγνῶναι τὰ προδεδογμένα ab eodem dicitur libro eodem. Itidem apud Euripidem in Medea, μετέγνων καὶ τὰ πρόσθ' εἰρημένα, Quibus in locis μεταγνῶναι non possumus reddere Mutare sententiam, nisi accusatium qui addiur,in ablatiuum, præfixa præpositione De, conuertamus. Veluti si μεταγνῶναι ἐπὶ ἐπίθητι (iungo enim cum accus. & hoc in loco, vti dixi) reddamus, Mutare sententiam de eo quod persuasi fueritis facere. Itidémque μεταγνῶναι τὰ προδεδογμένα, Mutare sententiam de iis quæ decreta fuerint. Alioqui si accusatiuus Græcus accusatiuo Latino reddatur, contenti esse debebimus verbo Mutare : hoc modo, Mutare quæ decreta erant, siue antè decreta. Sed vt reuertar ad μεταγινώσκειν neutraliter positum, sciendum est inueniri etiam μεταγινώσκειν ὅτι τινί, item sine præpositione,μεταγινώσκειν τινί. Lucian.in lib.De cal.Πτολεμαῖος οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ὅτι τοῖς γεγονόσιν. Sic Herodian.lib. 2,μεταγίγνωσκον δ' ὅτι τῷ αὐτόπτῃ ἐλθεῖν. Rarior est altera cōstructio cum datiuo, præfixam præpositionem non habente : cuius exemplum est apud Philostr. in epist. 25, κλαίει γοῦν καταπεσών, καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῷ πεν χῶν. His autem locis in quibus datiuum vel cum præpositione vel solum habet, optimè conuenit interpretatio per verbum Pœnitere : licet Polit.in illo Herodiani loco , μεταγίγνωσκον reddere maluerit, Pertæsi ac dolentes. Apud Hesychium legitur aorist. PASS. Μεταγνωσθῆναι (ita enim scripsisse putandus est, aut μετανεγνωσθῆναι,non μεταγνωσθῆναι) quod expon.μεταπεισθῆναι. Existimo autem sumptum esse ex Sophocle hoc verbum, in Aiace, pag. 43, meæ editionis. vbi tamen non μετεγνώσθη sed μετανεγνώσθη legitur:hoc in loco,οὐτέ γ' οὐξ αἰέλπτων Αἴας μετανεγνωσθη θυμῶν Ἀτρείδας μεγάλων τε νεικέων. Sed quædam exempl.μεταγνώσθη habent. Vtram autem lectionem sequutus sit Hesychius incertum est: sic tamen vt alphabetica series pro lectione illa μετανεγνώσθη potius quàm pro hac μεταγνώσθη faciat : præterquàm quòd expositio quam ei dat, videlicet μεταπεισθῆναι,eam comprobare videtur : quòd & hîc composito vti voluerit illam præpositionem αἰά habente. Verùm cur multo pòst eandem scripturam ab eo reperi dicemus:

Post μετανεγνώσθη enim expositum μετέγνω & μετοίκει, legitur μεταπεγνώσθη cum eadem illa expositione. Cui subiungitur,τὸ αἰαπῆσαι,αἰαγῶναι φασί. Quæ verba addita lectionem illam μετανεγνώσθη apertè & ipsa comprobant: adeo vt existimem priore in loco irreptium esse μεταγνώσθη, quod ibi sedem inuenerit ratione habita seriei alphabeticæ, quum per errorem prætermissa fuisset syllaba νε. Ad illum autem Sophoclis locum vt redeam, (ex quo non dubium est quin lexicographus ille vocem hanc deprompserit) scholiastes μετανεγνώσθη legit, exponens μετεπείσθη καὶ μεταβλήθη τὴν ψυχήν. Totius autem loci apud eum est hæc explicatio, ὁπότε δὲ αἰέλπτων καὶ μεγάλων νεικέων ὁ Αἴας μετεπείσθη καὶ μεταβλήθη τὴν ψυχὴν πρὸς Ἀτρείδας ἀπὸ τῆς ἔχθρας. Sed (libet enim quædam obiter de hoc loco addere) non placet quòd οὐξ αἰέλπτων iungit cum νεικέων. existimo enim οὐξ αἰέλπτων poni pro οὐξ αἰέλπτου, quod nihil aliud est quàm αἰέλπτως. Quòd autem θυμῶν legit, in eo lubenter illi assentior, præsertim si sequatur τῶν μεγάλων νεικέων, vt ipse bis scribit:quum alioqui dicens οὐξ αἰέλπτων μεγάλων τε νεικέων, non τῶν sed τε agnoscat: si tamen hæc quæ subiunguntur,eiusdem sunt : quod vix credo. Legendo autem θυμόν, ita reddendum censuerim , Deductus est de sententia erga Atridas. Vel, Mutata sententia seu mutato animo factus est alius erga Atridas.

Μετάγνωσις, εως, ἡ, Mutatio sententiæ, vel Pœnitentia. Legitur ETIAM Μετάγνοια apud Sophoclem pro pœnitentia : sed quum sit pro μετάνοια, minimè huc pertinet. Nisi fortè tale esse velimus quale ἄγνοια: cuius formam retinet etiam ὑπόγνοια pro ὑπόγνωσις.

C.ΠΑΡΑγινώσκω, Præter ius & æquum statuo, vel Perperam statuo & iudico , vt inquit Bud. afferens ex Xen. Ὑπομν.lib.1, de iudicio Socratis,ἵσα μὲν οὖν μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν, οὐδὲν θαυμαστὸν τοῦτο τοῦτον τοῖς αὐτὸ παραγινώσκουσι τοῖς δικαστὰς, ὅσοι δὲ πάντες ἤδεσαν, οὐ θαυμαστὸν εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν; id est παρὰ τὸ δίκαιον γνῶναι. Apud Philostratum autem cum genitiuo παραγινώσκοντες τοῦ δικαίου pro Iniquè statuentes:quasi παρὰ τὸν γνῶσιν τοῦ δικαίου γινώσκοντες. Sed inter hunc locum Philostrati & illum Xenophontis interserit istum Isocratis in Panath. ἕως μὲν οὖν τοῖς λόγοις ἡμῶν ἐλυμαίνοντο, παραγινώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς ἑαυτῶν, οὐ διαπρωῖτες εὖ ὀρθῶς, καὶ κατακείνοντες, καὶ πάντα τὸ πεν δι' ἀπειρίας, οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων. Sed debuerat potius illis duobus locis tertium hunc subiungere,quum hic alia prorsus sit verbi significatio:videlicet Perperam prælegere & recitare,vt ipsemet testatur:addens tamē,scribi etiam posse παραναγινώσκοντες. Quam ego lectionem longe alteri præfero, imò verò hanc non illam esse genuinam existimo. Apud Synesium tamen putet aliquis fortasse in παραγνοῖς aliquam legendi significationem includi: epist.67,circa finem , καὶ τοῖς ἀκυγράφοις τὰ αὐτὰ πάσχειν δοῦναι τῶν πόνων γραφέντων ἐπέπαξα· ἵνα εἰ μὴ τυγχάνεις δεξάμενος τὴν ὑπόθεσιν, ἔχοις παραγνοῖς αὐτὸς αἰτῶ σε καὶ παρὸς ἐμὲ δι' πέμψασθαι τὰ ἀμοιβαῖα. Sed existimo παραγινώσκειν hîc habere potius intelligendi significationem : vt sit, Re vtcunque intellecta. quasi videlicet res ea non plenè ex illis quæ αὐτόπτα vocat, intelligi posset, sicut ex ea quam miserat epistola. Quæ tamen à me obiter & extempore dicuntur, donec quis aliquam certiorem interpretationem afferat.

C. ΠΡΟγινώσκω , Prænosco, Præcognosco. Vel Præscio, Præsciscо. Itē,Præsentio, Præsentisco. Hippocr. initio opusculi quod προγνωστικὸν appellatur, προγινώσκων δὲ ἐν τοῖσι νοσεοῦσι τὰ τε παρεόντα καὶ τὰ προγενόμενα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι Thuc.lib.2, ἐπιδὴ τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὃ ὀφείλεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοῖ τὴν δύναμιν.Gal.comm.1, in προγνῶσ. Hippocratis, ὥσπερ δυνατοῦ πρὸς προειπεῖν αὐτοῦ τὰ προγνῶναι. A Petro apostolo dicitur προγινώσκειν qui de re quapiam præmonitus est : epist.2, cap.3, ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε ἵνα μὴ &c. (nisi quis malit post φυλάσσεσθε distinguere) A Paulo autem tribuitur Deo verbum hoc aliquoties , & quidem cum accus.personæ.vt epist.ad Rom.cap.11,οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. Vbi vet. interpr. vertit Præsciuit:Erasmus, Antè agnouerat: [redacted]. Crediderim posse etiam exponi,Præscientia sua sibi delegit. Legitur idem verbum eiusdem epistolæ cap.8,ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Secus verò homo hominem προγινώσκειν dicitur ab eodem Apostolo apud Lucam, Act.cap.26,pro Iam antè cognoscere , siue notitiam eius habere : vbi dicit , προγινώσκοντές με ἄνωθεν (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι &c.

PASS, Προγινώσκομαι, Prænoscor, Præcognoscor. Vnde προγνωσθεὶς apud Herodianum , Præcognitum:ὅπως τὸ πρᾶγμα μὴ προγνωσθὲν ἀνατρέψῃ, ne præcognita res omne consilium subuertat , vt reddit Polit. Apud Petrum apostolum,epist.1, cap.1, de Christo,προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς:ver.quidem interpr.reddit Præcogniti,sed Erasmus & [redacted]nō itidem ad verbum,sed rectius tamen,Præordinati.

Πρόγνωσις , εως, ἡ, Prænotio , Præcognitio , Præscientia, Præsagium. De huius vocabuli in arte medica vsu lege Galenum. (qui & προγνωσιν pro eo vsurpasse Hippocratem testatur.) Sic de medico dixit Agathias in epigr. Πᾶσαν ἔχων προγνωσιν ἐν ἄλγεσιν. Hinc etiam medicinalia προγνωστικά, de quibus infrà. Sicut autem verbum προγινώσκειν tribui Deo vidimus , sic quoque προγνῶσιν ei tribui sciendum est in iisdem Testamenti nouis scriptis , & reddi præcognitionem, item præscientiam,necnon prouidentiam.

Προγνώστης,ου,ὁ,Præscius futurorum, Cui est facultas præsciendi futura.

D Προγνωστικός, οῦ,ὁ,adiect. vt προγνωστικὴ δύναμις q.d. Præsagitiua virtus , seu facultas. id est, Præsagiendi virtus, seu vis , vel præsciendi. Nisi quis præsagitricē vim dicendā potius existimet. Philo De vita Mos.lib.3,μεταδόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως.Interdū verò προγνωστικὸς , Qui valet facultate præsagiendi , seu præsciendi. vt quum Galenus in hac verba Hippocratis, δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπεῖσθαι, ὃν τούτων προφέρειν, annotat,προγνωστικοὶ εἶναί σε βουλεται τῆς κινήσεως τῶν νοσημάτων,ὅπως δρῶσιν αὐτοῖς τὴν δίαιταν προφέρῃς.

Substantiuè autem προγνωστικόν, Præscitum,vt Plin.loquitur. Extat & opusculum Hippocratis dictum προγνωστικόν.quidam interpr.prænotionum librum.

C. Σ Υ Γ γινώσκω,quasi quis dicat,Simul sentio. Id est, Eadem sentio quæ & alius, Eiusdem sum sententiæ. Thucyd.lib.7, pag.258,meæ edit.οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον τοῦτο ἐκείνου,καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι). vbi schol.exp.τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον.οὗτοι γὰρ,ὁμογνώμονες ἦσαν αὐτῷ.Sed quū addatur accus.ab ipso Thucydide,aptari nō potest ista expositio huic eius loco.neque enim dicere possis,τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον οὐχ ἧσσον τοῦτο ἐκείνου. Ferri igitur nō possit hæc expositio,sicut nec sequēs,nisi illum dicamus sensum omnium illorum verborum Thucyd. simul declarare voluisse. Verùm quum nō dicat simpliciter Thucydides,ξυνεγίγνωσκον τοῦτο , sed ξυνεγίγνωσκον οὐχ ἧσσον τοῦτο ἐκείνου,otiosa præpositio videri possit.nihil enim obstabat quominus simplici verbo ἐγίγνωσκον vti posset. At in hoc Plut. loco in Coriolano, pag.415,meæ editionis , συνεγνωσαν ὀρθῶς τὸν δῆμον ὅτι πᾶς δίκαιος τὸ Μαρκίου τραπέσθαι, rectè συνέγνωσαν interpreteris Consenserunt, vel Assenti sunt : aut etiam Consentientes dixerunt. quod accedit ad Bud. interpretationem.is enim in simili eiusdem scriptoris loco vertit Fateri : αἱ δὲ ἀκούσασαι συνέγνωσαν βέλτιον αὐτῶν τὸν Κάτωνα λογίζεσθαι τοῦ τὸ πρέποντος. Sed illi fateri addit Agnoscere.

Συγγινώσκω alium quoque vsum habet , cui fortasse primum locum aliquis dari maluisset. In eo certè vsu itidē præpositio Latina Græcæ respōdet. veluti quum ita loquor, συγγινώσκω ἐμαυτῷ οὐ ποιήσαντι ὀρθῶς, Cōscius sum mihi me non rectè egisse. Sic autem vtitur Herodotus isto verbo, pagina 202, meæ editionis , συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς . Itidémque Gregorius vsus est verbo συγγινώσκειν , sed additō etiam accusatiuo : scribens, τοιοῦτα γὰρ οἱ συνεγνωκέναι κακὰ καὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνάξια. At verò apud Appianum

[illegible] Σωεγνωκὼς præfixo articulo, absque vlla adiectione, pro conscio itidem, sed in plurali potius: vt, ληφθέντων τῶν σωεγνωκότων. Item, βασανιζόμενος ἐς τοὺς σωεγνωκότας. (In huiusmodi autem locis possit, vt opinor, οἱ σωεγνωκότες reddi etiam Coniurationis participes, Sceleris participes) Iam verò vt dicitur non solùm, Conscius sum mihi huius rei, sed etiam Conscius sum tibi: (quo in vsu, licet minus frequenti, & poetico potius quàm oratorio, præpositio vim suam magis retinet. Quum enim dico, Conscius sum tibi huius facti, perinde est acsi ita loquerer, Vnà tecum hoc sciо) ita etiam dixit idē scriptor, pag. 148, Ξέρξης δὲ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγει ἀληθέα, quasi quis dicat, Nō cōscius illi veritatis. quod nihil aliud est quàm Conscius illi mēdacii. (Sic tamen vt aliter etiā interpretari quis possit, infinitiuū infinitiuo reddens: videlicet, Nō affentiens ipsi vera dicer[illegible]licet) Possumus verò & in vocis PASS. Συγγινώσκομαι interpretatione apud eū vti itidem nomine Conscius: sed in illo priore vsu quo videlicet dicitur Cōscius mihi sum: vbi scribit, ἴσασι συγγινωσκόμενοι τοῦτο, κοὐ τοῦτο εἶχαν, Sibi conscii se inferiores esse. Sic in Thalia, in fine pag. 115, & princ. pag. 116, meæ editionis, ἐπὶ δὲ τῷ χρόνῳ τοιοῦτος ὁ τῶν Περσῶν Ἀλέξανδρος παρηβήκει, καὶ σωεγνωσκετο ἑαυτῷ οὐκέτι τοῖς δυνατοῖς τὰ πρήγματα ἐπιτρέπειν τε καὶ διέπειν. Nam hîc quoque non video quam vocem inuenire aptiorem possimus quàm illam Conscius: non ignorans alioqui vocem istam de re gravioori potius vsurpari, ita vt & magis in malam partem accipiatur: quinetiam genitiuū illi aptiorē esse quàm infinitiuum: veluti si dicas, Imbecillitatis suæ sibi conscius, propter quam obeundis muniis par esse non poterat. Gallicè autem diceremus, *Il se sentoit n'estre plus suffisant pour exercer sa charge.* Et quoniā ab istis Herodoti locis initium sumpsi, alios eiusdem subiungā, in quibus eadem voce sed aliter vtitur. Sciendum est igitur apud eum pag. 247, legi, νῦν μόλις συγγνοὺς, χρόνῳ κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην. vbi συγγνοὺς existimo sonare, Postquā mecum reputaui hanc rem, vel consideraui, vel perpendi, seu expendi. (Licet ibi interpres vertat, Agnoscens erratum meum) Sic & pag. 140, in fine, μαθόντες ὥς εἰσι ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Hoc autem in loco, συγγνόντες ἀδικήσειν, ὡμολόγησαν, vel significationē istam habere potest, vel certè sumi pro Conscii sibi. in qua significatione habuisti suprà cum participio. Bud. vult συγγινώσκω accipi pro Agnosco culpam & deprecor: sed exemplum nullum affert. Passiuæ quidem voci conuenire videtur ista interpretatio in hoc loco, οὔπω σωεγνωσκοντο, ἢ σάν τι αὐθαδέστεροι. Ex eodem scriptore affertur, συγγινώσκομαι τοῦτο τοῦ εἵνεκα πρὸς In me culpam huius rei esse agnosco. Hesych. συγγινωσκόμενοι exponit πειθόμενοι.

Συγγινώσκω in significatione cui malè primus tribuitur locus, (licet vulgo sit vsitata, & apud quoslibet scriptores, excepto tamen fortassis Herodoto, occurrat) est Ignosco, Veniam do, vel tribuo, seu habeo. Tribus autem modis construitur. Nam interdum dicitur συγγινώσκω σοι, sine adiectione: interdum συγγινώσκω σοι τοῦτο, vel συγγινώσκω σοι τοῦτο. Exempla singularum constructionum hæc sunt. σύγγνωθί μοι, Aristoph. Ignosce mihi, Da mihi veniam. συγγνώσῃ μοι, Ignosces mihi, Chrys. De sacerd. Adiecto autem accus. apud Euripidem, συγγνώσεταί σοι τῶν ἁμαρτιῶν. (Sed apud Thucydidem longè alium vsum habet τῶν ἁμαρτιῶν ξυνέγνωσαν: pag. 271, εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπίοις τοῦ βίου τοῦδε λόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς τὰ αὐτὰ ἔδοξε, τὰ τῶν Ἀθηναίων τοῦ ξυναμφεθήσεσθαι, τῶν ἁμαρτιῶν ξυνέγνωσαν. Vbi schol. exponit, εἴ τι τοῦδε λόγου ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν συνεξήμαρτον. additque, τοῦτο γὰρ δοκεῖ τὸ, ἁμαρτιῶν συνέγνωσαν. Quam expositionem sequutus interpres, ita reddidit, Et siquid opinione lapsi sunt, prout in hominum vita contingere solet, tamē cum multis lapsi sunt, quibus fore videbatur vt status Atheniensium propediem euerteretur. Sed neque illa expositio, neque hæc interpretatio quæ ex illa profecta est, quid hoc loco significet verbum συνέγνωσαν nobis indicant. Qua in significatione quærenda multum me quoque laborare fateor: nihilque aptius mihi in mentem nunc venit quàm vt τῶν ἁμαρτιῶν ξυνέγνωσαν dicamus sonare, De peccato consenserunt: vt συγγινώσκω σοι τοῦτο, est De hoc tecum consentio: sequendo significationem quæ antea verbo isti data fuit, allato etiam ex hoc ipso scriptore exemplo. Commodius tamen diceretur, Affines huic peccato seu huic culpæ fuerunt, quàm De peccato consenserunt. Et hæc quidem de isto loquēdi genere haud scio an aliis satisfactura sint, mihi certè parum satisfaciūt) Tertia constructio est cum genitiuo. vt enim dicitur συγγινώσκω σοι τῶν ἁμαρτιῶν, ita etiam συγγινώσκω σοι τῆς ἁμαρτίας. Tale est, συγγινώσκω σοι τῆς ἀναιδείας. Item, συγγινώσκω σοι τῆς ἀπάτης, quod ex Philostrato affertur pro Ignosco quòd deceptus sis.

PASS. Συγγινώσκομαι, sequendo significationem proximè præcedentem actiuæ vocis Συγγινώσκω, sonat q.d. Ignoscor: pro, Mihi ignoscitur, Mihi venia datur. Aut (si imperionali verbo vti nolis) Veniam consequor. Synes. καὶ οὐκ ἀξιῶ συγγινώσκεσθαι, Nec volo mihi ignosci: seu, veniam mihi tribui, Nec dignum me venia existimo. Sic in Pand. τῶν φονέων τινὲς πιφρουῶται, καὶ τινες συγγινώσκονται. Dicitur alioqui & συγγινώσκεταί μοι, Mihi ignoscitur. Videndum autem an huius vsus exemplum sit in isto Xenophōtis loco, lib. 7, pag. 106, meæ editionis, τούτῳ γὰρ μόνῳ συγγινώσκεσθαι ἔφασαν. Philelphum certè verisimile est aliud sequutum esse: quippe qui vertertit, Hanc vnam veniam sibi dari postulatunt. Nec fortassis improbanda nobis hæc interpretatio fuerit: vt videlicet τούτῳ non personæ sed rei sit datiuus. & tunc συγγινώσκεται non impersonale fuerit, sed personale, sicut & in præcedentibus locis: vt ita interpretemur magis ad verbum, In hoc enim solo sibi veniam dari dixerunt. id est, in hac vna re.

Passiuum autem PARTIC. Σωεγνωσμένος affertur à Bud. in significatione cuius exemplum in ipso verbo non suppetit: videlicet pro Comprobatus, Approbatus, ex Dion. Areop. Item Deprehensus. Ex eodē affert σωεγνωσμένον pro Cognitum.

At Συγγινώσκομαι in signif. actiua potius quàm passiua, vide inter exempla actiui Συγγινώσκω, ex Herodoto petita.

Συγγνωστὸς, ον, ὁ, Ignoscibilis, (quo vtitur Gellius, Græcam vocem, vt arbitror, assequi volens) Dignus cui ignoscatur, Venia dignus. Plut. in Coriol. pag. 421, meæ editionis, τὸν Μάρκιον ὅμως οὐ πικρὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ συγγνωστὸν, ὑπὸ τοσαῦτα τηλικαῦτα ἀνάγκας. Idem in Marc. pag. 578, οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν Πελοπίδαν ποιεῖ συγγνωστὸν ἅμα τῷ τῆς μάχης καιρῷ τοῦδε θερμοῦ ὄντα καὶ τοῖς τῶν ἀμύνεσθαι οὐκ ἀνθρωπίνως ἐκφεύγοντος. Vbi perperam superiores editiones habent σύγγνωστον, cum accentu in prima, pro συγγνωστὸν, vt habent in illo priore loco. (Ex Sapient. cap. 6, affertur cum genitiuo, συγγνωστὸς ὢν ἐλέους ὁ ἐλάχιστος, pro Conceditur minimo misericordia. Qui vsus a Græci sermonis consuetudine discedit) Itidem aliquid dicitur συγγνωστὸν, Venia dignum. Potiúsque, vt opinor, Gellius aliquid ignoscibile, quàm aliquem ignoscibilem dici voluit. Plut. aduersus Coloten, συγγνωστὰ νὴ Διὰ τοῖς λέγουσιν. Item, συγγνωστὰ Atticè pro συγγνωστὰ (vt dicitur ἀδύνατα pro ἀδύνατον, atque alia) Venia dignū est, Veniam meretur, Ignoscendum est: aut etiam Ignoscibile est, sequendo Gellium. Eurip. in Medea, Συγγνωστὰ μοὐστὶ τοῦ σε λυπεῖσθαι γόνου. Ibidem, — εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι, Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐφεσθαι λέχους, Venia tibi danda esset: vel, Venia tibi tribui posset: vel, Dignus venia esse posses.

Huic signif. contrariam habet BI COMP. Ἀσύγγνωστος, Non ignoscibilis, Indignus cui ignoscatur, Indignus venia. Hesychius tamē significationem actiuam dare huic nomini videri posset, (vt idem esset quod ἀσυγγνώμων) quippe qui exponat οὐκ ἔχων συγγνώμην: sed συγγνώμην ἔχειν duobus modis vsurpari videbis. Hinc ADVERB. Ἀσυγγνώστως, Ita vt ignosci nō possit, vel nō debeat, Ita vt venia dari nō possit: vel, danda nō sit.

Συγγνώμη, ης, ἡ, Ignoscentia. vt συγγνώσκω est Ignosco. Sed Latinius Venia. nam Ignoscentia ex Gellio duntaxat affertur. Redditur alicybi & Indulgētia. Variis au-

tem modis vtuntur hoc vocabulo. ex quibus frequentissimi sunt cum verbo ἔχειν, & cum verbo τυγχάνειν: quæ sibi mutuò respondent. Vt enim dicitur συγγνώμην ἔχειν qui veniam habet, id est veniam dat, seu tribuit: ita συγγνώμης τυγχάνειν, (ad verbum, Veniam consequi) cui venia datur. Aristot. Rhet. lib. 2. ὅτι τοῖς μεθύσι δεῖ συγγνώμην ἔχειν. ἀγνοοῦσι γὰρ ἁμαρτάνουσιν. Isocr. ad Phil. ἀποβλέπειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ, ἢ δικαίως τῶν ἁπάντων συγγνώμην ἔχοιεν. In eiusdem Panath. συγγνώμην ἔχειν & ἐγκαλεῖν inter se opponuntur. Legitur itidem apud Dem osth. in Midiam συγγνώμην ἔχειν, necno apud Thucyd. & Platonem, atque alios. Sed apud hunc dicitur aliquis sibi etiam ipsi συγγνώμην ἔχειν, in lib. De rep. πῶς δ' ἑαυτῷ συγγνώμην ἔχει κακῶν ὅτῳ, πειθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πρᾶττοιεν οἱ θεοί. Quod autem ad interpretationem Latinam attinet, συγγνώμην ἔχειν est quidem ad verbum Veniam habere: sed frequentius occurrit Veniam dare, seu Veniam tribuere. nam illud Veniam habere, ex Fabio duntaxat affertur. Æmulari certè videtur hoc Latinum loquendi genus illud Græcum, & nouitatem aliquam redolet. Cæterùm dicitur etiam πολλὴν συγγνώμην ἔχειν. Plato De rep. lib. 2, πολλὴ που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδικοῦσι. Sic Isocr. in Euagora, καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην. Idem in Areopag. οἶς ἀξιοῦσι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φρονοῦσιν. Vbi observa etiam, subiungi particulam εἰ. (Apud eundem, infinitiuo sequente, in Helena, οἷς μὲν οὖν τηλικούτοις πολλὴν συγγνώμην τοῦτο ἔχειν τῶν ἁμαρτημάτων. Sic apud Plinium, Venia sit, cum infinitiuo: Hæc bello quæsisse venia sit) Hoc quoque sciendum est, addi nonnunquā genitiuum huic loquendi generi συγγνώμην ἔχειν. vt apud Aristoph. in Vespis, Διαβαχεῖν τοῦτον κράτιστον ὅστις μοι τὸ δίκτυον· Ἡ δέ μοι Δίκτυον συγγνώμην ἔχει τῶν δικτύων. Sic apud Sophocl. πατὴρ τούτων συγγνώμην ἔχει. Paulo post autē habebis ex Herodiano. συγγνώμην τῶν ἁμαρτημάτων. Habet porro verbum ἔχειν, cum hoc accusatiuo συγγνώμην, alium quoque vsum, quo quis passiuè dicitur συγγνώμην ἔχειν, vt contrà actiuè in locis præcedentibus. Sed antequàm de hoc agere incipiam, addam duo loquendi genera quæ itidem Veniam dare, seu tribuere, significant: sed minus frequētia. Ea sunt, συγγνώμην διδόναι & συγγνώμην νέμειν. Hoc συγγνώμην διδόναι cum apud alios, tum apud Polyb. legitur, & apud Herodianum lib. 8, διδόντος αὐτοῖς χρηστοβαστάνου ἀμνηστίαν συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτημάτων. At συγγνώμην νέμειν ex Heliodoro affertur, quod ad verbum respondet Latinis verbis, Veniam tribuere. Non dubito autem quin & aliis minus recētibus scriptoribus in vsū fuerit hoc συγγνώμην νέμειν, (quanuis exemplum in præsentia nullū suppetat) quum συγγνώμην ἀπονέμειν apud Lucianum legatur in Nigrino, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτοῖς ταῦτά γε ἀμπεχόμενος. μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἔπεσε. Vbi animaduertendum est subiungi participium, sicut suprà infinitiuum vno in loco, in altero autem particulam εἰ, sequente verbo indicatiui modi, præsentis temporis. Potest certè illud participiū in hanc particulam εἰ resolui, sequētē verbo eiusdem & temporis & modi: vt συγγνώμην ἔχειν ταῦτα ἀμπεχόμενος, perinde sit acsi dixisset, συγγνώμην ἔχειν εἰ ταῦτα ἀμπέχεται. Venio ad alterum illum vsum huius loquendi generis συγγνώμην ἔχειν. Vt igitur συγγνώμην ἔχειν dicitur actiua significatione qui veniam dat: (quod Fabius vocat itidem Veniam habere, vt suprà docui) sic passiuè interdum συγγνώμων ἔχει is cui venia datur, qui veniam impetrat: aut certè qui veniam meretur, qui venia dignus est. Plut. aduersus Coloten, ἐκέτευ ἢ καὶ τόπον συγγνώμονα, ὡς λέγουσι, Veniam impetret, Venia donetur. Apud Hermog. autem συγγνώμων ἔχει significat potius, Veniam meretur, Venia dignus est: vbi scribit, χαλεπώτερος ὤν ὁ πολίτης ἀδικῶν τοῦ πολεμίου. ὅτι ὁ μὲν δι' τὸ ἦθος συγγνώμων ἔχει, ὁ δὲ ὀλιγωρεῖ, δι' τὸ πολίτης εἶναι, τὸ μισεῖσθαι. Hunc certè vsum apud Thucydidem quoque habet verbum ἔχειν cum isto accusatiuo: lib. 3, pag. 98, ἢν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, Siqua venia digni sint. Ita enim malo quàm, Siquid venia dignum sit in eis. Quinetiam Euripides ita vsus est in Phœnissis, — καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοῦμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμων ἔχει Προδότῃ γηρᾴσαι πατέρος, ἢ μ' ἐγείνατο. Vbi συγγνώμων ἔχει nihil aliud est quàm συγγνωστὸν ὄντι, sequendo præcedens illud loquendi genus. Ex his porro Euripidis & Thucydidis locis vetus esse istud loquendi genus cognoscimus. Nunc de genitiuo συγγνώμης iuncto cum verbo τυγχάνειν: quæ verba respondent illis συγγνώμων ἔχειν, sed habentibus significationem illam de qua priore loco egi: qua videlicet ponuntur pro Veniā dare, seu tribuere. Sonat enim συγγνώμης τυγχάνειν, siue τυχεῖν, Veniam consequi, Veniam impetrare: vel Venia donari, minus ad verbum, sed eodē sensu. Isocr. Areopag. μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις τοῦδε πιπτεῖν. Idem in Panath. οὐ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶν ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων. (vbi observa non genitiuum solum, sed præfixa præpositione ὑπὲρ) Apud Thucydidē cum hoc genitiuo συγγνώμης, sequente genitiuo personæ. Affertur enim ex eo, συγγνώμης ὑμῶν τυχεῖν ἀξιοῦσι. Alioqui dici etiam posset, συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυχεῖν. Dicitur quoque συγγνώμην λαμβάνειν à Demosthene, is cui ignoscitur: id est, Veniam accipere: vt vicissim συγγνώμην διδόναι dicitur qui ignoscit: id est, Veniā dare, seu tribuere. His opponitur συγγνώμης ἁμαρτάνειν; q.d. A venia aberrare: pro Venia excidere, seu Spe veniæ excidere. Aut simplicius, Veniam non consequi, Veniam non impetrare. At συγγνώμης δεῖσθαι & συγγνώμην ἀπαιτεῖσθαι priora sunt quàm hæc συγγνώμης τυγχάνειν vel ἁμαρτάνειν. Illud συγγνώμης δεῖσθαι apud Herodianum legitur, lib. 2, ὁ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ὀλιγοχρόνιον, γῆρας τε προβεβηκὼς, συγγνώμης ἐδεῖτο, At ille recusare institit, tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniámque orare. vt Polit vertit. Illud autē συγγνώμην ἀπαιτεῖσθαι ex Polybio affertur pro Facere vt quis ignoscat.

Frequens etiam est συγγνώμη δοκεῖ, interdum & συγγνώμη, pro Venia dignus est, vel dignū est, (prout postulat locus) Veniam meretur, Venia tribuēda est. Demosth. Pro corona. ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ πικρία κατ' αὐτοῦ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας τοῦτο. (Qui locus cum isto Thucydidis pulchrè conuenit, libro 3, pag. 96, οὔκουν δεῖ προσθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν, οὔτε χρήμασιν ὠνητὴν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν αἰθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες ὧν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπιβουλεύσαντες ξυγγνωστὸν οἴ' ὅτι τὸ ἀκούσιον. Vbi ξύγγνωμον ὅτι τὸ ἀκούσιον idem valet quod ξυγγνώμη ὅτι τῷ ἀκουσίῳ) Idem orator in Mediā, οὐδὲ ὁμοίαν οὖσαν τοῦτο κἀκείνοις συγγνώμην διῤῥησιν, hunc non eadem qua illos venia dignum esse. Thucyd. lib. 4, pag. 158, καὶ ξυγγνώμη τοῦ εἵνεκα εἰ τὰ ἡμέτερα ποιοῦσι. Apud eundem cum infinitiuo, libro 8 pag. 279, ξυγγνώμη δὲ τοῦ εἵνεκα ἑαυτῷ δεῖ αὐτοῖς πολεμίοις καὶ μετὰ τῶν τῆς πόλεως ἀξυμφόρου κακόν τι βουλεύειν. Sic lib. 5, pag. 193, εἰκὸς καὶ συγγνώμη dicit, sequente infinitiuo. At Lucillius participium subiunxit, quod eundem quem infinitiuus vsum præstat: Epigr. lib. 2, titulo in auaros: Εἰ μὴ ζῆς ἐλάφου παναόν χρόνον νὲ κορώνης, Συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ. Atque vt suprà ostendi dici interdum πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, ita etiam πολλὴν συγγνώμη dici sciendum est: atque vnum ex Isocrate huius loquendi generis exemplum attuli quum agerem de illo πολλὴν συγγνώμην ἔχειν. Cui addi potest ex Demosth. in Mediam, καὶ νὴ Δία αὐτῷ πολλὴ συγγνώμη, οὐ γὰρ ὅτι φρενῶν αἰθρωπος.

Συγγνώμη (inquit Aristot. Ethic. lib. 6, cap. 11) est γνώμη κριτικὴ τοῦ ὀπτικοῦ ὀρθή. vbi quidam συγγνώμη non interpretantur nomine illo Venia, sed Moderatio animi & æquitas. Verùm non dubium est quin ibi quoq; nomini συγγνώμη solita interpretatio conueniat. Perinde est enim ac si diceret Aristoteles, quòd nos alicui συγγνώμην ἔχομεν, id prouenire ἀπὸ τῆς γνώμης κριτικῆς τοῦ ὀπτικοῦ ὀρθῆς, id est, à recta sententia iudicatrice eius quod æquum est & bonum. Totus autē Aristotelis locus est hic, ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ὃν λέγομεν τὸν συγγνωστικὸν καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ὀπτικοῦ ὀρθὴ κρίσις ὀρθή. σημεῖον δὲ τοῦ ὀπτικῆ φαμὲν εἶναι συγγνωμονικὸν, καὶ ὀπτικὸς τοῦ ἔχειν ἐθέλειν συγγνώμην. ἡ δὲ συγγνώμη &c. Quoniam tamen Aristot. ita συγγνώμην in illa sua significatione vsurpat vt interim ad eius originem respicere videatur, & eam ducere à γνώμη: quidam vt hoc sua etiam interpreta-

tione declararent, ἔχει πρὸς ἕνια συγγνώμην interpr. In nonnullis delictis consensum accommodare: addētes, id esse ignoscere ac veniam dare. Itidémque συγγνώμη quod statim sequitur, Hic consensus, id est venia. Sic συγγνωμονικόν, Ad consentiendum promptum ac propensum, id est ad ignoscendum. Sed videri possit Aristoteles, in illo quidem ἀγνώμων, ad originem significationis quam habet illud vocabulum respicere, eam ducendo à γνώμη: at non idem in sequentibus illis nominibus facere: sed quoniā dixerit γνώμην esse τῆς ὀρθῆς κρίσιν ὀρθῶν, vt hoc probet, addere quæ sequuntur, potius ad rem quàm ad verba respicientem. Ac profectò durum fuerit (licet Aristoteles paulo sit in huiusmodi quæ ad analogiam grammaticam spectant liberior, vt alibi docui) συγγνώμη ad γνώμη illud reuocare: quasi συγγνώμη nihil aliud sit quàm nomen illud γνώμη (à simplici γινώσκω) cui præfixa sit præpositio. Contrà enim fateamur necesse est, vt γινώσκω verbale suum habet γνώμη, ita συγγινώσκω habere suum συγγνώμη. (Ac profectò si συγγνώμη verti deberet Cōsensus, multo id maiori cum ratione fieret, deducendo à συγγινώσκειν, quod consentiendi significationem alicubi habere ostendi, quàm à γνώμη, præfixa præpositione, vti dixi) Hoc autem perinde est acsi quis nomen Συγγνώμων, quum apud Platonem pro consentiente ponitur, non iam esse verbale à Συγγινώσκω, sed ex γνώμη factum, præfixa præpositione, (eodem modo quo inde fiunt ἀγνώμων & δυγνώμων, aliáque plurima) contenderet: at quum vsurpatur de eo qui ad veniam dandam propensus est, aut simpliciter de eo qui dat veniam: (quæ significatio frequentissima est, quum altera illa contrà sit rarissima, ea nimirum qua pro consentiente vsurpatur) tunc non amplius ad γνώμη pertinere, sed sui verbi significationē sequi diceret. In qua certè & ipse opinione essem, nisi itidem verbum ipsum συγγινώσκειν pro Consentire positum inuenissem.

Συγγνώμη redditur etiam Indulgentia (vti dixi) item Concessio, necnon Permissio: in hoc loco Pauli ad Corinth. c. 7, vbi de coniugio differit, τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν: ita ibi, περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι, &c. Illud tantùm iniicit mihi scrupulum quòd κατὰ γνώμην ea in significatione legere me non meminerim.

Συγγνώμη, Status vnus ex assumptiuis, quum reus crimen quod obiicitur, transfert in rem aut personam quæ iudicio nō est obnoxia, vt scribit Hermog. Concessio à Trapez. exponitur. Latinè dici etiam potest Venialis status, & Deprecatio. Hæc ex vulg. lex. Vide Hermogenē ex quo affertur & συγγνωμονικὸν κεφάλαιον, quod huc pertinere videtur. Exponitur autem Venialis locus.

Συγγνώμων, ό & ή, (qui & συγγνωμονικὸς) Ad veniam dandā propēsus, Qui libenter dat veniā, Facilis in dāda venia, Facilis in condonādis peccatis. Possis etiam exponere, Placidus, Facilisque, veniāq; paratus, ex Nasone. (Redditur itē Indulgens, itē Clemēs, Mitis, Misericors) Sic in cōparatiuo gradu συγγνωμονέστερα ψυχὴ apud Synesium, Animus ad veniā dandam propensior, vel Animus ad misericordiam propensior. Possit alioqui συγγνωμονέστερος reddi etiam vno verbo ex Terentio, Ignoscentior. Atque adeo illud σύγγνωμονεστέρα ψυχὴ ex eo verti possit Ignoscentior animus. Interdum verò συγγνώμονα εἶναι est simpliciter Veniam dare, Ignoscere. Xenoph. τοῖς θεοῖς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι, deos precaberis vt tibi veniam tribuant. Apud Euripidem, sequente etiam genitiuo (vt nimirum συγγνώμη genitiuum habet) συγγνώμονα εἶναι τῶν εἰρημένων, Veniam dare eorū quæ dicta sunt, Ignoscere quæ dicta sunt. Apud Thucyd. ξυγγνώμονες ἐστὲ pro Concedite, (vt Da mihi hanc veniam, pro Hoc mihi concede, Sine te hoc exorem. Gallicè, Faites moy cesse grace) lib. 2, ξυγγνώμονες δέ ἐστε, τῆς μὲν ἀδικίας καλεῖσθαι τοῖς ἐπαρχοῦσι χείρονες, τῆς δὲ ἡμερείας τυγχάνειν τοῖς ὑπηφέροισι νομίμως. Quantus autem paulo aliter hic sumatur quàm in illo Xenoph. loco, itidem tamen dus tribuitur. (NEVTR. Σύγγνωμον siue ξύγγνωμον, apud Thucyd. ab illa significatione discedit. ponitur enim passiue pro συγγνώμης ἄξιον, Venia dignum. Locum autem in quo vtitur, habuisti suprà in Συγγνώμη, col. 1862, lit. E) Contrariam huic significationem habet BICOMP. Ἀσύγγνωμον, Qui non est ad veniam dandam propensus, seu ad ignoscendum. Aut etiam simpliciter, Qui veniam non dat, apud Demosth. Redditur item Immitis, Immisericors: vt συγγνώμονα reddi etiā Mitem, Misericordem, dictum est.

Συγγνώμων. Consentiens, Qui est eiusdem sententiæ. Plato De leg. lib. 6, ὑμᾶς δὲ ἡμῖν βουλόμεθα συγγνώμονας τὰ ἄμα καὶ μαθήματα γίγνεσθαι. Sic autem συγγινώσκειν pro Consentire alicubi vsurpari, dictum fuit. Alioqui non tanquam verbale huius συγγνώσκω esset, sed tāquam ex γνώμη factum, præfixa præpos. σύν. vt inde sunt ἀγνώμων, ἀδυνώμων, aliáque quamplurima. Præsertim verò si reddatur Qui est eiusdem sententiæ, deductio hæc cōuenire illi videbitur.

Συγγνωμονικός, ού, ό, idem quod συγγνώμων, in ea significatione quæ prior illi data fuit, videlicet pro eo qui ad veniam dandam propensus est, &c. Aristot. συγγνωμονικῶς (qualem esse scribit τὸν σοφὸν) opponit πικρηπικῶν: Ethic. lib. 4, cap. 5, οὐ δὲ πικρηπικὸς ὁ σοφός, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Idem Rhetor. 2, καὶ τοῖς μὴ συγγνωμονικοὶ τοῖς φαυλοτέροις ἁμαρτάνει. Habuisti hoc nomē ex eodem suprà, in loco quem protuli in Συγγνώμη. Sed συγγνωμονικὸς ab eodem vsurpatur etiam pro συγγνωστὸς, Venia dignus, Cui ignosci debet. Rei tamē potius quàm personæ tribuitur, vt opinor. Sic Ethic. 7, οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἢ πάθεσι, ἢ λυπῶν, θαυμαστὸν· ἀλλὰ καὶ συγγνωμονικὸν εἰ ἀνιπείνων. Itē lib. 5, ὅσα μὲν μόνον ἀγνοοῦντες ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά· ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν, βίᾳ δὲ πάθος δὲ μήτε φυσικὸν, μήτ' ἀνθρωπικὸν, οὐ συγγνωμονικά. Quod autem Aristoteli συγγνωμονικὸν, (ex quo solo huius significationis exempla suppetūt) id Thucydidi esse σύγγνωμον ostendi in loco quem ex eo attuli post Συγγνώμων. Videtur certè magis conuenire huic σύγγνωμον quàm illi συγγνωμονικὸν ista significatio. At de συγγνωμονικὸν κεφάλαιον dictum fuit suprà in nomine Συγγνώμη significante venialem statum, vt quidem interpr. v. l. Vbi & συγγνωμονικὴ ἀνάθεσις dicitur esse cōcessio. ADVERB. Συγγνωμονικῶς, Animo ad veniam dandam propenso, Clementer. sequendo non posteriorem sed priorem nominis Συγγνωμονικὸς significationem.

¶ Γνωείζω, Noscito, Agnosco. Ponitur autem & pro Notum facio, Notitiam do, siue præbeo. (vno verbo Notifico, quod apud Nasonem & Gellium inuenitur) dubitatiq; possit vtra significatio præcedere debeat. Sed illi significationi qua ponitur pro Noscito siue Agnosco, priorem locum dedi, quòd plura eius exēpla (præterquam in Testam. noui scriptis, vbi altera perfrequēs est) inuenisse mihi viderer. Siquis tamen alterā præcedere malit, facilè cedā. Plut. in Amat. nar. πόθεν τὸ φώνημα γνωείζειν ὅτι τοῦ Φώκου εἴη, vocē illam, vt quæ Phoci esset, agnouisse: Polit. interprete. Herodian. lib. 1, γνωείσασα δὲ τὸν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐπιτύδασε δι' ἐξελθεῖν τὸν γραφῆν, Agnita dein Cōmodi manu, vt idem vertit. Eodē modo dixit lib. 2, λαβὼν τοῦ τὸ γραμματεῖον (γνωείσας δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ὥσης σοι τὴν αἰναγνώσεως ἐν σωνθήκῃ) ἐπίσκεψαι. Sic & pass. Γνωείζομαι, Agnoscor, apud eundē, lib. 2, τὸ γήρειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωείζοιτο, Detōsa barba, ne agnosceretur. Itidémque apud Lucianum in Timone, οὐκέτι γνωείζομαι πρὸς αὐτοῦ, Non amplius agnoscor ab eis. Ita enim malo quàm Cognoscor ab eis, vt habent v. l. (Licet alioqui, vt γνωείζω, Cognosco, ita γνωείζομαι reddi alicubi possit Cognoscor) Bud. quū de ὀπτανώσκειν loquutus esset, quod dicit significare Agnoscere, id est Noscitare: subiunxit, Idem γνωείζω significat. Lucian. γνωείζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Cui loco addit illum Herodiani, (paulo antè à me allatum) γνωείσασα τὴν Κομμόδου χεῖρα, Agnito Commodi chirographo. Quum alioqui (inquit) γνωείζω significet Cognosco, & Indico, & Notum facio. Vnde γνώεισμα, Indicium, vt pulsus in febre. De quibus Budæi verbis dicam aliquāto póst. Nunc redeo ad illū Luciani locum, γνωείζω τὴν εἰκόνα, &c. In hoc enim quū γνωείζω reddat Agnosco, in iis verbis quæ modò ex eo protuli: alibi vertit etiam Non renuo: exponens Græcis verbis itidem οὐκ ἀναίνομαι. Locus autem (vt melius de eo iudicari possit) est hic in principio libelli aduersus eum scripti qui ipsum in verbis Promecheū esse dixerat. ita enim illum orditur, Οὕτω Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ οὖν κατὰ τὸν ὁρισθέντα πολλὰκις κανόνα τὸν ἐνόμιζον ὄντως γνωείζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Occasionem autem sumpsit Bud. interpretandi illud γνωείζω, Non renuo, ex proximè sequentibus ipsius Luciani verbis. nam subiūgit, οὐδ' ἀναίνομαι τὴν πλοπάλθος ἀκούειν. Non dubium est certè quin & hic locum habeat verbum Agnoscere: sed eum vsum habens quem in isto Ciceronis loco De amicitia, Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo. Sic apud eundem pro Milone, Facti illius gloriam libens agnouisset. Sed & apud Herodianum γνωείζειν à vulgari verbi Agnoscere significatione discedit, lib. 8, vbi scribit, ἐπὶ τὰς εἰκόνας Μαξιμίνου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί τε ἐνθυμούμενοι, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωείζειν καὶ ἀνιπεῖν ἐνθυμούμενόί τε τὸ ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλητου ἀναδεικνύμενας αὐτοκράτορας. Quæ Politianus ita vertit, Proponit Maximini & Balbini ac Gordiani cæsaris imagines, coronis & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum vt agnoscerent salutarēntque & lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. Hoc certè in loco non Latinum loquendi genus è Græco, sed potius Græcum è Latino petitum esse crediderim. Existimo enim hoc loco Herodianum vocem Agnoscere, qua illi vt valde propria vsi erant, voluisse ita interpretari vt verbum verbo redditum esset: ideóque illo γνωείζειν vti non dubitauisse, licet exemplum huius vsus fortasse non habentem. Itidem certè & alia Græca verba ad vsum Latinorum accommodasse illum memini me obseruare. Habet porro nostrum Gallicum verbum Recognoistre (quum propriè sit Agnosco, id est Noscito) hanc quoque verborum Agnoscere & γνωείζειν significationem. Dicimus enim, Ie le recognoy seigneur, vel roy, aut empereur: pro Agnosco illum dominum, regem, imperatorem. Sæpe tamen alia quoque constructione dicere solemus, Ie le recognoy pour seigneur, &c.

Γνωείζω interdum non est Agnosco, sed potius Cognosco. Bud. quum dixisset γνωείζω esse Agnosco, & huius significationis exempla protulisset: subiunxit (vt suprà docui) Quum alioqui γνωείζω significet Cognosco, & Indico, & Notum facio. Quibus verbis videri possit significationem illam qua pro Agnoscere ponitur, nō censere esse primam & maximè propriam. quod ego aliter se habere existimo. Quòd autem subiungit, inde esse γνώεισμα, pro Indicium, ne hoc quidē affirmari potest: quum deriuando γνώεισμα ab ea verbi γνωείζω signif. qua ponitur pro Agnosco, possit exponi, Id quo aliquem seu aliquid agnoscimus. Sed tamen de hoc alios pronuntiare malens, venio ad exempla quibus illa cognoscendi significatio probari potest. Ibi certè nullum ipse affert: sed alibi hoc producit ex Aristot. Metaph. lib. 9, καὶ τὴν ὀπτανώμενν μέτρον τοῦ τοιαμάτων λέγουσιν, καὶ τὴν αὐδήσιν, ὅτι γνωείζουσιν τὰ αὐτοῖς. Ex eodem, ὡς ἂν εἰ ἄλλου ἡμᾶς μεθοῦντες ἐγνωείσαμεν τὴν λίκνοι ἐκμῦ. Quinetiam ex Demosthene affert γνωείζω, pro Cognosco, Noui. Itidémque partic. ἐγνωεισμένος pro Cognitus, inueniri tradit. Ex Isocrate quoque affertur γνωείζειν pro Cognoscere: vbi scribit, πειρᾶν γνωείζειν τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ πόσοι εἰσὶ, Da operam vt noris eos qui & quales sint qui loquuntur. Sic etiam ex Galeno pro Cognoscere, seu Deprehendere: ad Glauc. lib. 1, ἀμφιμεσιὸν δὲ πυρετὸν τοῖς ἀμάλιστα γνωείσαις. Item, γνωείσας δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφάσεις τῆς ἀνωμαλίας τῶν σφυγμῶν. Ad hanc significationem referēda est ea quam dat Polit. isti verbo in hoc loco Herodiani, lib. 2, ἔνιοι δέ τινες τῶν πρεσβυτέρων καὶ γνωείζοντων αὐτὸν τὸν τρόπον. vertit enim, Qui consuetum ipsius haberent ingenium. Miror tamen cur potius reddiderit Consuetum haberent quàm Cognitum haberent: atque adeo suspicari quis possit hoc, non illud, ab eo scriptum fuisse. Inuenitur alioqui & in v. l. γνωείζω expositum Consuetudinem ineo & familiaritatem. Cui significationi subiungitur ex Aristide, οὐ χαλεπῶς ἀλλήλοις ἐγνωείζον. Sed incertum est an hic Aristidis locus pro illius significationis exemplo afferatur: quum ibidem illam proximè præcedat ea cui primum locum dedi: videlicet Agnosco, Noscito.

Γνωείζω, Notum facio, Notum reddo. vel Cognitum reddo, Notitiam præbeo, Indico. Gregor. de Basilio, Ἀγνῶτα γὰρ μοι τὸν ἄνδρα τῶν ἐγνωείσαν πλεόντρονα. Idem, ἵνα καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἀγνοίας καὶ γνωείσῃ τὴν δύναμιν. Idem, ἐκείνῳ γνωείσῃς τὴν ἀμυδρὰν. At in hoc Athenæi loco redditur Indicare: ὁ Πόσιδος ἡδυλόγος τοῖς τὰς ἡδονὰς ἀπὸ γνωείζοισι, iis præmia proponebat qui nouas voluptates indicabant. In Testamenti noui scriptis frequentissimum est hoc vocabulum (vnde etiam videri possint Gregor. & reliqui theologi lubenter hoc fuisse vsi) in hac transitiua significatione, videlicet pro Notum facio, Declaro. (qua vsi prius fuerant Græci Bibl interpretes: vt videmus cum alibi, tum in hoc Psalmi 15 loco, ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς) Ioann. cap. 17, vers. 26, καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωείσω, Et notum feci eis nomen tuum & notum faciam. Sic ad Romanos capite 9, de Deo, ἵνα γνωείσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. Sic ibidem, versu proximè præcedenti, καὶ γνωείσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, Notam reddere potentiam suam. Aut etiam, Patefacere potentiam suam. Quo verbo reddi aptè potest & in isto loco epist. ad Ephes. cap. 1, γνωείσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Vtitur autem & alibi hoc ipso verbo cum eodem accusatiuo. Apud eundē frequens est γνωείζω ὑμῖν ὅτι, quum dicturus est aliquid quod ab illis sciri magni referre existimat. perinde acsi diceret, Vos autem hoc ignorare nolim. Vel potius, Vobis autem apertè significo. Non malè tamen interpr. qui & hic reddunt Notum facio. Apud eundem verò vbi dicit, πάντα ὑμῖν γνωείσει Τυχικὸς, reddi etiam potest, Omnia vobis exponet, vel De omnibus certiores faciet. Inuenitur tamen γνωείζω & pro Cognosco, vel Noui: epist. ad Philipp. cap. 1, v. 22. καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωείζω. vbi οὐ γνωείζω redditur etiam Ignoro, rectè. At de vsu quē habet apud eundē passiua vox γνωείζομαι, dicā mox vbi de illa agā. Nūc de alia significatione verbi huius γνωείζω, quæ ad istam cuius exempla tot allata fuerunt, pertinet: sic tamen vt tanquam particularior sub generaliori includatur. Ea est qua ponitur pro σωίσημι καὶ παρεξενῶ, vt expon. Bud. afferens ex Plutarcho in Fabio, καὶ γνωείζει τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ ἡ χωνή. Interpretationem autem ibi non addit, sed alibi reddit, Conciliat illi & insinuat. Quidam certè γνωείζει & hic simpliciter interpr. Notum reddit.

PASS. Γνωείζομαι (sequendo significationes datas actiuæ voci Γνωείζω) est Agnoscor. cuius significationis habuisti duo exempla suprà in Γνωείζω, vnum ex Herodiano, alterum ex Luciano. Item, sicut Γνωείζω pro Cognosco etiam poni interdum dictum est, ita Γνωείζομαι pro Cognoscor poni sciendum est. vnde ἐγνωεισμένος, Cognitus. Denique vt Γνωείζω est Notum facio, sic Γνωείζομαι, Notus fio, Innotesco, Patefio. Quibus modis reddi potest apud Paulum: fortasse autem alicubi & Cognoscor.

Γνώεισμα, ατος, τό, Id ex quo aliquem siue aliquid agnoscimus, Indicium. Synes. καὶ καθάπερ ἱερέων δίχα πεφραγμένου τὸ δῆρμα λείπεται, γνώεισμα τῶν πάλαι ποτὲ ζώων. Lucian. ἄπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥ, τε ἁπάντων εἷν τῶν τὸ γνώεισμα. Plutarch. ἵνα καὶ γνωείσματα διηνέκεως. Bud. (vt antea dixi) hoc verbale vult esse ab ea verbi γνοείζω significatione qua ponitur pro Indico, Notum facio: exponitque Indicium: addens, vt pulsus in febre: apud Galenum, ταῦτα μὲν αὐτῶν τῶν ἐφημέρων γνωείσματα. Apud eundem, μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἐν τε τοῖς σφυγμοῖς ἔστι καὶ τοῖς οὔροις γνωείσματα. Apud Xenoph. quoque γνωείσματα reddi potest Indicia, Pæd. 2, συναρμόσαι τοῦτα ἀνεπτῶς, ἵνα ἔχῃ γνωείσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν.

Γνώεισμα, Insigne, Ornamentum, Decus, Id propter quod aut res aut ciuitas visenda est. Ita Bud. afferens ex Gregorii oratione de Basilio, ἄλλαι μὲν δὴ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ὅπως αὐ οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν ὁρωμένων· τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώεισμα. Id est, Propter literarum studia visitur: de Cæsarea Cappadociæ. Sic γνωείσματα τῆς βασιλείας affertur pro insignibus imperii. Item, φιλοσοφίας τὸ φέρει γνωείσματα, ex Alexand. Aphrod. in præf. Probl. lib. 2, de medicina, Insignia gestat philosophiæ.

Γνωείσματα plurali numero, Monumenta: sed accipiendo hanc vocem Latinam in certa & peculiari significatione. Terent. in Eunucho, Act. 4, scena 6, Abi tu, cistellam Pythia domo effer, cum monumētis. Vbi Donatus, Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωείσματα καὶ ἀπόγραφα. Cuius significationis aptissimum videtur exemplum habere iste Pausaniæ locus, in Atticis, κρηπῖδ ἀς Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωείσματα εἶναι τῶν παιδί. Pertinet autem potius hæc significatio ad illam cui primus locus datus est, quàm ad eam cui secundus. Cæterùm (vt de hoc obiter lectorem moneam) conuenire optimè videtur ille Terentii locus cum isto Plauti in Rudente, Quia leno ademit cistulam ei quam habebat, vbique habebat Qui suos parentes noscere posset: vereretur ne perierit. Vbi observa etiam verbum noscere quod est γνωείζειν, vnde γνωείσματα.

Γνώεισις, εως, ἡ, Agnitio. Item actio reddendi quempiam notum alii. Plato, πολλὴν χάριν οἶδά σοι τῆς Θεαιτήτου γνωείσεως, quòd mihi notum & familiarem feceris Theætetum, vt vertit Bud. Huic autem verbali subiungam COMPOS. Ἀγνώεισις, Διεγνώεισις, Εὐγνώεισις. quoniam & ipsa, licet eis per compositionem α accesserit, magis formam verbalis retinent quàm nomen Γνώεισις: quod alioqui factum itidem ex hoc verbo esse cōstat. Sicut enim Γνώεισμα ex ἐγνωείσμαι, Γνώεισις ex ἐγνωείσται, sic illa ex ἐγνωείσται fieri manifestum est, & quidem tanquam præcedente γνωειστός. Est igitur Ἀγνώεισις, Non agnitus, aut Qui talis est vt agnosci nō possit. Item, Non notificatus, seu Qui nō innotuit, Qui in notitiam non venit. Vel, Qui talis est vt notificari seu innotescere non possit. At v.l. interpr. Incertus, Incognitus. Præceditque in isdem VERB. Ἀγνωείζω pro Ignoro, quod mihi valde suspectum est. Secundum COMPOS. est Δυσγνώεισις, Agnitu difficilis, Qui facilè agnosci non potest. Vel, Qui non facilè notificari potest, seu innotescere. Cui contrariam significationem habet tertium COMPOS. Εὐγνώεισις. Sonat enim, Agnitu facilis, Qui facilè agnosci potest. Vel, Qui facilè notificari queat, seu innotescere. His addam & VERBALE Γνωειστικός, quo significatur Notitiam præbens, & quasi quis dicat Notificatorius. Sed apud Pollucem reddi potest Index, vbi scribit γνώμονα vocari τὸν ἀποπίπτοντα ὀδόντα τῆς ἡλικίας ὄντα γνωειστικόν.

Γνώεμος, ου, ὁ & ἡ, Notus, Cuius notitiam habemus. Demosth. Olynth. 3, ἔστι δὲ βεβαίως καὶ γνώεμος ὑμῖν ὁ λόγος. οὐδὲ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διδάσκομεν ἔξεστι γὰρ ἐδεῖν. Plut. in lib. De Pyth. orac. ἀμοιβῆ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία· καὶ δόκιμον καὶ αὐτὸ τὸ σώφρον ὅστι καὶ γνώεμον, ἄλλῳ ὀν ἄλλοις χρόνοις ἰχνῶ λαμβάνοντος. Alexander lib. 2 De anima, γνωεμοπάθω & ἀγνωοπάθω inter se opposuit: eodémque in loco voci γνώεμον additi ἀναμφίλεκτον, ita scribens, ἀλλ' ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων ἃ τὸν μὲν ὑπάρξιν ἔχει γνωεμωτάτου, ἀγνωοπάθου δὲ τὸν οὐσίαν· ὡς τὸν ἡ κίνησις καὶ ὁ τόπος· ἐπὶ δὲ μᾶλλον ὁ χρόνος. ἑκάστου δὲ τούτων τὸ μὲν εἶναι γνώεμον καὶ ἀναμφίλεκτον· τίς δέ ποτ' ἐστὶν αὐτῶν ἡ οὐσία, χαλεπωτάτων θεωρῆσαι. quæ Bud. ita vertit, (sensum exponens, non singula verba interpretans) Tempus esse & locum omnes nouerunt, sed quæ sit eorum essentia siue natura, & definitio, scire difficillimum. Γνώεμος annotatur significare etiam Cognitu facilis, sed nullum significationis huius exemplum additur: videndum autem annon illi Demosthenis loco conuenire possit: vt videlicet γνώεμος ibi non sit Notus sed Cuius facilis sit notitia, Cognitu facilis. Neque tamen & illam interpretationem ferri posse nego. Γνώεμον alicubi legisse mihi videor non simpliciter pro eo qui notus sit, sed pro eo qui sit clarus & celeber. Apud Aristotelē Polit. lib. 4, οἱ γνώεμοι distinguuntur ἀπὸ τοῦ δήμου: dicuntúrque δήμου εἴδη esse, οἱ γεωργοί, τὸ περὶ τὰς τέχνας, τὸ ἀγοραῖον &c. at γνώεμον εἶδη esse, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετή, παιδεία. In v. l. ponitur & Γνώεμον, tanquam substantiuum, quod redditur, Fides, reique exploratæ & compertæ fiducia. Quibus verbis additur hæc expositio Græca, sine autoris nomine, πιστὸν καὶ ἀσφαλές· ὃ ἡμεῖς πεπείσμεθα. Sed quanuis de hac expositione, nisi locus adeatur, difficile sit iudicare, quicunque eius est autor, non videtur γνώεμον illud pro substantiuo accipere.

Γνώεμος, Notus. Sed hîc me loqui scito non iam de participio Notus, quod est Cognitus: sed de nomine Notus: id est de Notus quod ex participio in nomen, sicut & alia quædam apud Latinos quoque, transit, & pro familiari ponitur. (Scio enim & extra hanc significationem, nominis loco haberi nonnunquam) vt in hoc versu Horatii, Sat. 1, lib. 1, Non vxor saluum te vult, non filius: omnes Vicini oderunt, noti, pueri atq; puellæ. Vsus est autem hoc γνώεμος & Homerus, sed vno duntaxat (vt tradit ex aliis Eustath.) in loco: videlicet Odyss. ω, non procul à principio, Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ὀνταλ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώεμος ἄλλος. Vbi annotat idem grammaticus, discrimen poni inter ἑταῖρον & γνώεμον: ac fortasse πρωτέρον esse ἑτᾶρον quàm eū qui simpliciter sit γνώεμος: fortasse etiam esse γνώεμον quiddam generalius, sub quo comprehendantur & ἑτᾶρος & alii quolibet modo σωνήθεις. Ego certè illi in vtroque assentior: nam latius multo γνώεμον patere quàm ἑτᾶρον, & maiore hūc quàm illum in pretio esse, varii scriptorum apertè ostendunt loci. Apud Demosthenem certè vt φίλος minus quàm ξένος, ita hoc φίλος plus esse quàm γνώεμος videmus, in isto orationis Pro corona loco, ὀλιγαρχίας γὰρ ἴσης ἢ δικαίας τοσφάσεως Αἰσχίνης τοῦ Γλαυκοθέας τῆς τυραννίδος, ξένος ἢ φίλος ἢ γνώεμος ὢν Φίλιππος; q. d. Tantum abest vt iusta aliqua de causa potuerit illi esse ξένος, vt nec φίλος, atque adeo ne γνώεμος quidem. Sæpe autem redditur hoc γνώεμος Latina voce Familiaris. Bud. interpr. Familiaris & quicum consuetimus: afferens ex Xenophonte, οἷος κύων αὐ σὺ τρέφεις, θεραπεύων, γνωεμωτέρας ἑαυτῷ ἢ σοι ποιήσει. Interdum οἰκεῖοι & γνώεμοι, nonnunquam γνώεμοι & σωνήθεις copulantur. vtriusque vsus exemplum extat apud Plat. Legitur enim apud eum De rep. lib. 1, ἀπέχθεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ γνωείμοις. Apud eundem libro eiusdē operis 2, τοῖς γνωείμοις καὶ σωνήθεσι opponūtur οἱ ἀγνῶτες. Ita enim scribit, οἶσθα γὰρ που τοῦτ' ἤδη γλυκαίνων κυνά, ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ εἶδος· τοὺς μὲν τοῖς σωνήθεσι τε καὶ γνωείμοις ὡς οἷόν τε τοιοῦτοι εἶναι, τοὺς δὲ τοῖς ἀγνῶσι τοὐναντίον. Itidē copulantur ista duo nomina ab Aristotele: sed duobus his alia duo opponuntur. neque enim ἀγνῶτες solum illis duobus opponit, sed ἀγνῶτες & ἀσωνήθεις: ita scribens, Ethic. lib. 4, cap. 6, ὁμοίως γὰρ τοὺς ἀγνῶτας καὶ γνωείμους καὶ σωνήθεις καὶ ἀσωνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Rursum autem Plato in Charmide ἀγνῶτας & γνωείμους inter se oposuit, scribens, τοῖς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοί, τοῖς δὲ καὶ πλείστους γνωείμους. Nec verò solùm γνώεμος τινί, sed & γνώεμος τινός dicebant. vnde affertur etiam γνώεμος ἐμμός. Peculiari magis significatione γνώεμοι appellabantur οἱ μαθηταί. Suidas postquam γνώεμοι exposuit φοιτηταί hunc locum affert, Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωείμους ἔχε πλείους ἢ ὀξακοσίους. Quò pertinet hic Plutarchi locus in lib. De virtute morali, οἱ γνωείμων καὶ μαθητῶν ἑκάστῳ καλούμενοι καὶ ὄντες.

ADVERB. Γνωείμως, Familiariter, More eorū qui sunt familiares. Possint verò & aliæ interpretationes huic aduerbio dari, sequendo eas quæ nomini γνώεμος datæ fuerunt.

C. ΑΝ Αγνωείζω, Agnosco. Sonat q.d. Recognosco, non in ea signif. quam habet apud veteres scriptores, sed in ea potius quæ barbara est pro Gallico Recognoistre. Plato in Politico, δεῖ δὴ πῶς συγγενεῖς ἡμᾶς ἀεὶ προσθυμοῦσθαι λόγον ἀναγωείζειν. vbi Bud. vertit Agnoscere, Noscitare.

Pass. Ἀναγωείζομαι, Agnoscor. At in v.l. Innotesco.

Ἀναγωεισμός, οῦ, ὁ, ET Ἀναγώεισμα, ατος, τό, Agnitio. Synes. epist. 100, ὥσπερ οὖν ὁ ἐμοὶ σωνεληλυθὼς πάλαι, νῦν σωτυχὼν ἀναγωεισμὸν ποιησάμενος. Interdum ἀναγώεισμα est potius Specimē & documentū, teste B.

Ἀναγωείσις, εως, ἡ, apud Plat. idem quod ἀναγωεισμός, Agnitio.

C. ΔΙ Αγωείζω, Dignosco, Internosco. Apud Lucam autem, cap. 2, ἰδόντες δὲ διεγνώεισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου. pro Diuulgauerunt, Notum fecerunt, vt Bud. vertit: rectius quàm vet. interpr. Cognouerunt. Erasm. tamen quum alioqui reddat & ipse Diuulgauerunt, putat & pro Petnouerunt posse accipi. sed perperam: quum cōstet positum esse pro διεῤῥήμασαν quo Marcus vsus est.

Quod sequitur vocabulum δάπεδον, vel post πέδον, vel post ἔδαφος ponendum fuisset, prout quis ex duabus etymologiis quæ ei dantur, alterutram sequi voluisset. Affertur verò & tertia, quam itidem declarabo. Cæterùm quòd non sit προσωπότυπον, sed aliunde deriuatum, (licet & ipsum non pauca ex se deriuata habens) ideo notulam ei, sicut aliis plerisque, præfixi.

—ΔΑΠΕΔΟΝ, ου, τό, Pauimentum. Generalius verò & Solum. Homer. Iliad. σ, in principio, Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, in aureo pauimento. Quē locum affert & Cam. postquam dixit δαπεδον esse pauimentum, id est, complanatum & spatiosum locum in ædibus. Sed malim simplicius interpretari Pauimētum (non addita illa vocis huius expositione) tum in hoc tum in aliis eiusdē poetæ locis. Ex quibus est hic, Odyss. κ, Ὦ φίλοι, ἔνδον τόρ τις ἐποιχομένη μεγαν ἱστὸν, Καλὸν ἀοιδιάει, δάπεδον δ' ἅ παν ἀμφιμέμυκεν. Vbi Eustath. annotat, δάπεδον non χαμὸ ὕπαθρον videri significare, sed τὸ δώματος ἐμβαδόν. Apud eūdem eiusdem operis lib. λ, Ὡς ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας Κείμεθ' ὀνὶ μεγάρῳ, δάπεδον δ' ἅ παν ἄμαρ θῦεν. Vbi annotat idem scholiastes, ὅρα δ' ὀν τῆς ῥηθείσης καὶ ὅτι δάπεδον καὶ νῦν ἴστως τὸ τοῦ μεγάρου ἔδαφος εἶπεν, ἔνθα καὶ αἱ βάπεζαι ᾖσ οἱ κρητῆρες. Vbi obseruandū est, eum, tanquam nō affirmantem, addere ἴστως. i. fortasse. Sic quoq; in loco præcedēte non dicit significare, sed videri significare τὸ τοῦ δώματος ἐμβαδόν. Qua voce alioqui vtitur in eiusdē vocabuli expositione, in illo etiā loco quē primum protuli. Post quā enim dixit δάπεδον esse τόπον ἐγγὺς οἰκημάτων, αὐτὸ μὴ ἔχοντα οἰκήματα: siue τόπον ἐν πόλει, ψιλὸν οἰκημάτων: (vt in hoc eiusdem scriptoris loco, περιφέρων τῶν ἀσπίδα ὀπίχαλκον οὖσαν, προσόχε τῷ δαπέδῳ ἐντὸς τοῦ τείχους) siue χωρίον ὁμαλὸν εἰς διαπεδῶν αὐξῆν, (quod in Odyssea vocari ab illo τυκτὸν δαπεδον, vbi proci se exercent) addit, posse & hic, sicut in quibusdam Odysseæ locis, hac voce intelligi τὸ ἐντὸς οἰκίας ἐμβαδόν. adeo vt δάπεδον non sit ἀθρόον dūtaxat, sed ὑπόρροιον quoque. Quibus hæc subiungit, quæ de etymo huius vocis differit. Ortum est δάπεδον ex vocula δᾶ (quæ Doricè terram significat) & nomine πέδον. Idem enarrator in hunc locum qui extat Odyss. χ, Αὐτὰρ Τιλέμαχος καὶ βουκόλος ἠδὲ συβώτης Αἴθροισαν δάπεδον τύκα ποιητοῖο δόμοιο Ξοῦον, annotat δάπεδον hīc quoque significare τὸ ὑπόστρωμα ἔδαφος. idque manifestum esse ex eo quod dicatur δάπεδον δόμοιο, nimirum ad differentiam τοῦ αἰθρίου. Sciendū est porro vocem istam pro pauimento reperiri apud eos quoque qui soluta oratione scripserunt. Athenæus lib. 12, ἐράνιε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ κατευδαίμων καὶ οἴνῳ ἀώδει τὸ δάπεδον. Quinetiam apud Xenophontem vocē istam habemus, Pæd. libro 8, pag. 142, meæ editionis, vbi de Persarum luxu & mollitie loquitur, ὅπως μὴ αὐτοῖς ἢ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπόκωσιν αἱ δάπεδες.

Δάπεδον, interdum est potius Solum: vt quum dicitur quis natus vel ἐν δαπέδῳ regionis vel vrbis alicuius humatus esse: cuius vsus exemplū in Anthol. epigr. extat. Sed & pluralis pro singulari positus hunc eundem vsum obtinet. vt in hoc Biantis epitaphio, Κλεινῆς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φῶτα καλύπτει Ἥδε Βίαντα πέτρα, κόσμον Ἴωσι μέγαν. Inuenitur & cū aliis genitiuis. siquidē apud Eurip. legimus πεδῶν δαπέδοις, periphrasticè pro πεδίοις Eadem periphrasi dicitur γῆς δάπεδον, (vt Latini poetæ dixerunt Terræ solum) quod Aristophanes non tanquam comicum, sed tanquam tragicum vsurpauit, in Pluto, Ἢ γῆς ἀρούσοις ῥίξας δάπεδον, καρπὸν Δηοῖς θερίσασθαι. Sic autem pleraque extant apud hunc comicum, quæ minimè ex comico sermone sumpta sunt, quin potius ab eo abhorrent: sed ad tragicam grandiloquentiam alludens aut etiam nominatim ad alicuius tragici locum, iis vtitur.

Δάπεδον, (vti dixi) quidam ex πέδον, alii ex ἔδαφος deriuauerunt. Eustathius ex iis est qui ex πέδον deductum esse volunt: vt nimirum δάπεδον dicatur quasi δᾶς πέδον, quod δᾶς est Doricum pro γᾶς: à NOMIN. Δᾶ. Sonabit autem δᾶς πέδον quasi quis dicat Terræ solum. Sic non solùm γῆς πέδον, sed etiam χθονὸς πέδον inueniri apud tragicos, docui in πέδον: genitiuum illum ex Æschylo, initio sui Promethei vincti, hunc autem ex Sophocle afferens. Etymologus nomen hoc δάπεδον deducit quidem & ipse ex πέδον, cui præfixa sit particula δᾶ. sed huic aliam hic significationem inesse existimat. vult enim esse ὀθπαπικόν. id est, habere vim intendendi. vt δάπεδον sonet τὸ μέγα καὶ πλατὺ πέδον, quod est ἔδαφος. Fieri autem ait hoc δᾶ ex ζᾶ, per metathesin literæ δ' in ζ. vnde ζάπλουτος dicitur ὁ παῦ πλούσιος. Vbi obserua obiter eundem vsum PARTIC. Ζᾶ, ET Δᾶ, si eius sententiā sequamur. Ad ζᾶ quidem quod attinet, in multis vocabulis hanc intendendæ significationis vim habere cōstat: at particulæ δᾶ hunc vsum habentis, non obuia itidem exempla sunt. Dicitur quidem in δᾶσκιος esse itidem ὀθπαπικὴ hæc vocula, sed alii esse volunt per syncopen factum ex δασύσκιος. Sic & in Δαοπῶνης vsum istum à quibusdā habere existimatur. Altera autem etymologia (cuius nullam scholiastes ille mentionem facit) ea est qua δάπεδον ab ἔδαφος deducitur. Sed hæc mihi multo minus placet, minúsque veritimilis videtur. Alioqui pro ea facere videri queat VOX Ἐδάπεδον, quippe quæ habeat ε, & in qua aspiratæ duntaxat in tenuem mutatio facta dici possit: vt videlicet ex ἔδαφος primùm ἐδάπεδον pro ἐδάφεδον factum sit, deinde δάπεδον, ablata prima illa vocali. Sed vocem illam ἐδάπεδον nullo testimonio nobis comprobant vulg. lex. ego autem nec apud Hesychium nec Suidam, nec Etymologum, nec alium quenquam, eam reperio: adeo vt valde suspectā habeam, & verear ne, vt aliæ quamplurimæ, errore alicuius ex illorum vulg. lex. consarcinatoribus in ea irrepserit. Hæ sunt illæ duæ etymologiæ quæ apud veteres grammaticos extant: sic tamen vt prior magis apud eos recepta sit. At Carner. hanc falsam esse arbitratur, (nam esse quasi γάπεδον, id est γῆ πεδον, falsum est inquit) qui alterius ne mentionē quidem facit. Putátque δάπεδον esse potius à δάπλω significante κοπλω: sicut pa-

uimentum est à Pauio, quod est ferio. Ego autem non video cur ex duabus illis priorē repudiare debeamus: nisi infinitas alias, quæ alioqui recipi solēt, reiicere velimus. Sed vndecūque tandem originem habeat vox δάπεδον, ex ea orta esse constat nomina composita, Ἀλλοδαπός, Ἡμεδαπὸς, aliáque de quibus ordine agam: atque ita ἀλλοδαπὸς dicetur tanquam ἀλλοδάπεδος, vel tāquam ἀλλοδαφός. idémque & de cæteris dicemus. Sed mirari quis possit, idque non immeritò, quomodo Eustathius δάπεδον ex πέδον non ex ἔδαφος deducens, ἀλλοδαπὸς tamen exponat non ὁ ὢν ἐξ ἄλλου πέδου, siue ὁ τῶν ἀλλόθεν πέδου, sed ὁ τῶν ἄλλοθεν ἐδάφους. Qua de re dicam & in composito secundo Ἡμεδαπός. A B

C. Ἀλλοδαπὸς, οῦ, ὁ, (siue tanquam ἀλλοδάπεδος siue ἀλλοδαφὸς, vt modò dicebam. nam à quibusdam exponitur ὁ ὢν ἐξ ἄλλου δαπέδου, ab aliis ὁ ὢν ἐξ ἄλλου ἐδάφους) Qui est ex alio solo, non ex nostro, Qui est ex solo peregrino, Peregrinus, Alienigena, Extraneus, Exterus, Externus. Homerus Iliad. γ, Μιχθὲὶς ἀλλοδαπῶν, γωμαῖκ ἀνεδὲ ἀνῆγες. id est exteris. Eiusdem poematis libro π, — ἐπεὶ σφίσιν ἔρμα πόλιος Ἔσκε, καὶ ἀλλοδαπὸς ὣς ἐών. Et lib. τ, ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ. pro eo quod alibi dicit, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. pro eo quod alibi dicit, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. Vsus est hoc nomine (licet alioqui sit πεπιπκώτερον) Xenophon quoque Pæd. 8, πολῖται δὲ αὐθρωποι ἀλλοδαποῖ εἰκειότεροι, ἢ σύωποι ἀποσκιώων. Xenophontem verò in vsurpanda voce ista imitatus est Herodianus præsertim: apud quem plerisque in locis occurrit ἀλλοδαπὴ, subaudito substantiuo χώρα, vel γῆ. vt libro 8, βιώσεσθέ τε καὶ κτῆ γωμεν ὀν ἐῖς οἰκείοις, οὐκ ὀν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες. Et libro 5, αὐτὶ μὴ ὑπὸ σκιωᾶς καὶ ὀν ἀλλοδαπῇ διαπτώμθροι. Sic in alio eiusdem loco vsurpatur genitiuus ἀλλοδαπῆς. Vsi sunt verò & alii eodem modo: ex quibus est Philo libro 1, De vita Mosis, καὶ ἀρ' ὅπ ωερὸν εἰς ἀλλοδαπὴν ἀφιγμένος. C D

Ἀλλοδαπὸν, interdum aliquid vocatur quod est inusitatum & insolens, seu formæ inusitatæ. (qua in significatione videndum est an vsurpari Peregrinum possit) Interdum verò & Prodigiosum reddi posse videtur, sicut ἀλλόκοτον. Herodianus lib. 1, ζῶά τε παντία, καὶ πῶ ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, ὀρίμασί τε ἀλλοδαπῶς, καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις πολλάκις ἀπεκωνῆη. vbi Polit. ὀρίμασί τε ἀλλοδαπῶς vertit figura prodigiosa: ita hunc locum interpretans, Præterea animalia omne genus, minimè naturam suam seruātia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. In alio tamen eiusdem historici loco eadem verba haud eodem interpretari modo possimus. haud enim liceat ὀῆμα ἀλλοδαπὸν itidem reddere figuram prodigiosam, in isto eiusdem loco, libro 5 μὴ ἀλλοδαπὸν ἢ παντάπασι βαρβαρον τὸ ὀῆμα ὀρθεῖν, ἀλὺς λυπόσῃ τοῖς ἰδόντας. Hic enim ἀλλοδαπὸν ὀῆμα est simpliciter Peregrinus habitus, id est Peregrinæ genti vsitatus. E F

C. Ἡμεδαπὸς, ᾶ, ὁ, Qui est è nostro solo, id est nostrate: (sicut ἀλλοδαπὸς proximè præcedens, Qui est ex alio solo) Vno verbo reddi potest Nostras. Sonat enim ἡμεδαπὸς, q.d. ὁ τῶ ἡμετέρου δαπέδου, quasi diceretur ἡμεδάπεδος. Vel, ὁ τῶ ἡμετέρου ἐδάφους, sequendo Eustathium: qui postquam scripsit πηλεδαπὸν fieri ex πῆλε & ἔδαφος, & esse νήσους πηλεδαπὰς apud Homerum, ὧν πῆλε καὶ μακρὰ τὸ ἔδαφος ὄφι: addit talem deductionem habere etiam ἡμεδαπὸς & ἀλλοδαπὸς: vtpote significantia, ὁ τῶ ἡμετέρου ἐδάφους, & ὁ τῶ ἄλλοθεν ἐδάφους. Sic πεδαπὸς sonare ποίου ἐδάφους, ἤτοι χώρας, γῆς. Iure autem optimo mirum alicui videatur (vt antea dixi) cur Eust. alibi δάπεδον nō ex ἔδαφος deriuās, sed ex πέδον, præfixā habente voculā δ ἃ quæ Doricè vsurpetur pro γᾶ: in istis cōpositis non itidem genit. πέδου, sed genit. ἐδάφους mentionem faciat. Non video certè quid aliud hìc dici possit quàm eum ista composita non ex δάπεδον facta esse, sed sibi peculiarem deriuationē habere censuisse. Verùm hanc sententiam nulla defendi posse ratione existimo. Erat tamen alioqui dicendum, ἀλλοδαπὸς, ἡμεδαπὸς, & reliqua, ex δάπεδον fieri, quasi ἀλλοδάπεδος, ἡμεδάπεδος: illud autem δάπεδον ex πέδον vel ex ἔδαφος esse ortum. Vnica esset excusandi Eustathii via: dicēdo nimirum eum, quum scripsit, ἡμεδαπὸς, ὁ τῶ ἡμετέρου ἐδάφους, intellexisse ὁ τῶ ἡμετέρου δαπέδου, id est ἐδάφους: itidémque in cæteris. Sed vereor vt parum verisimile iudicetur eum ita intelligendum relinquere nobis voluisse. Equidem Hesych. quoque & Suidas in expositione genitiui ὑμεδαπῶν afferūt illud ἐδάφους. Exponitur porro ἡμεδαπὸς, ἐγχώριος, siue ὁ τῆς χώρας, necnon αὐτόχθων. Sæpe verò & ἡμέτερος, id est Noster. vt ἡμεδαπῆς γῆς Hesych. exp. ἡμετέρας. item ἡμεδαπῶν, ἡμετέρων. Idem postquam dixit ἡμεδαπὸν opponi παρ' ἀλλοδαπῷ, & declarare τὸ ὅλη χώρας: addit, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον. Sic apud Aristophanem Suidas, Ὁ γραῦς χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶ ῥημάτων, exponit ἡμέτερος. Et in alio eiusdem loco, καὶ π καὶ πα ῥῶν ωοδαπόν μνημονεύσαντες ἡμεδαπόν, exponit ἡμέτερον. Sed pronomen ἡμέτερος, sicut & Latinè Noster, interdum & pro Nostras accipitur. H

COMP. Ὑμεδαπὸς illi Ἡμεδαπὸς proximè subiungendum est, vtpote ei respondens: sicut Latinè sibi respondēt Nostras & Vestras. Est igitur Ὑμεδαπὸς itidem Qui est è vestro solo, Vestras. Hesych. ὑμεδαπῶν exp. τῶ ὑμετέρου ἐδάφους. Suidas, ὅτι ἐκ τῶ αὐτῶ ἐδάφους ὑμῖν συγγενῶν ἢ τῆς αὐτῆς χώρας. vbi pro ὑμῖν credo reponendū ἡμῖν, aut ἤτοι: vt genitiuo χώρας exponatur ille ἐδάφους. At in v. l. legitur Ὑμεδαπὴς, ἐος, ὁ, quod interpr. Cōterraneus, Vestras, quasi Eodē vobiscum loco natus. Hisque subiungitur nomen Suidæ, tanquam testis. Vnde apparet eum qui hæc scripsit, existimasse ὑμεδαπῶν, quod apud Suidam legitur, esse à nominatiuo contracto ὑμεδαπής. Sed miror cur potius ab ὑμεδαπὴς quàm ab ὑμεδαπὸς esse putauerit: præsertim quum non ἡμεδαπὴς in isdem, sed ἡμεδαπὸς duntaxat legatur. Quòd si vsquam ὑμεδαπὴς extaret, & quidem apud idoneum quempiā autorem, non dubium est quin & ἡμεδαπὴς itidem dici posset: quinetiam reliqua composita fortasse eādem accipere formam possent. Inueniri quidē certè & παντοδαπὴς, mox docebo. C

C. Παντοδαπὸς, οῦ, ὁ, q.d. Qui est ex omni solo: sequēdo interpretationem quæ aliis compositis datur. Sed Latinè redditur, Omnifarius, Omnigenus, Omnis generis. Interdum Varius, Multiplex. Quas duas posteriores interpretationes ei dat Bud. apud Platonem. Παντοδαπὸς, (inquit) Varius, Multiplex: vt ποικίλα, & similia, apud Platonem De rep. Sic παντοδαπώτατος vertit Valde multiplex, in isto Theophrasti loco, ἄποι δὲ καὶ μηλέαι ἐν τῶ Πόντῳ καὶ παντοδαπώτατα καὶ χρηστά. Apud Aristophan. in Ranis, θηρίον quoddam (cui nomen datur ἔμπουσα) dicitur fieri παντοδαπόν: nimirum ποτὲ μὲν βοῦς, ποτὲ δ' ὀρόλος, ποτὲ δ' αὖ γυνή· quinetiam κύων. Vbi παντοδαπὸν γίνεται quidam interpr. Aliud atq; aliud fit, In omnes formas se commutat. Apud Synesium, παντοδαπὴ ἀρετὴ, Omnifaria virtus, Virtus omnigena, seu omnis generis. Sæpe autem in plurali vsurpatur. vt παντοδαπὰ ζῶα apud Aristot. Animalia omnis generis, siue omne genus, vt etiam loquuntur Latini interdum. Sic παντοδαπὰ νοσήματα, apud Aristoph. Morbi omnis generis: vel, mutata structura orationis, Omne morborum genus. Ex Theophrasto affertur & παντοδαπῆς ὀνῆς.

Affertur ETIAM Παντοδαπὴς, ex Aristot. in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Sed addit Bud. (à quo affertur) Nisi sit menda. Quibus verbis, suspectum sibi fuisse, apertè ostendit. Verùm suspicionem eam si non tollunt, at certè minuunt Dionys. Areop. & Herodianus, apud quos etiam reperitur. Locus Herodiani est lib. 5, pag. 511, meæ editionis, ὁ δὲ δῆμος ἑκατέρωθεν παρεθέτο μετὰ παντοδαπῆς δαδαλχίας. Possit tamen aliquis rursum suspicari ab ipso autore παντοδαπῆς non παντοδαπῆς scriptum fuisse: præsertim quum in eadem pagina declinationem illam non hanc vsurpet, scribens, ἐόθη τε καὶ ὀδόνας παντοδαπάς. Alioqui pro illo παντοδαπῆς facere posset ὑμεδαπὴς quod suprà ex v. l. attuli, si aliquo testimonio confirmatum ibi esset. H

Παντοδαπῶς, aduerb. Omnifariam, Omnibus modis, vel Omni modo. Vno verbo, Omnimodè, quo Lucretius vtitur. Extat apud Aristot. in Ethic. lib. 2, cap 6, pentameter, sine autoris nomine, in quo ἁπλῶς & παντοδαπῶς inter se opponuntur. Eius enim pentametri verba hæc sunt, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Vbi quidā παντοδαπῶς

παντοδαπῶς interpr. Multis modis: ego malim, magis ad verbum, Omnibus modis.

C. Ποδαπὸς, οῦ, ὁ, (q.d. ποίου δαπέδου) Ex quo solo, Cuias. Conuenientem significationem habet cum Ἡμεδαπὸς & Ὑμεδαπὸς, eodémque pertinentem. Xenophon, ἐρωτῶμενος δὲ ποδαπὸς εἴη, Πέρσης ἔφη εἶ. Plato in Apol. Socr. πῆς καὶ ποδαπός. Aristoph. Nubibus, ὦ Ἡρακλεῖς, ὦ ωῆ ποδαπὰ τὰ θηρία; Cuiates feræ? Quidam exponunt etiam, Quales feræ? B

Inuenitur ETIAM Ὁποδαπὸς, sed significās potius Qualis. Suspecta autem hæc scriptura esset, nisi in variis locis reperiretur. Atque adeo quidam annot. ποδαπὸς dici ὅλῃ ὅπου, sicut ποδαπὸς ὅλῃ γῆς. Lucianus in dialogo qui ωδὲ ωδῆσπου inscriptus est, ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα πινῶν λεγόντων, Ποδαπὸς ἢ ὅστις ὁ φίλος, ὅς πς οὐ βίβρωκεν οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; Vbi ποδαπὸς à quibusdam redditur Qualis, siue Cuiusmodi. Hermog. De inuentione, σκοπτέον τὸ ωρῶτμα ποδαπὸν ὅλῃ, καὶ ποδαπὸν ὑποείληφαν χρηστὸν, ἢ φαῦλον, Considerandum est qualis res sit, & qualis existimetur, bona an mala. Iulianus imperat. in Misopogone, ὃς ὑπὸ ἀφροσύνης οὐ σωῆκα ποδαπὸν τῆς δὲ τῆς πόλεως ἦθος. Libanius, ποδαπὴ πῶ λαλῆσαι ἡ ωαρθένος. Inuenitur & in aliquot Testamenti noui scriptis. Lucas cap. 1, v. 29, καὶ διελογίζετο ποδαπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος Cogitabat apud se qualis esset ista salutatio, Quod esset istud salutationis genus. Ab eodem cap. 7, personæ tribuitur: subiungiturque particulæ πῆς: versu 39, οὗτος εἰ ὡ ωροφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποδαπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ. ὅτι ἁμαρτωλός ὅτι. Vbi ποδαπὴ sonat perinde acsi diceretur, Qualibus moribus prædita. Secus apud Matthæum cap. 8, vbi personæ itidem tribuitur, ποδαπὸς ὅτιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακουουσιν αὐτῷ; Qualis est iste? Sic ποδαποί εἰσιν οὗτοι; Quales sunt isti homines? vel, Quod genus hoc hominum? vt Maro loquutus est. Sciendum est autem, quanuis ποδαπὸς reddatur Qualis, aliud tamen esse quàm ποῖος, aut saltem esse significantius. perinde videlicet acsi non simpliciter interrogaretur qualis, sed simul etiam ex quali regione ortus. Ideóque optimè reddi possunt illa Maronis verba, Quod genus hoc hominum, istis Græcis, ωοταωοί εἰσιν οὗτοι; siue οὗτοι οἱ ἄνθρωποι. quoniam sequitur, — quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? Perinde est enim acsi dictum esset, Quales sunt isti homines? & ex qua regione orti, quæ tam babara est? Apud Petrum autem epist. 2, cap. 3, legimus ποταωοὶ cum præpositione ἐν, habente suum datiuum, τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταωοὶς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις; At Phrynichus hanc vocem reiicit, tanquam ἀδόκιμον. ωοταπὸς (inquit) διὰ τῶ τ, μὴ εἰπῶς. ἀδόκιμον γάρ. διὰ τῶ η δὲ λέγεν, ὅθεν ἡ ἡμῶν Σώσης. ωοδαπὸς ὅτι; Θηβαῖος, ἢ Ἀθηναῖος. ἔστι γὰρ ὅῆ ἐκ τίνος δαπέδου. Sed quanuis ἀδόκιμον esse dixerit illud ωοταπὸς per τ, subiungit, ωοταπὸς δὲ ὅτιν, εἰ εἴωοις, ωοταπὸς τὸν τρόωον Φρυνίχος; ὀλπεκής. Quibus hæc addit, quæ non satis cum superioribus conuenire videntur, χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν, Ποῖός σοι τὶς δοκεῖ εἶ; Sed existimo eum intellexisse, ωοταωὸς non esse dicendum, nisi cum adiectione accusatiui: ideóque quum adiciendus accusatiuus non est, vtendum esse nomine ωοῖος. Mirum est interim, eum antea generaliter ἀδόκιμον pronuntiasse illud ωοταωός: præsertim quum reperiatur tum in iis quos protuli locis, tum in aliis plerisque, & quidem sine accusatiuo etiam. Lucianum quidem certè non vsurum fuisse, si ἀδόκιμον foret, persuasum habeo. C D E F G

Ποταπὸς alicubi existimatur reddendum potius Quantus. vt Marci 13, ωοταωοὶ λίθοι, & ωοταωοὶ οἰκοδομαί. Sic 1 Ioann. cap. 13, in principio, ἴδετε ωοταωὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατήρ. Sed alii in huiusmodi quoque locis interpretari malunt Qualis: potéstque certè his etiam locis hæc interpretatio conuenire. H

C. Τηλεδαωὸς, vide post Τῆλε, t. 3, c. 1461.

C. Ὑμεδαωὸς, vide suprà, post Ἡμεδαπός.

Quod sequitur vocabulum, minimè ωροωότυπον est, sed deriuatum: ideóque præfixa & illi lineola fuit. Quū autem duæ eius afferantur deriuationes siue etymologiæ, sequendo eam quæ mihi magis probatur, ponendum fuisset tomi 3, col. 82, post verba ex Γαΐω composita. A

— Ἀ Π Α Τ Ἀ Ω, ῶ, F. ήσω, Fallo, Decipio, Impono. Magis tamen aptè Seduco, quòd in hac interpretatione retineatur idem metaphoræ genus: quum ἀωατῶ sonet quasi ἀωάγω τῶ πάπυ. qua de re fusius disseram in ἀπάτη. Homerus Odysseæ ρ, — οὐκ αὖ ἔγωγε Ἀλλα παρὲξ ἐῶωιμι ωοδηκλιδὸν, οὐδὲ ἀπατήσα. quibus verbis & alibi vtitur. Apud eundem legimus ἀπάτησεν præfixum habens datiuum δολοφροσύνῃ. In vulg. lexicis Ἀπατῶ exponitur etiam Dolo non malo decipio, sine vllo exemplo. Quædam tamen quæ pro illa interpretatione facere possunt, afferam in nomine Ἀπάτη: sed talia vt apud me parui sint ponderis. Pass. Ἀπατάομαι, ώμαι, Decipior, Fallor. vnde participium ἠπατημένη apud Sophoclem in Aiace, Ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη, pro ὑπὸ φωτὸς, Noui me à viro deceptā. Aliud particip. ἀπατηθέντες apud Thucyd. libro 2, ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτῶν ἐξ ὁμολογίας πνός. Cæterùm de verbi huius deriuatione dicam in Ἀπάτη. vbi etiam docebo non temerè à me positum fuisse Ἀπατῶ ante Ἀπάτη. quum enim verbale sit Ἀπάτη. (quod ex verbali composito Ἐξαπάτη probabo) sequi, non præcedere, debuisse constat. A B

Ἀπάτημα, ατος, τὸ, Fallacia, Captio, Impostura. Atque vt substantiuum hoc formatum est ex ἠπάτημαι, sic ex ἠπάτηται est formatum adiectiuum NOMEN Ἀπατηκός quod sonat, Qui talis est vt fallere possit. vel Fallendi vi seu arte præditus. Potest & vno verbo reddi Fallax, sicut ἀπατηλὸς, quod proximè sequitur. C D

Verùm eadem opera agendum & de nominibus COMPOS. Δυσπάτητος ET Εὐπάτητος: quòd & ipsa ab eadem illa tertia persona fiant, tanquam videlicet præcedente ἀπατητός. quod tamen non dicitur. Sonat autem Δυσπάτητος, Difficilis deceptu, Qui difficilè decipi potest: vicissimque Εὐπάτητος, Qui facilè decipi potest, Facilis deceptu, Qui talis est vt ei facilè imponi possit.

Ἀπατηλὸς, οῦ, ὁ, Fallax, Deceptorius. Exponitur in vulg. lex. Fraudulentus, non malé: sed illa duo magis apta sunt Græci huius nominis interpretationi: quòd verbalia sint à Fallo & Decipio, eodem modo quo ἀπατηλὸς ab Ἀπατῶ. (Sic ἀπάτη commodius Fallacia vel Deceptio redditur quàm Fraus) Possit alioqui non solùm Fraudulentus reddi, sed & Dolosus, necnon Captiosus. Homerus Iliad. α, — οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδὲ ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ καταβύσω, Minimè fallax, Minimè fraudulentum, seu dolosum, Nihil fallaciæ aut fraudis habens. Plato in Cratylo, καὶ τὸ κλωπικόν τε καὶ τὸ ἀπατηλὸν ἐν λόγοις καὶ τὸ ἀγοραστικόν. Lucianus, νομίζω ἄδικον καὶ ἀπατηλὸν ἐωοιήσω. Inuenitur in eadē significatione & QVINQVESYLL. Ἀπατήκιος, sed apud poetas tantùm, vt opinor. Homer. Odysseæ ξ, Ἐχθρὸς γάρ μοι κῆνος ὁμῶς ἀΐδαο ωύλησι Γίγνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει. Quod acrostichion habetur in alio eiusdem libri loco, Ἐλθὼν ἐς δέωνιαν ἐμὸν ἀπατήλια βάζει. Apud eundem legimus etiam ἀπατήλια εἰδώς. Sed & aliquis vocatur ἀπατήλιος, id est, Fallax, Impostor: pro qua significatione ex Nonno affertur. Cæterùm ex ἀπατήσω futuro verbi ἀπατῶ fieri ἀπατήλιος traditur: quod de ἀπατηλὸς potius dicendum fuerit, ex quo illud factum esse manifestum est. E F G H

Ἀπάτη, ης, ἡ, Deceptio, Fallacia, Fraus. Atque vt illa duo priora nomina verbalia sunt à Fallo & Decipio, ita nomen istud ἀπάτη pro verbali habere malui. Etymologici autor quum nominis ἀπάτη etymologiam affert, non verbi ἀπατῶ, videtur hoc ex illo deducere: Eust. contrà, quum verbi ἀπατῶ non nominis ἀωάτη etymum affert, videtur illud prius hoc velle constitue-

re. Sed idem alibi nominis ἀπάτη & verbi ἀπατᾶν etymologiam simul ponit. Verùm vt ἀπάτη verbalē esse censerem, impulit me quædam non parui ponderis ratio, atque adeo plus apud me quàm illi grammatici autoritatis habens. Ea autem est, quòd inueniatur ἐξαπάτη: cui præfixam præpositionē quum ex verbo ἐξαπατῶ manasse, ita manifestum sit vt controuersum esse nequeat: quis ἀπάτη ex ἀπατῶ itidem factum, atque adeo formandi illius verbalis ἐξαπάτη exemplum præbuisse non fateatur? Vtrunque autem tam ipsam decipiendi seu fallendi actionem, quàm technam qua vtimur ad decipiendum, seu technam deceptoriam sonat. quod itidem sonat Latinis Fallacia. Nunc de deriuatione. Ἀπατᾶν (inquit ille scholiastes) τὸ ἀπάγειν τῶ πάνυ. quum antea dixisset, inde (videlicet à nomine πάνυ) esse & ἀπάτη & ἀπατᾶν, quasi μὴ ἀδείας ὁδοῦ ἐχεσθαι καὶ ὡς ὅτι ἀτραπὸν βαδίζειν, ἀλλὰ καμπὰς ἑλίττειν, καὶ σφάλλειν ὁδὸν κάκεῖ. Idem comment. in Iliad. librum 2, Ἀπάτη & ἀπατῶ ex α priuatiuo fiunt (inquit) & nomine πάνυ, quo significatur ἡ πεπεμμένη ὁδός. Nam ἀπάτη est ἡ τῶ ὀρθοῦ ἔκνευσις εἰς τὸ πλάγιον καὶ δόλιον. Sequendo autem hoc etymum, optimè conuenier metaphora, id est metaphorica significatio, verbi ἀπατῶ cum ea quā Latini dederunt verbo Seduco. Satis enim constat Seduco sonare quasi quis dicat Seorsum duco: atque hinc tamen ad decipiendi significationē transferri apud classicos etiam autores videmus. Equidem tam bellè hoc Latinum cum Græco illo in ista translatione conuenit, vt huius exemplo significatio ista illi data esse videri possit. Cæterùm quod dixi metaphoricam esse verbi ἀπατῶ significationem pro Decipio, nō ita accipiendum est quasi extra metaphoram quoque vsurpetur, sicut Seduco: sed ita loquens, respexi ad significatum illud quod ei conuenit illam ἀπὸ τῶ πάνυ deriuationem sequendo. Sed venio ad alteram illam deriuationem, siue etymologiam: quæ quis multo minus mihi probetur, ac verisimilis videatur. Ἀάτη, (inquit Etymologus) & per pleonasmum literæ π, ἀπάτη. Ac ne ipse quidem Eustath. hoc etymum ignorauit. In illo enim quem ex comment. in librum secundum protuli loco, Fortassis (inquit) ἐκ τῶ Ἀπω quod est βλάπτω, & ἐκ τῆς ἄτης, fit ἀπάτη & ἀπατᾶν: sicut ἀπιδεῖν fit ex ἰδεῖν. Sed ἀπάτη deducendo ex ἄτη, esset non tantùm literæ π, sed syllabæ πα pleonasmus. Omisi autem verba quæ apud Etymologum præcedunt, tanquam nihil fide dignum habentia. Legitur enim apud eum, ἐκ τῶ ἀπαφῶ, ἀπάτη καὶ ἀπατῶ. quibus subiunguntur illa, ἢ ἀάτη &c. Cæterùm vt ad exempla vsus illorum veniam, sciendum est eum prosæ scriptoribus cum poetis communē esse. Homerus Iliad. ο, de Ioue, Τῆς δ' ἀπάτης κοπέων. vbi scholiastes exponit, ὑφ' ὕπνου τῆς πλάνης. Idem Odysseæ ν, genitiuum pluralem ἀπατάων copulat cum μύθων κλοπίων: vbi canit, — δόλων ἄτ', οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδ' ἐν σῇ περ ἐὼν γαίῃ λήξειν ἀπατάων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν φίλοι εἰσίν; Apud eundem legimus ἀπάτῳ cum κακῷ: Iliad. β, Νῶϊ δὲ κακῷ ἀπάτῳ βουλεύσαντο. Vbi Eustathius existimat ἀπάτῳ dictam esse κακῷ ad differentiam τῆς ἀγαθῆς. vt apud Æschylum est ἀπάτη quædam δικαία, hoc in versu, Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός. Fuerit autem ἀπάτη ἀγαθὴ (inquit) ἡ ἐν καιρῷ, καὶ οὐδ' ὀπιβλαβής. Additque huc pertinere quod apud Herodotum legitur, ἔνθα χρὴ τὴν ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Hinc & Vlyssem ita δόλιον appellari, in laudem, quinetiam quemlibet belli ducem. Atque hoc quod de imperatore dicit, cum illo Virgilii dicto cōuenit, — dolus an virtus, quis in hoste requirat? Quinetiam in istum locum Iliadis ι, Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε, καὶ ἤλιτεν. οὐκ ἀν' ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν, annotat, optimè adiici τὸ ἤλιτε post ἀπάτησε. sicut enim non omnis dolus, ita nec omnis ἀπάτη vituperanda est: sed ea duntaxat quæ proficiscitur ab iis qui sunt ἀλιτοί. Quibus subiungit eundem illum Æschyli senariū, perperam tamen scribens, ἀγαθῆς ἀπάτης pro ἀπάτης δικαίας. Hæc Eustathius: cui de expositione adiectiuī illius κακῶν minimè assentior: potiusque κακῷ ἀπάτῳ ita vocari, vt κακῷ νόσον ab eodem poeta, initio Iliad. existimo. Neque enim appellari κακῷ νόσον ad discrimen τῆς ἀγαθῆς, quisquam dicturus sit. (Quomodo autem ibi interpretandum sit κακῷ, suo loco docui. Exemplis tamen ibi allatis huius significationis quam habet interdū NOMEN Κακὸς, hoc quoque diligens lector addere meminerit) At verò τῶδε τῆς ἐν καιρῷ ἀπάτης, cuius ab Eustathio fit mentio, aliquid præterea mox dicam. Nunc exempla ex solutæ orationis scriptoribus proferam: primùm à Platone incipiens, apud quem legimus, libro 11, Legum, ψεῦδος μηδεὶς μηδὲν, μηδ' ἀπάτῳ, μηδὲ τι κίβδηλον, ἡῷος ὀλοκαλούμενος θεῶν, μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ τοιαζέτω, ὁ μὴ θεμιστεύσας ἔσεσθαι μέλλων. Dixerat autem paulo antè, κιβδηλείαν δὲ χρὴ παίειν ἀιδρεῖ θεραπευθῶσι καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτῳ, ὡς ἔν τι ἡῷος ὂν τοῦτο· ὦ τῶν ἀρίστων ὀλοφέρειν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, κακῶς λέγοντες, ὡς ἐν καιρῷ γιγνόμενον ἑκάστοτε τὸ ψεῦδος, πολλάκις αὖ ὀρθῶς ἔχοι. Libuit autem totum hunc locum afferre, vt cum eo possent conferri illa Eustathii verba, ἡ ἐν καιρῷ ἀπάτη. Itidem enim hic constituit Plato τῷ ἐν καιρῷ ἀπατῶ, sicut τῷ ἐν καιρῷ κιβδηλείᾳ, & τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος: quū tria hæc sub illo quod ἡῷος vocat comprehendantur: cuius meminit & quum dicit, ἐν καιρῷ γιγνόμενον τὸ ψεῦδος. Ad tertium autem istud, τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος pertinet ille Herodoti locus, ἔνθα χρὴ τὴν ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Sed de his alius fuerit philosophandi locus. Venio ad Xenophontis locum, Pædiæ lib. 1, ὅτι τοῦτα πάντα κακουργίαι τινὲς καὶ ἀπάται, καὶ δουλώσεις καὶ πλεονεξίαι. Sæpe etiam in re militari vsurpatur ἀπάτη. vt apud Plutarchum in Fabio, Φαβίῳ δὲ πᾶσαν ἀπάτῳ καὶ δόλῳ πολλάκις. Apud eundem legimus in libello illo De superstitione, ἀπάτη φλεγμαίνουσα. Et in Apophthegm. δ' ἀπάτης τὰ πολλὰ φράσειν. Item ἀπατῶ σε ἀπάτῳ ex eodem dicere possumus. apud eum enim in libro qui πῶς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν inscribitur, Gorgias tradit tragœdiam esse ἀπάτῳ, quam ὅ, τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Apud Alexandrum Aphrodis. ἀπάτη τῆς ὄψεως redditur Hallucinatio visus.

Ἀπατεῶν, ῶνος, ὁ, Deceptor, Impostor. Xenoph. Pædiæ 1, δεῖ τὸν μέλλοντα τοῦτο ποιήσειν, καὶ ὀπιβουλον εἶναι, καὶ κρυφίνοον, καὶ δολερὸν, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ κλέπτειν, καὶ δρπαγα. Herodian. libro 3, αἶδρα ἀπατεῶνα, σφόν τε θεὸς ὀπιβουλοῦ. Plutarchus De Pyth. oraculo, ἀπατεῶσι καὶ γόησι ἀνθρώποις.

C. Ἀπατεώρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Virum fallens seu decipiens, Hominem decipiens, vel Hominis deceptor. Vtitur Nonnus. Item Iouis epithetum, de quo lege Etymologū, in Ἀπατούρια.

C. Διαπατάω, ῶ, Fallo, Decipio. pro simplici ἀπατῶ. Afertur ex Platone De legibus. Ab eius passiuo Διαπατῶμαι est præt. διήπατημαι, cuius plur. persona tertia est διηπάτηται, Decepti sunt.

C. Ἐξαπατάω, ῶ, Fallo, Decipio. Et ipsum significationem simplicis habet: potius enim ornatum simplici, (vt fit & in aliis plerisque) quàm vim eius significationi addere videtur. Est porro in frequentiore vsu compositum hoc ἐξαπατῶ quàm illud ἐξαπατῶ. Homerus Iliad. ι, Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν. οὐκ ἀν' ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν· ἄλις δέ οἱ. Est enim iungenda præpositio cum ἀπάτησε. Xenoph. Pædiæ 3, σὲ δὲ οἶδεν, ἃ μὲν ἐβουλήθης ἐξαπατήσαι αὐτὸν, οὕτως ἐξαπατήσαντα ὡς καὶ αὐτὸς τυφλοῖς ἢ κωφοῖς καὶ μηδ' ὁποῖα φρονοῦντας ἐξαπατήσειν. Vbi obserua constructionem cum duplici accusatiuo: ita vt liceat dicere, ἐξαπατῶ σε τοῦτο: subaudiendo videlicet præpositionem κατα. Apud eundem legimus ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ, Meipsum decipio, Meipsum fallo. (Cui simile est apud Demosthenem, αὐτὸν ἐξαπατῆσαι, Olynth. 3) Idem Xen. de canibus vaniloquis sæpe dixit, vt annot. Budæus. Item de mulieribus fucatis, & viris purpurissatis, in Œ-

conom. pag. 493, meæ editionis in fine, εἰ σοι μέλοιτο διέφθορος, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπ' ἀλειφόμενος αὐδρεικέλῳ, δοκῶ σε κινδυνεύειν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ σωφρόνων ἐξαπατῶν σε. Demosth. ἐξαπατικότα & τοῦδε κακροῦ μόνον copulauit: Plato autem ἐξαπατῶντες & γοητεύοντες: sicut antea ἀπατεῶσι cum γόησι copulatum ex Plutarcho attuli. Demosthenis locus est Philipp. 2, ὑμεῖς δὲ, ὅτῳ ἐγὼ, δεδόνται μὴν καὶ ὑπουργούμενον θεωρεῖτε Φίλιππον· ἐξαπατικότα σ' ἤδη καὶ τοῦδε κακροῦ μόνον ἀπτόμενα, αὐτοσχεδιάζοντα, ἰδεῖν. Platonis autem locus extat Politic. libro 2, non procul à fine, ἀλλ' ἀεὶ τῶδ' ἐγὼ αὐτὸ ὑπὸ δεῖ εἶναι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ πιστὸν δεῖ εἶναι σοφὸς παντελῶς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες; Et statim post dicitur ψεύδεσθαι, φάσμα τοιοῦτον, qui hic ἐξαπατᾶν & γοητεύειν. Passi. Ἐξαπατῶμαι, Fallor, Decipior. Xenoph. Pædiæ 8, ἄλλοι ἄλλοις πίστιν ἐξαπατηθέντες ἀπόλοιντο. Plutarchus in libro De audiendis poem. τὸ δὴ μόνοις οὐκ ἐξαπατᾶσθε Θεσσαλοί; ἀμαθέστεροι γὰρ εἰσιν ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Sed act uè etiam vsurpari sciendum est ab Aristotele Problematū sect. 28, διὰ τὸ τοῦδε καταδήκην αἰσχίον ἀποστερῆσαι μικρὸν, ἢ πολυδαπανήσαι. ἢ ὅτι ὁ τοῦδε καταδήκην ἀποστερῶν, πον ὑπὸ λαβόντα τῆ αὐτὸν ὀπιεικῆ ἐξαπατᾶται.

Ἐξαπατᾶν τὸν νόσον dixit Lucianus pro τοῦδε μωτῆσθαι, & auertere sensum doloris & morbi. Ita Budæus. At ego & hic verbo Fallere vti nos posse existimo, quemadmodum dicitur aliquis fallere laborem, seu curas: sicut & fallere tempus.

Ἐξαπάτη, Fallacia, Deceptio, Impostura. Hesiod. in Theogon. ἀειδήματά τ' ἐξαπάτας τε. Gregor. Nazian. τοὺς ἐξαπάτῳ τῆ ἀπλουστέρους, Ad deceptionem simpliciorum, Ad decipiendos eos qui sunt simpliciores. Sicut enim ἀπάτη, ita & hoc ἐξαπάτη interdum est ipsa decipiendi actio, interdum verò ipsa techna qua vtimur ad decipiendum seu fallendum, quod itidem sonat Latinis Fallacia: vt dictum est & in Ἀπάτη.

C. Δυς-ξάπατος, ε τ Ἀνεξάπατος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod δυσαπάτητος & ἀναπάτητος paulo antè. Sed inuenitur ETIAM Ἀνεξάπατος, Qui falli non potest, seu decipi. Ex Aristot. Pol. 8, pro eo qui non decipitur.

Pro Ἐξαπατῶ dicitur ETIAM Ἐξαπάτων, sed poeticè. Hes. Theog. Ζεὺς νόον ἐξαπάτων, Iouis mentem decipiens, seu fallens. Sed ibi est & alia lectio, videlicet ἐξαφίσκων. quam magis receptam magisque fide dignam esse puto.

¶ Ἀπατούρια, τά, Festum quoddam Atheniensium, dierum quatuor. quarum prima est DICTA Δόρπια, sicut SECVNDA, Ἀναρρύσις, TERTIA Κουρεῶτις, QVARTA Ἔπιβδα. Dictum autem esse τῶδε τῶ ἀπάτῳ, seu ἀπατᾶν creditur. Ἀπατούρια, Fallaciarum solemnitas Athenis, inquit Budæus ex Euseb. chronic. Vide Suidam & Aristoph. scholiastem, duobus in locis: in quorum altero tradit placuisse quibusdam dici ἀπατόρια quasi ὁμοπατόρια. Vide & Etymologici autorem. Hesychius autem nullam deriuationis mentionem facit: sed quatuor eius festi dies enumerat, quum Suidas & scholiast. Aristoph. tres duntaxat recenseant.

ΑΠΑΦΩ, ET Ἄπαφοῦ, idem quod ἀπατῶ, Decipio, Fallo. Sed ἀπατῶ ab vtreq; scriptorū genere sumitur, ἀπαφῶ à poetis duntaxat: habens etiam quædam composita, vt paulo pòst videbis. Ab hoc ἀπάφω est ἤπαφεν, quod Hesychius exponit ἠπάτησεν, & ἐχλεύασεν, & ἐπλανήσεν. Quum autem apud Homerum legimus, τῶδέ μ' ἤπαφε δαίμων, ibi non est ἤπαφε accipiendum seorsim, sed vnà cum præpositione τῶδέ: vtpote à themate τῶδεαπάφω, de quo infrà. Habet & vocē PASS. Ἀπάφομαι. vnde ἀπάφοιτο, item ἐξαπάφοιτο apud Homerum, significationē actiuam seruans. Sed quod ad deriuationem huius verbi attinet, ego ab Eustathio & Etymologo dissentio. Subiūgo enim ipsum verbo Ἀπατῶ, tanquam inde deriuatum: at Eustathius vult Ἀπάφεσθαι esse propriè δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι. scribit enim, κοινῶς, τὸ δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι. quod κοινῶς quum dicit, intelligit, sequendo etymologiam. Paucis enim interiectis subiungit, ἀπάφεσθαι, esse Æolicum verbum, itidémque τὸ κατ' αὐτὸ: idque patere ex tenuatione literæ α. Nam τὸ κοινὸν (inquit) esset ἀφάφοιτο & ἀφαφᾶσθαι: (hoc enim repono apud eum pro ἐφαφᾶσθαι) Vbi τὸ κοινὸν significat Communi linguæ conueniens. Quinetiam DE A Παφία, si ei credimus, hinc deductum nomen habet, per ἔλλειψιν literæ à qua præpositio incipit. (Sed dicit, κατ' ἔλλειψιν τῶ τῆς τοιοῦτος ε. affertque nomina in quibus omissa est itidem hæc litera: quum tamen non ε sed α ἐλλείπειν in Παφία, deducendo ab ἀπάφω, dicere necesse sit. Fortassis autē aliquis perperam pro α reposuit ε, sequentium potius habens rationem, in quibus deest illa litera, quàm præcedentium: quum Eustathius contrà censeret in Παφία sic omissum esse α, vt in illis ε) Et hæc quidem Eustath. Iam verò Etymolog. tantum abest vt Ἀπάφω seu Ἀπαφοῦ, mecum deducat ab Ἀπατῶ, vt contrà in Ἀπατῆ hoc nomen inde deriuet, sicut & ipsum verbū Ἀπατῶ. nā ἐκ τῶ Ἀπαφοῦ, inquit, Ἀπάτη καὶ Ἀπατῶ. Apud eundem hæc legimus, Ἀπαφοῦ τὸ Ἀπατῶ. ἀφοῦ, τὸ καλῶς λέγω. ὡς ἄμορφον λέγουσι γυναῖκα. & per compositionem ἀπαφοῦ: vnde ἀπαφίσκω. sed hæc mendosa esse, cuius manifestum esse potest: in quibus tamē nihil mutare ausus sum, nisi φ ex λ feci λέγουσι. Magnū certè huic loco auxilium vetūs meum lexicum afferre poterit: cuius hæc sunt verba, Ἀπάτη, ἐκ τῶ Ἀπαφοῦ. τῶτο τοῦδε τὸ Φοῦ τὸ λέγω· καὶ μετὰ τῶ α τῶ σημαίνοντος τὸ κακὸν, Ἀφοῦ, καὶ Ἀπαφοῦ ὅθεν καὶ Ὅμηρος παρηπαφεν, αὐτὸ τῶ ἠπάτησεν. Hinc certè perspicere possumus vnde natus sit error qui huic loco subest, τὸ καλῶς λέγω: & quorsum afferat nomen ἄμορφον. Aut enim valde fallor, aut κακῶς λέγω scriptum reliquerat etymologici autor. quum antea dixisset itidem ἀπαφοῦ esse ex Φοῦ significante λέγω. ex quo Φοῦ, accedente α, quo declaratur τὸ κακὸν, fieri ἀφοῦ. His enim aptè subiungi potuit, Ἀφοῦ sonare κακῶς λέγω. At ea quæ proximè sequuntur verba, ὡς ἄμορφον λέγουσι γυναῖκα. ita intelligo, Quemadmodum dicimus mulierem ἄμορφον, litera α significante τὸ κακὸν. perinde acti dixisset, ὡς ἄμορφον λέγουσι γυναῖκα αἰτὶ τῶ κακόμορφον. quæ posteriora verba aut eum addidisse, aut certè subaudienda reliquisse verisimile est. Ex his autem quid Etymologus quoque de huius verbi deriuatione censuerit, liquere potest. Sciendum est tamen adiici & aliam deriuationem, ἡ ἀπὸ (inquit) significat ἀπόθεν. καὶ ἐγκειται τὸ φοῦ, τὸ φαίνω: VNDE Φενακῶ & Φενάκη. Sed mea deductio omniū simplicissima & maximè verisimilis mihi videtur: qua mecum fruatur is cui magis quàm aliæ placebit.

CIRCVNFL. Ἀπαφοῦ, quod apud Etymologum scribi vides, in eo loco quem protuli, apud Eustathium quoque legitur. Verbo Ἀπάφοιτο (inquit) cuius aorist. 2 act. est ἤπαφον, prius est Ἀπαφοῦ. vnde deriuatum Ἀπαφίσκω.

C. Ἐξαπάφω, SIVE Ἐξαπαφῶ, idem quod ἀπάφω, Decipio, Fallo. (sicut ἐξαπατῶ pro ἀπατῶ ponitur) Apoll. l. 2, Ἥλιον ἐξαπάφων παρελέξατο.

C. ΠΑΡΑπάφω, SIVE Παραπαφῶ, idem quod præcedēs. Apoll. Arg. l. 2, Ἀπόλλωνα παρήπαφε. Apud Homerū per dialysin, τῶδέ μ' ἤπαφε δαίμων.

¶ Ἀπαφίσκω, itidē poeticū, idē significans quod Ἀπάφω. A quo est etiā VERB. Ἐξαπαφίσκω. per cōpositionem. Hes. in Theog. Ζεὺς νόον ἐξαπαφίσκων. (Sed inuenitur & alia lectio, videlicet ἐξαπατίσκων: quā antea habuisti) Annotaui paulo antè ex Eustath. verbo Ἀπάφοιτο, prius esse Ἀπαφῶ. vnde esse deriuatum Ἀπαφίσκω. Cur autem Ἀπαφίσκω ex Ἀπαφῶ potius quàm ex Ἀπάφω originem habere censeat, aliis iudicandum vel potius diuinandum relinquo.

Ἀτρεκὴς, de quo nunc agam, vix certò statui potest vbi collocandum fuerit, quum de eius etymologia vix quicquam satis probabile afferatur. Est autem apud solos poetas, & quidē tragicos præsertim, vsitatum. In hexametro autem & pentametro carmine ἀτρεκὲς & aduerbiū ἀτρεκέως cōmodā sedem habent.

A — ΑΤΡΕΚΗΣ, ές, ὁ καὶ ἡ, Verus, Certus. Hesychius ἀτρεκῆ exponit ἀληθῆ & ἀκριβῆ: itidémque ἀτρεκὲς, ἀληθές. Eustathius ἀτρεκὲς αἷμα exponit τὸ ἀληθές, καὶ μὴ ψεῦδον πιὼ ὄψιν, in isto Homeri loco, Iliad. β, — ὀκ δ' ἀμφοτέροιϊν Ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσυα βαλών. Ex Euripide affertur ἀτρεκὴς δόξα, Fama tam certa vt negari non possit. Interdum ἀτρεκὲς aduerbialiter ponitur pro ἀτρεκῶς. Sic apud Theocritum, εἰδέναι ἀτρεκὲς scholiastes exponit ἀτρεκῶς: addens ἤρωα φανερῶς. Extat autem illius poetæ locus, Idyll. 2, quod Pharmaceutria inscribitur, Κἠ τό μιν αὖτ' γυναικὸς ἔχ' πόθος, εἴτε καὶ ἀνδρὸς, Οὐκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν. Sic ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι in v. lex. aduerbialiter, pro Certò audire. sed autoris nomen tacetur.

Ἀτρεκὴς valde dubiam etymologiam habet, vti dixi. Etymologici autor non vnam affert. A δέρκω, (inquit) significante βλέπω, est nomen δερκής, & cum α epitatico, ἀδερκής. id est, ὁ λίαν ὑποβλεπόμενος. Deinde per traiectionem literæ ρ, & mutationem literæ δ in τ, fit ἀτρεκής. quoniam ὑπὸ πολλῆς ἐξυωπίας τὸ ἀληθὲς θηεῦται. Secunda etymologia est hæc apud eundem: A τρέχω fit τρεχής, & ἀτρεχὴς, id est, ὁ μὴ ῥᾳδιατρέχων πιὼ ἀληθεύειν. vel, ὃν οὐδεὶς δύναται ῥᾳδιαδραμεῖν οὔ φροῦν. Tertia est ista: A τρέω significante δέδοικα, fit τρεὴς & ἀτρεής: & per pleonasmum literæ κ, ἀτρεκής. quoniam ὁ ἀδιαστὴς καὶ ἄδολος πιὼ ἀληθεῖαν λέγει. Additur & quarta, à ῥίπω, vt fit ὁ μὴ τρεπόμενος. Hæc sunt quæ illic leguntur. Quod autem ad quartā etymologiam attinet, eam sequendo, ἀτρεκὴς existimandum esset dici quasi ἀτρεπής. At in meo veteri lexico vnica affertur, ea nimirum cui secundus apud Etymologum datus est locus, paucis mutatis. Ego in aduerbio Νηφεκῶς, (quod paulo pòst sequetur) quod etymum præ cæteris arrideat, docebo.

Ἀτρεκῶς, aduerbium, Verè, Certò. In hexametro autem & pentametro versu DICITVR Ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ἀγορεύειν, apud Homerum non semel. Odyssea α, Τοιγὰρ ἔγὼ τοι Ζῆνα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω. Iliad. ο, ἐτεὸν & ἀτρεκέως coniunxit, hoc in versu, Ἀλλ' εἰ δή μ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Inuenitur & apud Herodotū hoc aduerbium ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ὁπίσαμαι, Compertum habeo. Vel potius, Certò compertum habeo, Certò scio. Hesychius ἀτρεκέως exponit ἀληθῶς & ἀκριβῶς.

Ἀτρέκεια, ας, ἡ, Veritas. Inuenitur & scriptura IONICA Ἀτρεκίη, tum apud poetas, (vt apud Nonnum & Epigr lib. 1) tum apud Herodotum.

Ἀτρεκέω, ῶ, Verè dico. Ita vulg. l. sed absque vllo testimonio. Ab Hesychio autem ἀτρεκήσασα exponitur ἀκριβωσαμένη.

C. Παναρεκὴς, Omnino verus, Verissimus, Certissimus, in Epigr. eadem omnino forma & signif. qua dicitur παναληθής. Hinc ADVERB. Παναρεκῶς, VEL Παναρεκέως, Omnino verè, Verissimè, Certissimè.

¶ COMP. Νηφεκὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀτρεκὴς, Verus. Videndum est autem an dici possit νηφεκὴς sonare quasi νηφερεκὴς, particula νη augendi vim habente, sicut & in aliis quibusdam compositis: ex quibus est νήχυτος. Hoc enim NOMINE Νήχυτος declaratur δαψίλεια κύματος, à Dionysio De situ orbis, vbi κόλπος νήχυτος ab eo vocatur. (Estque obiter animaduertendus hic VOCVLAE Νη vsus. Alioqui enim plerunque non intendendi sed priuandi vim habet. vt videmus in Νηλεής, in Νηκερδής, in Νήκεστος, in Νήεθμος, aliisque quamplurimis) Videndum est inquam an νηφεκὴς dicendum sit sonare quasi νηαφεκὴς, an potius eadem illi quæ & præcedenti ἀτρεκὴς etymologia tribuenda sit: de qua disseram in proximè sequente aduerbio Νηφεκῶς.

Νηφεκῶς, Verè, Certò. Lycophron initio suæ Alexādræ, Λέξω τὰ πάντα νηφεκῶς ἅμ' ἱστορῆς. Vbi Tzetzes, postquam νηφεκῶς exposuit ἀληθῶς, subiungit, deriuari à νη priuatiua particula, & τρέω quod significat φοβοῦμαι. quoniam qui vera loquuntur, non verentur reprehensionem, sicut ii qui mentiuntur. Hoc autem etymum non dubium est quin itidem præcedenti Ἀτρεκὴς cōuenire possit, quantum ad deriuationem à verbo τρέω attinet: vt videlicet Ἀτρεκὴς sit ex α priuatiuo & verbo τρέω: sicut νηφεκὴς est ex particula νη, priuandi vim habente, & verbo τρέω. Quod etymum lubentius dederim nomini ἀτρεκὴς, quàm reliqua quæ allata antè fuerunt. sed ratio etymi quæ hic affertur magis mihi placet quàm quæ allata fuit. Addendum autem hoc esset, vt ἀτρεκὴς, sequendo illud etymum, dicitur quasi ἀτρεής: sic νηφεκὴς quasi νηφεής. Ac profectò inueniuntur & alia composita idem significantia, quorum vnum α priuatiuum, alterum particulam νη habet. At νηφεκὴς dici quasi νηαφεκὴς, parum verisimile est.

Quod subiungitur compositum Ἄσωτος, locū habere potuit, atque adeo debuit, post deriuata ex verbo Σώζω, tam ea quæ deriuationem simplicem habent, quàm ea quæ sunt composita.

D — ΑΣΩΤΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Qui seruari nequit. (vtendo hoc verbo in ea significatione qua dicitur à Terentio, — ipsa, si cupiat, Salus, Seruare prorsus non potest hanc familiam) Non malè fortassis eius vis exprimatur, reddendo Luxu perditus. Alioqui inuenitur etiā Perditus, sine adiectione, ad eandem significationem pertinens: vt quū dicitur Perditus ac dissolutus adolescens, à Cicerone. Dicitur enim ἄσωτος pro ἄσωστος, à σέσωσαι tertia persona præteriti verbi σώζομαι. Perperam autem quidā ex α priuatiuo & voce actiua σώζειν factum esse putāt: vt eum significet qui nihil sibi seruat. Aristot. Ethic. 4, cap. 1, de eo qui ἄσωτος appellatur, cum alia pleraque dicit, tum verò hoc nomine vocari τὸν δι' αὑτὸν ἀπολλύμενον, id est, qui per se suáque opera perit, vt quidam interpr. Quidam verò sic, paulo liberius, Qui salutē suam negligens, per se ipse perit. Subiungit Aristoteles, δοκεῖ δὲ ἀπώλεια τις αὐτῷ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορὰ, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος. id est, Videtur autem seipsum quodammodo perdere qui facultates profligat, quòd harū adminiculo viuatur. Vulgò tamen ἀπώλεια hic redditur Interitus: sed durè hoc dicitur Interitus suipsius. Quidam verò, vt hoc vitent, ita interpr. quasi non αὐτῷ sed αὐτοῦ legeretur, Ipsius interitus. Ego αὐτῷ retinens, malim accipere actiuè vocem ἀπώλεια. q. d. Perditio suipsius. Ibidem legimus, τοῖς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροῖς, ἀσώτοις καλοῦσιν. Eodem capite scribit τοῖς πολλοῖς αὐτῷ εἶναι ἀκολάστοις: subiungens, ἀνχρᾶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι. Cæterùm ex his Aristotelis verbis, quis ἄσωτος vocetur, cognoscere possumus: sed quomodo Latinè reddi aptè verbo vno queat, ambigitur. A Cicerone vertitur Luxuriosus: quū hæc Epicuri verba, εἰ τὰ πιπτὰ τῷ σῶμα τοῖς ἀσώτοις ἡδονὰν ἔλυε τοῖς φόβοις τῆς διανοίας, τοῖς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, &c. sic interpretatur, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu. Cætera vide in lexico meo Ciceroniano, pag. 55. Vide & 163 eiusdem pagina alium eiusdem Ciceronis locum, in quo ἄσωτος ita interpretatur. Gellius libro 7, cap. 11, Et nequam hominem, nihili, neque rei neque frugis bonæ: quod genus Græci ferè, ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν dicunt. Hæc ille. Placet autem mihi ex his interpret. illa maximè qua redditur Nequā: quòd à Cicerone hominē nequā homini frugi non vno in loco opponi videam. A quibusdā redditur etiā Prodigus, itē Decoctor. sed prius illud malim. Nec dubitarim ex

Tacito vertere etiam Caneo & profligator. ab eo enim hæc duo copulantur. Atque adeo ad hæc eius verba respiciens, in Aristot. loco qui modò allatus fuit, vbi φθορὰν τῆς οὐσίας dicit, verti Facultates suas profligare: quum alioqui possem vti verbo Dissipare, seu Dilapidare. Illud autem vocabulum Ganeo vel eā ob causam conuenit, quòd itidem Ganeum sit Latinis seu Ganea quod Græcis ἀσωτεῖον. Budæus ad ipsum nominis huius etymum respiciēs, & id exprimere conans, vertit ἀσώτοις, luxu & ganeæ studio perditos. Cicero De fin. lib. 2, vocem Græcam retinuit, ita scribens, Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique postridie sursus ingurgitent: qui solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderint, nec orientem: qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrūm istius generis asotos iucundè putat viuere. Sed venio tandem ad exēpla vsus nominis istius: cui quanuis Gellius aliquot alia tāquam synonyma adiungat, (vt vidisti in loco quem ex eo paulo antè protuli) aliquam tamen vim sibi peculiarem habere existimo. Illa quidem certè synonyma quæ Pollux affert, aut saltem eorum aliqua, magis mihi conuenire videntur: sunt autem hæc, Ἀφειδὴς, Ἀπαμίδυτος, Ἐκκεχυμένος, Ἀθησαύριστος, Ῥίπτων τὰ χρήματα, Καταδηδοκὼς τὰ πατρῷα, καταναλίσκων, ὀκχέων ἀπολλύς, &c. Sed excusari potest Gellius, si dicamus, quanuis vtatur particula ἢ, non tamen eōdem illas omnes voces Græcas, sed primam ἄσωτον, fortasse & secundam, ad Latinam vocem Nequam, cæteras autem ad sequentes voces Latinas potius retulisse. Certè ἀκόλαστον quoque ἀπὸ τοῦ ἀσώτου differre, ita vt quicunque sit ἄσωτος, non protinus etiā ἀκόλαστος, vel ex iis Aristot. verbis discimus, in quibus nō πάντας τοὺς ἀσώτους, sed τοὺς πολλοὺς τῶν ἀσώτων ait esse ἀκολάστους. Apud Ath. l. 4 Alexis hisce duob⁹ versibus ἄσωτον quendam, siue ἀσωτίαν cuiusdam ita describit, Διόδωρος οὐπίστευπλος ὢν ἕτερον δύο Σφᾶς ἐφ' ἀπέδειξε πιὼ πατρῴαν οὐσίαν. Οὕτως ἱπαμῶς ἅπαντα κατεμαρόσατο. Dictum enim erat, antequam afferrentur hi versus, ἀσώτους μὲν γὰρ εἶδα δίφθορόπους· ἕνα μὲν, οὗ μνημονεύει Ἀλέξις ὁ Κριδία. Quæ autem de aliis ἀσώτοις subiunguntur, illic videnda tibi relinquo. Ibidem legimus Areopagitas solitos ad se vocare & punire τοὺς ἀσώτους καὶ μὴ ἐκ νόμου τεθειουσίας ζῶντας. Plutarch. in libro De discernendo amico ab adul. τοὺς ἀσώτους & πολυτελεῖς copulauit: scribens, ἢ τοὺς ἀσώτους αὖ πάλιν καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν. Ibidem legimus ἄσωτον καὶ ἄπακτοι. Inuenitur & superlatiuus gradus Ἀσωτόπατος, apud Athenæum libro 4, ex Axionico comico, ὁπὶ καλούμενος ἀσωτόπατος.

Ἄσωτος in propria significatione, (sic appellando eā quæ deriuationi omnino conuenit) pro eo qui seruari non potest: id est, de cuius salute nulla est spes, vide post deriuata ab eo Ἄσωτος de quo nunc agitur. Illud enim alterum cum Ἄσωτος coniungam.

C. Ἀσωτοδιδάσκαλος, ου, ὁ, Luxuriosorum magister, Luxuriosorum præceptor. Titulus est vnius ex comœdiis Alexidis, apud Athen. lib. 8.

C. Ἀσωτοποσία, ας, ἡ, Luxuriosorum potatio, vel Luxuriosa potatio: seu, qualis est luxuriosorum. In v. l. redditur simpliciter Crapula.

Ἀσώτως, Luxuriosè, Luxuriosorum more. Athen. libro 4, ζῆν μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως. Cum eodem verbo, saltem cum eius participio, iunctum habemus apud Lucam, cap. 15, v. 13, καὶ ὀκεῖ διεσκόρπισε πιὼ οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως. Quidam interpr. Profusè viuendo. non malè: sic tamen vt Luxuriosè magis mihi placeat. In vulg. lex. ἀσώτως redditur Turpiter, Immodicè, Prodigè, Perditè: quarum interpretationum vnicam tantùm admittendam censuerim, videlicet Prodigè: sed ei vnā ex illis duabus proximè præcedentibus præferens, ac præsertim Luxuriosè. (Possit verò & Nequiter addi, quatenus ei Cicero opponit Frugaliter: sicut homo nequam opponitur homini frugi) Ibidem subiungūtur illis interpretationib⁹ hæc Isocratis, ἀσώτως τοῖς χρήματα διῳκείμενος. quarū tamē nulla istis verbis aptari posse videtur. Ego vel hoc vel simili modo vertenda censuerim, Qui luxuriosè prodigit pecunias, vel dissipat facultates: aut, Luxuriosorum more. Nisi fortè interpretandum sit simplicius (locum enim non adii, vtpote non indicatum) de affectu, Qui ita est erga pecunias affectus vt esse solent luxuriosi.

Ἀσωτία, ας, ἡ, Luxuria, Prodigalitas, Profusio. Aptè reddi potest & nomine Nequitia, (sicut ἄσωτος, Nequam: ἀσώτως, Nequiter) id est, Luxus vitæ prodigus effususque: vt Gellius apud Q. Claudium exponit, luxuriam cum nequitia copulantem. ita enim scribit, Sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat. Bud. ἀσωτίαν à Gellio reddi Luxum & popinationem scribit: sed locum eum apud Gellium nondum inueni. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 1, ἡ μὲν οὖν ἀσωτία περὶ δίδοναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, περὶ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δ' ἀνελευθερία περὶ δίδοναι μὲν ἐλλείπει, περὶ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ὅτι μικροῖς. Sic verò & in aliis locis ἀσωτίαν ἀνελευθερίᾳ opponit, vt vitium vitio. at μεσότητα esse dicit πιὼ ἐλευθεριότητα. vt Ethic. libro 2, cap. 7, περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν, ἐλευθεριότης· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. Sic Plutarch. quoque hanc μεσότητα constituit: sed τῇ ἀσωτίᾳ opponens μικρολογίαν, non ἀνελευθερίαν, in libello quem περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς inscripsit. (Obiter autem annotentur & hæc de NOMINE Ἐλευθεριότης) Athenæus libro 4, πάντα γὰρ ἀνήλωσε τὰ πατρῷα εἰς ἀσωτίαν. Apud eundem legimus de Apicio, ibidem, καὶ αὐτὸ ὅτι ἀσωτία διεβοήθου. Idem vsurpat ἀσωτίαν cum genitiuo τοῦ βίου. Polit. apud Herodianum ἀσωτίαν vertit Sumptus insanos: l. 2, οὔτε μὴν δημοσιακοὶ θησαυροὶ εἶχον· ἀλλὰ πάντα τετελεκέει ὡς τῇ Κομμόδου ἀσωτίᾳ. Ita enim hæc reddit, Et ærarium publicum sumptibus illis insanis iampridem à Commodo exhaustum. Quæ interpretatio minimè mihi probatur: quòd immanes sumptus fieri possint ab iis etiam qui non sint ἄσωτοι, nec luxuriosè viuant. Apud eundem scriptorem habemus pluralem numerum ἀσωτίας. vbi Politianus ἔν τε ἀσωτίαις καὶ κραιπάλαις vertit Inter vina & epulas, paulo liberius, nec satis expressa vi Græci vocabuli. Ego in huiusmodi quidem loco ἀσωτίας exponendum censerem potius Luxuriosa conuiuia, vel Luxuriosas comessationes: vel Helluationes. Quæ autē interpretatio huic loco conuenit, eadem & isti Athenæi conuenire existimanda est, in quo itidem ἀσωτίας & μέθας copulat: lib. 11, vbi loquitur de poculo quod λεπάστη vocabatur: τοῦτο δὴ τὸ ποτήριον ὠνομάσθη ὑπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων· οἷς λαφύκτας καλοῦμεν.

Inuenitur etiā SCRIPTVM Ἀσωτία, cū ει: cum alibi, tū in illo Herodiani loco quem protuli priorem. sed multo magis recepta est scriptura cum ι solo. Alioqui ἀσωτία per ει, esset tanquam à verbo Ἀσωτεύομαι.

Ἀσωτεῖον, ου, τὸ, (inuenitur etiam SCRIPTVM Ἀσώτιον, sed minus mihi scriptura hæc probatur) Locus in quo luxuriosi & prodigi epulantur & comessantur: aut etiā suas libidines exercent. Aptè reddi potest Ganeum, siue Ganea: sicut ἀσωτεῖον, Ganeo. Redditur & Popina. Pollux lib. 9, inter partes vrbis, sed minus honestas, enumerat ἀσωτεῖα, & πανδοκεῖα, & κυβευτήρια, atque alia. Altera autem scriptura quæ habet ι solum, apud Athenæum extat, in isto Stratidis comici loco, Εἰ μηδὲ χέσαι γ' αὐτῷ σχολὴ γένοιτο, Μικρὸν εἰς ἀσώτιον πρατίδιον. Extat & in alio eiusdem libri loco, τί οὖν ἐσθίετε, μηδὲ κληθέντες; ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον μαχαίρια σκύφη καταλείψαν μαθησόμενοι; Sed non dubito quin mendosa hæc scriptura sit pro ἀσωτεῖον: præsertim quum hoc admittat versus, & nomina huiusmodi significationem habentia (id est, quibus significantur loca in quæ aliqui congregantur) itidem per ει scribi soleant.

Ἀσωτεύομαι, idem quod ἀσώτως ζῶ, (quæ verba habuisti suprà ex duobus locis) Luxuriosè viuo, Omnia per luxum profundo, seu in luxum, Prodigè viuo. Aristot. Polit. lib. 5, in fine, ὅτι ἀσωτευόμενοι, καταπεζόμενοι γίγνονται πένητες. Apud Athenæum l. 8, ἀσωτευόμενος νεανίσκος, Adolescēs luxuriosè viuēs, vel Luxuriosus, Nequā, &c.

sequendo interpretationes quæ nomini ἀσωτος da- A
tæ fuerunt. Libet verò hìc lectorem risus mei participē
facere. id est, eius quod me, licet occupatissimum, ri-
dendi otium suffurari coegit. Ἀσωτεύομαι, (inquiunt
vulgaria lexica) Luxu diffluo: sumptum à populo Aso-
torum, quòd essent luxu perditi, perpetuóque in co-
messationibus versarentur. Meminit Cicero De fin. l. 2,
Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in men
sam vomant, & de conuiuiis auferantur: crudique po-
stridie se rursus ingurgitent. Hoc illud est, lector, quod
tu, intellectis iis quæ iā de hac voce ἀσωτος eiusq; origi- B
ne dicta sunt, si absque risu legere poteris, alterum He-
raclitum esse putabo. Hìc autem considera quàm calli-
di fuerint vulgarium lexicorum consarcinatores, qui,
quum vocis huius etymologiam nullam inuenirent,
populum à quo deriuaretur, commenti sunt. In qua
igitur orbis parte constituendus hic Asotorum popu-
lus erit? in eadem in qua populi Hessones & Hœtines,
necnon Halees, vrbs Machus, mons Hirus, à Valla con-
stituuntur. De quibus si consulere non pigeat epistolā
quam editioni Latinæ Herodoti præfixi, omnino ean- C
dem risus materiam inuenies, eúmque hìc inceptum,
illic persequi poteris.

C. ΚΑΤασωτεύω, in v.l. & quidem iis etiam quæ prima o-
mnium in lucem edita fuerunt, exponitur Consumo,
Dilapido: sine vllo autore. Ego (vndecunque sumptū
sit) non dubito quin significet, nō simpliciter Dilapi-
do, sed Dilapido luxuriosorum more, vel Dilapido seu
profundo per luxum, seu in luxum. Eadémque forma
dictum videtur qua καθηδυπαθῶ. eundem certè vsum
præpositio κατ habere dici potest. D

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φάος, vel
in Καίνω collocari posset, sequendo eam quæ
illi à plerisque tribuitur, etymologiam. quānā autem ea sit,
mox docebo.

— B A Σ K AÍ N Ω, Fascino. primum enim
huic significationi locū
esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo conuenire E
videtur. Volunt enim plerique grammatici βασκαίνω
dici quasi φασκαίνω, id est φάεσι καίνω, oculis occido: id
est aspectu. Quò pertinet hic Virgilii locus, Ecloga 3,
His certè neque amor causa est, vix ossibus hærent.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic &
ὀφθαλμὸς βάσκανος, oculus fascinator, apud Plutarchum,
vt paulo pòst docebo. Quinetiam & apud Horatium, e-
pist. 14, lib. 1, Non istic obliquo oculo mea commoda
quisquam Limat, quidā obliquo oculo interpr. inuido.
Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus F
inesse, discimus ex Plinio, scribente libro 7, cap. 2, Esse
eiusdem generis in Triballis & Illyriis, adicit Isigo-
nus, qui visu quoque effascinent, interimántque quos
diutius intueantur, iratis præcipuè oculis. quod eorum
malum facilius sentire puberes. Proximè autem præ-
cedentia verba sunt hæc, In eadē Africa familias quas-
dam effascinantium, Isigonus & Nymphodorus tra-
dunt: quarum laudatione intereant probata, arescāt ar-
bores, emoriātur infantes. De quo loco differam mox
quum agam de passiuo Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βά- G
σκανος (inquit schol. Theocriti) propriè ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς
καίνων, καὶ φθείρων τὸ ὁρᾶσθεν ὑπ' αὐτοῦ. Sic & apud Etymol.
ὁ τοῖς φάεσι καίνων, quasi φάσκανος. Et à βάσκανος vult es-
se verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω
præcedere, præsertim quum in eo verbum καίνω incor
ruptum extet, & quædam à similibus verbis similem
formam habentia nomina inueniantur. Parui alioqui
refert vtri priorem locum demus. Quæcunque autem
sit huius verbi etymologia, accipi pro Fascinare, con-
stat, cum alibi, tum apud Aristotelem. vt sect. 20, probl. H
34, ὅταν τῆς αὐτῆς τραπέζης ἰδίᾳ τὰ παρεσφέρωνται, μεταδιδόντες, ἵνα μὴ βασκαίνῃς με. Sic & apud Alex.
Aphrod. lib. 2, problemate 53, διὰ τί ἔνιοι βασκαίνουσι, καὶ
μάλιστα παῖδας. Quod autem addit καὶ μάλιστα παῖδας,
pertinet ad hæc quæ ex Plinio attuli de fascinatori-
bus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. A-
pud Plutarchum quoque Sympos. lib. 5, problem. 7, ha-
bes quæ huc pertinent. vbi extat & compositum κατα-
βασκαίνω in eadem significatione. Sic PASS.
Βασκαίνομαι, Fascinor. Theocr. Idyllio 6, Ὡς μὴ βασκα-
θῶ ἢ, πεὶς εἰς ἐμὸν ἔπνυσα κόλπον. vbi scholiastes annotat,
suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, ni-
mirū sinui suo inspuere, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπομένας. Atque
huc certè pertinet quod ī Plinii loco paulo antè habui
mus, de illa laudatione familiarū quæ effascinant. Itidem enim hìc pastor dicit, postquam sibi tam pul-
cher visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne fasci-
nari posset: quasi laudatione illam de sua forma opi-
nionem consequente, à qua laudatione periculum im-
penderet. Ita enim existimo intelligendum esse hūc lo-
cum: eius tamen expositionem aliorum iudicio relin-
quens, quibus attentius eum expendere vacabit. Vti-
tur porro passiua illa voce & Aristot. Probl. 34, sect. 20.

Βασκαίνω, Inuideo. quoniam videlicet qui fascinant,
id faciunt quòd inuideant. vt discimus ex iis etiā quæ
leguntur apud Alex. Aphrodis. libro 2, problemate 53.
Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοι τοῦτο, aut τοῦτο.
Item, βασκαίνω ὅτι τοῦτο. Demosth. εἰ δὴ γὰρ πᾶς ἐχθὲς
πολλά, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τοῦτο βασκαίνειν.
Apud Philostratum epist. 12, duplicem constructionē
habet hoc verbum, diuersis in locis: in priore, cum da-
tiuo personæ: in posteriore, cum accusatiuo rei. Ita e-
nim orditur illam suam epistolā, Οὐδὲ ὁ Θεαρίσιος Πλά-
των τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε. καὶ σφόδρα εἴοις δοκεῖ τοῦτο. (sed
repono hìc, εἰ καὶ σφόδρα, &c.) Aliquanto pòst, καὶ βασκαίνει
μὲν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά· ἃ δὲ ἀμείνονα ἢ μὴ χείρονα διαθέσεται, φιλοπονεῖται τοῦτο. (Vbi obiter obserua etiam
quod sit discrimen inter VERB. Φιλοπονεῖσθαι & verbum Βασκαίνειν. itidem certè φιλοπονία distinguitur
ἀπὸ τοῦ φθόνου, vt ibi videbis) Sic apud Herodianum βα-
σκαίνειν cum accusatiuo rei: ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε
πονηρὸς τύχη. Sed & cū datiuo personæ & accus. rei simul
iunctum reperitur: interdum cum datiuo pers. & geni-
tiuo rei. Quinetiam cum genitiuo solo. Lucian. in Phi-
lopseude, τοῦτο ἐγὼ παῖον ἐπουδακώς, οὐκ εἶχον ὅπως ὀνομάζοι-
μι παῖ· αὐτὸ ἐβάσκαινε γὰρ αὐτὸ, καίπερ τοῦς τὰ ἄλλα τοῦ χρόματος ὤν. Sic autem vtitur & verbo φθονῶ, & quidem
frequentius quàm hoc. Eodémque modo Latini ver-
bum Inuideo vsurpant, sed cū accusatiuo. Quanuis au-
tem in isto Luciani loco non additus sit ille datiuus
personæ, ex eo tamen probari illa constructio potest:
quòd relinqui subaudiendum, longè manifestissimum
sit. Apud eundem Luc. extat cum præpositione ὅτι, v-
bi scribit, βασκαίνειν ὅτι τοῖς ὠτυχίαις. Libanius iun-
xit etiam accus. personæ hoc verbum, vt testatur Suid.
qui hanc constructionem improbare videtur. scribit
enim, βασκαίνω σοι αἰεὶ· ὁ δὲ Λιβάνιος ἀμπαπκῆ, Τὸν τοῦ γείτονα βασκαίνουσι.

Βασκαίνω, Criminor, Reprehendo, apud Demosth.
& Plutarch. vt testatur Budaeus, qui ex illo affert, ὁ δ' ἀπο-
γνόντα λοιπὸν ἐδεῖ λέγειν, εἴ τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει,
hoc criminatur, seu reprehendit. Sic autem Harpocr. à
Demosthene poni testatur βασκαίνει pro αἰτιᾶται & μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hesych. βασκαίνει exp. λυπεῖ, φθονεῖ μέμφεται.

G Βάσκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fascinator, Fascinatrix. vt βάσκανος ὀφθαλμὸς, Plut. Sympos. lib. 5, Probl. 7, Περὶ τῆς καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου τοῦτο δεῖπνον. Sic à Virgilio dicitur oculus fascinare, vt antea docui. Apud Plutarch. in libro De virt. mulierum, βάσκανον πάφος redditur Fascinationis sepul crum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit, αὐτὴ δὲ τοῦς τῆς πύλας ἠμφιδρύοις τοῖς πολίταις ἁπάντων αὐτῆς μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένοις καὶ θαυμάζοντες, οὐκ ἐώσης τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπεθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα τοῦς πλὴν πύλῃ ὅπου τεθάπται καὶ κάλεται βασκάνου τάφος, ὡς βασκαίνῳ πνὶ τύχῃ πλὴ Πολυκρίτῃ φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῆς πομπῶν. Ibi enim quidam interpretatus est Fascinationis sepulcrum, (quam interpretationem & v.lex. seruarunt) itidémque βασκάνῳ πνὶ τύχῃ, Inuidi cuiuspiā fascinatione. Alii βασκάνου τάφον reddere maluerunt In-

uidiæ sepulcrum, seu Iiuoris: sic tamen vt in βασκάνῳ, A
quod sequitur, fascinationis & ipsi significationem in-
esse voluerint. At ego non video cur huic datiuo po-
tius quàm illi genitiuo significatio ista tribuenda sit.
qua de re dicam & in proximè sequente tmematio, v-
bi agam de Βάσκανος significante inuidum. Sed & illud
suspectum esse possit, quòd adiectiuo βασκάνου tribui-
tur substantiui βασκανίας interpretatio. Quanuis e-
nim dici possit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία, (vt passim
adiectiuis hunc substantiuorum vsum dari videmus)
non fuerit tamen verisimile βασκάνου itidem pro βα- B
σκανίας vsurpatum hìc fuisse.

Βάσκανος, Inuid?, Plutarch. in eo loco qui paulo antè
allatus fuit, βασκάνῳ πνὶ τύχῃ, Inuida quadam fortuna,
vel Inuidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr.
Inuidi cuiuspiam fascinatione: quidam Inuidia quadā
fortunæ fascinata. Sed non magis crediderim nomini
βάσκανος vllam hìc subesse fascinationis significatio-
nē, q̄ inest verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quē
paulo antè attuli, ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὸς τύχη.
Redditur etiam Obtrectator. Maleuolus. Demo-
sthenes, πονηρόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν, ὁ συκοφάντης, καὶ
παντάχοθεν βάσκανον, καὶ φιλαίσχρον. Quo ex loco credide- C
rim Harpocrationem sumpsisse occasionem exponen-
di apud eundem oratorem, βάσκανον πολίτευμα, φιλαίσχρον καὶ συκοφαντικόν: vbi ille scribit, βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδὲν ὄζει πολίτευμα ἐμόν. In genere fœmININO a-
pud Aristoph. in Pluto, κἀψύδει τούτων γ' οὐδὲν, καίτοι σφόδρα βάσκανος ὤσα.

C. Ἀβάσκανος, & Ἀβάσκαντος, vide in Indice.

Βασκάνως, Inuidè, Inuido animo. φθονερῶς.

Βασκανία, ας, ἡ, Fascinatio. (sicut βάσκανος, Fascinator) A-
ristot. sect. 20, probl. 34, διὰ τί τὸ πάγκαιον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι). Sæpius autē Inuidia, seu Inuidentia. Phi-
lo De vita Mos. lib. 1, ἀλλ' ἔλεγε πολὺ τούτων βασκανίαν ὑπάρχειν, τὸ τοῦ τὸν ἄνδρα μισοῦσαν. Chrysost. De sacerdotio, βα-
σκανίας ὑφ' ἡ ἀεὶ πλησίον ἀδικημένος. Interdum etiam
est Obtrectatio. Bud. συκοφαντία exponit in hoc Demo-
sthenis loco Pro corona, πολλαχόθεν μὲν τίνων ἄν τις ἴδοι πολὺ ἀγωνιοσωτῶν αὐτὸ καὶ πολὺ βασκανίαν. ETIAM
Βάσκα ponitur pro βασκανία, si Hesychii exemplaria nō E
mentiuntur. In iis enim scriptum est, βάσκα, μακέλη, βα-
σκανία. Sed suspicor βασκανία cum illis verbis iungi nō
debere: seorsim enim ab Hesychio cum sua expositio-
ne scriptum fuisse. Apud eundem LEGITVR
Βάσκας, sed pro quodam aliis genere.

Βασκάνιον, ου, τὸ, Fascinum. Βασκάνιον dicunt antiqui, (inquit
Phrynichus) non τοῦς βασκάνιον, cum præpos. τοῦς. Vbi
simul obserua istam VOCEM Προς βασκάνιον, quam
à nonnullis pro βασκάνιον vsurpatam fuisse, ex eius ver-
bis colligimus. In vulg. lex. βασκάνιον redditur non F
solùm Fascinum, sed & Odium. In isdem annotatur ex
Polluce, βασκάνια vocata fuisse quædam ridicula, quæ
apud veteres fabri ferrarii ante fornaculam appende-
re solebant, inuidiæ auertendæ gratia. Affertur autem
à Polluce & in numero singulari, ex Aristophane, πλὴν εἴπερ φρίαιτο δεόμενος βασκανίου ὅτι κάμινον αἴδρὸς χαλκέως.
Sed apud Pollucem pro βασκανίου legitur βασκάνου &
βασκανία pro βασκανία, non sine manifesta deprauatio-
ne vtrobique.

Βασκοσύνη, Fascinatio, Fascinum. in v.l. G

C. ΚΑΤΑβασκαίνω, idē quod Βασκαίνω, Fascino. sicut Effa-
scino non plus est quàm Fascino. Legimus apud Plut.
Sympos. lib. 5, problematis septimi initio, Περὶ τῆς καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου τοῦτο δεῖπνον.

Γέφυρα, de qua nunc agetur, post alia à γῆ deriuata locum
habere posset: siue id etymum quo dicitur
esse quasi γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, siue id quòd à γῆ &
φυρῶ deducit, sequamur. Sed quàm
tutū sit hæc sequi, aliorum
esto iudicium.

— Γ E Φ Y P A, ας, ἡ, Pons. Dicitur autē propriè
γέφυρα, (si Herodiano grāmatico
apud Eustathium credimus) γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, id est, terra
super aquam. Etymologus quoque huius deriuationis
mentionem facit. ἡ ἐφ' ὑγροῦ γῆ, (inquit) quasi γεφυρά τις
οὖσα. Sed affertur & alia ab eodem, & quidem priore locum apud eum habēs: videlicet à γῆ & φυρῶ, vt sit quasi
γήφυρα, id est, ἡ τῇ γῇ φυρεθεῖσα. Quibus verbis subiungitur, καὶ ἐφ' ὑγρῷ πάνυ κειμένη. In meo autem vet. lexico
additur, ἡ ἀπὸ τοῦ, ἀπὸ γῆς εἰς γῆν μεταφέρειν. Communis
porro est huius nominis γέφυρα vsus prosæ scriptori-
bus cum poetis. Homer. Iliad. ε. Θοῶν γὰρ ἀμπεδίον, πολεμῶ πλήθοντα ἐοικὼς Χειμάρρῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.
Τον δ' οὔτ' ἄρ' τε γέφυραι ἐερμέναι ἴσχανόωσιν. Apud Plutar.
in Quæst. Rom. ἡ ξυλίνη γέφυρα. Legitur sæpe ζευγνύειν
γέφυραν, eique oppositum λύειν, siue διαλύειν. Herodianus
lib. 7, τότε τοίνυν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἔμελλεν ὅλῃ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. Apud eundem legimus, λύσαντας τὴν γέφυραν.
Apud Thucyd. τὴν γεφυρὰν διάλυσιν.

Γέφυραι apud Homerum sunt etiam Interualla & se-
mitæ inter binos aciei instructæ ordines, per quas vl-
trò citróque commeare licet. vt vulg. lex. annotant
ex Eustachio, in Iliad. δ.

Γέφυρα est item nomen vrbis Bœotiæ, quæ & Ta- C
nagra vocata fuit. Affert autem aliquam illius appel-
lationis rationem Etymologus. Qui ex ea est, DI-
CITVR Γεφυραῖος. Apud eundem LEGES Γεφυρεῖς esse δῆμον Ἀθηνῶν, vnde Γεφυραία Δημήτηρ, de qua plu
ra apud eum vide. Sed in meo vet. lex. Γεφυραία Δημήτηρ non ab illo nomine Γεφυρεῖς, sed à Γέφυρα, quod
est vrbis nomē, appellata esse traditur. ATVERO
Γέφυροι vnde sint dicti quidam fratres, te docebit Eu-
stathius, pag. 933.

D C. Γεφυροποιός, ὄ, ὁ, Pontifex, accipiendo in prima significatione pro eo Qui pontē facit. ex Plutarch. in Numa.
Vnde VERBVM Γεφυροποιῶ, Pontem facio, vel Pōte iungo. Polyb. l. 3, Πόπλιος ὁ τὸν Τίβιν κρίνων εἰς τοὔμπροσθεν ἐβάδιζεν, τοῖς ὅπλοις ἐπιδεδεῖς γεφυροποιεῖν παρήγγελε. Quem
vsum frequentius habet verbum γεφυροῦν.

C. Καλλιγέφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ. vt ποταμὸς καλλιγέφυρος, Fluuius
pulchrum pontem habens, Pulchro ponte iunctus. Af-
fertur autem ex Eurip. hoc compositum.

Γεφυρότης, Pontium fabricator, vt quidem legitur in v.l. E
illis etiam quæ prima omnium in lucem prodierunt.
Sed mendosum esse suspicor, pro γεφυρωτής, verbali à
γεφυρόω.

Γεφυρόω, ῶ, Ponte seu pontibus iungo, Pontem impono.
vt γεφυροῦν ποταμὸν, Ponte iungere fluuium, vt loquitur Curtius. Quidam interpr. Pontem imponere flu-
uio, & Pontem construere supra fluuium. Herodianus
lib. 7, γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἔμελλεν ὅλῃ Γερμανοῖς διαβήσεσθαι. Quæ Polit. vertit, Pontem cōstruxe-
rat Maximinus supra flumen, quo aduersus Getmanos
transiret (Legitur tamen in vulg. edit. quā: sed eū scri- F
psisse puto quo) Paulo pòst dicit Herodianus πολὺ γέφυραν ζεύξας, eadem de re loquens. Apud eundem γεφυροῦν τὸν ποταμὸν idem Polit. vertit Ponte iungere flu-
uium. Ex Polybio affertur etiam γεφυρῶσαι πολὺ διάβασιν pro Firmare transitum. Inueniuntur autem illa ver-
ba & apud Plutarchum. Lucian. in Demonacte dixit
etiam γεφυροῦν τὰ δύσπορα: scribens, ἡ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, ἢ γεφυροῦν τὰ δυσπόρα. Apud eundem legimus e-
tiam τοῖς ποταμοῖς γεφυρῶσιν νεκροῖς, Cadaueribus tanquā
G ponte seu pontibus iungere fluuios. vel, Corporibus
cæsorum consternere fluuios, vt vertit Budæus: qui
affert etiam γεφύρωσε κέλευθον ex Homero, pro, Obruto
fossæ aggere munit viam. Hesychius exponit διαβατὸν ἐποίησε.

Γεφυροῦσθαι dicitur itidē ποταμὸς, qui ponte iūgitur,
seu cui pons imponitur. Herodian. τόν τε ποταμὸν γαυσὶ διαλαμβάνων, ὡς τοῦς δι' ἡλᾶς σωνδεδεισῶν γεφυρωθέντα, &c.
Atque vt habuimus ex Luciano, ποταμοῖς γεφυρῶσαι νεκροῖς, sic apud Plutarchum legi sciendum est ποταμοῖς
γεγεφυρωμένοις νεκροῖς, De Alex. fortuna, aut virtute, lib. 2,
αἷμα νεκραμένοις ποταμοῖς ἔπτε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένοις διέβη. id est, Amnes sanguine mixtos bibebat,
quos cæsorum corporibus iunctos traiiciebat: vt vertit Budæus.

Γεφύρωμα, ατος, τὸ, Ipsum opus iungendi fluuium ponte.

In vulg.lex.redditur Transitus. quum sit potius, Pons transitum præbens.nisi & ipse pons transitus appelletur. Atque vt hoc nomen Γεφύρωμα à prima præter. passiui persona γεγεφύρωμαι formatum est, sic à tertia γεγεφύρω) est NOMEN Γεφυρωτής, Qui pontē seu pōtes construit. Pro qua significatione in vulg.lexicis legitur Γεφυρότης: sed non sine mendi suspicione, vt suprà declaraui.

Inuenitur etiā COMPOS. Ἀπογεφυρόω,ῶ, quod sicut simplex Γεφυρόω, redditur Ponte iungo, seu pontibus.&c.

Γεφυεὶς, Extranea, Peregrina. Vide Suidā: quem si sequaris, fuerit hoc nomen γεφυεὶς deductum à γέφυρα quod est vrbis nomen.Hesych.autem scribit, Γεφυεὶς, πόρνη τὴς ὁδὸν γεφύρας. Quod autem subiungit, videtur hoc γεφυεὶς cum nomine γεφυειστὴς confundere, vt docebo paulo pòst, quum de hoc agam.

AT VERO Γεφυείζω est propriè Ex ponte scōmata in aliquē seu aliquos iacio, Sedēs in ponte, inde aliquē dicteriis peto, vel scommatis infector. De quo more dicam in verbali Γεφυειστής. Accipitur autem generaliter γεφυείζω pro Scommata in aliquem iacio, seu probra, Derideo, Cauillor, Subsanno. Plutarch. ἐδόκει δὲ τοῖς Ἀθηναίοις προσενεχθῆναι τραχύτερον, ὅτι τὴν Μέπελλαν ἀπὸ τῶν τείχους γεφυείζοντες ἐλοιδόρησαν. Apud eundem legimus, εἴτε θυμῷ τὰ σκώμματα φέρων καὶ τὰ βωμολοχίας, αἷς αὐτόν τε καὶ τὴν Μέπελλαν ἀπὸ τοῦ τείχους ἑκάστοτε γεφυείζων καὶ κατορχούμενος ἀξιηρέθιζεν ὁ τύραννος Ἀειστόν. Affertur verò & ex Polybio exemplum vsus verbi huius, à Suida, quē consule.

Γεφυεισμὸς, οῦ, ὁ, Actio illa ita iaciendi scommata, & deridēdi. Sed affertur hoc nomen & cum ASCRIPTVM, Γεφυεασμὸς, ex eo libro in quo Atticæ voces annotantur: dicitúrque significare σκῶμμα, & additur, ἀπὸ τοῦ ὁδὸν τὴν γεφυρῶν γράφειν ἤτοι ἐμμετρα ἢ δίχα μέτρων, δίφασυρμοὺς πινῶν ἔχοντα. Habes autem hæc ipsa & apud Ammonium in voce Σκῶμμα.

Γεφυειστὴς, οῦ, ὁ, Qui scommata è ponte iacit in aliquem, &c. sequendo expositiones quæ verbo γεφυρίζω datæ fuerunt. Γεφυεισταὶ, (inquit Hesych.) οἱ σκῶπται. quoniam ὀν Ἑλευσῖνι ὅτι τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. Sed his addi possunt & quæ apud eū proximè præcedunt, in voce Γεφυρίς. quæ enim ibi addunturˌ, ἄλλοι δὲ οὐ μωῶᾶκα, ἀλλὰ αὔδρα ἐκεῖ καθεζόμενοι, &c. perperam hîc collocata fuisse arbiror ab aliquo qui illud γεφυρὶς cū γεφυειστὴς cōfunderet. Interim verò & ex illis verbis possumus huius vocabuli significationem certius cognoscere. Generalius autem pro cauillatoribus, seu irrisoribus. Plutarch. in Sylla, circa principium, καὶ τοῦ Ἀθήνησι γεφυειστὴν ἐπιτίσκωψέ τις εἰς τοῦτο ποιήσας.

Γόνυ, quod proximè sequitur, varias etymologias habet: ex quibus maximè probabilis est quæ à verbo κονεῖν deducit: minus certè lōgè quàm cæteræ petita est. Siquis tamē προσότυπον esse malit, non minus quàm illud ipsum verbum κονεῖν, non valde repugnabo.

ΓΟΝΥ, genit. casum habet Γόνυος, pro quo per metathesin dicitur ET Γουνός. Sed in soluta oratione vsitatior genitiuus Γόνατος, tanquam à NOMINAT. Γόνας, quod alioqui in vsu minimè esse traditur. Est autem γόνυ Græcis quod Latinis Genu. Homer. Iliad. λ, Ἐν δ' ἐπαλιζόμενος, ὀλίζων γόνυ γουνὸς ἀμείβων. Apud eundem frequens est γόνυ καμπτειν, genu flectere, seu incuruare. ὅτι τὸ καθεζθῆναι, ad differentiam τοῦ ἵσταθαι, si Eustathio credimus. At Hesych. exp. αἰωπαύεσθαι. Variis autem loquendi generibus adhibetur ab hoc poeta nomen istud, & quidem in plurali præsertim: vt ex eius locis quos afferam patebit. Afferam autem eos primùm in quibus vigorem corporis è genuū vigore seu robore æstimat. (vt Theocritus dixit, οἷς γόνυ χλωρόν: itidémque Horatius, dúmque virent genua. Quò pertinet & quod apud Plinium legimus, genibus inesse vitalitatē) Iliad. υ, — αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς εἴρυσθ', ὅς μοι ἐπῶρσε μθύος λαψηρὰ τε γοῦνα. Sic omnino λαψηρὰ γοῦνα & μθύος coniunguntur, & quidē verbo eidem affixa, cum alibi tum Iliad. χ, Ὡς οἱ ἐπῶρσε μθύος λαψηρά τε γοῦνα. Huc pertinent apud eundem, γούνατα δ' ἐρράσαντο, & ἕστατ' ὀρώρη. ac quemadmodum μθύος & γοῦνα illic copulat, sic alicubi ἀρέπτω dicit, subiungens γούνατα cum illo verbo ὀρώρη. Odyss. σ, Ὄφρ' ἀρέπτω πατρέ χασι θεοί, καὶ γούνατ' ὀρώρη. Inueniuntur coniūcta itidem γούνατα & βίη: vt Iliad. δ, Ὡς τοι γούνατ' ἔποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη. Huc pertinet Il. ρ, Ἐν δὲ βίλω ὤμοισι καὶ ἐν γούνασιν ἔθηκε. Atque vt hîc dicitur πθέ αι μθύος ἐν γούνασι, sic alibi βαλεῖν μθύος ἐν γούνασι: sed additur ἠδὲ ἐνὶ θυμῷ. (vt in loco proximè præcedente βίη est in duobus, ἐν γούνασι, & ἐν ὤμοισι) Iliad. ρ, Σφῶϊν δ' ἐν γούνασι βαλὼν μένος ἠδὲ ἐνὶ θυμῷ. Apud eundē legimus βλάβεται γούνατα, item λύτο γουνάτα. καὶ φίλον ἦτορ. Atque vt alicui λύεσθαι γούνατα dicit, ita sæpenumero aliquē alicui λῦσαι γούνατα, vel ὑπολύσαι, etiam pro Vitam eripere. Habet alioqui nonnullis in locis simpliciorem significationē istud γούνατα λύσαι, & talem qualem γούνατα δαμνᾶν, aliquot in locis. Frequens est, vel potius frequentissimum, apud eundem poetam hoc nomen, vbi de precādo vel potius supplicando agitur. (vnde Plinius, Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium, hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorāt: fortassis quia inest iis vitalitas) Iliad. λ, Νῦν αὖτ' ἀθ' ἱκόμεθα γούνατ' ἐμὰ τίσασθαι Ἀχαιοὺς Διοτρεφέας. Sic Iliad. ο, Ἤματι τῷ ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων, Διοτρεφὴς ἥρωας Ἀχιλῆα πολεμήϊον. Apud eundem aliquis dicitur ἅψασθαι γούνων, non λιστάμενος, sed ἱέμενος λίσσεσθαι. vt Iliad. υ, — ὁ μὲν ἥπετο χείρεσι γούνων, Ἱέμενος λίσσεσθαι. In quibusdam autem aliis locis vtitur verbo λιπαιθύειν post γούνων ἀψάμενος seu ἀψάμενος. Sic Iliad. γ, Γούνων ἀψάμενος λιπαιθύσσομθ, αἰκ' ἐλεήσῃ. Alicubi vtitur verbo λαβεῖν cum eodem genitiuo γούνων. vt Odyss. κ, Αὐτὰρ ἔγ' ἀμφοτέρεσσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων. Sic eiusdem operis libro ζ, Ἡ γούνων λίσσοιτο λαβὼν ἀώσπεδα κούρίω. Inuenitur apud eundem & participium ἑλὼν pro λαβὼν, vbi cætera alioqui sunt præcedentibus similia: Iliad. φ, Αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μθὶ ἑλὼν ἐλίσσετο γούνων. Cæterùm ex his locis implere alios possumus quibus aliquid deest: id est, in illis subaudire (vt grammaticorum verbo vtar) quod subaudiendum relinquitur. Interdum enim verbum λίσσεσθαι, aut λιπαιθύειν, vel siquod est apud hūc poetam synonymum, subaudiendum esse dico: nonnū quam contrà vnum aliquod ex illis participiis: ἀψάμενος videlicet, aut λαβὼν, aut ἑλών. Nam Odyssea ζ, circa finem, (haud enim se offert in præsentia commodius exemplum) — μηδὲ γούνασι χεῖρας βάλλειν ἡμετέρης, ἵα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι. Hic enim puto subaudiri debere λιστόμενος, vel λιπαιθύων, aut aliud simile: licet his vocib' infinitiuum soleat subiungere, non particulā ἵα, quod sciam. Vicissim autē ἀψάμενος, vel λαβὼν, vel ἑλὼν subaudiendum esse ait, cum alibi, tum hoc in loco, Odyss. κ, Αὐτὰρ ἐγὼ Κίρκης ὅτι θεὰ πρόσκαλέος ἔνιης, Γούνων ἐλιπάθυσα, Sic Odyss. χ, Ἡ γούνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα. itidémque in hoc loco, Iliad. ι, fœm. participium ἁψαμένη, vel λαβοῦσα, siue ἑλοῦσα subauditur: — ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λιστόσκετο γουνῶν Παλλακίδι προμιχῶσα. Sed hoc in loco aptius poni potest participium quàm in duobus præcedētibus, quòd in vtroque iam aliud præcedat. Nisi quis participio particulam καὶ præfigere velit: hoc modo, καὶ ἁψάμενος γούνων ἐλιπαίθυσα: vel, καὶ λαβὼν γούνων. Quod tamen de altero loco dici itidem non potest, vtpote in quo participium non itidem præcedat, sed sequatur. Sed participia bina interdum à Græcis, non interiecta copula, poni sciendum est. Omitto alia pleraque eiusdē poetæ loquendi genera, eodem pertinentia, quibus nomen istud adhibetur: & ad longè diuersum loquendi genus transeo: si prius ex poetis Latinis locos aliquot attulero cū Homericis illis conuenientes: in quibus nimirum itidem genua tangunt seu potius amplectuntur qui supplicant. Virgil. Æneid. 10, Et genua amplectens effatur talia supplex. Eiusdem poematis lib. 3, Dixerat: & genua amplexus, genibúsque volutans Hærebat. Naso Metam. 9, — tremit ille, pauétque Pallidus: & timidè verba excusantia dicit. Dicentem, genibúsq; manus adhibere parantem Corripit Alcides. Eiusdē operis lib. 13, hæc canit, — sed crine soluto, Sicut erat, magni genibus procumbere non est Dedignata Iouis. Quinetiam dicunt aliquem supplicem genibus eius cui supplicat aduolui. In soluta etiam oratione multi loci morem hunc nobis ostendunt: è quibus est ille Taciti in quo dicit, Prensare circumstantium genua. Cicero in orat. post reditum, in Senatu, Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Dicunt verò & Accideread genua, quod est ad verbum προσπίπτειν πρὸς γόνατα, vel τοῖς γόνασι. Plutarchus in Quæst. Rom. ὁ δὲ προσπεσὼν τοῖς γόνασι. Euripides autem vsus est & cum solo accusatiuo, in Hecuba, Πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τῶδ' Ὀδυσσέως γόνυ. At Homer. dicit ἱκάνειν γούνατα. vt Odyssea η, — σόν τε πόσιν σά τε γούναθ' ἱκάνω πολλὰ μογήσας. Sic Odyssea γ, Τεῖνεκα νῦν τά σε γούναθ' ἱκάνομαι, αἰὲ ἐθέλοντα Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνιαυτοῦ. Eiusdem operis libro ι, — ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμθοι τὰ σὰ γοῦνα Ἱκόμεθ', εἴ τι πόροις ξεινήϊον. Sed hoc loquendi genus nihilo plus quàm præcedentia, quæ ex eo attuli, habet affinitatis cum illo πρόσπιπτειν πρὸς γόνατα, siue γόνασι. At verò αὐτοσχεδιαστὶ πρὸς γονάτων, quod apud eundem tragicum legitur, ex Homero sumptum videri possit, dicente Iliad. υ, — ὁ μθὶ αὐτὸς ἄλυθε γούνων, Εἴπως οἱ περίδοιτο λαβών, καὶ ζῶον ἀφείη. Euripidis autem locus est in Medea, Ἀλλ' ἀντομαί σε τῆσδε πρὸς θθυγατάδος, Γονάτων τε τοῦ σοῦ· ἱκεσία δὴ γίγνομαι, Οἰκτείρον. Quanuis enim hîc αὐτομαι accipiatur non in propria significatione, sed pro Obtestor: possit tamen ita loquens Euripides, ad illum Homeri locum videri respexisse. Cæterùm potest his Eurip. locis adiici & iste ex Phœnissis, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χέρας γόνυ, implicitis manibus circa tuum genu.

Venio nunc ad quoddā genus loquendi quod Latinis haud itidem notum esse puto. id est, ἐν γόνασι κεῖσθαι. pro Situm est in potestate. (Cui rei alioqui significandæ adhibetur & χειρὸς seu χειρῶν appellatio à Græcis: eodémque modo dicunt Latini, In manu tua est, pro In potestate tua) Sic certè aliquoties dixit Homerus θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. vt Od. ω, Ἀλλ' ἤτοι μθὶ τοῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Et Iliad. ρ, Ἀλλ' ἤτοι μθὶ τοῦτα θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Quem versum consequitur hic, aliquid habens eodem pertinēs, Ἥτοι γὰρ καὶ ἐγὼ τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει. Alicubi verò cum adiectione partic. αἴκε, vel ἤκε. vt Iliad. υ, Ἀλλ' ἤτοι μθὶ τοῦτα θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, Αἴκέ σε χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι, Δουρὶ βαλών. Cum ἤκε autem Odyss. α, Ἀλλ' ἤτοι μθὶ τοῦτα θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, Ἤ κεν νοσήσας ἀποσσεύῃ, ἠὲ καὶ οὐκί. In eodem libro habetur sequente ὁκόσπερ in altero versu, cum futuro itidem: Τηλέμαχ', ἤτοι τοῦτα θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, Ὁκόσπερ ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλεύσῃ Ἀχαιῶν. Exponitur autem ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ δυνάμει, in deorum potestate. Affertur tamen ex Eustathio, ἐν δωάμει καὶ ἱκεσίᾳ. In qua expositione, θεῶν ἱκεσίᾳ accipiendum esset passiuè, de ea qua supplicatur ipsis. Sed durè hoc dici videtur, præsertim præcedente substantiuo δυνάμει. Potiúsque crediderim hæc duo nomina ad diuersas expositiones pertinere. sed, nisi inspecto Eust. loco, plura de his verbis differere nolim. Hoc vnum addo, eleganter vsurpatum à Diogene fuisse hoc loquendi genus. Quum enim quēdam ἄσωπον poposcisset minam, isque rogasset cur à se minam, ab aliis obolum duntaxat peteret, Quia, inquit, ab aliis iterum me accepturum spero: at verò à te, θεῶν ἐν γόνασι κεῖται εἰ πάλιν λήψομαι. Sunt porro & in soluta oratione aliquæ ex hoc nomine sumptæ phrases: ex quibus sunt hæ duæ, Εἰς γόνυ κλίνειν, & Εἰς γόνυ βάλλειν: de quibus dicam in composito nomine Γονυκλινής. At de εἰς γόνυ πεσεῖν, verba faciam in composito Γονυπετῶ.

Γόνυ καλάμου, Herodot. Internodium arundinis, apud Plinium & Columellam. Sed & de vite dictum ex Philostrato in Heroicis affertur. Γόιατα (inquit Cam.) sunt Genicula, & de vitibus, & de aristis, & de arundinibus. Herodot. Thalia, καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. Vnde Plin. lib. 16, cap. 36, de arundine loquens, Nauigiorúmque etiam vicem præstant (si credimus) singula internodia. Idem paulo pòst, Alia spissior densiórque geniculis, breuibus internodiis. Ex quibus manifestum fit, genicula Latinos appellasse ipsos nodos: internodia verò, inter hos excrescētes culmos. Sed Græcum nomen est commune. A geniculo, Geniculatus. vt radix geniculata, Plinio: & Culmus geniculatus, Ciceroni, distinctus geniculis. Et panicum in culmum geniculatū, Plinio. Possumus autem his participiis vti in interpretatione quorūdam compositorum, quæ hanc nominis γόνυ significationem, sed nominatiui γόνας declinationem sequuta sunt: cuiusmodi sunt ἀγόνατος & πολυγόνατος.

Γόνυ genitiuum habet Γοωὸς, factum ex γόνυος, per metathesin, vt dictū fuit. Sic verò & plur. NOMIN. Γοῦνα, pro Γόνυα: GENIT. Γούνων, pro Γονύων: DAT. Γόνεσι, (siue Γούνεσι, metri gratia) pro Γονύεσι dici existimant quidam grammatici. Alii tamen malunt Γόνα pro Γόνατα dici per apocopen. itidémque Γούνων pro Γουνάτων per syncopen, & Γούνεσι pro Γουνάτοσι dici existimandum erit. Affertur porro & tertius GENIT. singul. Γονύατος. At ILLVD Γούνατα, tanquam à nomin. singul. Γοῦνας, habuisti in locis suprà citatis. Idem & de cæteris casibus censendum est.

A Γόνυ deriuata, compositionem habentia.

C. Γονυκλινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Genu flectens. In Eccles. historia. τὸν τὸν θεὸν ὅτι καλοῦμαι γονυκλινής. Γονυκλινεῖς (inquit Cam.) Qui prouoluuntur genibus, & abiiciūt se, atque iacent ante pedes supplices. Hinc VERB. Γονυκλινέω, ῶ, Genu flecto. κάμπτεται δὲ γόνυ (inquit Eustath.) ἔστι, ὅτε καὶ ἱκετευτικῶς. ὁ καὶ γονυπετῶν λέγεται, καὶ γόνυ κλίνειν, καὶ σωθέντος γονυκλινεῖν. Inuenitur & nomen SVBST. Γονυκλισία, Genu flexio, Supplicatio quæ fit genibus flexis. Ex Basilio. Affertur præterea ex Cyrillo, γονυκλισία αὐτοπρόσωπος. Schol. Euripidis in hunc Phœnissarum locum, Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ Σ' αἴαξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα, annotat, ὡς τοῦ Φοινίκου δεῖ γονυκλισίας σεβόντων τοὺς ἐπαλλεῖς. Vide aliquid de hac voce & in Γονυπετῶ. Sciendum est porro, quanuis hæc istam significationem habeant, tamen εἰς γόνυ κλίνειν aliud sonare: nimirum Prosternere, aut etiam Subigere: vt Budæus vertit in isto Appiani loco, Ciu. bell. l. 3. αὐτῷ δ' ἀπιστοῦσιν ὅτι οὐκ ἀπέκτεινε τὸν Καίσαρα, καταστρεφάμενον τῷ Κελτικῷ καὶ ἐς γόνυ κλίναντα. Idem, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν, vertit, Affectam admodum reddidit: in isto Herodoti loco, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν ἡ ναυμαχίη. (Quidam autem interpr. Prostrauit) Ex eodem scriptore affert etymologici autor εἰς γόνυ πεσεῖν. quod illum metaphoricè dixisse tradit, significare volentem ὡς εἰς δουλείαν αὐτῷ ἀπήχθη. (ita enim scribendum est, non ἐπήχθη) At compositum Γονυπετῶν nihil cum hoc loquēdi genere commune habet.

C. Γονύκροτοι, sunt οἱ βλαισοί: & apud Anacreontem, οἱ δειλοί. Vide Eustath. p. 932. Aristoteli in Physiognomonicis (inquit Cam.) γονύκροτοι sunt impuri, quibus genua trepidant.

C. Γονυπετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui genu succiduo procumbit, (vt loquitur Naso) In genua procidens. Vel, Accidens ad genua alicuius, seu procumbens. Synes. epist 57, καὶ πρηνὴς καὶ γονυπετὴς ἱκέτης ἠθρόμθυος. Euripid. Phœnissis, γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σ' αἴαξ. Hinc VERB. Γονυπετέω, ῶ, Genu succiduo procumbo, In genua procido. Vel, Accido ad genua alicuius, seu procūbo. Redditur γονυπετῶ vno etiam verbo Ingeniculo, de quo dicā in Γουνάζομαι. Eustath. scribit ex Homeri verbo Γουνάζομαι posteros eius excogitasse hoc Γονυπετῶν, componentes ex γόνυ & πίπτειν. à quo πέπτειν deriuatur πίπτειν, sicut ῥίπτειν à ῥέπτειν. Quibus addit, ἀκολούθως τοῦτῳ καὶ ἡ γονυκλισία ὠνόμασται. Construitur porro cum datiuo personæ hoc verbum Γονυπετῶ: habétque hanc constructionem apud Matthæum: apud Marcum autem, cum accu-

satiuo, ἐνυπεπίσας αὐτόν.

Γόνυχρος autem suspectum esse potest: quod in vulgat.lex. reddit Sterilis, Aridus: quoniam Hesychius post γόνυχρος, addit, τὰ ἄκαρπα καὶ ξηρὰ πεδία. Quibus verbis hæc subiungit, ἢ ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν γηρόντων, μηκέτι δύνασθαι γόνασι. vnde videri possit in priore expositione aliam quàm in hac deriuationem sequi. Affertur ETIAM Γονυκρώπρος, ex Aristotele De animal.lib.4, capite vltimo, pro eo cui sunt genua planiora. Aristotelis locus est hic, καὶ ὑγροτάτας δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, καὶ γονυκρώτερα, καὶ αἱ κνῆμαι λεπτότεραι. Quæ Theodorus ita vertit, Caro quoque humidior est fœminæ quàm maris, & genua planiora, & crura tenuiora. Sed hanc quoque vocem non immeritò fortasse suspectam quis habeat: possitque suspicionem adiuuare litera ω: quippe quæ locum in hoc comparatiuo habere non videtur.

A γεῦα deriuata, & primùm ea quæ compositionem habent.

C. Γοωσοπαχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Genua crassa habens, Qui crassis est genibus. Item generaliter pro Crassus. Ab Hesiodo sic vocatur ἀχλὺς, loquente de ea tanquam de fœmina.

C. Βαρύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauis genibus, Cui grauia sunt genua, ideóque tarda. Redditur etiam, Cui genua sunt infirma.

C. Καμπεσίγοωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incuruãs genua. Sic dicta fuit Erinnys, quòd genua peccantium incuruet.

C. Ταχύγοωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui velocia sunt genua, Velox, Celer.

Ἐπιγοωὶς, ίδος, ἡ, SIVE Ἐπιγοωπὴ, Os toti genu superiectum, seu Os quo tegitur genu. q.d. Supergenuitas. Os est cartilaginosum, latũ, rotundum, intus læue & cauum: quod contegit femoris tibiæque articulum, alioqui nimis patentem, prohibétque ne introrsum luxetur. Latinè Mola & Patella dicitur. nam & hoc vtitur Celsus.

Ἐπιγοωὶς, Musculus ipsius genu. Sunt autem intelligendi illi tori qui circa genu in robustis corporibus apparent, bonæ constitutionis indices. Ita Camer. afferens ex Homeri Odyss. σ, Οἷῶν ἐκ ῥακέων ὁ χέρων ὀπιγωίδα φαίνει. In vulg.lex. hæc de ista significatione annotãtur, Etiam corpulentiam (vt loquitur Plinius) vel corporaturæ amplitudinem (vt Columella) indicare volẽs Homerus, inquit Odyssea σ, Καί κεν ὀρὸν πίνων, μεγάλῳ ὀπιγωίδα θεῖπε, Serum lactis bibens, bonam firmámque corporis habitudinem assequeretur πὼ τῶ σώματος ἀνεξίαν, significando à parte totum. Vel, In corpulentiã excresceret, essérque robustus & validus. Roboris enim indicium, femorum genúque amplitudo. vt & Odyss. σ, Οἷῶν ἐκ ῥακέων ὁ χέρων ὀπιγωίδα φαίνει.

Ἐπιγωὶς, Genu, vt quidem à Cicerone redditur apud Aratum, duobus in locis: quos in meo Cic.lexico videndos tibi relinquo, pag.76,77: & 102.103. Sic & apud Apollonium Argon.2, — αὐ δὲ χιτῶνας Λεπταλέας λευκῆς ὀπιγωνίδος ἄχρις ἄειρον. Dicit enim famulas Medeæ sustuliisse vestes vsque ad genua, affectantes essedum dominæ. Cam. Ego potius dicerem ὀπιγωίδα in his quoque locis suam significationem retinere, sic tamen vt à parte totum significari putandum sit: ideó que non malè reddi Genu.

HINC Ἐπιγωνίδιος adiectiuè positum, & significans Impositus genibus, (vt apud Pindarum Pyth. ode 9, ὀπιγωνίδιον βρέφος) eam significationem illius nominis ὀπιγωνὶς sequitur qua pro genu ponitur, vt quidẽ nonnulli putant. Alioqui, quoniam ὀπιγωνὶς videtur potius suam significationem retinere, vt docui, videri queat ὀπιγωνίδιος minimè inde deriuari, sed ex ὀπὶ & nomine γόνυ fieri, vtpote quorum simpliciter significationem habeat: illam autem terminationem ex obliquis casibus nominis ὀπιγωνὶς mutuari. Idem enim & aliis quibusdam eiusdem formæ deriuatis vsuuenire obseruaui.

Γονύομαι, οῦμαι, Genua amplectens oro, Genua amplector supplex. Cum accusatiuo. Homer. Il. φ, Γονοῦμαί σ' Ἀχιλεῦ· σὺ δὲ μ' αἴδεο καὶ μ' ἐλέησον. Tale est Od. χ, Γονοῦμαί σ' Ὀδυσεῦ· σὺ δὲ μ' αἴδεο, καὶ μ' ἐλέησον. Apud eundem legimus Odysseæ σ, — πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Inuenitur etiam habẽs adiunctum infinit. futuri temporis: Il. κ, Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμύνοντα κάρηνα, Ἑλθεῖν εἰς Ἰθάκην, σεῖο ἕκητι βοηθῶ, ἥπερ ἐρίστι, Θέσθαι ἐν μεγάροισι. id est, Supplicitè vouebam, inquit Bud. Ac videtur certè rationi cõsentanea esse hæc interpretatio: nisi dicamus subaudiri verbum quo significetur Pollicens.

Γουνάζομαι, idem quod proximè præcedens, & in vsu apud eundem poetam. vt Odyss. ν, Νῦν δέ σε θεὸς πᾶσ' γουνάζομαι. Et cum genitiuo γούνων, Iliad. χ, Μή με ἰόντ' γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων. Dixi autem antea, in Γόνυ videlicet, de hoc loquendi genere quid mihi videretur. Eustathius autem vult phrasin esse similem illi qua dicitur οἶνον οἰνοχοεῖν, & πόλεμον πολεμίζειν. Cæterùm (vt annot. vulg.lex.) Diomedes testatur à priscis dictum Ingeniculare: quod & Congenulare dicitur, autore Nonio: legit tamen Egnatius Congenudare. hoc est, Ingeniculari, & Ad genua accidere, Flectere genua, inde orare suppliciter.

A genitiuo γόνατος, aut alio ex obliquis nominatiui γόνας, alioqui inusitati, deriuata, quæ compositionem habent. Vel ita, Composita quæ nominis γόνας declinationem sequuntur.

C. Ἀγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Genu carens, Cui non est genu. Aristot. in lib. περὶ πορείας ζώων hoc composito vtitur, ἢ ἐπ' ἀγόνατον ἐπὶ τῶν βαδιζόντων. At verò ἀγόνατος ab illa altera nominis γόνας significatione, reddendum potius Non geniculatus. de qua voce dictum fuit suprà.

C. Διαγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, in vulg.lex. Duplici geniculorum nodo cinctus. tanquam ab illa nominis γόνας significatione qua pro internodio ponitur, quale calamo tribuitur. Sed quicunque est illius interpretationis autor, videtur LEGISSE Διγόνατος, aut certè illud pro hoc malè accepisse. Ab illa nominis γόνας significatione fũt & ista COMPOS. Εὐγόνατος, Ὀλιγογόνατος, Πολυγόνατος. Nam Εὐγόνατος redditur Pulchra genicula seu internodia habens, Pulchrè seu bene geniculatus. Sic COMP. Ὀλιγογόνατος, vt ὀλιγογόνατος κάλαμος, ex Theophr. De hist. plant. lib.12, Arundo paucioribus geniculis, & longioribus internodiis. Vide Plinium libro 16, cap.36. CONTRA Πολυγόνατος, Multa genicula seu internodia habens, Multum geniculatus, Frequentib⁹ geniculis cinctus. Et SVBST. Πολυγόνατον, ου, τὸ, Polygonaton, herba, à geniculorum frequentia. Officinæ & herbarii sigillum Salomonis appellant.

C. Μεσογόνατον, ου, τὸ, SIVE Μεσογόνιον, q.d. Quod est inter genicula, (ab illa nominis γόνυ significat. metaphorica) Internodium calami seu arundinis, Theophr. libro 4, Hist. plant. c.12.

C. Ὑπογόνατον, ου, τὸ, (q.d. Subgenuale) Quod genibus subiicitur. Ita v.l. ex libello Chrysostomi De re diuina.

C. Ἐπιγόνατος, vide in Ἐπιγονὶς.

Alia deriuata, compositione carentia.

Γονατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Geniculatus, Geniculis cinctus, Nodis geniculatus. Sic redditur apud Theophr. Hist. plãt. l.4, cap.12, ex Plinio.

Γονατίζω, Ingeniculo, Genua flecto. Affertur autẽ ex Cratino comico à Poll. In v.l. exp. Geniculor, λιπαιθύω, & γουνάζομαι.

Γονατόομαι, οῦμαι, Geniculor, In geniculum nodor. Camer. Affertur ex Theophr. Hist. plantarum lib.8, cap.2. Et PARTIC. Γεγονατωμένος, Geniculatus, ex Dioscor. lib.3, cap.58.

AT VERO Ἐγόνασι, (quod ad verbum sonat In genibus) videtur potius disiunctim scribendum esse Ἐν γόνασι. Sic autem dicitur stella, (vt vulg.lex.ann.) quam Iulius Firmicus Ingeniculum vocat, Ouid. Metamor. 8, Nixum genu, Vitruuius Nixum in genibus, Cicero Nixum, Manilius Nixam genu speciem. Sic dicitur ab Eratosthene Hercules in cælo supra draconẽ collocatus. Alii Thamyrin esse aiunt, à Musis excæcatum, vt supplicem ad genua iacentem: alii Ceteum seu Cetea

esse affirmant. Vide Aratum in Phænomenis. Apud Ciceronem in eorum interpretatione extat hic versus, (proximè præcedentes & proximè sequentes desiderantur) Εἰγόνασιν vocitant, genibus quòd nixa feratur. vel potius Ἐν γόνασιν, disiunctim. Apud Hyginum tamẽ legitur Engonasin, coniunctim, libro 2: vbi scribit, Nã qui dicitur in astris Engonasin, is Theseus esse existimatur. Et paulo pòst, caput cui titulus est Engonasin, ita orditur, Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo antè diximus: eúmque paratum vt ad decertandum, sinistra manu pellẽ leonis, dextra clauam tenentem. Paulo pòst, Habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, sinistro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur: dextra manu sublata, vt feriens, sinistra proiecta cum pelle leonis, vt is quammaximè dimicans appareat. Alibi, Præterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Sed non video quomodo hæc scriptura ferri possit ἐγόνασιν coniunctim. præsertim quũ nominatiuum non esse ἐγόνασις (vt quidam existimarũt) ostendat superior ille locus, Nam qui dicitur in astris Engonasin.

Addendum his censui & ADVERB. Γνύξ. eo enim significatur ὀπὶ γόνυ, siue ὀπὶ τὰ γόνατα, (vt exponit Hesychius) id est In genu, siue In genua. vt πεσὼν γνύξ, vel ἐλιπὼν γνύξ, Lapsus in genu, leu in genua, Qui cecidit in genua. Adeo vt non dubitem quin γνύξ dictum fuerit quasi γονυξ. Extat autem apud Homerum istud adueruium, cum alibi, tum Iliad. υ, Γνύξ δ' ἔλε πᾶν οἰμώξας. quod exponitur ὀπὶ γόνυ ἔπεσε. Sic Iliad. ε, Ἔστι γνυξ ἐλιπών. Apud eundem poetam cum genitiuo, eodem libro, Ἡ δὲ, γνυξ ἐλιποῦσα κασιγνήτου φίλου. vbi genitiuus huic aduerbio additur, perinde acsi dictum esset πρὸς γόνατα, vel ἐς γόνατα, aut etiam ἐν γόνασι: vt ipse poeta paulo pòst loquitur, hoc in versu, Ἡ δ' ἐν γουνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Μηδῶς εἴης. Redditur alioqui γνύξ & aliter: videlicet Genu flexo. Sed flexus in genua potius declaratur ADVERBIO Ὀκλάζ, at prolapsus isto Γνύξ. Cæterùm in vulg.lex. inuenitur NOMEN Γνύα, pro poplite: cui subiũgitur hoc aduerbium Γνύξ. Ac posset certè Γνύξ ab illo Γνύα deriuatum videri: sed alibi nusquam nomen istud inuenio: verùm Γγνύα tantùm, & Γγνύξ. adeo vt per errorem hoc vocabulum, sicut alia quamplurimà, in vulgaria lexica irreptisse crediderim.

VERB. Γνυπέω, quum ab Hesychio exponatur γονυπετήσω, ab illo Γνύξ originem habere manifestum est. Affertur & VERB. Καταγνυπῶσθαι, dictum pro παρειμένον εἶναι καὶ μαλακόν. nimirum ἀπὸ τοῦ εἰς γόνυ πεπωκέναι. Ita enim lego apud Varinum, Καταγνυπῶσθαι, αὐτὶ τοῦ παρειμένοι εἶναι καὶ μαλακόν. quum alioqui apud eum scriptũ sit, αὐτὶ τοῦ παρειμένος εἶναι καὶ μελανός. Vnde autem expositionem illam sumpserit, incertũ mihi est: sed suspicor eum illam ex Hesychio excerpsisse, aliam quàm apud eum habetur lectionem sequendo. Siquidem in vulg. huius lexicographi editionibus est NOMEN Γνυπῶνες, expositum εὐγνοῖ, & καταφῆς, & ἄπλοιοι. Quibus additur παρειμένοι καὶ μαλακοί. ἀπὸ τοῦ (ita enim scribendum, non ὀπὶ τοῦ) εἰς γόνυ πεπωκέναι. Quinetiam NOMEN Γνυπτοὶ, apud eum exponitur ἐκπεπαυμένοι, & δειλοί: item καταφεῖς. Quibus additur verbum illud Καταγνυπῶσθαι, sed expositũ μεταγυμνάσθαι, haud certè sine mendi suspicione. Vt verò γνυπῶνες ei sunt μαλακοί, sic VERB. Γνυπεῖν est μαλακίζεσθαι, sicut & ἀσθενεῖν. Habet ETIAM Γνύπωπ, quod itidẽ exp. ἀσθενοῦντ. His addendũ & NOMEN Γνυπσὸς, pro ὀφρὺς, vel ἔκλυπς. Quinetiam videndũ an PARTIC. Γνῶν huc pertineat, quod exponit καθραίνων. ADVERB. Πρόχυ est itidẽ à nomine γόνυ deriuatum. Existimatur .ιι. πρόχυ dictũ quasi πρόγονυ: ex quo πρόχυνυ, & per syncopen πρόχυ. Redditurque In genua, sicut & γνύξ. Homer. Iliad. ι, de matre Meleagri, diras illi imprecante, Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχυ καθεζομένην. vbi autor breuium schol. exponit εἰς γόνατα. Accipitur alioqui πρόχυ & pro Funditus, Radicitus: vt ὀλέσθαι πρόχυ, Interire funditus, Odyss. ξ, ὡς ὤφελ' Ἑλένης ἀπὸ φῶλον ὀλέσθαι Πρόχυ, ἐπεὶ πολλῶν αἰνῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε. Vbi Eustathius exp. παντελῶς: addens, Vel πεζόνυ, quod est πεζόρριζον. Et aliquanto pòst scribit, hæc verba, ἐπὶ πολλῶν αἰνῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε, videri posita αὐτοθέτως ad illud πρόχυ. vt dicat, ὡς ὅθεν γόνυ πέσοι τὸ τῆς Ἑλένης φῶλον, ἐπὶ πολλῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε. Hic autem obserua obiter quæ sit huius quoque significati ratio, aut saltem quam Eustath. esse putauerit. Inuenitur & Il. φ, — οὐδὲ μεθ' ἡμέων Πεν, ἀ ὡς κεν Τρῶες ὑποφίαλοι ἀπόλωνται Πρόχυ κακῶς, σὺν παισὶ καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισι;

Ἔραυος, quod proximè sequitur, an ponẽdum fuisset inter deriuata à verbo Ἐρῶ, sequendo etymum id quod ab Etymologo ei tribuitur, & Athenæi quoque testimonio comprobatur, incertũ mihi est: iudicet ipse lector ex iis quæ de illo etymo differã.

– ἔ P A N O Σ, ου, ὁ, Collatitia cœna, Conuiuiũ ex collecta, Conuiuium quod instruitur à symbolarũ collatoribus, vt loquitur Plaut. (ita enim apud eũ legendum est, non symbolorum) Conuiuium in quod suam quisque symbolam confert, siue suam partem. (Nisi tamen illa significatio qua simpliciter pro ipsa symbola ponitur, prior est hac) Redditur à Bud. Collecta. Exponitur τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον, in illo Homeri loco, Odyss. α, Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἐπλετο, τίπτε δέ σε χρεώ, Εἰλαπίνη, ἢ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τόδε γ' ὅδ' εἶν. Apud eundem poetam, Odyss. λ, habemus tria hæc itidem coniuncta, Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ θαλίῃ. Eustath. in Iliad. π, Ἔστιν δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, ὃν καὶ οὗ Ἡσίοδος ἔφη. ἐστὶ δὲ Ἡσίοδον ὁ ἔρανος. Idẽ in illum locum qui ex Iliad. α sumptus est, annotat itidem ἔρανον esse τὸ ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς καὶ δαπάνης ἀναλῶσαι. Vbi annotat etiam, ἔρανον fuisse κόσμον, ac minimè πολυτελῆ. solitos enim fuisse τοὺς ἐρανισταὶ vt plurimũ φειδωλῶς ἐδαίειν: quoniam vnusquisque τὸ ἴδιον ἔδαιε. Idem alibi ex Athenæo scribit, ἐρανοὺς esse, καθ' οὓς πολλοὶ, τὰ ἀπὸ σφῶν συμβαλλομένων εἰσαγόμενα. adiicique, ἀπὸ τοῦ συνιέναι καὶ συμφέρειν ἕκαστον. Dicam autem infrà de hoc etymo plura. Vide Ἐραιστής.

Ἔρανος, generali⁹ Collatio, Cõtributio, Quod quis pro virili parte cõfert. Redditur etiã Symbola. Apud Antiph. pro eo quod sodales seu amici cõferũt ad leuandã sodalis incpiã: κἀν ἔρανον τοῦδε τῶν φίλων συλλέξαι, ἵνα αὖ εἰς τὰ ἔρανα κἀκεῖ ἔλθοι. Sic Luc. vsus est in Tim. Πυθωνίδης ὁ κόλοξ, ὁ πρὸ τοῦ ἔρανον αὐτόστατόν μοι ὀρέξας τὸν βρόχον. Optimè autem cum his locis conuenit (quod ad significationẽ attinet) ille ex Anthologia epigrammatum in quo ἔρανος ponitur cum genitiuo δυστυχίας: libro 3. Γήραϊ καὶ πενίῃ τε συμφόρῳ· ὀρίζοντος Οὐδένος ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον. Quæ ita verti, (in libro quem nuper edidi, cui titulus, Epigrammata Græca, selecta ex Anthologia, interpretata ad verbum & carmine) Quum me pauperies premeret, paritérque senectus, Nec qui porrigeret vel stipis æra foret. In interpretatione autem quæ est ad verbum, verti, Infelicitatis [sustentatricem] stipem. Demosth. πρὸς Νικόστρ. Χιλίας τὰς δραχμὰς ἔραιτο αὐτῷ εἰς τὰ λύτρα εἰσιόσω. id est, Collationem, donum nunquòque conferam pro virili parte amici, ad λύτρα conficienda, vt vertit Bud. Apud eundem in orat. κατ' Νεαίρας legitur, ἔρανον εἰς τὴν ἐλευθερίαν συλλέγουσα. Ab eodem redditur etiam Beneficium, Beneficentia, Munificentia. item Gratia. Demosth. in epist. ad Heracleodorum, καλὸς οὖν ἔρανος χάρις δικαία, ἢν καὶ σὺ ποιήσῃς πρὸς ἐμέ, Honestum igitur est beneficiũ gratia inire inita. Verba sunt Demosthenis pro homine reo deprecantis: acsi diceret, Honestius ab amico, id est à me, gratiã inire non potes, quàm si insonti reo mea causa negotium facessere desieris. Gregor. in orat. quæ περὶ τῆς φιλοπτωχίας inscripta est, καὶ πρὸς εἰσενεκτήσοι αὐθρώποις ὄντας αὐθρώποις τὴν ἔραυον τῆς χρηστότητος, Benignitas humanitatis conferenda est & beneficentia. Iocy-

in Busiride. ἡδομαι δὲ τοῖς μὴ ἀναξίως δυς τυχοῦσιν, ὁκ ὀφ λοσοφίας χρήματα πιζιᾶς ζητοῦσιν, ἀπαντᾶς τοῖς πλείω πεφεγμα- πευμένοις καὶ μᾶλλον ἀπακριβωμένοις φεσς ήκειν ἐθελοντὰς τῶν ἔρανον. quæ idem ita reddit, Existimo enim bonis moribus conuenire, vt iis qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi sunt, & vitæ subsidium ex literarum studio sibi comparare instituerũt, cuncti qui in literis amplius commentando profecerint, & exactius eruditi sint, hanc munificentiam conferant & gratiã. Apud eundem in Plataico, itidem pro gratia, ὀφείλετε ὀ μόνοις τῶν Ἑλλήνων τῶν τὴν ἔρανον, αἰ ἀσάτεις ἡμῖν χρωμένοις ἐπαμῶναι, Huius gratiæ suppetias eundo hominibus ineundæ sedibus suis eiectis, solis nobis Græcorũ debitores estis. Apud Demosthenem in orat. aduersus Neæram, τὸν αὐτὸν ἔρανον ἀποδοῦναι, Parem gratiam referre. Alicubi redditur etiam Præmium, Merces, (quæ interpretatio extat in lexicis quæ prima omniũ in lucem prodierunt, sed absque exemplo) vt in isto Isocratis loco, in Hel. enc. νομίζων ὀφείλειν τῶν τὸν ἔρανον αὐτῷ ὧν ὀκεῖνος αὐτῷ σωεκινδύνευσε. Sed nihil obstat quominus vt in præcedente huius scriptoris loco, sic & in isto, ὀφείλειν ἔρανον reddamus Debere gratiam. Potest alioqui hic reddi etiam Beneficium, vt in aliis qui pauio antè allati fuerunt locis.

Ἔρανος in quibusdam vulgat. lexicis redditur etiam Mandatum. quam interpretationem planè falsam esse existimo. Sumpta est tamen ex Etymologo, exponente, τὸ ὀκ σωεισφορᾶς δῶρον, ἢ ὀντολὴ, ἢ συλλογὴ, ἢ εἰσφορά. Sed non dubium est quin vox ista ὀντολὴ, (quæ in illis lex. reddita fuit Mandatum) alienam sedem occupauerit: licet apud Suidam quoque legatur. Idem tradit Etym. ἔρανος dici ἀπὸ τῶ σωερᾶν καὶ ὀπιθυμεῖν καὶ σωεισφέρειν τοῖς φίλοις, καὶ ὀμωχεῖσθαι. Quibus subiungitur, ἀπὸ τῶ ἐρᾶ, τὸ ὀπιθυμᾶ, ὁ μέλλων ἐρᾶσθαι· ὀξ αὐτοῦ ἔρανος. Sed malim meum vetus lexicum sequi, in quo eadem quidem etymologia affertur, sed melius declaratur: vel potius, quæ ad eam pertinent, emendatius scribuntur: hoc videlicet modo, Ἔρανος, ἀπὸ τῶ ἐρᾶν καὶ ὀπιθυμεῖν σωεισφέρειν τοῖς φίλοις καὶ ὀμωχεῖσθαι. vt dicatur ἔρανος, quia est illorum qui ἐρῶσι καὶ ὀπιθυμοῦσι σωεισφέρειν τοῖς φίλοις. ideóque omnino tollenda sit particula copulatiua quæ apud Etymologum habetur inter ὀπιθυμεῖν & σωεισφέρειν. At verò Athenæus quum hanc vocem ἔρανος à σωερᾶν deducit, haud itidẽ addit ὀπιθυμεῖν, sed καὶ συμφέρειν. Eius verba sunt Dipnosoph. libro 8, ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶ συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ, ἀπὸ τῶ σωερᾶν καὶ συμφέρειν ἕκασον. At Eustathius hanc deductionem ex eo afferens, passiua voce σωερᾶσθαι vtitur. Non video autem quid potius, hoc quidem in loco, vel actiua voce, (quã malo) vel passiua intelligere possimus, (si verbi ἐρᾶν passim obuiã significationẽ sequamur) quàm inter se colere amicitiam. Estque obiter hic VERBI Σωερᾶν vsus animaduertendus: si modò is est quem Athenæus ei dare voluit. De hoc enim pronuntiare non ausim: quum constet, in plerisque etymologiis non exactè seruari significatum vocabuli à quo deductio petitur. Longè aliam certè Budæus huic verbo subesse putauit: quippe qui σωερᾶν & συμφέρειν tanquam synonyma poni annotauerit. In qua significatione deducẽdum esse ab ἔρα dicerem, si admittendam esse censerẽ. vnde fortasse sunt etiam ἐρᾶσθαι, ἐξερᾶσθαι, atque alia: in quorum classe videndum est an & hoc collocari posset.

Ἔρανα plur. numero tanquam ab Ἔρανον, ου, τὸ, vide in Ἐρανίον.

C. Ἐρανάρχης, ου, ὁ, Qui stipibus erogandis præest. Ita v.l. At Budæus reddit, Qui est caput collectæ: affertque hunc Diog. Laert. locũ, ἔρανον αἰτούμενος, φεὸς τὸν ἐρανάρχω ἔφη, τοῖς ἄλλοις ἐρανίζε. Ab Artemidoro quoque vsurpari testatur.

C. Ἐρανέμπολος, ου, ὁ, Qui circa ἐρανίσεις mercaturam exercet, Qui ἐρανίσεις quæstui habet. Ἐρανέμπολοι, οἱ ὀξ ἐράνων ἐμπολῶντες. Hesych. Videri autem posset scribendũ ἐρανέμποροι, ea forma qua dicitur ψυχέμπορος, item χειρέμπορος, atque alia. Sed apud Suid. eadem illa scriptura extat: qui etiam illis Hes. verbis addit ἀπὸ τῶ ἀρχῶν.

Ἐρανικὸς, Pertinens ad ἐρανίσεις. Dicitur etiam aliquid ἐρανικὸν, Cuius nomine conferuntur & contribuuntur ἔρανοι, Siue quod fit ad corrogandos ἐρανίσεις, vel ad corrogandam stipem. Apud Suidam, ἔμμηνοι δίκαι, αἷς τε ἐμποιεῖκαὶ καὶ ἐρανικαί. Athen. libro 5, ὁπότε Ἀθηναῖοι ὁ πένης καὶ τὰς ἐρανικὰς ποιησάμενος ἀκροάσεις, διὰ τὴν βασιλέα σπληποροῦν διὰ τὴν χώρας καὶ πόλεως πομπεύει.

Ἐρανίον, ου, τὸ, diminutiua forma, q.d. Parua symbola, aut Exigua stips. Hesych. exponit, ὀκ σωεισφορᾶς δῶρον. itidémque Suidas. In vulg. lex. perperam in hac voce Ἐρανίον exempla vsus vocis Ἔρανος afferuntur. Sciendum est porro apud Suid. inueniri plur. NOMEN Ἔρανα, quod exponit δῶρα τὰ ὀκ συλλογῆς, vt Hesych. ἐρανίον, τὸ ὀκ σωεισφορᾶς δῶρον.

Ἐρανίζω, Fut. ίσω, Pr. ικα, Collationem obtineo, seu impetro, Facio vt amici aliquid in me conferant. Vel, Peto ab amicis vt aliquid in me conferant: sequendo eam expositionem qua dicitur esse ἔραιοι αἰτῶ. Cuius exemplum manifestum habes in Ἐραιαρχις. sed videndũ est pro loco, quomodo interpretari debeamus ἔραιον. Generalius, Corrogo, Emendico, Colligo: quæ interpretationes Budæi sunt, afferentis ex Æschine in Ctesiphõtem, ὅταν οὖν τοῖς δημοσίᾳ σεφανουμένοις καὶ φυλετῶν ἀπείπη μὴ κηρύττεσθαι τοῖς σεαγῳδοῖς, ἵνα μηδεὶς ἐρανίζων σεφανίσεις καὶ κηρύγματα, ψεῦδ ἢ φιλοτιμίαν κτᾶται, τί τὸ κακὸν ἐπόιεῦν; In eo autem quem huic subiungit loco, habetur quidẽ accusatiuus itidem, sed diuersæ, vt ita dicam, naturæ. est enim personæ accusatiuus: ex Demosth. in epistola quæ φὲὶ τῶ Λυκούργου παίδων inscribitur, ἵνα οἷος τε ὦ, τά τε ὀφειλόμενα εἰσφεᾶξαι, καὶ τοῖς φίλοις ἐρανίσω, τὰ φεὸς ὑμᾶς διοικῶσιν, Vt possim, quum nomina mea exegero, & ab amicis collationem coegero, publico debito satisfacere. Id est, iudicatum facere. Est autem similis hic vsus et quem apud Platonem habet, sed cum diuersa constructione: De legibus libro 11, ἐρανῶν δὲ περὶ τὸν βουλόμενον ἐρανίζειν φίλον φὲὶ φίλους. Nisi fortè legendum sit potius φίλον φὲὶ φίλου. Inuenitur porro & PASS. Ἐρανίζεσθαι in hac significatione actiua interdum. Luc. πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὴν ἡδονὴν, Vndique colligere, seu corrogare, Vndique emendicare. Themist. in 3 De anima, καὶ τὸ ἓν δὲ καὶ τὰ δύο καὶ τὸν ἀριθμὸν ὀκ φὴ αἰσθῆσθαι ὁ νοῦς ἐρανίζεται. Idem in 1, αἷς καὶ αὐτὰς ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐρανίζεται. Sic & apud Laertium in Eudoxo, καὶ φεὸς τὴν φίλων ἐρανιζόμενα εἰς Αἴγυπτον ἀπᾶραι, putat Budæus ἐρανιζόμενα accipi pro ἐρανίσαντα. (Sed fortassis ἐρανίζεσθαι dicitur etiã pro Donari aliquo munere quod ἔρανον nomine censeatur) Ex eodem affert ἐρανίζεσθαι pro Quæstum facere, Capturas factitare: in Protagora, ὅστε καὶ Πρόδικος λόγοις αἰαγκάζοντες ἐρανίζοιτο.

Ἐρανίζω, non solùm est ἔρανον αὐτῷ, sed etiam ἔρανον δίδωμι. Videtúrque hoc censuisse Harpocration. postquam enim dixit ἐρανίσαι significare ἔρανον αἰτῆσαι, in epistola φὲὶ τῶ τῶ Λυκούργου παίδων: subiungit, ὃν ὁ τῶ φὲὶ Θοῦ ὀνόματος φησί. Affert enim locum ex oratione quæ inscribitur ὁ φεὸς Βοιωτὸν φὲὶ Θοῦ ὀνόματος λόγος, in quo significatio hæc optimè verbo illi conuenit. videriq; possint deesse aliqua ad secundam hanc expositionem pertinentia verba. Meminit huius loci Demosth. & Budæus: cuius Comment. vide, pag. 354. Redditur etiam Confero symbolam, aut generalius, Confero, Contribuo.

Ἐραιστὴς, οῦ, ὁ, Qui est ex eorũ numero qui ἔρανον in cœnã seu conuiuium dederunt, Vnus ex iis quibus structa est collatitia cœna. tanquam ab ἐρανίζω significante peculiariter, Confero ἔρανον in cœnam seu conuiuium: id est symbolam. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 2, φὲὶ Θοῦ βιαιοῦ loquens, καὶ λαμπρυνόμενοι φὲὶ μέλος· ὅθ ἐραιστὰς γαμικῶς ἐστιν. Ex eodem affert Bud. ἐραιστὰς & θιασώτας pro iis qui sacrificiorum & cultus deorum obtentu, sodalitates temporarias quotannis coibant, in iisque vino & epulis indulgebant. Athen. libro 8, postquam dixit ἔρανον & θίασον pro eodem poni, addit, καὶ σωιόντες ἐραιστὰ καὶ συνθιασῶται. Apud eundem comicus quidam dicit, ὅταν ἐραιστὰς καρύων ὀξήκοντα.

C. ΑΝΤΕρανίζομαι,

C. ΑΝΤΕρανίζομαι, Vicissim ἔρανον cõfero, seu symbolam. Aut etiam, Beneficium in me collatum alio beneficio compenso. Exponitur & vno verbo, Retribuo. Item participium ἀντερανιζόμενος passiuè, Repensus, Relatus.

C. ΣΥΝερανίζω, sicut & simplex ἐρανίζω, interdum est Colligo: item Cogo, Congero. Isocrates ad Philippum, ὅπως αὖ σωερανίσαιμι τοῖς λόγοις πάντας. Idem putat Budæus significare & in isto Gregorii loco, vbi de autoritatibus propheticis loquens, quibus in oratione sua vtitur, hæc scribit, ὅπως αὖ ἕκαστον ὀπὴ τῆ μνήμη τῶ συμπληρωσόντων μοι τὸν ὠδῖνα, καὶ σωερανιζόντων τὸν χαρίεσσαν λόγον. sed non lubenter Budæo de illa significatione isti loco danda assentior. Aristoteles De generatione animalium, lib. 3, cap. 1, κἂν πολλὰ σωερανίσας τὴς ὠὰ εἰς κύστιν, ἢ π θιεῦπον, ἔφη πυρὶ, Siquis oua multa in folliculum congesserit

Σωερανίζω habet & alteram verbi ἐρανίζω significationem, qua ponitur pro Confero symbolam: vel generalius, Confero, Contribuo. Affertur autem & sine accusatiui adiectione positum, ex Diogene Laertio in Arcesila, vbi de eiꝰ liberalitate loquitur, συχοῖς τε φίλοις ἐπήρκει, καὶ πολλοῖς σωερανίζε. Vbi Budæus vertit, Pecuniam necessariam conficiebat. Idem interpr. Opitulor ad aliquid conficiendum: afferens ex Appiano, τὰς χρείας ἀλλήλοις σωερανίζον, Inter se ita coniuncti erant vt quod vni opus esset, alii ad id perficiendum operas darent, & conficerent. In vulg. lex. Σωερανίζω redditur etiam Mutua conuiuia agito, & vno verbo Mutito ex Gellio. Sed illa significatio verbi σωερανίζειν nullo nec exemplo nec teste ibi probatur. Sicubi autem extat, dicendum erit sequi eam nominis ἔρανος significationem cui primus locus datus fuit, & qua Homerus vtitur.

PASS. Σωερανίζομαι, Congeror, Colligor. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, ὡς αὖ σωηρανισμένον ὀκ συδηλύδων ὄχλου. Dionysius Halic. de Isocrate, Τοσοῦτον δὲ Λυσίου λείπεται καὶ Θεόπτου τῶν ἀφετῶν, ὅσον τῶ φύσει καλῶν σωμάτων τὰ σωερανιζόμενα κόσμοις ὀπιθέτοις. id est, Congesta, Adornata, Composita, quasique coagmentata, inquit Budæus. Sed parum mihi istæ interpretationes placent: ac potius mutata orationis forma vertendum ita censuerim, Corpora in quæ corrogari fuerunt ornatus ascititii: Vel, Corpora corrogatis ornatibus & emendicatis prædita. Dicitur item aliquid σωερανίζεσθαι pro Conferri, vt apud Philonem De mundo, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτῶ [videlicet τῶ κόσμου] σωερανισθέντων, quum omnia ad complementum eius collata fuerint. Bud. autem verbo neutro vtens, vertit, Quum omnia ad complementum eius in vnũ coierint.

Quod proximè sequitur vocabulum, meum quidem etymum sequendo, post Εἴρω ponendum fuisset, (de quo agitur priore loco, t. 1, c. 1142) at sequendo id quod Etymologus affert, alius ei locus dandus fuisset.

– ΕΙΡΟΣ, εος, τὸ, Lana. Hom. Odyss. η, – αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ Ἠλακάτη πεπάνυτο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα. Etymologus εἶρος fieri ex ἔρος tradit, per pleonasmum literæ ι. vel ex ἐρῶ significante κάμνω, fieri ἔρος: deinde mutando ρ in ι, εἶρος. vt sit ὁ μετὰ παλαιότητος ἐρχαζόμενος. Quæ postrema verba sequendo, dicendum esset εἶρος masculini esse generis. alioqui enim respiciẽdo ad neutrum genus nominis εἶρος, scribere debuisset, τὸ μετὰ παλαιότητος ἐρχαζόμενον. Verùm illa verba nequaquam hoc mihi persuaserint, nimirum εἶρος in masculino etiam genere vsurpatum reperiri: siue librarii incuriæ siue etiam ipsius Etymologi fallaci memoriæ error ille imputãdus sit. Sed (quod maioris est momenti) etymum hoc, sicut alia quamplurima, nimis longè petitum, & coactum, vt ita dicam, mihi videtur: de meo autem etymo, quod εἶρος à verbo εἴρω deducit, nihil tale dici posse existimo: sic tamen vt aliorum iudicio id relinquam. Vide Εἰροπόκος, quod est secundum compositum.

Εἶρος ab Hesychio exponitur non solùm ἔριον, sed etiam πῶχος. quod corruptè scriptum esse pro πόκος annot. v.l. Sed contrà mendo carere hanc scripturam, & de eo mendico id intelligendum esse dico qui potius Ἶρος nominatur, cum ι, non cum ει. Fortasse etiam de quouis mendico vsurpari hanc vocem significare voluit: vt Latinis quoque Irus interdum est quiuis mendicus: vt vicissim Cræsus vocatur quilibet qui sit prædiues.

C. Εἰροκόμος, ου, ὁ & ἡ, Lanam tractans, vel potius Lanam excolens. (vt Ouidius dixit Rudem lanam excolere) In v.l. redditur Lanarius, ex Plauto: item Cui lanificium curæ est. Hom. Iliad. γ, ἀσκεῖν εἴρια καλὰ tribuit ei quam εἰροκόμον appellat. vbi Eustath. annotat, κομεῖν & ἀσκεῖν idem valere, & addi verba illa ab Homero nequis intelligat τὴν εἴρουσαν κόμας, ἤτοι πλέκουσαν. Hesych. εἰροκόμῳ (sumptum, vt opinor, ex illo Homeri loco) exponit ἐριουργῷ.

C. Εἰροπόκος, ου, ὁ & ἡ, epithetum ouis, apud Homerum pariter & Hesiodum, sicut à Latinis poetis dicitur lanigera. Hom. Iliad. ε, – ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι. Hesiod. in Theogonia, Ποίμνας τ' εἰροπόκων ὀΐων. Idem in Ergois, Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλοῖς καταβεβρίθασι. Cæterùm huius compositi duæ sunt expositiones. quidam enim putarunt ei inesse duo eiusdem significationis nomina, εἶρος & πόκος, idque ἀπὸ τῶ φαλαιότητος. alii autem ex εἶρος & πέκω factum esse dixerunt. Quinetiam tertia deductio afferri possit, ad quam respexerunt qui εἰροπόκος exposuerũt, Habens vellera innexa. Si enim hanc expositionem sequamur, ex πόκος & verbo εἴρω deductum dicemus illud vocabulum: conueniétque hîc verbi εἴρω significatio cum illa quam habet quum εἶρος ex eo deducitur. Sed minimè dubium est quin optima omnium deductio sit ea quæ ex εἶρος & verbo πέκειν deducit. Pro qua voce actiua tamen, afferenda potius passiua fuerit: vt εἰροπόκος sit ἢ πέκεται εἰς εἶρος, siue ἢ πεκομένη. Hesych. quoque passiuo verbo in hac expositione vtitur: quum εἰροπόκοις exponit ἔρια κειρόμενα ἔχοντα. At verò Hesiodi schol. Tzetzes εἰροπόκοι exponere maluit, πόκους ἐχέων τρέφοντες.

Εἰροπόκος est etiam ἐριουργὸς Hesychio. Apud eum enim legitur εἰροπόκῳ, εἰριουργῷ. pro quo εἰριουργῷ eum scripsisse ἐριουργῷ, aut illi nomini significationem huius dare voluisse, persuasum habeo. Sed quid si aliquis hanc expositionem non datiuo εἰροπόκῳ sed datiuo εἰροπόνῳ Hesychium dedisse suspicetur? Is certè facilè in suam sententiam vel potius suspicionem me pertrahet.

C. Εἰροπόνος, ου, ὁ, Cui labor est circa lanas, Qui lanis excolendis aut lanificio laborem impendit.

C. Εἰρόπους, in v.l. dicitur esse itidem ouis epitheton, & significare Lanigera: sed vereor ne hoc vocabulum multis suppositiis & ex errore ortis, quæ in illis leguntur, addi debeat.

Εἰείτεος autem, quo significatur Laneus, fortassis ab εἰείον potius fuerit, quod lanam itidem declarat.

TRISYLL. Εἰείον, idem quod εἶρος, Lana. Sed εἰείον dicitur forma diminutiua, vt πυχίον à πῦχος. & quum vulgatæ editiones habeant εἴρια cum accentu in prima syllaba, Iliad. γ, Ἥκει (siue ἤσκειν) εἴρια καλά: in meo veteri codice scriptum est contrà εἰεία. Quinetiam quanuis Eustath. suis in eum locum commentariis vbique εἴρια scribat, (si tamen hanc eius scripturam esse putandum est) apud eundem tamen in expositione huius versus Odyss. η, Ἠλακάτη πεπάνυτο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα, legimus, τὸ δὲ εἶρος, φεροπέτυπον ὂν τὸ εἰείον, ὡς πυχίον. ὅθεν ἔριον, ὡς ἴχνιον. Legitur alioqui & apud Suid. εἴρια, assentiente vulgatis editionibus meo etiam exemplari manuscripto.

HINC Εἰείνεος, Laneus. nam hinc potius quàm ab εἶρος deducendum mihi videri, antea docui.

¶ Ἔριον, ου, τὸ, idem quod εἶρος, siue εἰείον. sed poetica sunt ista, at illud prosæ scriptoribus cum poetis est commune. Fieri autem εἰείον quidem ex εἶρος, sicut πυχίον

ex πῖχος: at ἔριον ex εἔριον fieri, & sequi formam nominis ἴχιον, paulo antè docui. Fortasse tamen malit aliquis, sicut εἔριον, ita etiam ἔειον ex ἔρος deducere. Cui deductioni non valde refragabor: præsertim quum vt πιχίον à πῖχος, ita etiam ἴχιον (quanuis accentu differens) ab ἴχνος deriuari constet. Homerus Odyssea ζ, Ἀλκίππη δὲ πάππα φέρεν μαλακοῦ ἐρίοιο. Plato in Sympos. ὥςπερ τὸν τῆς κυλικὸς ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον ἐκ τῆς πληρεςέρας εἰς τὴν κενωτέραν. Plutarchus De audiendo, μηδὲ ἴυα πόνον ῥεβαλέσθαι χιμῶνος, εἰ μὴ ῥεβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔειον. Apud eundem legimus ἔειον esse φθονοῦν. Frequens est & pluralis numerus. vt apud eundem, τοὺς ἐείων τοῖς πόκοις. Et alibi, τοὺς θρεμμάτων τοῖς δέρμασιν αἰτὶ τοὺς ἐείων ἀμφιέννυται. Lucianus De sacrificiis, ὀδὴ πᾶσι δὲ τοῦρ αἰακαύσας, ἐπέθηκε φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα, καὶ αὐτῆς ἐείοις τὸ ῥεῦθαπον. vbi obserua eum de vnica etiam loquentem, maluisse dicere τὰ ἔεια quàm τὸ ἔειον. Legimus hunc pluralem & apud Xenoph. ἐω: ἡ-ῃ τὰ ἔρια.

Ἔριον, id est Lana, magni in medicina est vsus. Eius duæ differentiæ sunt: vna pura est, altera sordida. Pura dicitur quæ lota est: sordida verò, illota. quam Graeci ἔριον ῥυπαρὸν & οἰσυπηρὸν, Hippocrates verò πτοιον & πτῶδες appellat. Est autem πτος idem quod ῥύπος. Gorr.

Ἔριον redditur & Lanugo à Plinio: vt quum pro his Theophrasti, ὅταν δὲ ὦ. ἀῶν ᾖ, ἐκπετάνυται καὶ ἐξαιρεῖ τὸ ἔριον. ἐξ οὗ ἱεῖσι δόνας ὑφαίνεσι πολυπλεκάτας, ita scribit, de laniferis arboribus loquens, Ferunt cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

C. Ἐριόξυλον, ου, τὸ, Lana siue lanugo xyli, id est gossipii fruticis: de quo Plinius lib. 19, cap. 1. Sed & de goss̄ipinis arboribus lanigerisque scribit, lib. 12, cap. 10, & 11. vt & Theophrast. περὶ ἐριοφόρων δένδρων, Histor. l. pl. 9, cap. 4. Vlpianus in Lege, Sicut lana legetur, ff. De legatis, 3, Lana legata, etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Graeci ἐριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant. Quod ἐριόξυλον huic inscriptum, DICITVR Βομβάκιον Nicolao Myrepso, at SVIDAE Βάμβαξ ET Πάμβαξ, id est gossipium. Ita vulg. lex. Sciendum est autem apud Suidam extare & tertium NOMEN Παμβακής: atque adeo & QVARTVM Βαμβάκιον. sed hoc tanquam ex vulgi sermone peritum affert. Scribit enim, Βάμβαξ, ἢ Πάμβαξ, καὶ Παμβακής, τὸ ῥῆμα πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Et alibi itidem, Πάμβαξ καὶ Παμβακής, τὸ ῥῆμα πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Obserua autem Βαμβάκιον ibi scribi, quum ex Nicolao Myrepso afferatur Βομβάκιον, per o in prima syllaba. Qua scriptura cum appellatione Italica conuenit, Bombazo. (at nobis Bombazin aliud est: vocantibus Cotton quod illi Bombizo) Quinetiam cum nomine Bombyx scriptura illa conuenit. Tribuit autē bombycē Plinius xylo siue gossipio, quod idem cum bóbace seu bābace esse existimatur. Ita enim scribit, lib. 19, c. 1, Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossipium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec vlla sunt eis in candore mollitiáve præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Sed quanuis bombycem tribuat Plinius huic xylo, aliud tamen ESSE Βόμβυξ constat. (Alioqui eum Propertius Arabium vocat, sicut Plinius xylon nasci tradit in superiore parte Ægypti quæ in Arabiam vergit) Vnde fit vt apud Dioscori lem, lib 3, c. 18, pro βαμβακοειδὴς reponendum esse putem βομβυκοειδὴς. mirérque interpretes, lectionē illam sequendo, vertisse Vestes bombycinis similes. Nam Plinium quidem ita reddidisse fateor, sed βομβυκοειδὴς legisse persuasum habeo. (licet xylo quoque bombycem tribuat, vti dixi) Siquidem vt hoc ADIECT. Βομβυκοειδὴς sonat Bóbyci umilis, ita alterum ILLVD Βαμβακοειδὴς sonare debere Bābaci similis, nemo negauerit. Addè quòd recentem esse hanc βάμβακος siue βαμβακίδος & πάμβακος appellationem constat: quod de βόμβυκος appellatione minimè dici potest. Cæterùm obseruādum est Vlpianum VOCEM Ξύλον in hoc etiam compósito pro ligno accepisse, quippe qui ἐριόξυλον ligneam lanam reddiderit: quum alioqui Plinius vocem Græcam xylum retineat. Pollux pro ἐριόξυλον dixit, ἀπὸ ξύλου ἔριον: scribens l. 7, c. 17, ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τὸ ἔριον γίγνεται, ὅθ' οὗ τὴν ἐσθῆτα λινοῦ ἂν τις μᾶλλον φαίη ῥεσεικέναι πλὴν τὸ πάχος. (vbi suspectum est illud vocabulum λινοῦ) Sic autem scribens, videtur & ipse voci ξύλον suam illam generalem significationem dedisse. Ibidem autem qui sint βόμβυκες declarat.

C. Ἐριοπλύτης, Qui lanam seu lanas lauat, Fullo. vtitur Diosc.

C. Ἐριοπώλης, ου, ὁ, Lanæ venditor, seu lanarum. VNDE Ἐριοπώλιον, ου, τὸ, Locus in quo lana venditur, Emporium lanæ. item VERBVM Ἐριοπωλέω, ῶ, Lanam vendo, Stim lanæ venditor. Quinetiam ADVERB. Ἐριοπωλικῶς, More eorum qui lanam vendunt. Ex quo intelligitur Dolose: quoniam illi eā humectant, vt pondus augeant. Vide quæ Suidas de hoc metaphorico istius adueibii vsu tradit.

C. Ἐριουργὸς, οῦ, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium exercet. Vnde VERB. Ἐριουργέω, ῶ, Lanificium exerceo. Xen. in Laced. polit.

C. Ἐριοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Laniger, seu potius Lanifer. vt arbores dicuntur laniferæ, potius quàm lanigeræ. sic enim ἐριοφόρα δένδρα apud Theophr.

C. Ἐριώλης, Iocose ab Aristophane vocatur ἐείων ἀπώλεια, in Vespis: vbi quum περὶ κωνάκης quidam dixisset, — αὔπτ' γέπι Ἐείων πάλαι τοι κατέπτωκε ῥᾴδιος, respondet alter, Οὐκοῦν ἐριώλιν δῆτ' ἐχεῖν αὐτὸν καλεῖν, Δικαιότερόν γ' ἢ κωνάκην. Alioqui Ἐριώλης non ex ἔριον fit, sed ex particula ἐρι, (quæ vim augendæ significationis habet, vt antea dictum est) & verbo ἄω, si Etymologo credimus. Est autem ἄω idem quod πέω. Significatur certè hoc nomine ἐριώλης impetuosus ventus & præceps, seu Turbo. qua in signific. vsus est hic ipse poeta in Equitibus, καὶ ῥοιζαῖος περὸς τὴν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὸν ἐριώλιν. Hinc est DICTVS Ἐριώλης vnus ex equis Neptuni, vt annotat Fust. (secundum quem est etiam alius quidā equus habens NOMEN Σθένων, in quo respicitur ad τὸ σθένος τοῦ Ἐννοσιγαίου: QVIDAM Ἐγκέλαδος, propter pontum κελαδοντα) idque διὰ τοὺς ὑγρὸν ἀέρα τὰς ἀέλλας. ὧν καὶ ἡ σφοδρὰ καὶ καταγιδώδης ἐριώλης, μείνηται καὶ ὁ κεραυνός. Intelligit autem (vt opinor) illum ipsum Aristophanis locum, quem modò ex eius Equitibus protuli. Solet enim comici appellatione Aristophanem significare.

Ἐριωδὴς, εος, ὁ & ἡ, Cui lana inest. Ex Plinio & Colum. Lanatus, ex Varrone Lanaris.

F Ἐρεοῖς, vide in Ἐρεοῖς, post Ἐρέα, quo itidem lana significatur.

Ἐρόω, ῶ, Laboro circa lanificium. Ita vulg. lex. nisi quòd addunt aduerbium Maximè post verbum Laboro: hoc modo, Laboro, maximè circa lanificium. Sed nullum affertur testimonium.

AT VERO Ἔριθος an ab ἔριον deriuatum sit, controuersum esse potest, quanuis eo significetur Qui vel quæ lanificium exercet, Lanificus. Si enim Hesychio credimus, ἔριθοι sunt οἱ γεωργοί. (id est agricolæ) διὰ τὸ τὴν ἔρια ἐργάζεσθαι, id est τὴν γῆν: per catachresin autem, etiam οἱ ἐριουργοί, ἢ μισθωτοί. Sunt autem μισθωτοί, mercenarii. Alii volūt contrà propriam esse illam significationem qua περὶ τὴν ἐριουργὸν vsurpatur. Quidam (ex quibus est Eustathius) quum περὶ τὴν ἐριουργὸν dicitur, ab ἔριον: quum περὶ τὴν γεωργῶν, ab ἔρα deriuari. Etymologistes tradit significare τὸν ἐργάτην, καὶ τὴν ἐργαζομένην τὰ ἔρια, afferens & ipse duplex etymum. Homero Iliad. σ, ἔριθοι appellantur ii qui metunt: — ἔνθα δ' ἔριθοι Ἥμων, δρεπάνας ὀρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Vbi Eustathius admonet ἔριθοις esse non solùm τοὺς ἐριουργοὺς γυναῖκας, ab ἔριον: sed etiam τοὺς μισθοῦ ἐργαζομένους, vt messores eo in loco, à nomine ἔρα. Ex eo autem quod dicit hic scholiastes, non solùm significare τοὺς ἐριουργοὺς γυναῖκας, hanc significationem magis vsitatam ac receptam esse colligere possumus.

(Quò pertinentia quædam afferam ex eodem in compósito Σωέριθος) Apud Hesiodū ἔριθος pro famula, in Ergois, Θῆτα δοίκον ποιέεσθαι καὶ ἄπκνον ἔριθον Δίζεσθαι κέλομαι. χαλεπὴ δ' ὑπὸ πορπὴς ἔριθος. Extat verò & χερνῆτις ἔριθος in hoc Eratosthenis loco, qui à scholiaste Apollonii affertur, — ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυτεωνος Δεινδαλίδας πύκνουσα, καλαὶ ἤειδεν ἰούλους. Chrysost. ὑφαίνουσα καὶ ἔριθοι. Affertur verò & ex Esaiæ capite 19, ἔριθος de textrice, ἰσὸς ἐείθου ἐγγιζούσης ὀκτεμεῖν, Tela à textrice proximè succidenda. Hoc certè obseruandum est, quum dicitur de exercente lanificium, potius fœminino genere vsurpari. Cæterùm aliā præterea nominis huius ἔριθος expositionem, ex tertia quadā etymologia profectam vide in Ἐριθεύομαι.

COMP. Σωέριθος, ου, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium simul exercet, Lanificii socius, seu In lanificio socius: vel potius socia, sequendo id quod modò dixi in ἔριθος. Interdum verò generalius Socia alicuius operis, siue in aliquo opere, quodcunque sit. Ab Hesychio σωέριθοι exponitur συνυφαίνουσαι, id est Simul texentes: item συνεργοί. (In qua expositione VOCAB. Συνεργοὶ sonat Simul opus facientes) Homerus Odyss. ζ, non procul ab initio, Καί τοι ἐγὼ σωέριθος ἀμ' ἕψομαι. vbi Eustathius annotat, σωέριθον propriè, sicut & ἔριθον, esse τὸν συνεργαζομένῳ ἔριον: sed καταχρηστικῶς ita vocari καὶ τὸν ἁπλῶς συνεργαζομένῳ. Obiter autem obserua & quæ ad simplex ἔριθος pertinentia hîc ab Eustathio dicuntur: nimirum ἔριθον propriè esse τὸν ἐργαζομένῳ τὸ ἔριον. Quod enim scribit, σωέριθον propriè, sicut & ἔριθον, esse τὸν συνεργαζομένῳ ἔριον, ita intelligi debet.

COMP. Φιλέριθος, Lanificii studiosus, in vulg. lex. ex Epigramm. Propriè tamen φιλέριθος sonare deberet Studiosus eorum qui lanificium exercent, Studiosus lanificorum, seu lanificarum.

His addendum VERBVM Ἐριθεύω, vel potius Ἐριθεύομαι, ea præsertim significatione quam habet apud Græcos Bibliorum interpretes, in hoc loco qui ex Tobiæ libro affertur, ἠριθεύετο ὑπὸ τοῖς γυναικείοις: quum in Latino textu sit, Ibat ad opus textrinum. Apud Hesychium legimus hoc ἠριθεύετο, (dubium vnde sumptū) expositum εἰργάζετο. (quod conuenit cum ἔριθος exposito ἐργάτης) quum alioqui scribat alibi, ἐριθεύει, εἰκὴ ἐργάζῃ, μάτην. Vnde vulg. lex. ἐριθεύω interpretantur Temerè laboro & in vanum. Sed ibidem redditur & Seruio. Suidas ἐριθεύεσθαι simile esse tradit τῷ δεκαζεσθαι. Legitur apud Aristotelem hoc vocabulum, Polit. lib. 5, cap. 3, μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ αὐθις τάσεως, διά τε τὰς ἐριθείας, ὥςπερ ὑπὸ Ἡραία. ἐξ αἱρετῶν γὰρ δι' ὀλίγου τόπου ἐποίησαν κληρωτάς, ὅτι ἠρίθευτο τοὺς ἐριθευομένους. vbi quædā vetus interpr. participii ἐριθευομένους est Turpes & pudendos. cui interpretationi, (quanuis inepissimæ & à vocabuli ipsius origine alienissimæ) vulg. lexica tradunt sensum ipsum assentiri. Vulgò autem recepta est ea huius vocabuli expositio quæ ei contendendi significationem dat: (vt apud Paulum ἐριθεία redditur Contentio) ego taliquid amplius significare putarem, quale est quod vulgò dicimus Briguer. Interim tamen fateor posse & aliam quampiam significationem huic verbo subesse. Budæus, allato illo Aristotelis loco, remittit ad quendam Suidæ qui extat in nomine Φιλοπόμπιμος: quòd in eo legatur COMPOS. Ἐξεριθεύεσθαι: tanquam videlicet huius significatione affinitatem aliquam cum significatione illius habente, aut etiam cum illa conueniente, interpretatur tamen ibi Redimere, Autorare: quidam verò Quasi mercede allicere. Pertinent autem hæ interpretationes ad illam Suidæ expositionem qua ἐριθεύεσθαι simile esse tradit τῷ δεκαζεσθαι: & ἐριθεῦσαν dictam esse ἀπὸ τῆς μισθοῦ δόσεως. Quinetiam ἐριθεῖσαν postquam dixit esse πρὸς δῶρα λόγων φιλονεικίαν, (vt ἐριθυμός ὁ ἄνθρωπος ab eo exponitur etiā δῶρα λόγων φιλονεικῶν) addit ita vocari καὶ πρὸς μισθαρνίαν. Sciendum est porro has diuersas significationes ad diuersas deriuationes referri debere. eam videlicet qua pro Contendere ponitur, ad nomen ἔρις ἔριδος referendam esse: alteram autem, vel potius reliquas duas, ad ἔριθος, vtpote quo inter alia μισθωτὸν declarari dictum sit. Ad illam autem priorem etymologiam pertinent hæc quæ ab Eustathio scribuntur in hunc locum Odysseæ ζ, — ταὶ δ' ἀπ' ἀπήνης εἵματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐς φόρεον μέλαν ὕδωρ· Σπίζον δ' ἐν βόθροισι, θοῶς ἔειδε περφέρουσαι. Hæc verba (inquit) θοῶς ἔειδε περφέρειν, videntur esse etymologia vocum ἔριθος & σωέριθος. quanuis enim ab ἔριον fieri dictum sit ἔριθος, non abiimile vero est ἔριθον dici etiam τὸν περφέρουσαν θοῶς ἔειδε.

HINC Ἐριθεία, ας, ἡ, Contentio, vt quidem exponitur in Aristotelis loco quem protuli in ipso verbo Ἐριθεύομαι: sed eadem expositio illi datur & apud Paulum aliquot locis. ego certè sonare existimo alicubi quod vulgo dicimus Brigue: sicut ἐριθεύεσθαι dixi suprà mihi videri significare Briguer. Inueniuntur etiam copulata ζῆλος & ἐριθεία. vt epist. Iacobi, cap. 3, ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. vbi quidam ἐριθεία interpretatur Irritatio. Sic copulantur illa vocabula à Paulo, ad Corinth. cap. 12, in fine, μή πως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, καταλαλιαί, ψιθυσμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Vbi obserua addi cæteris ἀκαταστασίας, vt in illo Iacobi loco dicitur esse ἀκαταστασία vbi est ζῆλος καὶ ἐριθεία. Alteram autem significationem huius nominis ἐριθεία, quæ cum altera deriuatione conuenit, vide paulo antè in ipso verbo Ἐριθεύεσθαι. Cæterùm quod ad nominis huius accentum attinet, eum illi in penultima, potius quàm in antepenultima dandum esse censui, tanquam verbali.

C. Ἐξεριθεύομαι vide suprà in Ἐριθεύομαι, in loco qui ex Suida allatus fuit.

¶ Ἐρέα etiam dicitur in ea significatione qua ἔριον. & illa duo quæ hîc ipsum præcedunt. Athenæus lib. 5, ζώσαις δ' ἀμφίπαπι ἀλουργῆς ὑπέρωιο τῆς περφύτης ἐρέας. In quo Athenæi loco (vt hoc obiter annotem) pro ἀλουργῆς reponendum vel ἀλουργοῖ, vel ἀλουργεῖς.

Ἐρεοῖς adiectiuum ex illo substantiuo ἐρέα factum, significans Laneus. Factum est autem per contractionem ex ἔρεος, vt alia pleraque adiectiua. Apud Dioscoridem lib. 1, cap. 18, ἐρεοῦ ὕφος, Laneum textum, seu Lanea vestis. Sed ibi legitur etiam ἐριοῦ. quæ tamen lectio nullo modo mihi probatur: atque haud scio an vllo exemplo confirmari possit, quod quidem è loco mendi non suspecto petitum sit: alteram autem alii loci confirmant. Apud Suidam legimus ἐρεοῦ, κλῶσμα πρὸς μαλλίου.

Quod sequitur verbum Ἐρωτῶ, sequendo Etymologum, inter deriuata à nomine ἔρως ponendum fuisset: inde enim deductum esse tradit: sed ab Ἔρομαι potius deriuari, & post ipsum collocandum fuisse existimo.

— ἘΡΩΤΆΩ, ῶ, Rogo, id est Interrogo, Scisciror, Percontor. (Ab Homero autem & aliis poetis dicitur potius Εἰρωτῶ, assumpto ι, ad producendam primam syllabam) Cum accus. personæ cōstruitur, cui interdum & accusatiuus rei adiungitur. dicitur enim ἐρωτῶ σε, vel ἐρωτῶ σε τοῦτο. Thuc. lib. 8, ἠρώτα ἕνα ἕκαστον τῶν ἐν τῇ αὐτῇ πλεόντων λιῶνα ἑλπίδα ἔχοι σωτηρίας τῇ πόλει. Interdum autem accus. pers. subaudiendus relinquitur, vt & in aliis verbis frequenter fieri videmus. Xen. Pæd. 2, λιῶ δ' ἐρωτᾶ ὅπου εἰμί, λέγε πάλιν δή, ὅπ ὀλὴ τοῖς ὀείοις. λιῶ δ' ἐρωτᾶ εἰ ἡ, αὐτὸς ἔρχομαι, &c. Cum duplici autem accus. personæ videlicet & rei. vt in hoc Plut. loco De garrul. πῶς οὖν οὐκ ἄθυς ἔφασας; ὅπ τοῦτο με οὐκ ἠρώτησας. Sed frequētius cum solo rei accus.

relinquendo subaudiendum alterum, vti dixi. Lucianus, δυςαπόκριτον ἐρωτᾶς. Alibi, δυςαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾶς. Apud eundem, ῥᾳδίως ἄπορα ἐρωτᾶν. Sic ἐρωτᾶν ἐρωτήματα, Plutarcho in Coloten. Vt autem Latinè Interrogare & Respondere sunt relatiua, (si ita vocare licet) sic apud Græcos ἐρωτᾶν & ἀποκρίνεσθαι. vt legimus apud eundem Lucianum, καὶ τὸν ἄπορα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον. Sic Plutarchus De garrulitate, τοῦ δὲ ἀποκρινομένου μέτρον ἔχω ἡ τοῦ ἐρωτῶντος βούλησις. Vt porro dicitur ἐρωτῶ τοῦτο, sic E T I A M Ἐρωτῶμαι cum accusatiuo eodem. Xenophon Pæd. lib. 1, καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ' ἄλλων ἐρωτῶτο, διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, παχὺ ἀπεκρίνετο. Sic ἐρωτῶμαι λόγον, apud Platonem De legibus.

Ἐρωτῶ cum illo accusatiuo rei, interdum quidem commodè reddi potest verbo Interrogo habente eundem casum, vt in superioribus exemplis: nonnũquam verò potius reddendum est verbo Interrogo, aut alio eiusmodi, cum præpositione de, vt apud Aristophanem, ἐρωτᾷν πόλιν, interrogare de ciuitate, seu percontari aut scisciari. Apud Platonem autem De republ. lib. 6, est aliquantum etiam diuersus accusatiui vsus. ibi enim dicitur τὸν ἥλιον ἐρωτᾶς, pro Interrogas de sole: significando, Is de quo me interrogas, seu percontaris, est sol. Vel, Is quem hac tua interrogatione significas, siue innuis. Ad ista enim, πῶς οὖν ἔχεις αἰτιᾶσθαι θεοὺς ἐν οὐρανῷ θεῶν τοῦτον κύριον οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ἔχειν τε καὶ ὁρᾶν ὅτι κάλλιστα καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; ita respondetur, ὅν, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι. τὸν ἥλιον δὴ δηλονότι ἐρωτᾶς. Est autem diligenter obseruandus hic accusatiui vsus, vel potius hic vsus verbi ἐρωτᾶν cum suo accusatiuo: quippe qui haud temerè apud alium (vt opinor) inueniatur.

Ἐρωτῶ apud dialecticos peculiarem quendam vsum habet, (cuius à nemine factam mentionem inuenio) pro Argumentum proponere vel quæstionem. Quinetiam interdum dicunt οὕτως ἐρώτα, pro Hoc argumento vtebatur, vel potius Hoc argumentum proponebat, seu hanc quæstionem. Aut etiam, Ita ratiocinabatur. Memini certè hoc verbum multum negotii mihi facessere, quum Sexti philosophi Pyrrhonia interpretarer, donec hunc eius vsum perspexissem. Afferam autem aliquod ex illo exemplum in compos. Σωκρατῶ. Cicero verbo Interrogare talem vsum tribuit, in libro De fato, quum scribit, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. appellatur enim quidam à philosophis ἀργὸς λόγος: cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces. Item, Si fatum tibi est ex hoc morbo non conualescere, siue tu medicum adhibueris, siue non, non conualesces. Et alterutrum fatum est. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Rursumque hunc λόγον interrogationem appellat Cicero, ita scribens, Rectè genus hoc interrogationis ignauũ atque iners nominatum est, quòd eadem ratione omnis è vita tollatur actio. At quidam qui hunc Ciceronis librum commentario illustrauit, vir alioqui & doctissimus & acutissimo iudicio præditus, quum non animaduerteret Ciceronem, dicentem, Sic interrogant, suam huic verbo significationem non dedisse, sed eam potius quam apud Græcos dialecticos habet interdum verbum ἐρωτᾶν, & miraretur eum à Cicerone dici interrogare, cuius oratio nullam interrogationis formam habet, atque adeo qui potius ratiocinatur seu argumentatur: annotauit illum dixisse Interrogant, quoniam interrogat is cui respondẽdum est, vt respondendum est ista ratiocinanti. Equidẽ vt hoc verũ esse detur, Ciceronem tamen non eò, sed ad Græci verbi vsum respexisse constat: an autem ipse eos illuc respexisse putauerit, quum illũ vsum ei tribuerent, incertum est. Sed & hoc obiter hîc obseruandum fuerit, N O M E N Λόγος à Cicerone reddi Ratio: quum videamus verba illa quibus ἀργὸς λόγος appellatio tribuitur, syllogismum potius & ratiocinationem efficere: & λόγον alibi quoq; hoc significare sciamus. Ad me quidẽ quod attinet, ita potius interpretandum censerem, nimirum ratiocinationem. Ciceronem autem si vocabulũ Græcum generalius, Latino, quod itidem generalius esset, reddere voluit, miror non potius vertisse Orationem: vel potius vereor ne illud vocabulum sedem huius occupauerit: vt alibi apud hunc scriptorem vnum alterius loco positum fuisse satis notum est. Alioqui obseruatione dignissimus fuerit hic nominis Ratio vsus, pro Ratiocinatione: & in plerisque philosophorum locis, eorum præsertim qui dialectica tractant, λόγον ita interpretari nobis quoque licebit. veluti quũ λόγου θεείζοντος, & λόγου εἱμεκαλυμμένου, aliorũmque id genus mentionem faciunt. At de illa verbi ἐρωτῶ significatione dicam aliquid & in composito συνερωτῶ, exemplum vtriusque afferens.

Ἐρωτῶ, Rogo: sed in ea significatione qua ponitur pro Oro. Est autem frequens hic verbi ἐρωτῶ vsus apud Euangelistas: idque varia constructione. Interdum enim accusatiuo subiungitur infinitiuus, nonnunquam subiunctiuus, interiecta particula ὅπως, vel ἵνα. Aliquando autem dicitur ἐρωτῶ σε, sequente præpositione περὶ, cum suo genitiuo. Quinetiam inuenitur cum accusatiuo personæ habens & accusatiuum rei. Est denique & quintus huius verbi vsus, nimirum cum accusatiuo personæ, sequente imperatiuo: qui alioqui resolui posset in subiunctiuum, cum ὅπως vel ἵνα, vt in aliis quibusdam locis vsurpari dixi. Harum autem omnium constructionum exempla proferam, si prius lectorem monuero, idem sentiendum de hoc verbi ἐρωτῶ quod de aliarum quarundam vocum apud Euangelistas & alios testamenti noui scriptores vsu: nimirum quanuis hic ex illis tantùm afferatur, fortasse autem & reperiatur duntaxat apud illos, non esse tamen existimandum eos vel primos vel solos illis vocabulis vsos fuisse, sed ea sine delectu ex iis potius quorum minus purus sermo esset, quàm ex aliis sumpsisse. Exeplo erit verbum ἐρωτῶ de quo nunc agitur. id enim quanuis in illa rogandi, id est orandi seu precandi, significatione, ex Testamenti noui scriptis duntaxat afferatur, ac fortassis vix in aliis vllis extet eorum quæ hodie in luce versantur, (de multo recentioribus non loquor) alios tamen ita fuisse vsos, ex Hermogene colligere possumus, meo quidem iudicio. quippe qui in libro περὶ μεθόδου δεινότητος, non procul ab initio, loquens περὶ τοῦ λέξιν ἁμαρτημάτων, duobus ea modis admitti scribit, nimirum κατ' ἀκυρολογίαν & παραφραστικόν. Et esse ἀκυρολογίαν, veluti si quis vtatur verbis ἐρωτῶ & παρακαλῶ pro δέομαι. siquidem παρακαλεῖν esse καλεῖν, vel παρατρέπεσθαι: at ἐρωτᾷν, esse πυθανεσθαι. Hinc, inquam, colligere nos posse arbitror, fuisse & tunc temporis qui verbum ἐρωτῶ, sicut & παρακαλῶ, ita vsurparent. Cur verò potius de illo quàm de hoc dubitemus? (Estque obiter annotandum quod de hoc V E R B O Παρακαλῶ itidem dicitur) Hæc præfatus, ad exempla venio. Primæ igitur constructionis, (id est cui primum locum dedi) qua subiungitur accusatiuo infinitiuus, hæc sunt exempla. Ioann. cap. 4, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. Lucæ cap. 8, ἠρώτησαν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν. Secundæ autem, qua iungitur subiunctiuo, inserta particula ὅπως, vel ἵνα, hæc exempla habeto. Lucæ cap. 7, ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἔλθοι διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Apud eundem Act. cap. 23, ἐρωτῶσί σε ὅπως καταγῇς. Rursum in illo cap. 7, euangelii eius, ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ. Extat & apud Ioannẽ aliquot locis hæc constructio. At tertiæ constructionis testes sunt hi loci. Ioannis cap. 16, κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν. Apud eundem, ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. Item, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ. Venio ad quartam, eámque sequentibus locis probo. Ioannis cap. 16, ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Perperam enim omnes hîc reddiderunt Interrogabitis: quum verbum ἐρωτᾷν sit Rogare. i. Orare, vt in proximè præcedentibus locis. Quod vel ex iis quæ subiunguntur, satis liquet, ὅσα αἰτήσητε τὸν Πατέρα, &c. (Habet autẽ Rogare apud Latinos duplicem itidẽ accusatiũ nonnunquã, vnũ pers. alterũ rei)

Apud Lucam cap. 14, eadem constructione dictum est, πρεσβείαν ἀποστέλλει, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. id est, Legatione missa rogat [vel petit] ea quæ ad pacem pertinent. Breuius, Mittit legatos de conditionibus pacis, seu de pace. (At longè aliter redduntur hæc, libro 1, Regum, cap. 30, ἠρώτησεν αὐτοὺς τὰ εἰς εἰρήνην: videlicet, Salutauit eos. Quæ expositio reuocat mihi in memoriam quoddam Anthologiæ epigrammatum distichum, lib. 2, pag. 130, meæ editionis: vbi N O M E N Εἰρήνη est in eadem salutantis: Εἰρήνη πᾶσιν, ὁ δὲ σκοπὸς εἶπεν ἐπαινῶν. Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει; Sed qui epigramma scripsit, ludit in ambigua huius nominis εἰρήνη significatione: quum hæc quidem verba, εἰρήνη πᾶσιν, salutationem Iudaicam complectantur, in posteriore autem versu Εἰρήνη nomẽ sit mulieris quam ille πᾶσιν esse nolebat, sed sibi propriam habebat) Quinta autem illa & vltima constructio, earum quidem quæ à me propositæ fuerunt, (fieri enim potest vt aliquam prætermiserim) est ea qua subiunctum habet imperatiuum. Id autem fit duobus modis: interdum enim interiicitur participium verbi λέγω inter hoc verbum & imperatiuum, nonnunquam autem sequitur imperatiuus, nullo participio nec vllo alio verbo interiecto. Matthæi cap. 15, ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν. Sic Ioannis cap. 12, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. At sine participio: vt Lucæ cap. 14, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Sed in hac prima persona locum non habuisset participium: vt in tertia habere potuisset, hoc modo, ἠρώτα αὐτὸν, λέγων, ἔχε με παρῃτημένον.

Ἠρώτα αὐτὸν διὰ τοῦ Θεοῦ, in vulg. lex. affertur ex Reg. lib. 1, cap. 22, & redditur Consuluit Deum pro eo. Sed in Complut. editione legitur ἐπηρώτα: itidémque cap. 30, eiusdem libri, καὶ ἐπηρώτησε Δαβὶδ διὰ τοῦ Κυρίου, pro Consuluit Dauid Dominum, siue interrogauit. Verùm aliena prorsus est à Græci sermonis consuetudine hæc constructio, ἐπηρώτα διὰ τοῦ Κυρίου, pro ἐπηρώτα τὸν Κύριον. adeo vt ei ipsos Bibliorum interpretes aliter scripsisse, vel nouam quampiam significationem isti verbo dare voluisse existimem.

Ἐρωτῶ (de eius enim etymologia dicendum est antequam ad verbalia veniam) deriuatum est à nomine ἔρως, nimirum ab eius genitiuo ἔρωτος, si Etymologo credimus. Cur verò inde originem habere putat? Quoniam οἱ ἐρωτῶντες ὁ οὐ χρῆται μαθεῖν, τοῖς ἐρῶσιν ἐοίκασι. hoc est, Quoniam qui ἐρωτῶσι, (id est interrogant) de eo quod scire optant, similes sunt ἐρῶσιν, id est amantibus, seu amatoribus. At ego etymologiam hanc ridiculam esse existimans, ex ἔρομαι ortum esse dico.

Ἐρώτημα, ατος, τὸ, Id de quo quis interrogat, seu interrogatur, Interrogatio, Quæstio. Æschines in Ctesiphontem, ἐρώτημά τι ἠρώτα, προειπὼν μὴ ἀπαιρήσεται. Apud Plutarchum in Lycurgo, ἐρώτημά τι προβαλὲ παροινοῦσμένης δεόμενον ἀποκρίσεως. Apud eundem in Alexandro, λαβὼν δέκα δεινοὺς δοκοῦντας εἶναι περὶ τὰς ἀποκρίσεις καὶ βραχυλόγους, ἐρωτήματα προσγράφειν αὐτοῖς ἄπορα. Apud Lucianum autem legimus, προπίνοντες ἐρώτημά τι σοφιστικόν.

H I N C Ἐρωτηματικός, οῦ, ὁ, Interrogatorius seu Interrogatiuus. vt ἐρωτηματικὸς λόγος, Interrogatiua oratio, Oratio quæ per interrogationem effertur, seu enuntiatur, Oratio interrogationem habens. Alioqui ἐρωτηματικὸς reddi etiam potest alicubi Ad interrogationem pertinens. Est autem ab hoc nomine & A D V E R B. Ἐρωτηματικῶς, Interrogatiuè, Per interrogationem.

Item V E R B V M Ἐρωτηματίζω, pro Interrogo, in vulgaribus lexicis: sed tantùm ex Theodoro Gaza, lib. 4, Gramm.

Necnon D I M I N V T. Ἐρωτημάτιον, ου, τὸ, Interrogatiuncula: quo diminutiuo Cicero vtitur.

Ἐρώτησις, εως, ἡ, Interrogatio, id est Ipsa interrogandi actio. Sæpe verò est idem quod ἐρώτημα, Id de quo interrogamus. quam etiam significationem habet Latinum vocabulum Interrogatio. Redditur etiam Quæstio, item Propositio. Xenophon Pæd. lib. 8, ὡς ψεύδοις γε οὐδεμία ἐρώτησις δεῖται. Atque vt habuisti ἐρωτήματα ἄπορα ex Plutarcho, sic ἐρωτήσεις ἄποροι legimus apud eundem: itidémque apud Lucianum, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόροις, καὶ λόγοις ἀκανθώδεσι, καὶ ἐνθυμίαις πολυπλόκοις. Ex Hermog. ἐρώτησις ἐλεγκτική.

C. Ἀνερωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo, Percontor. Cum accusatiuo rei & personæ, sicut illud. Aristophanes, μηδὲν τοῦτο γ' ἀνέρωτα. Nihil hanc interroges, id est nullam rem: pro De nulla re. Alioqui μηδὲν accipiendum esset aduerbialiter. Apud Homer. ἀνερώτων ab ἀνερωτάω, vide in Ἐρωτάω. ῶ.

C. ἀντερωτάω, ῶ, Vicissim interrogo, Vicissim percontor. V N D E Ἀντερώτησις, Interrogatio quæ fit vicissim, Mutua interrogatio. In v. l. Contraria interrogatio, seu repetita.

C. Διερωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Affertur ex Platone, διηρώτων αὐτοὺς τί λέγοιεν.

C. Ἐπερωτάω, ῶ, itidem pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Sed frequentior est huius compositi vsus quàm præcedentium ἀνερωτῶ & διερωτῶ. Apud Demosthenem oratione aduersus Androtionem, ambo de eadem re dicta, & in locis omnino vicinis extant. vbi scribit, πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ τοῦτ' ὀπτηφίζων ὀπτατης ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. καίτοι τοῖς γε μὴ αἰτοῦσι μηδὲ ἀξιοῦσι λαβεῖν, πῶς ἐγὼ οὐδὲ ἐπηρωτᾶν προσῆκα. quæ Budæus ita vertit, Primùm huius autor suatórque ψηφίσματος princeps Senatus præsidésque populum in suffragium miserunt, atque vnumquenque suffragio suo censere permiserunt rectè nécne curia éque republica consuluisse ei videretur, eóque nomine coronam meruisse. Qui si nec petendum id à populo existimabant, nec dignam curiam quæ eo præmio donaretur, de eo vtique populum rogare omnino non oportebat. Apud Thucydidem ἐπηρωτᾶν τὸν θεὸν, consulere deum: eo sensu quo dicitur consulere oraculum. At verò Græci Bibliorum interpretes, ἐπηρωτᾶν διὰ θεοῦ pro Deum consulere, mira constructione dixerunt: de qua suprà in simplici Ἐρωτῶ.

Ἐπηρώτημα, ατος, τὸ, E T Ἐπηρώτησις, εως, ἡ, idem quod ἐρώτημα & ἐρώτησις, suprà. Apud Petrum, epist. 1, cap. 3, συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπηρώτημα εἰς Θεόν. vbi Erasmus hoc verbale respondẽdi significationem habere existimauit: vertit enim, Quo fit vt bona conscientia bene respondeat apud Deum. At vltima interpretatio habet, Quo fit vt bona conscientia Deum interroget: annotatúrque, posse etiam reddi Deum interpellet, vel inquirat, aut consulat. Siquidem ἐπηρώτημα vocari τῷ ἔντευξιν, siue αἴτησιν, postulationem & interpellationem: quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Atque adeo addi εἰς Θεόν, ex ratione constructionis apud Hebræos vsitatæ. quippe qui dicant שאל באלהים id est Postulauit apud Deum, pro Postulauit à Deo, siue Quæsiuit ex Deo.

c. 2. Προσεπερωτάω, ῶ, Insuper interrogo, Præterea interrogo.

C. ΠΡΟἐρωτάω, ῶ, Prius interrogo, Antè interrogo.

C. ΣΥΝερωτάω, ῶ, q. d. Simul interrogo. Sed hoc compositum eam significationem verbi ἐρωτῶ habere comperi quam dialecticis peculiarem esse antea docui. Sextus philosophus Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων lib. 3, capite 13, quo disputat an sit ἀπόδειξις, hæc inter alia scribit, ὅθεν καὶ τοιοῦτον συνερωτῶσι λόγον, Εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ὅδε ἀπόδειξις. εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, δῆλον ἀπόδειξις. ἢ πότε δὲ ὅδε ἀπόδειξις, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Eundémque prorsus vsum dans simplici verbo ἐρωτᾶν, quem dedit illi composito συνερωτᾶν, subiungit, ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, Τὸ τοῖς αὐτηκειμένοις ἑπόμενον, οὐ μόνον ἀληθὲς ὄντα, ἀλλὰ καὶ αἰαλκῆσον. αὐτήκειται δὲ τοῦτα ἀλλήλοις, ἔστι ἀπόδειξις, οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ὧν ἑκατέρῳ ἀκολουθεῖ τὸ εἰ ἀπόδειξις. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Videmus autem his in lo-

cis ἐρωτᾶν & συνερωτᾶν de eo dici qui syllogismo seu ratiocinatione vtitur. Posse tamen ἐρωτᾶν ad verbum reddi Interrogare, patet ex loco Ciceronis quẽ attuli quũ de illo ἐρωτᾶν agerẽ. Ibi enim, Sic interrogant, nõ aliud est quàm τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, vel συνερωτῶσι. Cur autẽ hoc vocent ἐρωτᾶν, non liquet. suspicor quidem certè eò respici quòd is qui syllogismo vsus est, seu per syllogismũ aliquid proposuit, solitus sit interrogare, id sibi tanquã verum cõcedatur, nécne. Fortassis etiam ἐρωτᾶν primò dici solebat tũ demũ quũ oratio eius qui ratiocinatione vtebatur, ab interrogatione incipiebat. vt apud Diog. Laertium in Stilpone, p. 90, meæ editionis, τοῦτον φασὶ τοῦδε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τοῦ Φειδίου τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι, εἰ δοκεῖ γε ἡ τοῦ Διὸς Ἀθηνᾶ, θεὸς ὄντι; φήσαντος δὲ, ναί· Αὖτη δέ γε (εἶπεν) οὐκ ἔστι Διὸς, ἀλλὰ Φειδίου. συγχωρουμένου δὲ, Οὐκ ἄρα (εἶπεν) αὐτὴ θεός ἐστιν. Vbi τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι interpres reddidit, Ita compellasse quendam: Erasmus, Ita percontatum esse: ego malim, Talem interrogationem proposuisse. Cæterùm quandoquidem & de verbo ἐρωτῶ hìc ago, addendum est hoc quoque iis quæ de hac eius significatione dicta sunt, quam cũ composito συνερωτῶ communem habet: eius etiam passiuum verbum hanc illius significationem sequi. Vnde est apud Sextum philosophum in illo eodem loco, οἱ κθ' τῆς ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι, Argumenta aduersus demonstrationem allata: seu Syllogismi allati, &c. Aut etiam, Quæ aduersus demonstrationem proposita fuerunt. Quanuis enim Cicero ἐρωτᾶν ad verbum vertérit Interrogare, de ratiocinante loquens, seu vtente syllogismo: vereor tamen vt possint illa verba ἠρωτημένοι λόγοι κθ' τῆς ἀποδείξεως, reddi itidem, Quæ aduersus demonstrationem interrogata fuerunt. Quod ego tamen aliorum iudicio relinquo. Interim autem obseruetur hic vsus PARTIC. Ἠρωτημένος.

A C. Ὑπερωτάω, ῶ, q.d. Subinterrogo. In v.l. redditur Clam interrogo, & adscribitur hic verbi istius vsus Demosthenis Olynthiaca 1. Sed videdum est ne falsò nominetur Demosthenes pro Libanio in argumento illius Olynthiacæ primæ. Is enim ibi hoc verbo vel potius huius verbi participio vsus est, circa finem: ὁ δὸ Δημοσθένης ὑλαβῶς ἅπτ) τῆς τοῦ τόπου συμβουλῆς. καὶ ὑποπτήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις τοῦτο τὸ ψηφισμα; ὑπιφέρει, μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Cui tamen loco interpretatio illa parum conuenire videtur.

B POETICE, aut etiam Ionicè, Εἰρωτάω, ῶ, quo Homerus vti solet. vt Od. ο, Εἰρώτα δ' ἵππιτα τίς εἰμι. Od. ι, Κύκλωψ, εἰρωτᾶς μ' ὄνομα κλυτὸν· αὐτὰρ ἐγώ τοι Ἐξερέω. Vbi seruanda duplicem accusatiuum, sicut & in ἐρωτῶ huius constructionis exempla allata fuerunt. Apud eundem legitur Odyss. η, & alibi, eadem constructione, Ταῦτα δ' ἀμ' εἰρωτᾶς καὶ λίσσεαι. sed in plerisque exemplaribus mendosè legitur ἄμ', tanquam pro ἄμα. Cæterùm inuenitur & apud Herodotum hoc verbum: quod pro iis faciet qui Ionicã esse hanc literæ ι epenthesin dixerint.

C Εἰρώτων in v.l. dicitur esse imperf. ab ἐρωτάω, pro ἠρώτων. Hoc autem εἰρώτων illud ipsum esse puto cuius Eustath. Odyss. η mentionem facit. sed is contrà, vt à diphthongo incipit, ita esse à themate tradit quod diphthongum in principio habet, videlicet εἰρωτῶ. In eo tamen loco non est simplex εἰρώτων, sed compositum αἰεἰρώτων: & quidem mutatum etiam in αἰνηρώτων, in pleriq; exẽplaribus. Vide quæ proximè sequuntur.

COMP. Ἀνειρωτάω, ῶ, idem quod εἰρωτῶ, Interrogo. Hom. Odyss. η, Καί μιν ἀνειρώτων. Sed pro ἀνειρώτων legitur in plerisque codicibus αἰνηρώτων, tanquam ab αἰνηρωτάω. agnosci tamen illam lectionem, non hanc, ab Eustathio, docui in proximè præcedente tmematio.

D

Ἔδω, de quo nunc agam, post verbum Ἔδω collocari potuisset, sequendo deriuationem quæ ab Etymologo traditur, & Eustathii autoritate comprobatur: sic tamen vt alias quoque afferat.

– Ἔ Σ Θ Ω, Edo, Comedo. apud poetas vsitatum: at in soluta oratione dicitur ἐσθίω. Homer. Od. ε, – νύμφη δ' ἐπὶ πάσῃ πάσαν ἐδωδὴν, Ἔσθιον καὶ πίνειν. Ibidem legimus, Αὐτὰρ ὁ πίνε καὶ ἦσθε δῖος Ἀργειφόντης. Itidémque alibi hæc copulat. Infinitiuus ἐσθέμεναι extat eiusdẽ poematis libro κ, Ἐσθέμεναί δὲ κέλευον· ἐμῷ δ' οὐχ ἥδανε θυμῷ. At linguæ communis infinitiuus ἔσθην, apud Hesiodum, ἔσθην ἀλλήλοις. Quod autem ad huius verbi deriuationem attinet, eam esse ab ἔδω, non solùm Etymologus tradit, sed Eustathius quoque, vel potius Heraclides apud eum. Verùm de formatione inter eos non conuenit. Nam Etymologus ab ἔδω fieri scribit ἐσός: vnde fit ἔσθω. vt ex ἐγείρω fit ἐγερτός: vnde ἐγέρθω. (Quæ & in meo vet. lexico habẽtur, sed cum alio etiam exemplo: hoc modo, Ab ἔδω, ἐσός: vt βιβάζω, βιβασός: ἐγείρω, ἐγερτός. Atque vt à βιβασὸς formatur βιβάσθω, ex ἐγερτὸς item ἐγέρθω, sic ἔσθω ex ἐσός) At verò Heraclides grammaticus vult hoc ἔσθω esse ab ἔθω. quod ἔθω esse ex ἔδω, more Dorico: quo etiam dicitur μαθὼς pro μαδός. Atque in exemplum vsus huius VERBI Ἔθω, affert Eustath. hunc versum, Οἳ πίνοισι μόνον, βαρὺ χῶν ἔθοντες, οὐδὲν ἔδοντες. cuius autorem non nominat: sed eum esse puto Panyasin. Verùm apud Athen. affertur idẽ versus αἰωνύμως itidẽ, cum ἔδοντες, nõ ἔθοντες. Apud Homerum autem Il. ι, ἔθων Οἰνῶς ἀλωλώ, longè aliam signif. habet. (exponitur enim ὀξὺ ἔθοις βλάπτων, aliisque modis) Existimatur porro analogiam nõ seruasse hoc ἔσθω, in deriuatione ab ἔθω. debuisse enim dici ἴσθω: sicut ἴχω ab ἔχω, & ἴσπω ab ἔπω dicitur. Sed Eustath. nõ satis est in hac deriuatione constans: quin potius alicubi dubitare se dicit vtrum ex vtro ortum sit: ἔθω ex ἔδω, an contrà ἔδω ex ἔθω. Quinetiam alicubi annotat, ex ἔσω futuro verbi ἔδω, factum esse ἔσθω, adiectione literæ θ. Affertúrq; ibi ab ipso exemplum illud verbi βιβάσθω, quod & ex meo veteri lexico protuli. Loquens enim de participio αἴσθων, quod exponit ἀποπνέων apud Homerum, – ὁ δ' ἔσθαχε θυμὸν αἴσθων: scribit, verbi αἴω futurum esse αἴσω, inusitatum: vnde per pleonasmum literæ θ, esse PRAESENS Αἴσθω: vt βιβῶ, βιβάσω, βιβάσθω, (vnde μακρὰ βιβάσθων) itidémque ἔδω, ἔσω, ἔσθω.

(AT VERO Ἔσθω circunflexum minimè huc pertinet: vtpote ab alia origine profectum, & aliam significationem habens. de illo tamen hìc monẽdus est lector. In meo vet. lexico, vbi dictũ fuit de verbi Ἔσθω deriuatione, additur, Ἐσθῶ· ἀθεσπῴμην, ὅτι τὸ ἐνδύομαι. Quibus subiungitur, πρὸς αἰπόλασον τὸ Ἔσθω, τὸ σημαίνοντος τὸ ἐνδύω. Ad deriuationem autem quod attinet, annotatur fieri ab ἕω quod est ἐνδύομαι. Esse porro hoc Ἐσθῶ primæ coniugationis circunflexorum, apparet ex passiuo PARTIC. Ἐσθημένος, quod apud Herodotum habetur pro Ἡσθημένος. Vtriusque exempla vide suprà, tomo 1, col. 1382)

COMP. Κατέδω in v.l. vnà cum Καταδάω, sed absque vllo exemplo, & sine vllo etiam testimonio.

¶ Ἐδάω, idem quod ἔσθω, Edo, Comedo. sed hoc quidem ἔσθω poetis solis (vt opinor) in vsu est: at ἐσθίω poetis cum cæteris scriptoribus commune est. Hom. Odyss. κ, Ἀλλ' ἄγετ', ἐσθίετε βρώμην, καὶ πίνετε οἶνον. Apud eundem legimus Odyss. ξ, Ἔσθε νεῶ ὦ ξεῖνε τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε· ἀτὰρ σάλοις γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν. vbi vides ἐσθίειν & ἔδειν esse synonyma. Xenoph. Pæd. 8, κἀκεῖνο ἰῶ αὐτοῖς ὅπη χώρειον, τὸ μεταξὺ πορευομένοις μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν. Apud eundem legimus eodem libro, οὔτε ἐσθίουσι πλείω ἢ δύνανται φέρειν. διαῤῥαγῆναι γὰρ ἄν. Vbi quemadmodum διαῤῥαγῆναι dicitur ὥστε τὸ ἐσθίοντος, sed vltra modum: sic apud Lucianum, in lib. De hist. scrib. ὑπερεμπίπλαται ἔτιν ος πινὸς, ἢ παείχου, ἔστ' ἂν διαῤῥαγῇ ἐσθίων. Apud Galen. legitur etiam ἐσθίειν τὸ φάρμακον. Quidam grammatici annotant dici ἐσθίειν τὸ ἄρτου potius quàm ἐσθίειν τὸν ἄρτον, itidémque cum aliis nominibus: sed in Test. noui

scriptis passim constructio hæc, nõ illa, reperitur. Vbi legitur & cum præpos. ἐκ præfixa genitiuo: vt apud Paulum, 1. epist. ad Cor. cap. 9, τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Ibidem legitur, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τοῦ ποιμνίου οὐκ ἐσθίει. Sed dubito an apud veteres scriptores huius constructionis exempla extent.

A

Ἐσθίειν de homine propriè dici annotant grammatici, vt τρώγειν de brutis. Inuenitur tamen ἐσθίειν & de brutis dictum: non solùm apud Lucam, sed & apud Plutarchum. Nec dubito quin & apud alios inueniatur: sed in præsentia aliorum exempla mihi non suppetunt. Quinetiam inuenitur ἔσθων apud Hesychium expositũ τρώγων. Quòd si verbo ἔσθειν tribuitur ille vsus, etiam isti ἐσθίειν tribui posse constat. (Verùm & ipsum ἔσθιε idẽ lexicogr. exponit τρῶγε: præfigens huic expositioni aliam, videlicet αἰάλισκε. Fieri tamen potest vt ille non vsus sit verbo τρώγειν tanquam illam peculiarem significationem, sed potius tanquam generalem habente) Adde quòd Hom. compositum καταθίειν ita vsurparit.

B

Ἐσθίειν dicitur etiam ignis. Hom. Il. ψ, Τοὺς ἅμα σοὶ παίτας πῦρ ἐσθίει. Sic apud Latinos ignis seu flamma dicitur edere, & vorare: vnde ignis edax, seu vorax, itidémque flamma.

C

Ἐσθίειν curæ etiam & mœrori tribuitur. quod conuenit cum epitheto eo quod Latini poetæ tribuunt interdum curis, quum videlicet eas appellant edaces. Dicũtur verò & rodere cor: quo modo Græcè ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Sed & aliquis suam ipsius καρδίαν, id est suũ ipsius cor, dicitur rodere, quum se curis & mœroribus excruciat ac macerat. Sic in vno ex symbolis Pythagoricis iubemur μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. quod vulgò redditur, Nõ edere cor. Est certè ἐσθίειν τὴν καρδίαν, nõ angi ad tempus, sed ita nos mœrori tradere, vt eo tandem, ceu lenta quadam tabe, cor nostrum absumatur. Apud Aristophanem legimus ἐσθίειν in hac significatione: in Vesp. ἀλλ' ὦ 'γάθ' αἰίσασο, μηδ' οὕτω σαυτὸν ἐσθίε, μηδ' ἀγανάκτει, Neque te macerato dolore, ac conficito.

D

Ἐσθίειν, Absumere. αἰαλίσκειν. vt Hesych. ἔσθιε exp. αἰάλισκε. Sic autem exponi potest quum de igni dicitur: licet alioqui & ad verbum reddi possit Edere, seu Vorare, vt docui in proximè præcedente tmematio. Vide Ἐσθίεσθαι, quod proximè sequitur.

E

PASS. Ἐσθίεσθαι, Edi. Huius particip. ἐσθιόμενος ex Gal. affertur pro Idoneus cibo. Et quemadmodum ἐσθίειν vsurpatur etiam pro αἰαλίσκειν, Absumere, Consumere: sic pass. ἐσθίεσθαι pro Absumi. Hom. Odyss. η, Ἐσθίεταί μοι οἶκος, ὄλωλε δὲ πίονα ἔργα.

Quum autem dicitur ἐσθιόμενος ἕρπης à medicis, participium ἐσθιόμενος actiuam significationem habet. Est enim vlcus quod ita vocatur à Græcis quoniam celeriter serpendo penetrandóque vsque ad ossa, corpus vorat, vt testatur etiam Celsus. Vide in Ἕρπης, t. 1, col. 1258. Nostrates chirurgi vocem Græcam retinentes appellant itidem *Vn estiomene*. licet potius ignis sacer, qui Græcis est ἐρυσίπελας, eo nomine intelligatur. Verùm & ignis sacer ἕρπης appellatione comprehensus fuisse existimatur.

F

C. Ἀπεδίω, Abedo, Exedo. A Theodoro Gaza redditur alicubi Erodo. Reddi etiam possit Abrodo, eodem modo quo Abedo. Vtuntur Græci verbo ἀπεδίειν pro ἀπόπινος ἐδίειν, inquit Athen. lib. 14. vt Hermippus ἐν γραπώπαις dixit, οἷμοι τάλας, δάκνει, ἀπεδίει μου τὴν ἀκολίν.

A'πεδίω τῦτο est etiam Esu huius rei abstineo. vt præpositio ἀπὸ priuandi vim hoc in verbo obtineat. Mira autem & vix fide digna videri posset hæc significatio, nisi apud Athenæum eius exemplum ex Theopompo comico depromptum extaret, in eodem illo libri 14, loco. Ibi enim quum Democritus Vlpiano hæc dixisset, ἀπέχᾳς ὦ καλέ μου λιγυρὰ Οὐλπιανὲ τὴν κοπίλιν· ἧς συμβουλεύω σοι ἀπεδίειν, hic nihilominus οὐδὲν μελήσας, ἀνέλοιμος ἐφάνη. Quum autem omnes ridere cœpissent, dixit Democritus, ἀλλ' οὐκ ἐδίειν σε ὠφελήσε ταῦτα, καὶ τὸ ὄνομα θήσεις, ἀλλὰ μὴ ἐδίειν. τὸ γὰρ ἀπεδίειν οὕτως εἴρηκεν ἐν Φινεῖ ὁ κωμῳδοποιὸς Θεόπομπος. Additúrque hic ipsius Theopompi locus, in quo vsurpat ἀπεδίειν in illa significatione, Παῦσαι, κἀγὼ θύων μειρακίου, καὶ τοῖς βλίτοις διαχῶ τὸ λοιπὸν κοιλίαν σκληραν ἔχᾳς. Τὰ πυτῆς αἷα τὴν ἰχθυδίων ἀπέδιε. In v.l. annotatur hic poni pro Cibum ab ore depellere & regerere, at ego existimo esse simpliciter cõtrarium τῦ ἐδίειν: Non comedere, Esu alicuius rei abstinere, vt modò exposui.

C. Διεδίω, Exedo, Erodo, Corrodo. Ita v.l. in quibus additur etiam, διεδίω σόμαπι, Lacero dentibus.

C. Ἐπεδίω, Superedo, (vt in hoc Plinii loco, Menander è Græcis autor est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui) Post aliud edo. Aut etiam, Insuper edo. Xenoph. ἐπεδίειν μικρὰ σίτῳ πολὺ ὄψον, Post paulum panis multum obsonii edere. Apud Athenæum lib. 4, leguntur ἐπεσθίειν & ὀπιφαγεῖν coniuncta, sed absque exemplo, & ita vt aliquid ei loco deesse videatur. Pass. itidẽ dicitur aliquid ἐπεσθίεσθαι, Superedi, &c. Possunt etiam ὀπιχρηγήματα vocari (inquit Bud.) ea quæ postremo loco præbentur sodalibus: vt τὰ ἐπεδιόμενα, quæ vltimo loco eduntur: & quæ ὀπιδορπίσματα, & ὀπιδείπνα, & ὀπιφορήματα dicuntur, vt inquit Athen.

C. ΚΑΤεσθίω, Edo, vel Peredo, Prorsus edo, vt κῦ hìc ὀπίπασιν indicet. redditur etiam Voro, Deuoro. Hom. Il. φ, circa principium, de delphine, μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσι. Apud eundem Il. β, legimus de dracone, Ἐν θ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατέδιε πετεινὰ τε, Vorauit, Deglutiit. Pro eodem dicit statim pòst κατέφαγε. Plutarch. aduersus Colotem, πολλοὺ δεήσομεν ἀλλήλους κατεσθίειν, καὶ θηρίων βίον ζῆν.

C. ΠΡΟεσθίω, (q.d. Præedo) Ante edo, Ante comedo. Et τὰ προεσθιόμενα, quæ ante alios cibos eduntur.

C. ΥΠΕΡεσθίω, Supra modum edo, Edo vltra modum, Nimium edo, Cibo nimio me onero. Redditur etiam Superedo, ex Plinio: sed illi aliud hanc vocem significare videmus, in loco qui in cõposito Ἐπεσθίω allatus fuit.

Quæ sequuntur nomina, Ζόφος & Δνόφος ac Γνόφος, eandem significationem habentia, ab eadem etiam origine esse videntur, nimirum à nomine Νέφος. Sed quum incertum sit an ex vno horum reliqua facta sint: atque vt hoc detur, quódnam sit illud, ignoretur: maiorem tamen Δνόφος & Γνόφος affinitatem inter se habere constet quàm cum illo Ζόφος: de hoc Ζόφος primùm dicetur seorsim, deinde de illis Δνόφος & Γνόφος simul.

– Ζ Ό Φ Ο Σ, ου, ὁ, Caligo, Tenebræ. Hesiodus Aspide, – νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα. Apud Homerum Il. ο, sicut Iupiter οὐρανὸν, Neptunus πολιὸν ἅλα ναιέμεν, sic Pluto dicitur λαχεῖν ζόφον ἠερόεντα. Eodémque modo alibi has orci tenebras, seu tenebricosa hæc loca & caliginosa (quæ Euripides νεκρῶν κευθμῶνα & σκότου πύλας appellat, initio Hecubæ) vocat ζόφον ἠερόεντα. vt Odyss. λ, Τέκνον ἐμὸν, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα Ζωὸς ἐών; Sic Il. φ, legimus, non procul à principio, Ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες οὐίσαρ ἔπεφνον, Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Apud eundem ζόφος est occasus, seu pars occidentalis: vt ἠώς, oriens, seu pars orientalis. Odyss. κ, – οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς. Quinetiam in hoc eiusdem loco qui legitur eiusdem poematis libro γ, – κοίπιο μεδώμεθα. Τῷ γὰρ ὥρη. Ἤδη γὰρ φάος οἴχετ' ὑπὸ ζόφον, videtur eodem modo posse poni ζόφος: vt dicatur videlicet lux solis ad occasum abire, seu occasum subire: sicut ipse sol dicitur occasum petere, vel ad occasum vergere. Sic etiam præcipitantem in occasum diem dixit Tacitus. Legitur porro & δειεινὸς ζόφος apud Apoll. Rhodium pro vespertinis tenebris. Cæterùm est aliquis huius nominis ζόφος vsus & in soluta oratione pro tenebris seu caligine. Plutarchus in Alcibiade, πολὺ ὄμβρον ἐξαίφνης ὀπιπτόντα καὶ

βρον τὰς, καὶ ζόφον, συνεγνῶσαι καὶ συνεπικρύψαι τὸν σκοτεινόν. A
Vsus est & Lucianus.

Ζόφος à nomine νέφος deducit Etymologus: subiungitque, μετὰ τοῦ ζᾶ, ζαύφορος, & per syncopen ζόφος. Affert verò & aliã deriuationem à nomine φάος: vt accessione literæ ο fit ὄφαος: deinde per pleonasmum literæ ζ, ζόφος: abiecto videlicet α. Vel (inquit) à Γνόφος fit Δνόφος & Ζοφος, abiectione literæ ν. Sed mihi parum fit verisimile, ζόφος ex γνόφος vel δνόφος ortũ esse: potiusque communem cum illis originem habere persuasum habeo. In meo veteri lexico legitur, Παρὰ τὸ νέφος, νόφος, καὶ μετὰ τοῦ ζᾶ, ζαύφος. B deinde ζόφος per syncopen, & abiectionem literæ ν. quoniã hæc litera duplici consonanti non subiungitur. Quinetiam quod ad tertiam etymologiã attinet, multo magis rationi consentanea sunt quæ ibi leguntur quàm quæ apud Etymologum. Quale enim hoc est quod ille tradit, ex Γνόφος, reliqua duo Δνόφος & Ζόφος esse deriuata? Cur, quæso, potius Δνόφος ex Γνόφος, quàm vice versa Γνόφος ex Δνόφος deduci dicendum esset, si vnum ex altero deriuandũ foret? (licet & Eustath. quodam in loco, quem afferam in adiectiuo Δνοφερὸς, C dubitet nũ facta sit mutatio literæ γ, in δ, addátque, σωιηθως) Idem verò & de Ζόφος obiici potest. cur enim minus πεφοπτυπον esse quàm Γνόφος censebitur? Rectius igitur in illo vet. lexico scriptum est, Α νέφος, Νόφος, & Γνόφος, & Δνόφος. interdum verò & Ζόφος, per ζ, abiecta litera ν. Sed fortassis mendosa ibi sunt Etymologi exemplaria, & apud ipsum quoque ita legendum est, ἀπὸ τοῦ νέφος, Γνόφος, Δνόφος, καὶ Ζόφος.

C. Ζοφοδορπίας, Nocturna cœna: si quidem sequamur hanc Suidæ expositionem, ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. vt intelligatur D de epulis quæ celebrantur ortis iam tenebris. Quidam interpr. ex Plauto, Vesperna: qua voce redditur & VOCAB. Ἑσπέρισμα: vt Vesperna sit serotina cœna. A Festo tamẽ exponitur simpliciter nomine Cœna. Vesperna (inquit) apud Plautum cœna intelligitur. Idem alibi, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: Vesperna, quam nunc cœnam appellamus. Sed ἑσπέρισμα (cuius etymologia optimè respondet etymo nominis illius Vesperna) antecedit δεῖπνον apud Athenæum: in his quæ ex Philemone affert, Φιλήμων δέ E φησιν ὅτι θραῦς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ, ἀκρατίσματι, ἀφίστω, ἑσπερίσματι, δείπνῳ. Sed ζοφοδορπίας contrà videtur de epulis debuisse dici quæ sequerentur ipsum δεῖπνον, non præcederent. At si verum sit quod scribit Festus, vesperna fuisse antiquis quod eorum posteri vocarint cœnam, quum ζοφοδορπίας interpretabimur Vespernam, perinde fuerit acsi interpretaremur Cœnam. A Suida tamen non simpliciter δεῖπνος exponitur, sed ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Quum autem ex Plutarcho constet, δεῖπνον esse quam Latini appellarint cœnam, sonabunt illa Suidæ verba, F Cœnaquæ celebratur in tenebris. q. d. Tenebrosa cœna. quo forsan plᵒ aliquid indicetur quàm si diceretur Nocturna: quòd & vespertinæ epulæ, nocturnæ dici possint, latius vocis huius significationem extendendo.

Sed alius hic oritur scrupulus: quòd nimirũ apud Hesychium sit SCRIPTVM Ζοφοδερκίας: & expositũ σκοτοδείπνοις, item λαθροφάγοις. quinetiam (quod magis mirum est) in meo veteri exemplari Suidæ non scriptum est Ζοφοδορπίας, vt in vulg. editionibus, nec Ζοφοδορπία, (vt habent v. l.) sed eadem ferè quæ apud Hesychium scriptura habetur, VIDELICET Ζοφοδερκίας, vnica litera ab illa differens: quum alioqui eadem detur huic nomini expositio quæ in vulgatis editionibᵒ datur voci Ζοφοδορπίας: nimirum ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Ego autem, vt vera lectio habeatur simúlque expositio, alterum ex altero emendandum esse arbitror. vocem enim ipsam apud Suidam, & quidem in vulgatis editionibus, rectius scriptam esse puto quàm apud Hesychium: at expositionem eius ex Hesychio esse petendam. vt nimirum Ζοφοδορπίας retineatur apud Suidam, sed pro ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος (præsertim quũ vel hoc H NOMEN Δεῖπνος masc. gen. meritò suspectum esse possit) reponatur σκοτοδείπνος. Hesychio autem relinquamus itidem suũ σκοτοδείπνοις, sed Ζοφοδερκίας mutemus in Ζοφοδορπίας, quod sit nomen pluralis numeri, accus. casus: vt apud Suidam sing. numeri, nominatiui casus. Non ignoro alioqui Ζοφοδερκίας posse compositum esse ex ζόφος & δέρκω: & Ζοφοδερκίας dici eadem forma qua Οξυδερκίας & Πολυδερκίας, à nominatiuis Οξυδερκὴς & Πολυδερκὴς: quinetiam illud Ζοφοδερκίας posse ab eadẽ origine duci. sed Ζοφοδερκὴς seu Ζοφοδερκίας significabit Qui in tenebris cernit: quæ significatio cur τοῖς σκοτοδείπνοις potius quàm aliis plerisque conuenire dicetur? Iam verò & quod in veteri illo Suidæ exemplari legitur Ζοφοδερκίας, medium quodammodo inter Ζοφοδερκίας & Ζοφοδορπίας, (vtpote ex quo literam ι seruarit) ad tuendam illam sententiam audaciorẽ me reddit. Verùm quod ad Hesychii expositiones attinet, earum posterior aliam significationem huic nomini videri potest tribuere quàm prior. Alioqui si σκοτόδειπνοι & λαθροφάγοι ad eandem significationem referenda existimẽtur, σκοτόδειπνοι erunt potius Qui in tenebris cœnant, id est in tenebroso loco, quàm Qui cœnant tenebris ortis.

Quum autem præcedentia in quibus de nomine ζοφοδορπίας differo, iam typographicæ compositioni tradita essent, (sic autem appellamus typorum elementariorum coagmentationem) venit in mentem Plutarchi Symposiac. locus, vbi ζοφοδόρπιδας legitur. Is extat libri 8, quæstione 6, cuius hoc est initium: Τὰν γὰρ μεν τοῖς νεωτέροις ὀν θεάτρῳ πεφοδιαπτέλφαντας ἀκροάμασι, καὶ βεβαίον ὅλῃ τὸ δεῖπνον ἐλθόντας, οἱ Θέωνος υἱοὶ κωλισοδείπνοις καὶ ζοφοδόρπιδας, καὶ ἐιαῦπα μετὰ παιδιᾶς ἐκκοπίον. οἱ δὲ ἀμφοτόμβροι, πάλιν ἐκείνοις πρεχδείπνοις ἀπεκάλεων. Hic certè non dubium est quin Plutarchus voce vti voluerit illam ipsam significationem habente quam habet illud quod attuli ex Suida vocabulũ. Sed an Plutarchus ζοφοδόρπιδας scripserit, dubitari potest: ego vel ζοφοδορπίας, (quod cum illa quæ apud Suidam legitur scriptura cõueniret) aut certè ζοφοδορπίδας cũ accẽtu in penultima scripsisse arbitror: vt sit nominatiuus ζοφοδορπίδαι, non ζοφοδόρπιδες. Verùm, vtrocunque modo scribendũ sit, habemus saltem quod illi lectioni quam defendebam, patrocinetur: alteram contrà, quæ & apud Hesychium extat, magis etiam quàm antea suspectam reddat, vel reddere debeat.

Apud Erasmum autem in Chiliad. legitur Ζοφοροδόρπιδες. Plutarchus (inquit) in Symposiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederẽt. Dictos enim tum κωλισοδείπνοις, tum ζοφοροδόρπιδας, tum πρεχεδείπνοις. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse puto, quòd qui cunctarentur adire, hi, quòd aliis essent in mora, impedimento esse videbantur quominus illis cœnare liceret: deinde quòd lentitudine sua efficerent vt conuiuium ad noctem vsque proferretur. Hæc Erasmus: qui in illa huius nominis scriptura minimè sequendus videtur: si tamen eius esse putanda est, ac non potius alicuius amanuensis incuriæ imputanda. Equidem si ex adiectiuo ζοφερὸς factum hoc compositum esset, saltem ζοφεροδόρπιδες scribendum foret, non ζοφοροδόρπιδες: sed videmus reliqua composita ex substantiuo ζόφος non ex illo adiectiuo esse facta: adeo vt minimè dubitandum esse videatur quin ζοφοδόρπιδες à Plutarcho scriptum sit, aut potius ζοφοδορπίδαι, (vt paulo pòst ζοφοδορπίδαν apud eũ legimus, in loco quem mox afferam) seu ζοφοδορπίαι, G sequẽdo ea quæ paulo antè dixi. Iam verò quod ad expositionem illam attinet quam Erasmus huic vocabulo tribuit, ea minimè iis quæ à nobis de illius significatione dicta fuerunt, repugnat: sed malè & ipsa cum Hesychiana conuenit, ea quidem certè cui posteriorẽ locum tribuit, vtens vocabulo λαθροφάγοι. At conuenire possit fortassis cum illa expositione quam Plutarch. huic ipsi voci tribuit: quum Pittacum ζοφοδορπίδαν (obserua autẽ hunc accus. à nominat. ζοφοδορπίδας: qua declinatione videtur legendũ itidẽ supràin accus. plur. ζοφοδορπίδας) appellatum ait ab Alcæo, (perperam enim scriptum est apud eum Ἄλκιος pro Ἀλκαῖος) non quòd serotinæ essent eius cœnæ, sed quòd plerunque conuiuas haberet qui ignobiles & nihili homines erant. Cõ-

uenire inquam posse videtur illa Hesychii expositio A λαθροφάγοι, cum ista quæ hic à Plutarcho affertur: quòd verisimile sit Pittacum, quum principatu potiretur, minimè palàm tales conuiuas suis epulis adhibere solitum. Cæterùm quod tradit Erasmus ex Plutarcho, cognomina illa prouerbiali ioco iactata fuisse, id ex eius verbis elici posse non videtur.

C. Ζοφοειδέλος, ου, ὁ & ἡ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. Redditur & Ater, apud Nic. in Theriacis: vbi schol. exp. ζοφοειδὴς.

C. Ζοφοειδὴς, itidem Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. B sicut & ζοφώδης. quod vide.

C. Ζοφομωνία, ας, ἡ, Obscuritas lunæ. Vel, Defectus lunæ. ex Suida: apud quem legitur, ζοφομωνία, ἡ ἔκλειψις τῆς σελήνης. Ab Hesychio autem ζοφομωνία esse dicitur ὅταν κρυβῇ ἡ σελήνη, id est, quum absconsa fuerit luna.

Ζοφόεις, εντος, ὁ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus.

Ζοφερὸς, idem quod ζοφόεις proximè præcedens, & ζοφοειδὴς ac ζοφοείδελος. sed hæc sunt potius poetica, (præsertim ζοφοεις & ζοφοειδέλος) at ζοφερὸς in soluta etiam oratione vlurpatur: vt apud Lucianum legimus, in Nigrino, ἔχαιρον δὴ κἀκεῖνο ὅτι ζοφερόδοινος ἀὴρ τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν, ἐς αἰθρίαν τε καὶ ἀκτῖνα φαῦς ἀνέβλεπον. C

Ζόφεος etiam dicitur eadem significatione. Nam Hesych. ζόφεον exp. μέλαν & σκοτεινόν.

Ζοφώδης, εος, ὁ & ἡ, idem quod ζοφεὸς, & cætera quorum modò mentionẽ feci. Ζοφώδη, ὁ σκοτεινός. καὶ ζοφοειδὴς, inquit Suid. Apud Herodian. l. 1, ζοφώδης εἴσοδος, obscura.

Ζοφόω, ῶ, Obtenebro, Tenebras offundo, Tenebrosum reddo. vel Obscuro. Damascen. 101, ἐπειδὴ δίχα τῆς πρόσθεν βάσεως τῆς ὀντωλῆς τοῖς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρας ἐζοφωσαμὸν τε καὶ σωεσκίαδρ. Passi Ζοφοῦμαι. vnde PARTICIP. Ἐζοφωδρὸς apud Lucianũ, de Æthiopibus, αἰδρᾶν μελαντέρους καὶ τὸν ὄψιν ἐζοφωδρούς. Cui simile est apud Ouidium Metamorph. Obscura forma. adeo vt Obscuratis ibi reddi posse videatur. Nisi malis Fuscatis. nam Æthiopes sicut & Indi interdum fusci dicuntur ὀπηδεπικῶς.

HINC Ζόφωσις, Obtenebratio, Obscuratio. Aut etiam Tenebræ, Obscuritas.

AT VERO Δνόφος, ET Γνόφος, de quibus hîc me E dicturum promisi, magis poetica sunt: eandem alioqui quàm ζόφος significationem habentia, tenebrarum & caliginis. De deriuatione autem vide quæ in Ζόφος à me allata fuerunt. Quibus tamen addendum est quod apud Eustathium legitur, nimirum γνόφος habere γ ex Æolica dialecto. ἀπὸ τοῦ νέφος (inquit) νοφος, καὶ γνόφος Αἰολικῶν· ὁ ἄλλως δνοφος. Sed δ quod habetur in isto δνόφος, ex verbo δονεῖν manare existimauit, vt apparet ex ea expositione quam adiectiuo δνοφερὸς tribuit: de qua dicam paulo pòst, quum eius exempla proferam. Etymologus quoque huiusmodi deriuationis meminit. nam in γνόφος postquam exposuit, ἡ σωτηρία, & ὁ ζοφωδὴς ἀήρ: addit, F πρὸς τὸ κενὸς φάος εἶ), κνόφος καὶ γνόφος: vel à νείφω, νόφος, & γνόφος, per pleonasmum literæ γ. Adicit verò & tertiam deriuationem, vtrique communem. A δονεῖν (inquit) & νέφος fit δόνοφος, & per syncopen δνόφος, ac γνόφος. Sed perperam (vt de reliquis taceam) adiici videtur hîc γνόφος: quum ex δόνοφος per syncopen fieri possit δνόφος, at non item γνόφος. Hoc quoque apud eum videri mirum queat, quòd de adiectiuo δνοφερὸν ita loquitur acsi nõ extaret eius substantiuum δνόφος. Scribit enim à νέφος fieri νεφερὸν, deinde interuenire mutationem & pleonasmum. (Intellige autem, ad formandum hoc δνοφερὸν) Vel à γνόφος fieri γνοφερὸν & δνοφερόν. Quinetiam adiungit, vel κνόφος, κνοφερόν. Sed puto eum scripsisse ἢ πρόσθεν τὸ κνόφος, κνοφερὸν καὶ γνοφερὸν καὶ δνοφερόν. Ego certè mutationem à κνόφος in γνόφος facilè fuisse non negauerim, quum & in aliarũ quarundam vocũ initiis hanc istarum literarum κ & γ permutationem videamus: sed de mutatione in δ haud scio an idem dici possit: licet Eustath. scribat, βραπέντος τοῦ γ εἰς δ, σωιηθως. Adde quòd illius NOMINIS Κνόφος nullum exemplum affertur, ac tantùm formationis gratia poni videtur. Longius igitur petenda esset illa deriuatio: nimirũ à NOMINE Κνέφος, (quod dici sicut & κνέφας, Etymol. testatur: quemadmodum οὖδας & οὖδος) ex quo fingendum esset illud Κνόφος. Quæ quũ ita sint, ab illa deriuatione à νέφος nolim discedere, ac potius sicut γνόφος habet γ ex dialecto Æolica, ita δνόφος ex alia quapiam accepisse δ dixerim. Sed quid certi de his afferri potest? Eustath. enim γνόφος Æolicum esse tradit, at Hesychius δνόφος nõ γνοφος Æolibus adscribit. Venio tandem ad exempla vsus horũ nominum. Huius quidẽ δνόφος nullũ in præsentia se offert: sed ex eo facti nominis ADIECT. Δνοφερὸς exemplum in promptu est: Iliad. ι, — ὥστε κρίνη μελαίνοφος, ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. Vbi Eustath. exp. τὸ μέλαν, ὡς ὁμοιότητος γνόφου πραπέντος τοῦ γ εἰς δ, σωιηθως. Vel, inquit, ὡς ὀνόμαστι σωθέτῳ, τὸ μετὰ δυνήσεως φερόμενον καὶ ψόφου πνός. Ab Hesychio autem δνοφερὸν exponitur σκοτεινόν, & μέλαν. additúrque, ἀπὸ τοῦ δόνοφου. quod substantiuum δνόφος vult esse Æolicum, ἀπὸ τοῦ δονεῖσθαι τὰ νέφη. Contrà autem non δνόφος sed γνόφος Eustath. Æolicum esse tradit, vt antea docui. Sed quæcunque sit illius δνόφος origo, huius adiectiui δνοφερὸς ex eo facti significatio minimè dubia est. Potestque reddi Tenebrosus, Caliginosus, vel Ater, non solùm Eustathii & Hesychii, sed & Suidæ testimonio: qui hũc locum affert, — ὁλοφύρεται χρὸν ἀμύστας Αἰθροφόνοις δνοφεραὶ κρατὸς ὕπερθε κόνιν. Cæterùm vt no ζοφερὸς solùm dicitur à ζόφος, sed ζοφεος etiam, sic à δνοφος no tantùm δνοφερὸς, sed ETIAM Δνόφεος, eadem significatione. Nam Hesych. habet δνοφερὴ, quod exp. σκοτινῆ. Altero SVBST. Γνόφος vti sunt Græci Bibliorũ interpretes, Exodi c. 10, καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος, καὶ θύελλα, ὅλη πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου. Quæ tria itidem coniungunturab autore epistolæ ad Hebræos, cap. 12, οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ. vbi γνόφον vetus interpres reddidit turbinem: quam interpretationem & alii retinuerunt. In eo tamẽ Exodi loco, qui historiam continet cuius ibi fit mentio, Græci illi Bibl. interpretes non habent tria illa vocabula, sed tantùm νεφέλαι γνοφώδεις, id est Nubes caliginosæ. Plur. γνόφοι apud Aristot. De mundo, πλώσης κεραυνῶν, μυείων τε γνόφων συμπληγάδες, conflictationes aeriæ caliginis vel opacitatis. Bud. ADIECT. Γνοφώδης est Caliginosus, Tenebrosus: vt vides in loco quẽ modò attuli. Affertúrque & pro Ater, ex Euripide. Ab eodem illo substantiuo γνόφος est etiam VERB. Γνοφοω, ῶ, Caligine tego, Obtenebro, Obscuro. Affertur & Γνοφέω in v. l. pro eadem signif. sed Γνοφόω magis placet, vt ζοφόω à ζόφος.

Ἰθὺς de quo nunc agendum est, post deriuata ab Εὐθὺς ponendum fuisset, sequendo eos qui inde deriuant: at qui Etymologum sequi volet, post Ἴναι collocandum fuisse dicet. Eustath. autem ab Ἰθύσω futuro verbi Ἴθυω deducendum putauit Ἰθὺ, aduerbium, pro quo scribitur & Ἰθύ.

— Ἰ Θ Ὺ Σ, ός, ὁ, Rectus, (id est Non obliquus seu G tortuosus) Directus, In rectũ tendens. Ab Hesychio ἰθὺ exponitur ἀθὺς, & ὀρθός. Sic ἰθὺ αχῆμα Hippocrati ὀρθόν. Superlat. ἰθύπατα ex Theophr. affertur, De causis plant. lib. 3, ὅλως δὴ λεῖα ταῦτα δεῖ λαμβάνειν καὶ ἰθύπατα, καὶ ὡς κάλλιστα. Eodem libro legitur & FOEMIN. Ἰθεῖα. Anthol. epigr. lib. 1, pag. 54, meæ editionis, Εἰς αἶδην ἰθεῖα κατήλιτος, εἶτ' ἀπ' Ἀθηνῶν Σπίγξ, εἶπε νέκυς νείσεαι ὀκ Μερόης. Μή σε γ' ἀπέπτω, &c. quod distichũ ita sum interpretatus, in libro quem edidi selectorum epigrammatum Græcorum: Rectus ad orci vmbras descensus: seu quis Athenis, Lumine cassus vt est, seu venit à Meroe. Ex Herodoto, ἰθεῖαν, ἔπλεον, (rectius ἰθεῖαν Ionicè) Rectà nauigabant, Rectum cursum tenebant.

Vbi videtur subaudiri ὁδόν. Ex eodem, ἰθεῖα τέχνη, recta disciplina: vbi metaphoricè ponitur. Sic per metaphoram ἰθεῖα δίκη, apud Homerum pariter & Hesiodum, Rectum iudicium, Recta sententia, quæ fertur ab eo qui iudicat. Homeri locus est Iliad. φ, Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω καὶ μί' οὔτατα φημὶ Ἄλλον ὅτ' πλήξειν Δαιάλιν. ἰθεῖα γὰρ ἔσται. Hic enim cum ἰθεῖα relinquitur ἀπὸ κοινοῦ subaudiendum nomen δίκη, ex verbo δικάσω, vt etiam Eust. annotat. Apud Hesiodum autem legimus in Ergois, libro 1, δίκας ἰθείας, & illis oppositas δίκας σκολιάς. vbi canit, Οἱ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐν δήμοισι διδοῦσι Ἰθείας, καὶ μὴ παρεκβαίνουσι δικαίου: quæ posteriora verba veluti ad epexegesin addita sunt. Arque illos versus præcedunt isti, Αὐτίκα γὰρ τε τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν. Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης ἦ κ' ἀνδρες ἄγωσι Δωροφάγοι, σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας. Quibus in locis ἰθείας δίκας, recta iudicia vel iusta iudicia, seu iusta iura: σκολιὰς δίκας contrà praua iudicia vel iniusta, aut iura iniusta, interpretari possis. Nam iniustum ius legimus apud Nasonem, Tristium lib. 5, Adde quòd iniustum rigido ius dicitur ense. Silius itidem improba iura dixit. Sed quod apud eundem poetam legitur in versibus qui illis interiecti sunt, καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνεμαν, aliud interpretationis genus postulat: si ibi δίκην vertamus Iustitiam, vt certè debet verti. Eustath. exp. πλὴν ἀθυτάτῳ δίκην: in qua expositione non fuisse præcedentium ibi verborum memorem manifestum est. Quum enim dicatur δίκη exitium afferre hominibus qui ipsam expellunt, & ipsam οὐκ ἰθεῖαν ἔνεμαν, non cohæret illa expositio, πλὴν ἀθυτάτῳ δίκην. hæc enim esset orationis structura, δίκη φέρουσα κακὸν ἀνθρώποισιν, οἱ πλὴν ἀθυτάτῳ δίκην οὐκ ἔνεμαν. Ego autem nullam commodiorem expositionem animaduerto quàm si ἰθεῖαν in aliquod aduerbium loco aptũ resoluamus, aut in substantiuum pariter & adiectiuum ablatiui casus.

Ἐκ τῆς ἰθείης apud Herodotum, (subaudiendo ὁδοῦ, vt opinor) Apertè, Aperto Marte: ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης σφαπὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, Non videbatur apertè mittẽdus exercitus aduersus ipsum, Non videbatur aperto Marte oppugnandus missio exercitu. Suidas exponit ἐκ τῶν φανερῶς, & παρθυθί. Quidam interpretantur Ex professo. Vide Ἰθυμαχία. Apud eundem legimus, ἐκ τῆς ἰθείης ἀπέσταν. Denique ἐκ τῆς ἰθείης aliquid facere, est absq; vlla dissimulatione, & apertè voluntatẽ suam profitendo. Quare ἐκ τῆς ἰθείης ἀπέσταν aliter potius reddendum videtur fuisse quàm Ingenuè desciuerunt. Sed nec illa verba Aperto Marte, ei ioco conueniunt: quibus tamen quidam ibi vsi sunt.

Quæ sequuntur composita, partim ex nomine præcedente ἰθύς, partim ex aduerbio ἰθὺ sunt composita: plura tamen ex nomine esse videntur, ideóque hîc, non post aduerbium ἰθὺ, posita fuerunt.

C. Ἰθύβολος, ου, ὁ & ἡ, Rectus, Directus. in v.l. sine vllo testimonio. Videtur sonare propriè Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Sic Ὀρθόβολος in Ἰθυπίων, aliquanto post.

C. Ἰθυδίκης, ου, ὁ, Cuius recta sunt iudicia & iusta, Qui rectè & iustè fert iudicium. Possit exponi ὁ ἰθείας δίκας διδοὺς, ex loco Hesiodi quem protuli in nomine Ἰθύς. Vtitur verò idem, eodémque loco, hoc composito, Οὐδὲ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ. His opponuntur apud eundem χροδίκαι: quales sunt apud Nasonem ii à quibus rigido ius dicitur ense.

C. Ἰθύδρομος, ου, ὁ & ἡ, Qui rectum cursum tenet, Qui rectam viam in currendo tenet, Rectè currens. Ex Anthol. Epigr.

C. Ἰθυθρὶξ, vide in Θρὶξ.

C. Ἰθυκέλευθος, ου, ὁ & ἡ, Qui recta via incedit, Qui rectam viam tenet, Rectà ambulans.

C. Ἰθυμαχία, & IONICE Ἰθυμαχίη, Recta pugna: id est ex aperto conserta, inquit Bud. Et ἰθυμαχίῃ μὴν μηδεμίῃ ποιήσασθαι, Aperto Marte pugnare, & stataria pugna: in hoc loco quem ex Herodoto affert, ἰθυμαχίῃ μὲν μηδεμίῃ ποιήσασθαι ἐκ τῶν ἐμφανέος· ὑπεξιόντες δὲ καὶ ὑπεξελαύνοντες, &c. Vbi obserua ἐκ τῶν ἐμφανέος addi: quod confirmare videtur illam expositionem quam Suidas dat apud eundem illi loquendi generi, ἐκ τῆς ἰθείης.

C. Ἰθυπετῆν, Rectà volare, vt in v.l. redditur, nimirum tanquam ex ἰθὺ & verbo πέτεσθαι. At Hesych. exponit ἐπ' ἀθείας ὁρμῆσαι. Vide sequens compos. Ἰθυπίων.

C. Ἰθυπόρος & Ἰθύπορος vide suprà, t. 3, c. 181, g.

C. Ἰθυπίων, ωνος, ὁ & ἡ, Rectà volans, Qui recto cursu fertur, eóque valde citato, vt volare videatur. Hom. Il. φ, Δθύπορος αὖτ' Ἀχιλῆος μελίη ἰθυπίωνα Ἀστεροπαίῳ ἔφηκε, κατακτάμεναι μενεαίνων. Vbi Eustath. exp. τὴν ἰθὺ πεπομένην, id est καπυθὺ & ἁπλαγιόστως. vt alicubi ipse poeta ὀξαλευμένην dixit ipsam ἰθὺ πέσθαι. Vt autem dicitur Hasta πέσθαι, sic à Latinis poetis volare. vt apud Virgilium Æneid. lib. 9, — hasta volans noctis diuerberat vmbras. Et lib. 10, — illa volans clypei transuerberat æra Mæonis. aliisque in locis. Magis tamen propriè sagitta dicitur volare: vnde & volatile ferrum ab eodẽ poeta vocatur. Cæterùm Hesych. itidem exponit ἰθυπίωνα (pro quo perperam apud eum habes scriptum ἰθυπίωνα) πλὴν ἐπ' ἀθείας πεφομένην καὶ καπυκρύ: item ὀρθόβολον, & καπυθὺ φερομένην. Sed apud eum perperam legitur ὀρθόβουλον, pro quo repono istud ὀρθόβολον. Signif. autem hoc COMP. Ὀρθόβολος idem quod ἰθύβολος, de quo paulo antè dictum est: Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Fieri potest tamen vt ab ipso Hesychio fictum sit (vt alia multa fingere solet) expositionis causa. Cæterùm quanuis ἰθυπίωνα exponant ἰθὺ πεπομένην, magis tamen commoda esse videtur à verbo ἵπταμαι idem significante deductio, cuius participia sunt ἱπτάμενος & πτάμενος.

Sed pro ἰθυπίωνα fertur Aristarchus legisse ἰθυκτίωνα. Significaret autem hoc COMPOS. Ἰθυκτίων ἐπ' ἀθείας ἔχουσα τὰς κνήμας. id est, τὰς ἐν τοῖς ζύλοις δεδεμένας, inquit Eustathius. Fortasse verò huic simile vocabulum apud Hesychium reponi debet, vbi legitur, ἰθὺ κτίανον, τὸ ἰθὺ πεφυκὸς καὶ ὀρθὸν δένδρον. At in v.l. ἰθυκτίων redditur Rectè vel obuiam iens. quam interpretationem planè falsam esse arbitror.

C. Ἰθυπτήνης, ἐος, ὁ & ἡ, In rectum extensus, Rectus. vt ἰθυπτὴς ὁδὸς, cui opponitur λοξή. Ptolem. δεῖ τὸ ἀπαίσιον τῆς ἰθυπτένοι θεκτίπτειν πορείας. Apud Hesychium, Ἰθυπτένες, ἐπ' ἀθείας τεθραμμένον. In vulg. lex. Ἰθυπτὴς, εἰς ἀθείαν πεπαμένος. Sed reponendum ibi est πεπαμένος, itidémque apud Hesych. πεπαμένον pro πεπραμμένον, ex Suida. Est autem ab Ἰθυπτὴς & SVBSTANT. Ἰθυπτένεια, q.d. In rectum extensio, Via in rectum extensa, Via recta. Huic autem ἰθυπτένεια apud eundem Ptolemæum opponitur ἐκ ἔστι.

C. Ἰθυπρεμος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. In rectum sectus) Rectus. vt ἰθύπρεμος οἶμος, recta via, Dionys. Areop.

C. Ἰθυπτειχες, vide vnà cum nominatiuo singulari Ἰθυθριξ, inter deriuata à nomine Θρὶξ, t. 1, c. 1586, c.

C. Ἰθύφαλλος pertinet potius ad nomen Φαλλός.

ΙΘΥ ET Ἰθὺς, aduerb. Rectà, vel Rectà in, aut Rectà ad: aut etiam Rectà aduersus. Redditur etiam Obuiam & Ex aduerso. Hom. Odyss. ο, Ἠ ἰθὺς σῆς μητρὸς ἴω καὶ σεῖο δόμοιο, rectà ad matrem tuam eam & domum tuam. Sic Iliad. ω, — γέρων δ' ἰθὺς κίεν οἶκον. Ex Herodoto, ἰθὺ τῶν Ἴστρου ἔπλεον, rectà ad Istrum nauigarũt. Ex eodẽ, ἰθὺς τῆς ἀρχῆς ἐλᾶς, rectà pergas ad occupandũ regnum. At pro Rectà aduersus. vt Iliad. β, βῆ ῥ' ἰθὺς Διομήδεος, iuit rectà aduersus Diomedem. Sic, βαν δ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι, Il. π. Ibidem, Ὡς ἰθὺς Λυκίων Ραῖβκλεις ἱππικέλευθε Ἕσσυο καὶ Τρώων. Ibidem, — οὐδ' ἄρ' Ἀχαιοὶ Ἀλκῆς ἐξελάθοντο, μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν. Vbi Eustath. annotat, ex hoc loco cognosci non esse intelligendum ἔβησαν ἰθὺ λελιημένοι τῶν Δαναῶν, in hemistichio quod allatum modò fuit: sed ἔβησαν ἰθὺς τῶν Δαναῶν id est αὐτικρύ: λελιημένοι, id est ὀλιγυμοῦντες μάχης. vel αὐτῷ δὴ τῷ βίᾳ ἰθὺς Δαναῶν. Quibus adiungit, ἰθὺς βεβῶσι πνεῦν, & μένος ἰθὺς φέρειν, esse contraria παρὶ ἐπιχωρεῖν, & παρὶ ἀναχωρεῖν. Interdum verò ἰθὺ sine ἰθὺς absque casu. vt ἰθὺς μαχέσασθαι apud Homerum, vnde est ἰθυμαχία. Item ἰθὺς φέρειν ὅπλα, quod exponitur αὐθιστάναι τοῖς πολεμίοις τὰ ὅπλα. Item ἰθὺς πεπτάφθαι, quod apud Homerum dicitur πρὸς τὸ καπυθὺ μαχόμενοι. Ab Hesychio exponitur ἐπ' ἀθείας ὁρμῆς. Eidem poetæ in

vsu est ἰθὺς φρονεῖν: quod exponitur προθυμεῖσθαι καὶ εἰς τὸ αὐτικρὺ καὶ πρὸς ἀθὺ καὶ πρόσπω θρασύνεσθαι.

SVPERL. Ἰθύτατος, Rectissimè. (vt à nomine ἰθὺς est ἰθύτατος) Hom. Il. σ, Τῷ δόμεν ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύτατα εἴπῃ.

Inuenitur & ADVERB. Ἰθέως expositum ὀρθῶς ab Hesychio & Suidaid est Rectè. Apud Herodotum autem pro ἀθέως, Confestim, Statim.

Ἰθύω. (vt ab ἀθὺς fit ἀθύω) Dirigo, Rego. (ea propriè significat qua dicitur regere nauim. Quem vsum habet interdum & verbum Dirigo. vt apud Nasonem, initio Fastorum, — & timidæ dirige nauis iter. Apud Lucanũ, Dirigit huc puppim. Habet alioqui & alteram regendi significationem interdum) Homerus Iliad. ψ, Νῆα θοὴν ἰθύει ἐρεχθομένην ἀέμοισι. Sic Odyss. λ, — πλὴν δ' αὔεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνον. Cui simile est Od. ξ, — τοὶ δ' αὔεμός τε κυβερνῆτά τ' ἴθυνον. Itidem de nauigio vsus est Theocritus, Ecclesiast. lib. 4, allegoricè loquẽs, Εὐδόξιος δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέχει τὰς οἰάκας, οὐκ ἰθύων ἀλλὰ βαστάζων τὸ σκάφος. Quemadmodum autem vsurpat de naui verbum ἰθύειν Homerus, sic etiam de curru, atque adeo de mulis qui ipsum trahunt: Iliad. ω, — ἅς κ' ἴθυνε Ἡμίονος καὶ ἄμαξαν ἐὺ τροχόν. Apud eundem, ὅθι σάθμην ἰθύειν, quod vide in comp. Ἐξιθύω. Præterea βέλος ἰθύειν apud eum legimus: qua etiã in re cõuenit verbũ Dirigere cum isto ἰθύειν. nam & illud hunc vsum habet. Vtitúrque hac in signif. & passiua voce pro actiua. vt initio libri ζ Iliad. Ἀλλήλων ἰδυομένων χαλκήρεα δοῦρα. pro ἰδυόντων κατ' ἀλλήλων, seu ἐπ' ἀλλήλους. id est ἐπ' ἀθείας βαλόντων, vt in mei exemplaris vetusti margine annotatum est. Sed apud eundem dicitur deus aliquis vel dea quæpiam ἰθύειν telum eius qui ipsum iacit. vt Iliad. ρ. Τῶν ἀμφὶ δὲ παῖπαν βέλε' ἄπλετον ὅς τις ἀφείη, Ἠ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἴθυνε· Ἠμὲν δ' αὖτως πάσιν ἐτώσια πίπτε ἔραζε. At cum duplici accusatiuo apud eundem, in eadem re significanda, Iliad. ε, Ὡς φάσθαι πρόσθεν κε βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη Ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν. Sed ante posteriorem accusatiuum subaudiri præpositionem manifestum est. In meo vet. exemplari huius poematis Homerici, scholium hoc verbis illis superpositum est, (sunt enim ibi scholia superlinearia, vt ita loquar) τὸ δὲ βέλος ἐφορμηθεῖσαν ἐποίησεν ἡ Ἀθηνᾶ ὅτι πλὴν μύπν, πλησίον τῶν ὀφθαλμοῦ. Pass. Ἰθύομαι itidem pro Dirigor, Regor. Sed Hesiodus actiuam significationem ei dedit in hoc versu, Δίφρου ἐπεμβεβαώς, ἰθύετο καμπύλον ἅρμα. vt ἰθύειν ἄμαξαν in Homeri loco quem protuli. Sic autem & Homerus verbo ἰθύεσθαι actiuam signif. alicubi dedit. Sed actiuæ voci ἰθύειν Hesych. neutralem etiam significationem tribuit, quum exponit εἰς ὀρθὸν ὥρμησεν.

Ἰθύειν μύθους, apud Hesiodum existimo posse reddi Ad rectam æquitatis normam dirigere, in Ergois. Τοῦτο φυλασσόμενοι βασιλῆες ἰθύεσι μύθους Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ὅτι πάγχυ λάθεσθε. Apud eundem initio illius operis habemus idem verbum in eadem significatione, sed cum datiuo δίκῃ: in isto hemistichio, — δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας.

Ἰθύειν interdum est Corrigere, in significatione metaphorica, qua dicimur aliquem qui peccat corrigere. Quam metaphoram damus itidem verbo nostro Redresser: veluti quum dicimus, S'il fait du mauuais, on le redressera bien. Vel, S'il ne se gouuerne sagement, on le redressera bien. Hesiodus initio suorum Ergων, de Ioue, Ῥεῖα δὲ τ' ἰθύει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει, Facilè corrigit tortuosum. Quidam tamen interpretantur, In rectam viam adducit: sed alteram interpretationem huic præfero. Sic etiam Tzetzes, τὸν ὁδῶν (inquit) ἰθύειν τὸν Δία, πάλιν εἰς τὸ ἁπλοῦν ἐπανάγοντα ἦθος, δεῖ τὸ κολάζειν αὐτὸν ὅτι τῇ πανουργίᾳ. Conuenitque optimè hæc expositio cum ea significatione quam habet ἰθύειν apud Herodotum pro Mulctare. Sic & pass. ἰθύεσθαι apud eundem: vt ἰθύνεσθαι θανάτῳ, mulctari morte.

Ἰθύειν interdum eandem significationem habet quam ἰθύειν. inuenitur enim loco huius scriptum, vt dicetur in Ἰθύειν. Inde est VERBALE Ἴθυνσις, εως, ἡ, Directio. At in v. lex. Ἰθύνσις, ET Ἰθύνη, Directio. ἰθυνσείνη, ἴξις, Ad amussim directio. Sed nullus autor nominatur.

ITEM Ἰθυντὴς, οῦ, ὁ, Director, Rector. Vtitur autem hoc composito Hesych. in expositione compositi Διίθυντης. Dicitur ETIAM Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, eadem significatione. Cuius FOEMININ. Ἰθυντῖρα, ας, ἡ, Rectrix. Sed ἰθυντὴρ est etiam Dux viæ. nec de gubernatore solùm, sed de gubernaculo quoque dicitur. Interdum & de fræno, quia videlicet eo ἰθύομεν equum, vt gubernaculo nauim. (vnde apud Homerum Od. ε, Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἴθυνεν τανυήκεϊ πῆχυ Ἥμενος. vbi est ἰθύνεν pro actiuo ἴθυνε) Sic etiam vocatur quicquid est ἰθύον, καταυθίζον, καὶ ἰσόπεδα ποιοῦν, inquit Hesych. (Inuenitur verò & NOMEN Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, itidem pro rectore & moderatore) At VERBALE Ἰθυντήριον, ου, τὸ, signif. Sceptrum è lauro quod vates gestabant, vt scribit Hesych.

COMP. Διίθυω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Itidémque pass. Διίθυόμαι, Dirigor, Regor. Nam διίθυόμενοι Hesych. exponit διοικούμενοι & κυβερνώμενοι. Est autem à διίθυω & VERBALE Διίθυντὴς, οῦ, ὁ, Rector, Gubernator. διοικητὴς, ἰθυντὴς, Hesych.

COMP. Ἐξιθύω, pro simplici ἰθύω, Dirigo, apud Apoll. Rhodium. Vsus est ante illum Homerus, Il. ο, de amussi, Ἀλλ' ὥς τε σάθμη δόρυ νηΐον ἐξιθύσει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Alibi autem dicit ipsum fabrum ἰθύειν ὅτι σάθμην: Odyss. ρ, — ὅν ποτε τέκτων Ξέσσεν ὀπηδαμένως, καὶ ὅτι σάθμην ἴθυνε. Sic & lib. ε, eiusdem poematis.

COMP. Κατιθύω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Quinetiam pro Modulor v.l. afferũt ex Anthol. Epigramm.

Ἰθύω, (verbum poet.) Rectà feror, seu Rectà tendo, Rectà pergo. Item Impetu feror, Prorumpo. Homerus Il. μ, Ἴθυσαν δ' ὅτι τεῖχος ἀολλέες. Apud eundẽ Il. η, Ἴθυσαν δὲ πολὺ θρεσκεπέρω. Eiusdem poematis libro ο, Ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρῴροιο Ἀντίας αἴξας. Vbi Eustath. exponit ὥρμησε κυβερνήτης, item κατ' ἀθὺ ὥρμησε. Idem ait posse etiam intelligi, νηὸς αὐτὸς αἴξας. Idem poeta hoc verbum vsurpat de leone, eiusdem operis libro ρ, — ὁ δὲ κρείων ἐρέπτεται Ἴθυεν ἀλλ' οὔτι φεύγει. Cum impetu fertur in septa, aut etiam impetum facit. Sed videndum est ánnon reddi etiam possit Grassatur. (Neque hoc silentio prætereundum est, legi etiam ἰθύει in hoc loco: atque adeò ab Eustathio hanc lectionem agnosci: scribente, τὸ δὲ ἰθύειν, ἐμοῦ μὴ οὖσα λέξις, πλαχοῦ ἰθύειν λέγει δίχα τοῦ ν. Dixerat tamen antea, quum verba textus recitaret, ὁ δὲ κρείων ἐρέπτεται ἰθύει, ἢ μάλιστα ἰθύει. Atque adeo libro λ, eiusdem poematis, vbi vtitur eadem comparatione, hic scholiastes agnoscit ἰθύει, nullam alterius lectionis mentionem faciens. Quinetiam in meo veteri exemplari vtrobique ἰθύει legitur) Dicitur & μάχῃ ἰθύειν ab hoc poeta, initio libri ζ, eiusdem poematis, Πολλὰ δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχῃ πεδίοιο, Ἀλλήλων ἰδυομένων χαλκήρεα δοῦρα. Vbi fortasse conuenire possit idem illud verbum Grassari: præsertim siquis carmine reddens μάχην interpretetur Martem. Aptè enim dici queat Mars grassari ea in significatione. In v.l. ἴθυσε μάχῃ redditur Rectà ferebatur: sed hoc ineptè dici videtur de pugna. Quidam interpr. Progressum est prælium. Ego malim, Cum impetu commissum fuit prælium, vel Prælii impetus inualuit. Cæterùm quanuis verbum Ἰθύω verbo Ἰθαίω postponam, non ignoro Eustathium velle Ἰθύω prius esse: vt δύω prius est quàm δύιω, & χύω quàm χυίω: item πλύω quàm πλυίω: sed quoniam ἰθαίω ab ἰθὺς tale est quale ἀθυίω ab ἀθὺς, & in eo analogiam sequitur, præponendum esse putaui.

Ἰθύω iungitur etiam infinitiuo, vt ὁρμῶ: cuius alioqui significationem & in locis præcedentibus habet. Est autem ἴθυω πιεῖν τόπ, Impetus me capit hoc faciendi: vel Impetum capio hoc faciendi. Et q.d. Impetu feror ad hoc faciẽdum, aut etiam Toto animi impetu feror. Interdum tamẽ potest & simplicius reddi Animatus sum ad hoc faciendum, Animus est hoc facere, In animo habeo hoc facere. Redditur & Gestio: vt in isto Homeri loco, Odyss. χ, de Tantalo, Τῶν ὁπότ' ἰθύσῃ ὁ γέρων ὅτι χερσὶ μαήσασθαι, Ταῦ δ' αὔεμος ῥίπασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,

Quum prehendere gestiret poma, Quum manibus appeteret poma, vt Budæus vertit. Idem alioqui in isto Herodoti loco, ὅπεν ἰθύσῃε σραπύεσθαι, (ne miteris autē Herodotum hoc verbo vti quod poeticum esse dixi. habet enim multa hic scriptor vel potius huius scriptoris dialectus cū poetis cōmunia) reddit, Quum impetū caperet. Rursum apud Homerū, Od. χ, Ἰθυσέν ῥ' ὀλολύξαι, ἐπεὶ μέγα εἴσιδεν ἔργον. Vbi existimo reddi posse, Incitata fuit ad vlulandum: Aut, Prorumpere voluit ad vlulatum. Non enim satis significanter redderetur, Voluit vlulare. Neq; etiā probarim, In animo habuit vlulare: vel Parata fuit vlulare. Sed tolerabiles tamen hæ interpretationes sunt præ illis quibus redditur Cœpit vlulare: itē Prorupit vlulādo. Hæ enim interpretationes planè discedunt à mente poetæ. nam eas sequendo, factum id esset quod poeta factum esse negat, ac ne fieret ipse Vlyssem obstitisse scribit: addens, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένω περ. Vbi obserua participium ἱεμένω de re eadem dici: sic tamen vt verbo ἰθύειν aliquid maius exprimi putandum sit. Inuenitur autem hoc verbum & cum accusatiuo pro Desiderio alicuius rei feror, seu agor, Incendor desiderio. Apollon. Argon. lib. 2, — νεῦσε δ' ὅ γ' αὐτῇ Δωτέμβραι ὅ κεν ἥσι μετὰ φρεσὶν ἰθύσῃε. Neque enim placet quæ vulgo affertur interpretatio, Quicquid animo destinaret.

PASS. Ἰθύομαι ab Eustathio affertur ex Herodoto, ἰθύοντο σραπύεσθαι (eadem forma eadémque significatione qua habuisti suprà ex eodem ἰθύσῃε σραπύεσθαι) exponitúrque ὥρμων.

HINC EST Ἰθύς, ἰθύος, ἡ, Impetus eius qui rectā fertur ad aliquid, seu prorumpit. Hom. Od. ο, — αὐτὰρ ἑταίροις Τρεῖς ἄγον, οἷσι μάλισα πεποίθεα πᾶσαν ἐπ' ἰθύν. vbi Eustath. exp. πᾶσαν ὁρμὴν σραξέως. quod possimus interprerari Quenuis conatum. Ipsi certè loco Homeri non malè conuenire hæc interpretatio videtur. Posset etiam fortassis reddi Quoduis inceptum: sed maior vis inest alteri verbo, ideóque melius vim Græci vocabuli exprimit. Est etiam Impetus animi: ἡ κατ' ψυχὴν ὁρμή, vt ab eodem scholiaste exponitur in hoc versu Od. ω, v. 304, Ἀλλ' οἷος σύ τ' ἐγώ τε γυναικῶν γνώομεν ἰθύν. Crediderim autem hunc ipsum locum esse in quo ἰθύν Hesych. exponendum putauerit φρόνημα, θυμὸν, ὁρμὴν, βούλημα, διάνοιαν. Sed ex his omnibus vnum tātùm deligo quod cōuenire videatur: videlicet διάνοιαν. Cæterùm quòd nomen hoc ἰθὺς tanquam verbale subiunxi verbo Ἰθύω, id Eustathii etiam autoritate comprobatur: quippe qui hoc nomen ab illo verbo deriuet.

Nomen Ἴλος, quod proximè sequitur, à verbo Ἴλλω deducendum alicui videri possit. Quum autem vnum ab altero deriuatum esse persuasum haberem, sed vtrum ab vtro, ignorarem: mei veteris lexici autoritatem sequutus sum, in quo Ἴλλω dicitur ortum ex Ἴλος, quo significatur ὀφθαλμός.

Ι Λ Λ Ο Σ, ου, ὁ, Oculus. Pollux Ionicum esse tradit, scribens, lib. 2, οἱ δὲ καὶ ἴλλοις τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν. sed Eustath. hac de re tacet, quum differentiam huius ἴλλος ab ἰλλὸς annotat. Cæterùm quum ex verbis hinc deriuatis nonnulla sint quæ ab vtro deriuari debeant, dubium esse possit, antequam ad verba illa hinc deriuata veniam, etiam de altero illo nomine dicam. Vt igitur Ἴλλος dicitur esse ὀφθαλμός, id est Oculus: sic alterum ILLVD Ἰλλὸς traditur significare eum cui distorti & strabi seu strabones sunt oculi: id est strabonem, vno verbo. Eustath. καὶ ἴλλος μὲν, ὁ ὀφθαλμός· ἰλλὸς δὲ, ὁ σραβός. Idem in Iliad. 1, loquens de vocabulo Χωλὸς, tradit σαφὲς τὸ φύσει κῶλον dici Κωλὸς & Χωλὸς, quo significetur ὁ τὸ πεσὸν κῶλον πεπονθώς: sicut σαφὲς τὸν δοῦ ἔχοντα ἴλλον vocatur ἰλλὸς oxytonè ὁ τὸν ἴλλον διάσρεφος. Itidémque in hunc locum Iliad. 1, Δενδίλλων ἑς ἕκασον, annotat δενδίλλειν esse Ionicum, & esse δινεῖν ἴλλοις ὧδε καὶ ἐκεῖ. Addit q; ἐξ ὧν (videlicet ἴλλων) sunt ἰλλοὶ apud comicum οἱ σραβοί. Idem tamen alibi à se suo more dissentiens, à verbo ἴλλω deductum esse ait hoc ἰλλὸς, quo significatur σραβός. Cæterùm habet hoc Ἰλλὸς & COMPOS. Ἔπιλλος, quo significatur ὁ σαφὲς σραβός, vt idem scribit. Est autem obiter notādum & hoc COMPOS. Παρασραβός, quod minus esse videtur quàm σραβός. Apud Hesychium legitur etiam FOEMIN. Ἰλλὶς, expositum σρεβλὴ, & διεσραμμένη.

Ἴλλω quanuis simpliciorem (vt ita dicam) formam habeat quàm quæ sequūtur, id est, minus ab Ἴλλος immutatam, & illorum σαφοσόπτιον esse videri possit: quoniā tamen huius significatione, sicut illorum, vox illa Ἴλλος non includitur, (quanuis quædam eius composita inclusam habeant) illa huic præponenda esse censui.

Ἰλλώπιω, & COMPOS. Ἐνιλλώπιω, Strabis oculis seu cōtortis intueor. Illud quidē certè ab Eustathio, ex quorundam autoritate, redditur σραβίζω. (Sonat autem VERB. Σραβίζω, Sum strabis oculis seu distortis, Sū strabo, Oculis distortis intueor. Atq; hoc ipso verbo σραβίζω Etymol. exp. verbum σιλαίνω, vt postea docebo) Apud quem tamen Ælius Dionysius exponit, ὑγροῖς καὶ δακρύουσι καὶ κατακυκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπω. Itidémque Hesych. ἐνιλώπτειν esse ait κατακεκλασμένῳ ὄμματι ἐμβλέπειν. Sed addit etiam κατμωκᾶσθαι: itidem participium ἐνιλώπας exponens κατμωκησάμενος. Itidémque COMP. Καπιλώπιειν ibi à Pausania exponitur καταμυκτηρίζειν: vt simplex Ἰλλώπιειν & Ἐπιλλοῶ, μυκτηρίζειν. Apud Suid. verò LEGITVR Ἐνιλωπῶ, ET Ἐνιλώπω: (pro quo reponendum puto illud Ἐνιλώπιω, quod ex aliis attuli) quæ exponit, τοὺς ὀφθαλμοὺς συστρέφω. id est, Oculos contorqueo, seu distorqueo. At v. l. interpretantur, Contortè & strabonis more intueor.

Ἰλλαπέω, ῶ, apud schol. Aristophanis. (vt ἐνιλαπῶ attuli ex Suida) ITEM Ἰλλαπίζω apud eundē legitur, sed potius pro eo quod Latini Nictare vocant. At v. l. exp. etiā Conniuere & Hallucinari, ex Poll. qui tamen exponit σαφὲς βλέπειν: de cuius verbi significatione suo loco dictum fuit. Cæterùm apud eum legitur Ἰλλώπειν non Ἰλλωπεῖν: at ego hoc reponendum in illius locum existimo. Atque vt Ἰλλωπεῖν pro Ἰλλώπειν, sic etiam COMPOS. Καπιλωπεῖν pro Καπιλώπειν reponendum apud eum censeo. quod ille exponit καταβλέπειν ὅτι χλευασμῷ. id est, (vt eadem lex. interpretātur) Deiectis oculis irridere. Sed malit quis fortasse, Deiectis oculis intuendo irridere. (Significat certè COMP. Καταβλέπειν, Deorsum aspicere, & defixis in terram oculis. αἰαβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανόν, καταβλέπειν δὲ εἰς πλὴν γῆν, vt inquit idem Pollux. Et ita respondebit τὸ καταβλέπειν verbo Despicere, sicut αἰαβλέπειν verbo Suspicere. Quæ obiter de verbo καταβλέπειν hîc dixi, oblata occasione, quòd inter alia ex βλέπω composita collocatum non fuerit) Apud Hesychium legimus Καπιλοπῶ expositum καθορῶ. quod καθ ῥῶ in propria significatione, si præpositionis ratio habeatur, cum καταβλέπω cōuenit. Sed vel Καπιλωπῶ itidem, vel Καπιλώπτω reponēdum apud eum fuerit. Cæterùm & COMP. Ἐνιλαπῶ habuisti paulo antè ex Suida: sed eum verisimile est, vt compositum, ita & ipsum simplex verbum aliter quàm scholiastem Aristophanis exposuisse.

Ἰλλαίνω, est etiam Oculos contorqueo, seu distorqueo. διαστρέφω τοὺς ὀφθαλμούς, vt Gal. apud Hippocratē exp. At Pollux scribit ὀφθαλμὸν ab Hippocrate ἰλλαίνειν dici τὸν διεστραμμένον, quam expositionem sequendo esset neutrum hoc verbum ἰλλαίνειν. Ex eodē Hippocr. in lib. 3, De morbis, affertur PASS. Ἰλλαίνεσθαι: vbi scribit, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται. Legitur etiam COMP. Καπιλαίνω in v. l. cui datur eadē illa significatio quæ verbo καπιλωπῶ data modò fuit: videlicet Deiectis oculis irrideo. Conuenit autem cum expositione quam habet apud Hesych. καπιλαίη. ait enim

enim esse καταμυκτήρισιν. quo verbo exponi etiam καπιλώπιειν à Pausania lexicographo, dictum paulo antè fuit.

AT VERO Σιλαίνω, vt eiusdem formæ, ita eiusdē deriuationis est: (ac, si Etymologo credimus, eandem etiam cum ἰλλωπῶ significationem habet. exponit enim σραβίζω, id est Sum strabo, Oculos distortos habeo, seu Oculis distortis intueor) sed quum Ἰλλαίνω fiat ex solo nomine Ἴλλος significante oculum, videtur Pollux existimasse Σιλαίνω fieri ex σείω & nomine ἴλλος. Postquā enim scripsit, οἱ δὲ καὶ ἴλλοις τοῖς ὀφθαλμοῖς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν. σιλαίνειν δὲ, τὸ ὅτι χλευασμῷ σείειν τοῖς ὀφθαλμοῖς. vnde, inquit, τὸ χλευαστικὸν ποίημα σίλλος. Quam Pollucis expositionem sequentes quidam interpretātur σιλαίνω, Irridendo seu per ludibrium oculos agito, seu motito. Cæterùm quod Pollux scribit σιλαίνειν esse σείειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, facit vt minus dubitem reponere ἴλλοις (id est ὀφθαλμοῖς) apud Suidam: vbi scribit σιλαίνω esse τὸ τοῖς ἵππους κινῶ. At Hesychius σιλαίνειν & σιλλοῶ exponens διασύρειν & μωκᾶσθαι, ait dici ἀπὸ τῶν τοῖς ἴλλοις σείεσθαι, id est τοῖς ὀφθαλμοῖς. Et paulo antè apud eundem, σιλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει. Hoc certè constat, generaliter accipi σιλαίνω pro Dicteriis irrideo, Dicteriis & conuitiis aliquē proscindo, Dicteria & conuitia in aliquē iacio, Dicaciter alicui illudo, seu falsé. Diog. Laert. de Timone Phliasio, qui illud poematis genus scripsit, ἐν οἷς [id est, in quibus σίλλων libris] ὡς αὐσκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίαις εἴδεσι. Eustathius de Homero, ἐν οἷς αὐτός τε τὸν Θερσίτην σιλαίνει καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. Ex Luciano affertur verbum hoc σιλαίνειν copulatum cum ὀπτηλᾶν. Apud eundem extat & COMPOS. Διασιλαίνω, quod eandem illam irridendi significationem habet: in fine Lexiphanis, καὶ τὸ διασιλαίνειν τὰ σφῷ ἄλλων. Vt porro Σιλαίνω, ac Διασιλαίνω, ita ETIAM Σιλόω, ῶ, ET Διασιλόω, ῶ, dici sciendum est. atque adeo idem Pollux alio in loco cum Κωμῳδεῖν, Διακωμῳδεῖν, Διασύρειν, Διασκώπτειν, Χλευάζειν, quibus nonnullis huiusmodi ponit hæc tria, Σιλαίνειν, Σιλοῶ & Διασιλοῶ. Sed ποιητικώτερον esse tradit Σιλαίνειν: addens, καὶ Σιλοῶ, Διασιλοῶ. Apud Hesychium legimus σιλοῖ expositum μωκᾶται, & ψέγει, necnon κακολογεῖ. Etymum autem illud quod modò ex eo attuli, commune, vt opinor, esse voluit huic verbo σιλῶ cum illo σιλαίνω. Nam præterquam quòd rationi consentaneum est vt eandem vtriusque deriuationem esse dicamus, ita scriptum est apud eum, σιλαίνειν, σιλοῶ, τὸ διασύρειν, &c. Si enim σιλαίνειν per hoc σιλοῶ exponere voluisset, dixisset σιλαίνειν, τὸ σιλοῶ. Fortasse autem scripserat σιλαίνειν καὶ σιλοῶ. Suidas habet Σιλαίνει, vnico λ scriptum, & exponit μωκᾶται, item διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει. Sed non dubito quin librarii incuria alterum λ eo in verbo prætermissum fuerit. Verùm dicam de hac scriptura & infrà, vbi agam de nomine Σιλλωός. (De σιλαίνω autē exposito τοῖς ἵπποις κινῶ, dixi suprà) Affert alioqui & Ælius Dionysius apud Eustathium VERBVM Σιλοῶ scriptum vnico λ: quod exponit τοῖς ὀφθαλμοῖς ἠρέμα σαφὲς φέρειν ἐν τῷ διαφωλίζειν καὶ διασύρειν. Vbi forsitan aliquis reponendum existimet σιλοῶ cum μ. verùm sciendum est proximè præcedere apud Eustathium NOMEN Σιλλωοί, quod itidem vnico λ ibi scribitur, (licet à σιλαίνω hoc quoque deriuet) sicut & ab aliis scribi consueuit. Sunt autem σιλλωοὶ, vt ille ait, δαίμονές τινες κομψοὶ τὰ εἰς ὀρχησιν καὶ εἰς Διονύσου πλεπτά. Ab Hesychio autem σιλλωοὶ exponitur Satyri: licet apud Platonem tanquam diuersi ponantur. Scimus alioqui passim SCRIBI Σειλωός, & hoc nomine illum bellum Bacchi nutricium seu pædagogum vocari. Itidémque σιλλωοὶ plur. de illis dæmonibus saltatoribus, vt σιλλωοὶ καὶ σάτυροι, apud Platonē. Atque adeo altera etymologia quæ nomini illi tribuitur, postulat vt prima syllaba cum ει scribatur. dicitur enim ita vocatus σαφὲς τὸ σείεσθαι ὀν τῇ λλωῷ. Sed apud Suidam legimus, Σειλλωὸς ὁ Διόνυσος, σαφὲς τὸ σείεσθαι ὀν τῷ λλωῷ. AT VERO Σειλινός, ὁ γέρων, διὰ τὸ ι, σαφὲς τὸ σείεσθαι ἅλις. Extat & tertia illa scriptura apud eundem, Σιλλωός. verùm hoc exponit σαλὸς & φλύαρος: à verbo σιλαίνω, quod est φλυαρῶ. quæ etiam expositio verbi σιλαίνω superioribus addenda est. Verùm, vt ad verbum σιλαίνειν redeam, sciendum est, quum Pollux à σιλαίνω velit esse NOMEN Σίλλος, contrà Eustathium existimare verbum illud ab hoc nomine originem ducere. Qui tamen non habet singul. Σίλλος, sed PLVR. Σιλλοί, cum accentu in posteriore. Σιλλοί, inquit, sunt quoddam genus poesis comicæ: & qui hanc tractabant, σιλλογράφοι vocabantur. Atque ita ludere, appellabatur σιλλαίνειν. Equidem magis analogiam seruare videtur formatio verbi σιλλαίνω à nomine σίλλος seu σίλλοι, quàm contrà formatio nominis σίλλος à verbo σιλλαίνειν: sed vicissim, siue etymum spectes quod à Polluce, siue id quod ab Hesychio affertur, minus verisimiliter nomini tribuetur. At verò etymologici autor huic nomini illud etymum tribuit quod Pollux ipsi verbo ἰλλαίνειν. Postquam enim scripsit σίλλοι de scommatibus dici, (nam apud eum reponendum est ὅτι σκωμμάτων, aut certè ὅτι σκώμματος) perinde acsi diceretur σίλλοι, (quòd VERBO Τίλλειν vsus sit Anacreon pro σκώπτειν) addit significare etiam irriforium poema, σαφὲς τὸ διασείειν τοῖς ἴλλοις, καὶ διασύρειν τῷ σχήματι τῷ ὀφθαλμῶν. Cæterùm quum prius numerum pluralem σίλλοι afferat, postea singulari σίλλος vtitur: scribens, ὁ δὲ σίλλος λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς πεφεισμένως αἰθρώπων ἐχθ. μέλος δ' ὅτι. Habet & Suidas σίλλος singul. num. à quo exponitur μῶμος, & μῶμος, & κακολογία, & χλευασμός. Quod autem ad deductionem attinet, magis mihi quoque placet, verbum illud ab hoc nomine deriuari, quamcunque originem habeat. quæ enim affertur, in dubium vocari posse videtur. Interim inter has diuersas de deriuatione illa opiniones hoc saltem constat, à nomine Σίλλοι esse factum illud COMP. Σιλλογράφος, Sillorum scriptor: id est, carminum dicaciū seu mordacium, & dicteriis ac conuitiis atque adeo maledicentia refertorum. A quo erit NOMEN Σιλλογραφία, Sillorum scriptio. Fuit autem inter σιλλογράφους celeberrimus Timon Phliasius, philosophus scepticus seu Pyrrhonius. cuius poema vocabatur σίλλοι, vt apud Athenæum, Eusebium, Diogenem Laertium, videre est. ex quibus hic σίλλων tres libros commemorat, in quibus, vtpote scepticus, omnes dogmaticos philosophos λοιδορεῖ καὶ σιλαίνει, idque per parodiam.

Nunc de VERBO Δενδίλλω agere non incommodum esse videtur, & interiecta de verbo σιλαίνειν disquisitione, aliam de verbo δενδίλλειν interiicere: quoniam vt σιλαίνειν deduxerunt quidam ἀπὸ τοῦ σείειν τοῖς ἴλλοις, ita δενδίλλειν nonnulli deriuatum dixerunt ἀπὸ τοῦ δινεῖν τοῖς ἴλλοις. Pollux exponit τὸ ὀφθαλμὸ σαφὲς βάλλειν. (ita enim apud eum legendum est, non τῷ ὀφθαλμῷ, vt habent typographicæ editiones. estque commissus idem error & in vulg. lex. cis, in verbo Παραβάλλω) Est autem τὸ ὀφθαλμὸ σαφὲς βάλλειν, (quod ex Aristophane puto sumpsisse Pollucem, sed mutantem τῷ ὀφθαλμῷ in τὸ ὀφθαλμὸ, & vocem passiuam in actiuam: quum legatur apud eum, καὶ τὸ ὀφθαλμὸ σαφὲς βάλλει, per ει Atticè pro σαφὲς βάλλῃ) Limis oculis torquique aspicere, Oculos intorquere, vt Bud. vertit. Quidam verò interpretātur etiam Conniuere oculis. quam interpretationem non ita facilè admittere possim. Sed vtrancunque demus illis verbis, nō videtur apta fore verbo δενδίλλειν, quod per illa exponitur: quum δενδίλλειν sit apud Homerum Circumspectare, & oculos huc illuc vertere: σαφὲς βλέπεσθαι καὶ δινεῖν τοῖς ἴλλοις (id est τοῖς ὀφθαλμοῖς) ὧδε καὶ ἐκεῖ. vt inquit Eustathius in hunc locum Homeri, Iliados 1, Τοῖσι δὲ πόλλ' ἐπέτελλε γεραιὸς ἱππότα Νέσσωρ, Δενδίλλων ἑς ἕκασον, Oculos in vnumquemque vertens, seu flectens, per vices videlicet. At breuium scholiorum autor vult esse vel τοῖς ὄμμασι δινεῖν, vel σαφὲς βλέπων. Additque, ἀπὸ τοῦ δινεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς. quod δινεῖν mihi suspectum est. Sequendo autem illam priorem expositionem, tale esset quale Nictare Latinis. At ex Apollonio affert Cam. δενδίλλειν pro Conniuere, vt sagittarii solent quò certius colliment: Arg. lib. 3, ὀξέα δενδίλλων,

Ἰλλόω, ῶ, de re eadem dictum fuisse videtur de qua præ- A
cedentia, ἰλλώπω (cum suis compositis) & ἰλλωπῶ, nec-
nō ἰλλάνω. Inuenitur enim nomē verbale apud POLL.
Ἀνίλλωμα: & verbum comp. apud EVST. Ἐπιλλωῶ. Ex-
ponit autem ἀνίλλωμα Poll. ἀνάβλεμμα: quo videtur vo
luisse significare intuitum eius qui oculos cælum ver-
sus attollit: quum ipsemet aliquanto antè dixisset καπι
λώπειν (pro quo legendum puto καπιλωπᾶειν) esse κατα-
βλέπειν ὀπὶ χθυασμῷ. Et paucis verbis interiectis, ἢ ἀνα-
βλέπειν μὴ εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὸν γῆν. Fue-
rit igitur ἀνίλλωμα tāquam ab Ἀνιλλόω, ῶ. At verò com B
positum illud Ἐπιλλωῶ dubitari possit an ab ἰλλὸς de-
duci debeat, (si tamen ab ἴλλος discedendum sit) an po-
tius ab Ἔπιλλος, quod Eustath. παράφραβον significare
tradit. illud autem ὀπιλλωῶ exp. μυκτηρίζειν.

Ἴλλω quoque, quum composita habeat ad eandem signi-
ficationem pertinentia quam in præcedentibus verbis
vidimus, atque adeo ipsum sonet interdum Oculis
cōniuere, (vt quidē Cam. tradit, vbi compositū ὑπίλλειν
exponit, nullo tamen testimonio eam exposit. confir-
mans) eōdem meritò referetur: licet alioqui ei insit a- C
lia significatio minimè huc pertinens, de qua dicen-
dum postea erit. Sciendū est igitur extare apud Eusta-
thium COMPOS. Ἐνίλλω, quod exponit, ὀφθαλμοῖς
καταμωκῶμαι. id est, oculis irrideo. Hanc autem signi-
ficationem cum multis præcedentibus communem ha
bere videmus. Ab eodem COMPOS. Ἐπιλίζω,
(quo vtitur Homerus, Odyss. σ, in principio, Οὐκ ἄρ ἔις ὅτι
δή μοι ὀπιλίζεσιν ἄπαντες) exponitur ὀφθαλμοῖς ἐνεύω, id
est Oculis innuo. Sic autem & breuium scholiorum au
tor ὀπιλλίζουσιν in illo Homeri loco exponit τοῖς ὄμμασι D
διαιβύουσι. at Hesychius simpliciter διαιβύουσιν: item
ἐγκελεύοντες. quod posterius verbum ei loco minimè
conuenire potest: quum ipsemet poeta addat proxi-
mè sequente versu, Ἐλκέσθαι δὲ κέλοντες. Camerarius pu
tat exponi posse Nutu instigant, aut etiam Sibilis insti
gant. Sed posterior hæc interpretatio etymologiæ hu
ius verbi minimè quadraret. Cæterùm apud eundem
lexicographum (Hesychium dico) legitur participium
ὀπιλλίζουσα expositum καταμωκησάμη. (vt paulo antè ἐνίλ
λω exponebatur ὀφθαλμοῖς καταμωκῶμαι) Est autem il- E
lud ipsum participium, id est ex eodē loco sumptum,
vnde & illud quod Suidas exponit ἐπεγελῶσα, & ὀπι-
μύουσα τοῖς ὀφθαλμοῖς. Additque, id proprium esse noctua
rum, quòd interdiu non cernant. Sed mendosè apud
eum legitur ὀπιλύζουσα per υ in tertia syllaba: quum ta
men paulo antè habeatur ibi recta scriptura, vbi ὀπιλ-
λίζω exponit διαιβύω. Esse autem ab ἴλλω verbum istud
testatur etiam Eustathius. Idem tamen alibi, exponens
verbum δενδίλλειν, & dicens esse δινεῖν ἴλλοις: addit, ἐξ ὧν
ἰλλοί, οἱ σραβοί. ἀφ' ὧν τὸ ἰλλίζειν καὶ τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ ὀπιλλίζειν. F
At ego, si ὀπιλλίζω non aliam haberet quàm eam quæ
ex Homero allata fuit significationem, nimirum πρὸς
διαιβύειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, non video cur ab ἰλλὸς potius
quàm ab ἴλλω deduci hoc verbum deberet. Ideóque
non dubito quin Eustathius hoc scribens, ad illam πρὸς
καταμωκᾶσθαι significationem respexerit, quæ tam a-
pud Hesychium quàm Suidam extat: vt nimirum sit
καταμωκᾶσθαι, id est deridere seu subsannare, oculos in-
torquendo, strabonum more: aut (si malis) Oculos in
subsannando intorquere. Camer. interpretatur, Ocu G
los in subsannando vel indignando comprimere, aut
peruertere: afferтque ex Apollonii Arg. lib. 1, Καὶ μιν
ὀπιλλίζων ἠμείβετο κερτομίοισιν. Et libro 3, Ἀλλὰ καὶ ὡς φθι-
μέρη μοι ὀπιλλίζουσιν ὀπίσσω. Sed mihi illud comprimere
minimè placet, vtpote cum deriuatione non conue-
niens. Sciendum est porro Eustathium annotare po-
steros Homeri verbo isto ὀπιλίζειν vsos esse ὀπὶ βασκα-
νίας. quod si verum sit, dicendum erit, meo quidem iu-
dicio, ὀπιλίζειν esse etiam Intueri oculo obliquo, mo-
te eorum qui inuident: & inde accipi pro Inuidere. H
Quum autem dico Obliquo oculo, ad illum Horatii lo
cum respicio, epistolarum lib. 1, Non istic obliquo ocu
lo mea commoda quisquam Limat. Scio alioqui βασκανίαν
& fascinationem posse significare: sed pro inui-

dia potius accepisse illum scholiastem existimo. Hoc
etiam addo: Si tantùm ὀπιλλίζω inueniretur, dici posset
esse ab Ἔπιλλος quod παράφραβον significat: sed quum &
simplex VERB. Ἰλλίζω apud Suidam extet, expositum
διαιβύω, & Eustathius quoque eius mentionem facia
t, rectè ex ἰλλὸς aut certè ἴλλος, ἰλλίζω, ex hoc autem
ὀπιλλίζω factum dicemus. Iam verò & id quod Eustath.
dicit, ἴλλειν esse πρωτότυπον verbi ὀπιλλίζειν, excusari po-
test, & cum illis quæ alibi dicit, conciliari: si intelligamus ex ἰλλὸς fieri ἴλλειν, vnde ἰλλίζειν, & per compositionem ὀπιλλίζειν. Nam & hæc à nomine illo fieri dicen
tur: sed non immediatè, vt ita loquar.

Ἰλλω alioqui significationem ab hac diuersam habet: sic tamen vt ea qua ponitur pro εἰλῶ seu συρέφω, videatur occasionem deducendi ipsum ab ἴλλος præbuisse, quo significatur oculus: aut certè ab ἰλλὸς, quod de strabone dicitur. Verùm huic deductioni melius conuenit generalis verbi εἰλῶ significatio, (vt intelligatur in ea quoque significatione voluendi, qua dicitur aliquis oculos voluere. præsertim quū Aristoteles ἰλλωψίω putarit etiam significare κινουμψίω, vt docebo infrà) quàm illa verbi συρέφω quam ei tribuit Eustathius, pro Conuoluo & velut conglobo in fascem: vt apparet ex iis quæ subiungit. Postquam enim dixit ἴλλω esse συρέφω, addit, Vnde ἰλλὰς apud Iones, ὁ ἀπὸ λύγου δεσμός. item ἰλαδὸν εἰς ἀγορίω. Confirmatur tamen aliquot deriuatis ista verbi συρέφω significatio in ἴλλω. Nam apud Hesychium est SCRIPTVM Ἰλλαῖ, cum λ: quod exp. πλέκεις, & συρροφᾶς, & δεσμεῖς: necnon ἀγέλαι. (quum tamen sciamus alioqui inueniri & vnico λ scriptum ἴλη, ad quod te remitto) Apud eundem legitur Ἰλλάζει: cuius prima PERS. Ἰλλάζω, exponenda fuerit ex eo, δεσμεύω, συγκέφω, ἀγελάζω. Quod autem apud eundem extat PARTICIP. Ἰλούμψος, expositum περιστρεφόμενος, suspectum esse potest. Verùm vt ad Ἴλλειν reuertar, legimus apud Nicandrum in Theriacis, Φεῦγε δ' ἀεὶ σκολιόν τ' οὐκ ἴθεαν ἀστρατὸν ἴλων. vbi huic participio voluendi significationem potius quàm aliam vllam inesse puto. Nec verò nimis nouum videri debet Voluere iter, quū apud Virgil. legamus Reuoluere iter. Qui autem non rectam viam conficit, sed tortuosam & multos anfractus habentem, is quodammodo in orbem sua vestigia voluere videri potest. At scholiastes postquam dixit significari οὐκ εὐθεῖαν ὁδὸν βαδίζε: addit, τὸ δὲ ἴλων σημαίνει καὶ τὸ συχεῖν (ita enim reponendum putatur pro συρχεῖν) καὶ σωτηρεῖν. Sed quum ita scribit, Significat etiam συχεῖν, (si tamen ita scriptum reliquit) non videtur velle indicare significationem istam hoc loco habere. Vt porro ἴλλω est hìc Voluo, (sequēdo ea quæ dixi) sic ἴλλομαι dicere possumus accipi pro Voluor, seu Moueor: sequendo eam Aristotelis expositionem quam dat participio ἰλλωψίω apud Platonem in Timæo: vbi existimauit terram ἰλλωψίω περὶ τὸν πόλον dici πρὸ κινουμψίω. Non ignoro alioqui Proclum, sequendo eam significationem de qua dictum fuit, exponere σφιγγόμψίω, improbantem illam Aristotelis expositionem: & dicere ἴλλομαι esse σφίγγομαι, ac σωέχομαι. Suidas quoque ἰλούμψος esse dicit δεσμευόμψος. quos sequēdo, redditur Ἴλλομαι, Vincior, Constringor, Contineor. Pro Vinciri apud Apollonium Rhodium legitur, Argon. lib. 2, — πῆμι γῆα περὶ συφελοῖσι πάγισιν Ἰλλόμενος χαλκέῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεύς. Itidémque libro 1, δεσμοῖς ἰλλόμψον. (At verò apud eundem lib. 2, de leone, — ὁ δ' ἰλλόμψος περὶ ἑμίλῳ, scholiastes exponit σωειλούμενος, & συρεφόμψος. quæ ad illam alteram verbi Volui significationem potius pertinent) Sic actiuum Ἴλλω, Vincio, Constringo. Item σωέχω, (vt scholiastes Aristophanis exponit) Contineo. Eodémque modo ἴλλεσθαι affertur ex Platone pro Contineri. nam apud eum in Timæo, ἴλλεσθαι πρὸς τείχεσι ὀπὸ τῇ κεφαλῇ ἐρριζωμψίας redditur Pilos actis radicibus in capite firmari & contineri. Sed alia fortasse quærenda interpretatio fuerit. Ab illa porro verbi ἴλλειν significatione qua pro δεσμεύειν ponitur, seu συρέφειν, id est In fascem conuoluere, est illud NOMEN

Ἰλλαὶ, ἀόδος, ἡ, quo significatur vinculum contortum, seu A
contorquendo factum: δεσμὸς συνεσραμμένος. Sed pro-
priè dici existimatur de vinculo quod est ἐκ λύγου.
Hom. Iliad. ν, — ἁς ὅπε βοῦς τὸν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες Ἰλλά
σιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγεσι. Quinetiam Ionicum
esse tradit Eustath.

Ἰλλαὶ est etiam genus κίχλης, id est turdi. quædam e-
nim κίχλαι ἰξοφάγος: quædam, τειχάς: quædam, εἁεὶ ο-
mnium minima, ἰλλαί, & ab aliis τυλαί. Hæc Eustath. ex
Athenæo, Athen. ex Aristot.

Ἴλλω habet & aliū vsum. nam Gal. apud Hippocr. ἴλλειν B
poni tradit pro συκλείειν, postquā ἀπιλλήθη apud eū ex-
posuit συνεκλείσθη. (Sed ibi quædam exemplaria habent
CIRCVNFL. Ἰλλεῖν) Eustathius autem pass. Ἴλλεσθαι
exponit non συκλείεσθαι, sed ἐκκλείεσθαι: quum scribit,
ἔλλοψ dictum esse de pisce διὰ τὸ ἴλλεσθαι, quod est ἐκβάλ-
λεσθαι, ἐκκλείεσθαι, σερεῖσθαι ὀπός. Sic autem apud AT-
TIC. Ἐξούλης δίκη (quod ille hinc deducit) est ὅτε τὶς ἐκ-
κλείεται καὶ ἀπίρχεται ὧν νέμεται, vt idem tradit. Nam
κύμαρος εἶλαρ apud Hom. Od. ε, exponēs, πρὸς ἀσφάλειαν,
ἢ πρὸς τὸ ἀπείρχειν τὸ κῦμα λυόμψον ἐπεῖσι εἰς ἀφρόν: addit, ex C
hoc εἶλαρ καὶ ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸ ῥήματος fieri vocem ἐξούλης.
quum autē dicit καὶ ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸ ῥήματος, nō dubiū est
quin intelligat ἴλλειν, vel potius ἐξίλλειν, quod per com-
positionem ex eo factum est: præsertim quum alibi
scribat, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ἴλλειν γίνεται καὶ τὸ ἐξίλλειν ἀφ' οὗ καὶ
ἡ ἐξούλης δίκη. fateor alioqui eum alibi ab εἰλόμψος dedu
cere hoc ipsum vocabulum ἐξούλης. Nam in Iliad. ν, Διὸς
βουλῆσιν ἐελμψός, exponēs εἰλόμψος, & subiungens signi-
ficari ἐκκλειόμψος τοῦ πολεμεῖν: paucis interiectis adiicit,
hinc deriuari πρὸ ἐξούλης δίκην apud Atticos, κρουσμένων ἐφ' οἷς ἐκκλείεσθαί τις ὧν εἶχε. Cæterùm vt eadem ope- D
ra de hoc deriuato nomine ἐξούλης dicantur cætera
quæ dicenda sunt, sciendum est, Pausaniæ apud eūdem
esse δίκην τῆς ἐξείρξεως. Harpocrationi quoque ἐξούλης
est actio quam intendunt ii qui dicunt se ἐξείργεσθαι τοῦ
ἰδίου, κατὰ τοῦ ἐξειργόντων. id est, Actio quam intendunt ii
qui dicunt se prohiberi suis, (id est, possessione rerum
suarum) aduersus eos qui prohibent. Additque, esse di-
ctum à verbo ἐξίλλειν, (hoc enim reponendum esse pro
ἐξέλλειν, vel ex Suida disci potest) quo significari ἐξείρ-
γειν & ἐξωθεῖν & ἐκβάλλειν. addo autem ἐξειργὰν ex eodem E
lexicographo. Apud Hesychium mendose, ὅπερ ἔλλειν λέ
γεται, τουτέστιν ἐκβάλλειν. quum alioqui apud eundem ha-
beatur suo loco VERBVM Ἐξιλλεῖν, (ita enim legi-
tur ibi, non Ἐξίλλειν) expositum ἀπείργειν, κωλύειν, κτείνειν,
ἐκβάλλειν. Etymologus autem affert & ipse verbum il-
lud ἐξίλλειν tanquam originem vocabuli ἐξούλης. quod
ἐξίλλειν exponit κωλύειν & ἀπελαύνειν, vocabulum anti-
quum esse tradens. Verùm sciendum est, inueniri E-
TIAM Ἐξείλλειν cum ει in secunda syllaba, (At HE-
SYCH. Ἐξειλεῖν habet, exponens ἐκβάλλειν. Licet & al- F
tera scriptura apud eum extet, vt modò dixi, accentus
tantùm sede differens) & exponi Possessione eiicere.
Inuenitur autem apud Demosth. in oratione quæ in-
scripta est παραγραφὴ πρὸς Παυσίππεον, pag. 81, οὐκοῦν ὁ
μὲν νόμος, ἐάν τις ἐξείλλῃ πινὰ τῆς ἐρρασίας, ὑπόδικον ποιεῖ· ἐγὼ
δὲ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐξείλλω τόπον, ἀλλ' ὧν ἄλλος ἀπεσέσει, τούτων
ἐγκρατὴς κατέσησα, καὶ παρέδωκα. Quæ Bud. ita vertit, Ego
verò non solùm ipsum non eieci, sed vnde ab alio eie-
ctus erat, ipsum in possessionem restitui. Ab eodem
ἐξούλης δίκη redditur Interdictum vnde vi, & Iudicium G
de vi. Hæc quoque alibi tradit, Si is qui ad pignora ca-
pienda mittebatur, aut si creditor in bonorum posse-
ssionem missus, ab eo qui condemnatus erat, vi expel-
lebatur, inde iam erat ἐξούλης δίκη contra vim inferen-
tem: cumulabatúrque iudicium priuatum iudicio pu-
blico. Erat enim ἐξούλη quasi vis publicæ iudicium:
non quòd publicum per se crimen esset, sed quòd mul
cta in publicum committebatur. vt fit hodie, quum
ex disceptationibus priuatis enascitur actio procura- H
tori regis: cuius damnatio & mulcta cedit in fiscum.
Inde illud à Demosthene dictum, oratione in Midiam,
τί γὰρ δή ποτε, αὖ τις ὅρκων δίκην, μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησεν τοῦ
ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ πρεσπεμᾶν ἐπέταξε τοῦ δημοσίου; id
est, Quānam enim de causa, siquis debitor est ob rem

iudicatam, & non soluerit, lex iudicium de vi non iam
priuatum esse voluit, sed in eum animadvertendum
esse mulcta iussit in publicum cessura? Et inferius,
sibi respondens, ἀλλὰ τί; ὅτι τὶς βιαζόμψος πρᾶξιν,
κοινὰ ἁμαρτήματα καὶ κατὰ τοῦ ἔχω τὸ πρᾶγμαπερ ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης, quoniam quæcunque quis violenter
facit, communes ex eo iniurias legislator esse censuit;
aduersusque eos perpetratas ad quos res ipsa non per-
tinebat. Idem alibi ad declarationem illius prioris lo-
ci, hæc annotat: Pecuniæ damnato tempus rei iudi-
catæ faciendæ præstituebatur. quo elapso, si iudica-
tum non faciebat, is secundum quem iudicatum fue-
rat, in possessionem bonorum damnati mittebatur.
Qui si inde vi expelleretur, iudicium iam non priua-
tum sed publicum esse incipiebat. hoc est ἐξούλης δίκη,
quæ actio erat pœnalis. Huc autem pertinent ista Har-
pocrationis, δικάζονται δὲ ἐξούλης κατὰ τοῖς ὀπιπμίοις οἱ
μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ πρεσπεσμίᾳ, ὑπὸ φιμέ-
ρων γινομψῶν τοῦ καταδικασθέντων. εἰ μὴ τοῦ ἐξούλης ἀλόν-
τες, καὶ τοῦ ἑλόντος ἐδίδοσαν ἃ ἀφιρουῦτο αὐτοῖς, καὶ τοῦ δημο-
σίου καταθεσαν τὰ τιμηθέντα. Iū igitur interdū hic genit.
ἐξούλης verbo λαχεῖν, & dicitur ἐξούλης λαχεῖν τινι, pro A-
licui intēdere iudicium vnde vi, Cum aliquo agere vn-
de vi. Aristides in Panegyrico metaphoricè vsus est,
οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν, οὐδ' αὖ εἰς
λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρὸς τινι, id est, Quo fit
vt vni (si dici potest) ipsi simus, quibuscum nemo vn-
de vi agere possit ob regionem quam incolimus: non
magis quàm matris cuiusque nomine experiri quis-
quam cum filio ipsius iure potest. Vel ita, Proinde vni
nobis hoc contigit vt iure nemo ipsis intēdere iu-
dicium vnde vi possit: non magis quàm cuipiam ob id
quòd in possessione matris suæ sit. Quibus verbis sig-
nificatur Athenienses αὐτόχθονας esse Atticæ, nec a-
lios vnquam homines inde ab ipsis eiectos esse, vt à
liis regionibus contigit. Perinde acsi diceretur, Cæ-
teri mortales ita vrbes suas & agros ab se denomina-
tos possident vt tamen in agrum alienum olim vene-
rint, indéque antiquiores possessores eiecerint: Athe-
nienses soli, vt αὐτόχθονες & indigenæ, ita solo suo in-
cumbunt vt vtero materno. Quibuscum nemo ambi-
gere de ipso solo potest, quasi iniuria occupauerint:
vt non idem etiam conqueri possit, quenuis nobili-
ssimo vtero editum, primùm eam sortem occupasse.
Hæc Budæus: à quo affertur & hic Basilii locus, vbi
est, ἐξούλης γραφὴν φεύγεν: ex epistola quadam ad Olym-
pum, εἰκὸς ποιεῖς, ὦθαυμάσιε, τοῦ φίλου ἡμῖν πενίαν καὶ φιλο-
σοφίας τροφὸν τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων. οἶμαι γὰρ αὖ σε καὶ
ἐξούλης γραφὴν ὑπ' αὐτῆς φεύγεν, εἴ τις αὐτῇ προσηρόιτο
λόγος.

Venio ad alia duo COMP. Καπίλλω & Ὑπίλλω. ex
quibus prius illud ex Pausania lexicographo accipio,
quum καπυλάδα dici scribit quasi καπίλουσαν καὶ κα-
θείρουσαν. vbi καὶ καθείρουσαν ad participium καπίλου-
σαν exponendum additur. Et quoniam hoc participio
vtitur ad exponendum NOMEN Καπυλαὶ, tan-
quam inde deriuatum, de hoc quoque dicendum hîc
fuerit. Legimus ergo apud Apollonium Rhodium,
Argonauticōn lib. 4, Λύπκα δὲ Κρηταῖον ὑπὲρ μέγα λᾶι-
τμα θεοῦσας Νὺξ ἔφοβεν, πλὴν περ τε καπυλάδα κικλήσκοισι,
Νυκτ' ὀλοήν. eāque noctem quam καπυλάδα vocari
dicit, describens, adiungit, — οὐκ ἄστρα δίεχεν, οὐδ' ἀμαρ-
υγαὶ Μίνως, οὐραὶ ὀθεν δὲ μέλαν χάος, νέ τις ἄλλη Ὠρώρει σκο
πιήμωχα πάντων αἰνοῦσα βερέθρων. Eustathius autem in hos
versus, qui leguntur Odyss. ξ, Νὺξ δ' ἐπέλθε κακὴ σκο-
τομήνιος· ὗε δ' ἄρα Ζεὺς Παντοχος, αὐτὰρ ἀπ' ζέφυρος μέγας
αἰὲν ἔφυσθρος, annotat, talem noctem vocari etiam καπυ-
λάδα, teste Pausania: nimirum ὡς καπίλουσαν καὶ
καθείρουσαν. Sic tamen dicit πλὴν πιαύπλω νύκτα, id
est talem noctem, (qualis nimirum ibi ab Homero
describitur) vocari καπυλάδα: vt addat, fortasse ta-
men potius esse ἢ πηγυλίδα & χιονοφόλον, cuius in se-
quentibus fit mentio. Verùm nequaquam hæc ad-
iecisset Eustathius si hunc Apollonii locum legis-
set: nisi fortè ab eo dissentire voluisset. Apertè e-
nim videmus, noctem quam καπυλάδα vocat, descri-

bi σκοτομήνιον, sicut est illa Homerica: cæteráque omnia ad tenebrarum itidem, non autem ad πτυχίδος & χιονοβόλου νυκτὸς descriptionem pertinere. Sed & poetæ illius enarrator non aliam quam σκότιος significationem voce illa includi existimauit, quippe qui καπυλάδα exponat σκοτινήν. Sed apud eum est NOMINAT. Καπυλαξ, cum ξ. qui quanuis apud Etymologum & Suidam itidem extet, non dubito tamen quin mendosè sit scriptus pro καπυλαὶ, quod in meo vetери lexico legitur. Etymologi quidem certè & Suidæ testimonia pro vno eodémq; haberi debent, quum ea quæ de illa voce traduntur, vnum ex altero descripsisse manifestum sit: potius tamen Suidã ex Etymologo sumpsisse, vel potius Suidæ collectaneis istud à quopiam infartum fuisse, ex eo coniicio quòd in meo vet. ipsius Suidæ exemplari non habeatur. Sic verò & alia pleraque ex eodem Etymologo huic adiecta esse arbitror. Alioqui certè illum ex hoc sumpsisse dicendum foret, quum eadem planè sint. Verùm vt ad etymologiam veniam, (in qua à Pausania diffentiunt) eandem affert schol. Apollonii quam & ipse Etymologus, nimirum à voce ὀλοός. Sed ille dicit ὡς τὸ ὀλοόν: hic autem, διὰ τὸ πολιοὺς αὐτὸ εἶναι. Hesychius verò affert primum etymum illud quod ex Pausania attuli: (nisi quòd habet καπλοῦσαν, tanquam à verbo CIRCVNFL. Καπλέω, ὦ. vt suprà ἐξιλλεῖν itidem apud eum legi docui: habet item simplex ἔρχουσαν, non compositum καθέρχουσαν) sed addit rectius exponi πῶ καπλέθρον, vel ζοφώδη, καὶ συσκοτάς ἔχουσαν αἰέμων. Cæterùm à scholiaste Apollonii ex Sophocle quoque afferri καπυλάδι νυκτὶ sciendum est. Alterum autem illud COMP. Ὑπίλλω, extat apud Sophoclem in Antigone, pag. 234, meæ editionis, Ὁρῶσι χ' οὗτοι, στὶ μ' ὑπίλλουσι τόμα. quo in loco Eustath. vult hoc verbo includi itidem significationẽ τοῦ κλείειν. exponit enim, ὑποβάλλουσι κλείοντες, οἷα ὀδὰξ ἐν χείλεσι φωῦτες. At ipsius Sophoclis enarrator putat significare: δεῖ σε τὸ τόμα συγκλεῖσαι, καὶ σιωπῶσι: vel, γρέφουσι τοῖς δεῖ τοῦ τόματος λόγοις. Verbum ἴλλειν (inquit Camer.) est Connituere oculis. ita nunc transiatè dixit, illos quidem intelligere furere Creontem, sed non audere proferre: verùm in illius gratiam os continere. Idem alibi scribit ὑπίλλειν huic poetæ significare Mussitare, (sed addendum est nomen τόμα ipsi verbo, vt conueniat illa interpretatio) additque has expositiones: Tua gratia os comprimunt. Vel, Tibi peruerso sermone assentantur. quod aliquos maluisse dicit. Mihi simplicissima omnium videtur illa claudendi significatio, & maximè tuta: quum & ipsum simplex alicubi eam habere dictum sit.

Extat verò & aliud COMP. Ἀπιλλέω, ὦ, circumflexé: vt nimirũ antea ex Galeno habuisti CIRCVNFL. Ἰλλεῖν: (sequendo quædam exemplaria) ex Hesychio itidem CIRCVNFL. Ἐξιλλεῖν, necnon Καπιλεῖν. Seruat autem & hoc Ἀπιλλῶ illam verbi κλείειν significationem quæ simplici ἴλλω & quibusdam compositis data fuit. Nam pass. aor. ἀπιλλώθη, Gal. apud Hippocr. exponit συγκλειόθη.

Quod sequitur vocabulum, post verbum Εἰλύω ponendum fuisset, sequendo meum vetus lexicum, pariterque Eustathium: huic autem Εἰλύω post Ἕλος, (id est, inter deriuata ab Ἕλος) si eidem lexico creditur, dandus locus fuisset: vt ex iis quæ inde proferam verbis apertè cognosces.

ΙΛΥΣ,

ύος, ἡ, Limus. Redditur etiam Lutum: sed magis propriè Limus: quum dicatur de paludibus & fluuiis. Homerus Iliad. φ, Οὔτε τὰ πύχα καλὰ, τά τε μύμαλα γενοῦθι λίμνης Κείσεθ' ὑπ' ἰλυος κεκαλυμμένα. Quem in locum annotat Eustath. hoc vocabulum producere hîc penultimam, quum alibi corripiat: & deriuari à verbo εἰλύω εἰλύσω, quod διφορεῖται. Quum autem scribit, ὁ διφορεῖται, perinde est ac si diceret οὗ ἡ γραφὴ διφορεῖται. (Obiter autem obserua hunc vsum VERBI Διφορεῖσθαι, grammaticis vsitatum, ac præsertim isti scholiastæ. Videtur autem sumpta hæc significatio ex eo verbi φέρεσθαι vsu quem habet quum dicitur, φέρεται ἡ τοιαύτη γραφὴ παρὰ Θουκυδίδῃ, vel παρ' Ξενοφῶντι, vel apud alium. id est extat. Neque enim à ratione abhorret, vt φορεῖσθαι in compositione talem significationem verbi φέρεσθαι imitetur. Extat certè hic verbi φέρεσθαι vsus in eodem illo Eustathii loco, paulo post illud verbum διφορεῖται. vbi de εἰλύω loquens, dicit, φέρεται αὐτὸ ἐν τῷ στοιχείῳ. Legitur porro apud eundẽ & γραφὴ διφορουμένη) Quemodo autem scriptura huius verbi sit διφορουμένη, paulo pòst docet: ex autoritate cuiusdã veteris lexici, in quo hæc tradi ait: Ἰλύσωσι, τὸ κεκαλύψω ἰλυΐ. De qua scriptura suam hanc coniecturã profert: ὡρισμένη δὲ ἴσως ἡ τοιαύτη γραφὴ, ἐν τῷ δοκεῖν παρηχεῖν ἐν τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἰλύος καὶ τὸ εἰλύσω· κἀντεῦθεν δόξαι τοιαύτην γραφεῖσθαι τὸ ἰλύειν καὶ πῶ ἰλύω. Id est, Profecta est autem fortasse talis scriptura ex eo quòd in iis quæ retuli, viderentur ἰλύος & εἰλύσω efficere parechesin: adeo vt existimata sint eodẽ scribi modo ἰλύειν & ἰλύς. (Vbi obserua obiter & significationem VERBI Παρηχεῖν, à quo Παρήχησις figura, quæ qualis sit, suo loco declararum fuit: ideóque verti Efficere parechesin, Græcam illam appellationem retinens. Possit alioqui reddi παρηχεῖν, Habere parechesin, vel Dici per parechesin. Aut denique, non retinendo vocem Græcam, Sono esse assimilia, vel Sonum affinem habere. Possis fortassis reddere etiam Sono inter se conuenire) Cæterùm quum dicit ἐν τοῖς ῥηθεῖσι, in iis quæ retuli, seu quæ relata fuerunt, aut etiam recitata: intelligit verba ex Homerico contextu sumpta. (ibi enim post Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα, sequitur, καδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω φαμαθοισιν) Verùm quum Eustathius deriuet nomen istud ἰλὺς à verbo εἰλύω, quidam contrà εἰλύω ab ἰλὺς deductum esse existimabunt fortasse. Eustathii tamen sententia autoritate mei vet. lexici comprobatur: ac possit etiam (meo quidem iudicio) nominis ἰθὺς exemplo comprobari, quod itidem ab ἰθύω deriuatum est. Sed quid vicissim pro altera deriuatione facere videatur, docebo in Ἰλύω, post Ἰλὺς. Quod autem attinet ad alteram huius verbi SCRIPTVRAM, Ἰλύω, sciendum est eam apud Hesychium quoque extare, vndecunque eam sumpserit. Legitur enim apud eum ἰλύσω, expositum κρύψαι & καλύψαι. Atque adeo illud ipsum futurum quod in illo Homeri loco legitur, apud eum i solo scriptũ est, nõ ει. Habet enim. ἰλύσω, ἰλυΐ κεκαλύψω, κρύψω. neque enim dubium cuiquam esse debet quin hoc futurum ex eo loco depromptum fuerit. Sed enim idem lexicographus alteram quoque scripturam & indidem sumptam affert, videlicet εἰλύσω, per ει: exponens ἐν ἰλυΐ κρύψω. In meo certè veteri exemplari illius poematis Homerici scriptura hæc, nõ illa, extat: & explicatur εἰλύσω, ἰλυΐ περιχώσω. Sciendum est autem, quemadmodum inuenitur altera illa scriptura cum ἰλὺς conueniens, vtpote habens i solum: ita vicissim inueniri per ει scriptũ NOMEN Εἰλὺς, conueniente hac scriptura cum εἰλύσω, habente ει. Legimus enim apud Hesychium, Εἰλὺς, εἰλύος, τὸ πηλῶδες τοῦ ποταμοῦ. item Εἰλύος, πέλματος. Habet alioqui & alteram scripturam idem lexicographus: sed aptius exponit eo in loco quàm in ἰλὺς, sicut paulo pòst docebo. (Vt autem minus duplicem illam scripturam miror, facit compositum εἰλυσπῶμαι. nam & sine i inuenitur scriptum ἰλυσπῶμαι, vt annotabo & paulo pòst) Hoc quoque sciendum est, inueniri hoc futurum in quibusdam Homeri exemplaribus aspiratum, quum alioqui magis recepta sit eius aspiratio. Conuenit tamen tenuatio cum ea deriuatione quæ in illo meo lexico traditur: ab ἕλος nimirum: quanuis ne ibi quidem aspiretur, sed tenuetur. Ita enim scriptum est, Ἰλὺς, ὁ πηλώδης

καὶ καθυγρὸς τόπος, ἤγουν ἡ ὑποσάθμη τοῦ ὑδάτων. ἀπὸ τοῦ ἕλος γίνεται· ἑλύω καὶ εἰλύω, οἷον ῥηματικὸν ὄνομα ἰλύς. Vbi obserua inter alia vocabulũ ὑποσάθμη in expositione, quod & apud Hesychium habetur. Nam ἰλὺς apud eum est πηλὸς & ὑποσάθμη. Quibus hæc subiunguntur, ἰλύος, ὑλώδεις ὑποσαθμὴς ποταμοῦ. Sed his expositionibus præferenda videtur illa quæ datur ab eodem nomini εἰλὺς, scripto per ει. videlicet τὸ πηλῶδες τοῦ ποταμοῦ. sic tamen vt quanuis dicatur τοῦ ποταμοῦ, non minus intelligendum sit τοῦ ἕλους, siue τῆς λίμνης, vt in illo Homeri loco quem paulo antè protuli. At ἰλὺς τοῦ ποταμοῦ legimus cum alibi, tum apud Ctesiã, καὶ πῶ μὴ ἡμέραν ἐν τῇ ἰλυΐ τοῦ ποταμοῦ διατῶντα. Sic apud Plutarchum, in libro De exilio, ἰλὺς νεοπαγὴς τοῦ Ἀχελῴου. Et Herodian. lib. 3. postquam dixit τὰ πλεῖστα τῆς Βοιωτίας χώρας ὑπακλυζόμενα τῇ τοῦ ὠκεανοῦ συνεχῶς ἀμπώτιδι ἑλώδη γίγνεσθαι, subiungit, οἷς ἔθος τοῖς μὲν βαρβάροις ἐννήχεσθαί τε καὶ διαθεῖν βρεχομένοις μέχρις ἰξύος. γυμνοὶ γὰρ ὄντες τὰ πλεῖστα τοῦ σώματος, τῆς ἰλύος καταφρονοῦσι. vbi Polit. vertit Cœnum. Suidas datiui etiam pluralis ἰλύσι meminit. postquam enim ἰλὺς exposuit βόρβορος, addit, καὶ ἰλύσι τὸ πληθυντικόν.

Ἰλὺς, Fæx vini. Aristot. De gener. anim. lib. 3, ὥσπερ οἱ οἶνοι ἐν ταῖς ἀλέαις ὀξούνται, μιγνυμένης τῆς ἰλύος. Idem, διὸ καὶ ἀναβολοῦται ὁ οἶνος μιγνυμένης τῆς ἰλύος. At in vulg. lex. cõtrà annotatur, (sed non addito autoris nomine) vini fæcem non rectè dici ἰλύδα, sed πρόχα. Vbi etiam accus. ἰλύδα pro ἰλὺν mihi valde suspectus est.

(ETIAM Ἰλὸς apud Hesychium legitur, eandem cum ἰλὺς significationem habens. Exponit enim illud ἰλὸς per hoc ἰλὺς: cui subiungit βόρβορος. Sed addit ζωοῖς) C. Ἰλυσπάομαι, ὦμαι, locum hîc habet, si verum est quod in meo lexico veteri legitur: nimirum dici quasi ἐν ἰλυΐ σπᾶσθαι. Postquam enim ibi traditum est, ἰλυσπᾶσθαι esse παραπλησίως τοῖς σκώληξι καὶ τοῖς ὄφεσιν ἰέναι, additur, οἱονεὶ ἐν τῇ ἰλυΐ σπᾶσθαι. τουτέστιν ἐν τῇ γῇ κυλίεσθαι. At suprà, nimirum tomi 1, col. 1128, est SCRIPTVM Εἰλυσπᾶσθαι cum ει. quæ scriptura apud Hesychium extat, & quidem cum illa ipsa expositione quam ex meo lexico attuli: videlicet παραπλησίως τοῖς ὄφεσι καὶ τοῖς σκώληξιν ἰέναι. (Sed habet etiam Εἰλυσπώμενος expositum εἰλούμενος: & Εἰλυσπῶνται, παρὰ τὸ ἀνὼν τὸν τρόπον τρέφονται μετὰ κάματου. necnõ Εἰλυσπᾶτο, σιωπῶντο) Eustathius quoque ὄφεσιν & σκώληξιν hoc verbum tribuit, id est serpẽtibus & vermibus, sed ita vt ex εἰλεῖσθαι & σπᾶσθαι compositum esse velit. exponit enim, ὁμοίως ὄφεσι καὶ σκώληκι εἱλεῖσθαι καὶ σπᾶσθαι· ἤγουν κινεῖσθαι. affert tamen ἰλυσπᾶσθαι solo i scriptum: sed tanquam vnum ex iis quæ duplicem scripturam admittunt, nimirum & per ει & per i simplex. In vulg. l. affertur itidem hæc scriptura ἰλυσπᾶσθαι, & exponitur Serpentium instar aut vermium progredi. Additúrque, expressisse id Virgilium, vbi canit, Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto Squameus in spirã tractu se colligit anguis. Item vbi canit de anguibus itidem, — pars cætera pontum Ponè legit, sinuátq; immensa volumine terga. Alibi verò dicit, Longos dat corpore tortus. necnon, Nexantem nodis sêque in sua mẽbra plicantem. Verùm isti verbo cõuenire videtur præsertim ille primus locus in quo dicitur anguis rapere orbes per humum. Conuenit item verbum volui, quod alibi de angue itidem vsurpat. (à quo verbo est nomen Volumen, cuius ablatiuus & hîc de illo vsurpatur) Respondet enim verbo εἰλεῖσθαι. (si tamen deriuationem hanc potius sequi oportet) Quòd verò dicit In spiram se colligere, eo videri possit exprimi σπᾶσθαι. parum enim placet hoc quidem in verbo exponere κινεῖσθαι, cum Eustathio. In isdẽ lex. ἰλυσπᾶσθαι redditur Contrahi, & Prouolui: affertúrque ex Iosepho, De captiuitate Iud. ὅπερ τὸ πῖχος αἰέβη, ἰλυσπώμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων κατέπεσεν. præ vulneribus reuolutus corruit. Sed mihi parum placet hæc interpretatio. crediderim enim potius ἰλυσπώμενος dici de eo qui præ vulneribus firma vestigia figere non valens, reperet seu reptaret serpentum more. Sic certè apud Gregorium rependi significationem habere videtur, licet ad animum translatum, ἀεὶ τὰ κάτω καὶ πῶ αἰσθησιν ἰλυσπώμενος, de eo qui nihil mysteriis diuinis dignum, sed terrena tantùm & humilia sapit. Sed & Horat. serpere humi dicit eum cuius poesis humilis est: eodémque sensu sermones repentes per humum appellat. In isdẽ lexicis ἰλυσπώμενος redditur Contractus per limum. Sed parum aptè subiungitur hic Platonis locus in Timæo, ἰλυσπώμενα ὀλίγῃ γῆς: quum reddat Serpentia humi. de qua significatione dictum modò fuit. At in isto loco quem Suidas affert, εἰς πέλμα (hoc enim reponendum est pro πέρμα) βοῶν ἐμπεσόντα καὶ ἰλυσπώμενον, ἕως πθναίας, non male quis suspicetur, meo quidem iudicio, ἰλύος, id est limi, significationem hoc participio inclusam esse: quanuis ipse Suidas exponat simpliciter σωκλυόμενον.

Ἰλυόεις, εντος, ὁ, Limosus. Qua in significatione dicitur ETIAM Ἰλυώδης: éstque hoc magis in soluta oratione receptum. Apud Galen. autem αἷμα ἰλυῶδες redditur Sanguis fæculentus: ad Glauconem, αἷμα μέλαν καὶ παχὺ καὶ ἰλυῶδες.

Ἰλύω, Oblimo, Limo obduco, Limo obuoluo seu inuoluo. Vnde COMP. Καπλύω. ex cuius pass. Καπλύομαι est part. apud Xenophontem in Œconom. καπλυθεὶς, Limo obductus. vbi scribit, παροῦσα καπλυθέντι σίτῳ τὴ ποιοῦσα πτερὸν δοκοῦσιν αὖ ὀπτικουρῆσαι; Quum seges oblimata est, Quũ seges limo obducta est. Cæterùm quanuis antea dictum sit quosdam gramm. nomen ἰλὺς ab εἰλύω deriuasse, & pro hoc εἰλύω scriptum etiam fuisse ἰλύω, minimè tamen dubium est quin ἰλύω, de quo nunc agitur, collocari hîc possit post ἰλὺς, atque adeo collocari debuerit. De his enim deriuationibus hoc sentio: ἰλύω quod ab ἰλὺς deriuatur, eius significationem sequi, vel potius ab eo significationẽ suam accipere: εἰλύω autẽ, à quo deriuatur ἰλὺς, non item: sed in sua significatione manere, ea quidem qua ponitur pro Inuoluo. vt ideo ἰλὺς, id est limus, deducatur ab εἰλύειν, (pro qua deductione facit etiam altera scriptura illius nominis, VIDELICET Εἰλὺς) quòd alicuius pedes inuoluat, ita vt in eo hærere cogatur. Ideóque minimè probare possum illam expositionem quam illi dant qui alioqui hanc ipsam deriuationem afferunt: vt videlicet sit ἰλὺς ab εἰλύειν siue ἰλύειν, significãte ἰλυΐ κρύπτειν, seu καλύπτειν, aut compos. τοῦ καλύπτειν. Atque adeo miror quomodo in eo quoq; Homeri loco quem attuli ex Il. φ, futurum εἰλύσω exposuerint ἰλυΐ κρύψω, seu τοῦ καλύψω, quum à poeta adiungatur datiuus φαμαθοισι. Ita enim ibi legitur, — καδ δέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω φαμάθοισι, ἄλις χερσάδος ἠδὲ χυτοῦ. Quomodo autem duo hi datiui, ἰλυΐ, φαμάθοισι, stare simul poterunt? Concurrere tamen eos necesse est, sequendo illam expositionem: hoc modo, κρύψω, seu τοῦ καλύψω, ἰλυΐ, φαμαθοισι. Sed hæc expositio cuius verba cum verbis textus non cohærent, minimè mira mihi aut noua est, quòd alias huiusmodi obseruare me meminerim, in quibus videlicet verbum explicabatur alio verbo, cui additum erat nomen, quod obstabat quominus aptari textui illæ expositiones possẽt. Quòd siquis in retinẽda illa de qua nunc agitur expositione pertinacior esse vellet, ad eam quã affero rationẽ oculos claudens, eum interrogarẽ cur non itidem apud hunc poetam, vbi εἴλυτο iungitur datiuis βελέεσσι & αἵματι & κονίῃσι, vno eodémque in loco, (Iliad. π, — βελέεσσι καὶ αἵματι καὶ κονίῃσι Ἐκ κεφαλῆς εἵλυτο δίγμαθρὲς ἐς πόδας ἄκρους) addendus his sit datiuus ille ἰλυΐ, & dicendum, ἐκεκάλυπτο ἰλυΐ, βελέεσσι καὶ αἵματι, &c. Sic vbi scribit, νεφέλῃ εἰλυμένος ὄμματα: item εἰλυμένοι ἀθῆσι χαλκῷ, item σάκεσιν εἰλυμένοι ὄμματα: vbi denique alii cuipiam datiuo hoc verbum iungit. Cæterùm apud Hesych. legitur & præterit. PASS. Ἔλυται, expositum κέκρυπται, & καλύπτεται. ITEM Ἰλύαται, τοῦ εἰλυμένοι εἰσί. Apud eundem alteram scripturam habent actiuum FVT. Εἰλύσω, (cuius antea memini) expositum ἐν ἰλυΐ κρύψω. PASS. Εἴλυται, καλύπτεται. ITEM Εἴλυτο, κατεκάλυπτο. (sed huic expositioni præfixa est alia haud itidem præcedentibus consentanea: videlicet κατεσκεύαστο) Et PARTICIP. Εἰλυόεντες, καλυφάμενοι. Quinetiã ACT. Εἴλυεν passiuè exponit ἐκρύπτετο. Apud eundem habemus Εἰλύεται, expositum non solùm εἱλεῖται, & συγκρίνεται, & κρύπτεται, verùm etiam κακουργεῖ, & πεταποδίζει. de quibus expositionibus differam paulo pòst, vbi agam de

Ἰλύει, cui itidem valde remotas à præcedentibus significationes tribuit. A

Ἰλύσω ab Hesychio exponitur ἰλύϊ τὸν καλύψω, apud Hom. vti dixi. item Ἰλύσαι, κρύψαι, καλύψαι. Sed habet præterea Ἰλύει expositum κοιμᾶται, & κτυπεῖ, item ἐκτρέφει, διαπείθει. At quid de his expositionibus tam diuersis à præcedẽte sentiendũ est? Equidẽ ad hoc Ἰλύω, quod ab ἰλὺς deriuatum est, eas minimè pertinere existimo: sed quódnam sit illud ἰλύω (id est quam deriuationem habeat) quod sibi illas vendicare possit, mihi ignotum esse, & fortasse ipsis etiam veteribus grammaticis fuisse dico. B Præsertim tamẽ de duabus expositionibus id à me dictum intelligi volo, nimirum κτυπεῖ & ἐκτρέφει. Nam quod attinet ad primã & vltimam, κοιμᾶται & διαπείθει, eas suspicor esse à NOMINE Ἰλυὸς, SIVE Ἰλύα, quibus significatur latibulum ferarum, seu lustrum. Neque enim dubium esse potest quin Ἰλυὸς scribi possit, aut etiam scriptum fuerit, non minus quàm Εἰλυός: tum quòd pro Εἰλύω scriptum fuerit itidẽ Ἰλύω, vt abundè antea docui: tum verò quòd Ἰλύαι apud Hesychium extet, expositum, ἐὰν τὰ θηρία ἀνιζῇ), & φωλεοί. C Quinetiã VERBVM Εἰλύει, (habens ει in prima) ab eo expositum itidem κοιμᾶται, sententiam meam, vel coniecturam potius, confirmare videtur. At in εἰλύεται magis etiam hæreo: quippe quod exponatur ab eodem lexicographo, non solùm εἰλεῖται, συσρέφεται, κρύπτεται, sed quoq; κακουργεῖ & πετραποδίζει. Si tamen & hìc coniectura locum habet, dixerim πετραποδίζει quidem dici quatenus ii qui βαδίζουσι πετραποδιστὶ, reptãtia imitantur quodammodo: at verò κακουργεῖ, quòd οἱ κακουργοὶ soleant irrepere in ea loca vbi volunt κακουργεῖν. D Sed ne mihi quidem hæc mea coniecturalia commenta satis placent: qui tamen hoc addo, posse facilius aliquam idoneam excogitari harum significationum rationem, quàm illarum duarum quæ dantur actiuæ voci ἰλύει, nimirũ κτυπεῖ, & ἐκτρέφει. Verùm cur magis has expositiones quàm alias plurimas quæ apud eundem lexicographum extant, mirabimur?

C. ἔΓΧΕΛΥΣ, υος, & εως, Anguilla. A nomine ἰλὺς & verbo χέεσθαι, vel ἔχεσθαι. Nam Eustath. vult hoc nomen ἔγχελυς esse dictum ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλύϊ χέεσθαι, Etymol. E autem, ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλύϊ ἔχεσθαι. Athenæus libro 7, ἐκ τῆς ἰλύος esse deductum scribit, sed non addit quónam verbo huic nomini præfixo fiat ista compositio. Affert enim locum ex Aristophanis Equitibus, de anguillarum piscatoribus, quibus ad capturam aqua turbida & limosa seu cœnosa cõmodissima est. (Quì locus planè conuenit cum Gallico prouerbio, *Il fait bon pescher en eau trouble*. neque enim dubium est quin hoc ab illẽ piscatoribus originem duxerit) eique loco hæc subiungit, σαφῶς δηλοῖ ὅτι ἡ ἔγχελυς ἐκ τῆς ἰλύος λαμβάνεται· F ὅθεν καὶ τοὐνόμα εἰς τὰ ἐπεφέρετο θη. Quibus subiungit, poetam (id est Homerum) volentem ostendere fundum ipsum fluuii comburi, dixisse, Τέφροντ' ἔγχελύες τε καὶ ἰχθύες. Mentionem enim ἐγχελύων factam ab eo esse ἰσχνότερον & κατ' ἐξαίρετον, vt fundum ardentis seu incensæ aquæ declararet. Extat autem locus ille Homericus Iliad. φ. vbi annotat Eustath. huius nominis ἔγχελυς nominatiuum singularem esse ἔγχελις, proparoxytonè: & ita dictam fuisse παρὰ τὸ ἰλύω. sonare enim ἔγχελις quasi quis dicat ἐν ἰλύϊ χεόμενον. generari enim ἐκ τῆς G ἰλύος, idque scribere Oppianum. Quod autem ad declinationem huius nominis attinet, eadem tradit quæ & Athenæus: vel potius affert quæ ab eo traduntur: nimirum vt nominatiuum esse ἔγχελις, sic accusatiuum ἔγχελυν. sed pluralem sequi declinationem nominis πῆχυς, cuius genitiuus est πήχεως. dici enim ἐγχέλεων in genitiuo, & ἔγχελεις in accusatiuo. Apud ipsum Athenæum tamen legimus in plurali tam ἐγχέλεις, quàm ἐγχέλεις. vt lib. 8, circa principium, ἐν τῷ Ἑλώρῳ ποταμῷ λαβεσκας ἔφησι (Νυμφόδωρος videlicet) καὶ H ἐγχέλεις μεγάλας, &c. (Statim pòst autem ipse Athen. non ἐγχέλεις sed ἐγχέλεις dicit) Sic ἐγχέλεις Βοιώπαι apud eum, libro 1. Inuenitur etiam ἐγχέλυες: vt apud Aristot. De historia anim. lib. 8, ζῶσι δ' ἔνιαι ἐγχέλυες καὶ ἐπὰ καὶ ὀκτὼ ἔτη. (quam alioqui paulo antè dixisset, ἀποθανοῦσαι δὲ αἱ ἐγχέλεις οὐκ ὀπτοπολίζεται, οὐδὲ φέρονται αὖθις, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων: itidémque genitiuum ἐγχέλεων paulo antè vsurpat) Quinetiam ex Luciano afferunt v. lex. nominatiuum hunc ἐγχέλυες, itidémque accusatiuum ἐγχέλυας, & datiuum ἐγχέλυσι: & quidem partim fœminino partim masculino genere. Nomin. ἐγχέλυες masc. vbi scribit, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ὀλισθάνουσι τῶν χειρῶν. At verò datiuum, fœmININO genere, ταῖς ἐγχέλυσιν εἴκαζες: itidémque accus. τὰς ἐγχέλυας. Reperio alioqui apud eũdem alteram illam declinationem qua dicitur ἐγχέλεις, cum alibi, τῦ in hoc Timonis loco, οὐδεμίαν αὐτοπλαβὴ παρεχόμενος βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐγχέλεις ἢ οἱ ὄφεις, διὰ τῶν δακτύλων διαπεπτύκεις οὐκ οἶδα ὅπως. Sic & apud Plutarchum ἐγχέλεις in accus. legimus, in lib. De prud. animalium, πολλὰς μὲν ἐγχέλεις ἱερὰς λεγομένας, αἰθρώποις χρωμένας, ὥσπερ τὰς ἐν τῇ Ἀρεθούσῃ. Vbi obserua simul genus fœmininũ: quod etiã multo frequentius me inuenire passim apud autores memini. Affert verò idẽ Athen. ex Aristotele & NOMEN Ἐγχελὶς, cum ι. (neque tamen genitiuus ἐγχέλεως inde esse putandus est, si ea quæ ex Eustathio modò allata sunt, sequi volumus: nimirum ita ab ἐγχελὶς dici ἐγχέλεως, vt dicitur πήχεως à πῆχυς) At verò scholiastes Aristoph. in hunc Acharnensium versum, Σκέψασθε παῖδες τὴν ἀρίστην ἐγχέλων, annotat, Atticos ἐγχέλων, Bœotos ἐγχελὶν appellare. Scribo autem ἐγχέλων cum accentu in penultima, sicut apud vtrũque scriptũ est, nimirum apud poetam & apud scholiastem. Quæ scriptura si mendosa non est, fuerit itidem NOMINAT. Ἐγχέλις, cum accentu in penultima scribendus. Sed eam suspectam mihi reddunt Suidas & Eustath. Ille enim eadem tradens, (vt alibi docui multa illum cum schol. Aristoph. habere communia) non ἐγχέλις habet, sed ἔγχελις. ita enim scriptum est apud eum, ἔγχελις Ἀττικῶς, παρὰ Βοιωτοῖς δὲ ἐγχελὶς. Hic autem illum ipsum huius conici verium afferens, (in quo non ἀρίστην sed κρατίστην legit) habet ἔγχελων proparoxytonè scriptum: sicut etiam dixerat paulo antè hoc nomen παρεπαρεξωίσθαι. Sed non tam Eustathii quàm Athenæi autoritate hìc nitendum est, quum ille ex hoc eum locum sumpserit, sicut & alios in quibus itidem ἔγχελων & ἔγχελις inuenies, libro 7. Putauit tamen Bud. veram esse illam, non hanc, scripturam: quippe qui illam in huius locum reponat, id est accentum ex antepenultima in penultimã transferat. Sed fieri potest vt ille idem Aristoph. & eius scholiastæ locus istud ei persuaserit. Habes porro apud eundem illum poetam, paucis versibus antè, ἐγχέλεις Κῶπαίδας, item παῖς ἐγχέλεις. Sic & in variis locis quos Athenæus profert, fœmININO genere, non masculino, vsurpatum est hoc nomen.

Cæterùm ex illo Aristophanis loco cuius antea memini, de iis qui anguillas in aqua turbida & limosa piscantur, manauit prouerbium ἐγχέλεις θηρώμενος, id est Anguillas venans, seu captans, vt vertit Erasmus: qui etiam docet eos dici anguillas venari qui priuati compendii cauſa tumultus cient. Sumpsit autem hanc prouerbii istius expositionem ex Suida. ἐγχέλεις θηρώμενος, (inquit) ὅτι τοῦ δι' κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων. Non dubium est certè (vt antè dixi) quin & Gallicum illud prouerbium, *Il fait bon pescher en eau trouble*, eandem originem habeat.

C. Ἐγχελυοθόφος, VEL Ἐγχελεοθόφος, Anguillarum nutritor, Qui habet viuarium seu viuaria vbi aluntur anguillæ. Athen. lib. 7, Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ τοὺς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι· ὅθεν τοὺς ἐγχελυοθόφους καθαρὸν αὐτοῖς ὅτι χεῖν πίγκεσθαι τὸ ὑδωρ. At verò apud Aristotelem, (in vulgatis quidem certè editionibus) non hæc, sed altera scriptura habetur. Nam lib. 8, De hist. anim. legimus in illis, καὶ τοῦτο προοῦσιν οἱ ἐγχελεοθόφοι, ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ᾖ, ἀποῤῥέον ἀεὶ καὶ ὅτι ῥεῖον ὅτι πλατυμώνων, ἢ κοινῶνται τοὺς ἐγχελεῶνας. ἀποπίγονται τὸ πυχὺ, ἐὰν μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ. Sed quemadmodum ἐγχέλεις & ἐγχέλυας, item ἐγχέλεων & ἐγχελύων, sic ἐγχελεοθόφος & ἐγχελυοθόφος dici posse constat. Theodorus Gaza eo in loco ἐγχελεοθόφοι vertit, Qui viuariis anguillariis dant operã.

C. Ἐγχελυωπὸς, οῦ, ὁ, Anguillæ aspectum habens. In v. l. est ἐγχελύωπον, (ita enim ibi scriptum est, non ἐγχελυωπὸν)

genere neutro: eique tribuitur illa expositio, sed absq; autoris nomine. Esse quidem certè poeticum potius quàm solutæ orationi vsitatum constat. A

Ἐγχέλειος, ου, ὁ & ἡ, q. d. Anguillaris, seu Anguillarius. vt ἐγχέλειον κρέας, Anguillaris caro, seu anguillaria, Anguillæ caro. Ex Aristoph. Acharn. ὁπόσα τὰ Ἐγχέλεια, siue τὰ Ἐγχέλεια, pro τὰ ἐγχέλεια, subaudiendo κρέα.

Ἐγχελεών, ῶνος, ὁ, Viuarium anguillarium, vt vertit Gaza apud Aristot. Habes autem hoc nomen in loco quem ex eo protuli in Ἐγχελυοθόφος.

Verbum Ἱμείρω quod sequitur, quidam à nomine ἵμερος deductum esse putauerunt, quum ego contrà nomen istud ab illo verbo deriuatum esse arbitrer. Vtrocunque modo se res habeat, etymologia ab ἵημι si nomini ἵμερος conuenire potest, (nam hæc datur illi in meo veteri lexico) non minus verbo ἱμείρω conuenire queat. Sed & alias nominis huius etymologias afferam vbi de ipso agam.

Ἱ M EI' P Ω, ET Ἱμείρομαι, Desidero, Cupio. B Interdum cum genitiuo, nõnunquam cum infinitiuo. Homerus Odyss. κ, circa finem, Ὅς μοι αὐδᾷ ἐπέρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης Ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων. Sic apud Hesiodum, ἱμείρων φιλότητος. Et in Epigr. κύματος ἱμείρων. Itidémque apud Aristophanẽ, in Nubibus, πεύξει τοίνυν γ' ὧν ἱμείρεις. ἀ δὲ μεγάλων ὀπτῶν μεῖς. vbi obserua ἱμείρειν & ὀπτῶν μεῖν de vna eadémq; re dici. (Sed & cum accusatiuo apud Sophoclem, in Œdipo tyrãno, pag. 151, meæ editionis, — γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι Προσηλθεν ἱμείροντες. Memini tamen C me alicubi hunc locũ legere citatum cum alio participio) Cum infinitiuo autem, vt Odyss. lib. α, θανέειν ἱμείρεται. At voce actiua itidem vsus est Solon, Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι· Οὐκ ἐθέλω. Sic Epigramm. lib. 1, Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀνάφλεγε. In soluta autem oratione aut nunquam aut raro inuenitur ἱμείρω: at passiuo ἱμείρομαι vsus est Theodoritus, Ecclesiast. lib. 1, ἱμείρεται τῆς τοῦ Ἱεροσολύμων θεᾶς σκιαζόμενος, καὶ θωτὴ τὸν βασιλέα βουκολήσας. Et lib. 5, de martyribus loquens, αὐτόματα γὰρ ἔτρεχον, τὸν τῆς ἀνωλέθρου ζωῆς D ποθοῦντες λαβεῖν ἱμειρόμενοι θάνατον. Apud Herodot. autem legitur etiam pass. AORIST. 1, Ἱμέρθη, Desiderati, Concupiui. vt ἱμέρθη ἰδέσθαι, Videre desiderauit, Subiit eum desiderium spectandi, seu cupiditas.

Ἵμερος, ου, ὁ, Desiderium, Cupiditas, Cupido. A poetis ἵμερος dicitur αἱρεῖν aliquem, id est Desiderium capere aliquem, vel (mutata forma orationis) Aliquis teneri desiderio seu cupiditate rei alicuius. Hesiodus Erg. Εἰ δέ σε ναυπλίης δι' τεμεσέλου ἵμερος αἱρεῖ. Hom. Il. λ, Σίσυφε τ' γλυκερὸν πόθεν φρένας ἵμερος αἱρεῖ. Apud eundem non infrequens est ἵμερον ὤρσε, & quidem cum genitiuo χρόνου. vt Il. ψ, circa principium, — μετὰ δ' ὄφρ' Ὀέος χρόνον ἵμερον ὤρσε. Apud eundem Odyss. σ, legimus, — τῷ σ' ἄρα πᾶσι ὑφ' ἵμερον ὤρσε χρόνον. Alicubi autem ab eodem poeta dicitur ἵμερος ὤρτο, aut ὑπῶρτο. vt Odyss. π, Ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὤρτο χρόνον. Vbi annotat Eustathius ἵμερον nõ esse ἁπλῶς ἀλογίστον ὄρεξιν, sed ὀπτῶν μεῖς ὀπτᾶσιν: Latinè fortassis vsurpetur Libido hìc potius quàm Desideriũ, aut Cupiditas, & quidem cum gerundio Flendi: vt ἵμερος χρόνου, sit libido flẽdi. Status dixit etiam voluptatem F flendi, Epicedio in Glauciam Melioris: Iam flendi expleta voluptas? Sunt autem hoc vocabulo vsi quidam etiam solutæ orationis scriptores. Philo De mundo, πόσον τινὰ χρὴ νομίσαι τὸν δρόμον τοῦ τῆς ψυχῆς ὀμμάτων, ἀπὸ τοῦ πολοῦ τὸ τὲν καταδεῖν πλανῶσ ἱμέρου πεπληρωθέντα, οὐ μόνον, &c. quæ Bud. ita vertit, Cuius tandem esse modi oculorum animæ cursum existimare debemus, qui præingenti ipsi desiderio perspicuè cernendi illud vnum, quasi alites facti, &c. Apud eundem aut certè alium eiusdem nominis scriptorem, legimus, lib. 1, De vita G Mosis, ὡς πολλοὺ ἵμερον ἐνεργάσασθαι τὸ ξένου τοῦ πατρί.

Ἵμερος est etiam peculiariter Desideriũ amatorium, id est, quo tenentur amatores. Hom. Iliad. ξ, Ὡς σέο νῦν ἔεσμαι, καὶ με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Eurip. Medea, Καὶ νῦν δὲ νυμφὴν ἱμέρῳ πεπληγμένος. Aristophanes in Ranis, Τοιοῦτος ἵμερός με δῆλον ἐμαίνετο. (vbi ἵμερος vocatur quod antea dictum fuit πόθος. Quum autem dixisset Dionysius, — ἐξαίφνης πόθος Τῶν καρδίαν ἐπάπαξε, interrogat Hercules, sitne γυναικὸς πόθος, an παιδός) Latinè apte reddi posse existimo cupidinem, non fœminino genere solùm, sed & masculino. dando videlicet huic nomini eum vsum quem Latini dant quum genitiuum personæ ei tribuunt, aut certè subaudiendum relinquunt. Atque adeo possimus, vt opinor, ἵμερος αἱρεῖ με in illo Homeri loco reddere Capit me cupido, vt dicitur à Virgilio Capta cupidine coniux, Æneid. 7. Sic apud Ouidium legimus, Quid sit amor, sentit, nostrique cupidine captus Vritur. Idem alibi, Viderat hanc Ianus, visæque cupidine captus. Alioqui dici etiam potest aliquis vel aliqua tangi cupidine, & tactus seu tacta cupidine. vt Metamorph. lib. 10, — útque rudis primóque cupidine tacta, Quod facit, ignorans, amat, & non sentit amorem. Dicitur etiã Correptus vel correpta cupidine: vt hoc in versu, Arsit enim magna correpta cupidine regis. vbi notãdus est ablatiuus Magna, genere fœmININO: quum alibi sæpe masculinum genus locis huiusmodi adhibeat. vt in eo quem paulo antè protuli, habes, primo cupidine, (falsò enim credita est hìc vox Primo esse aduerbium) & Metamorph. lib 8, Altera iamdudum succensa cupidine tanto, Perdere gauderet quodcunque obstaret amori. Vbi etiam obserua cupidinem & amorem de vna eadémque re dici. vt in loco alio quem paulo antè attuli, Quid sit amor sentit, nostrique cupidine captus Vritur. Item in loco qui ex eiusdem poematis lib. 10, allatus fuit. Obiter autem animaduertendus est hìc vsus nominis Cupido hac in signif. genere masculino: (quem quidam ignorans, putauit Primo esse aduerbium in loco illo, — primóque cupidine tacta) quum vulgò afferãtur quidem exempla ex Horatio nominis huius masculino itidem genere ab eo vsurpati, verùm non significantis τὸν ἐρωτικὸν ἵμερον, seu τὴν ἐρωτικὴν ὀπτῶν μεῖς, id est amatoriam cupiditatem, sed simpliciter cupiditatem. vt quum scribit Carm. lib. 2, Nec leues somnos timor aut cupido Sordidus aufert. Et l. 3, Eradenda cupidinis prauí sunt elementa. Itidémque in aliis aliquot locis ita vtitur. Quod si Seruius obseruasset, nequaquam, postquam scripserat genera plerunq; confundi aut metri ratione, aut hiatus causa: in exemplum attulisset illum Horatii locum, Nec cupido sordidus aufert. Atenim dicet forsitan aliquis, in his quidem Horatianis locis esse apertã generis mutationẽ, & quandam in hac mutatione καινοπρέπειαν: at verò apud Ouidium, vbi Cupido vsurpatur ὀπτῶν τοῦ ἐρωτικοῦ ἱμέρου, perinde esse acsi Bacchum pro vino, Cererem pro frumento vsurparemus. Verùm quòd & altero genere interdum eadem in re vtitur, facit vt credã potius simpliciter pro cupiditate accipi, sed peculiariter pro cupiditate amatoria: vt ἵμερος est peculiariter ὀπτῶν μεῖς ἐρωτικός. Vtrocunque tamen modo se res habeat, satis constat, meo quidem iudicio, ex locis quos protuli, (quibus addere possem multos in quibus cupidus dicitur is qui amore captus est, tanquam ὀπτῶν μεῖς τικῶς) aptè nos reddituros ἵμερον, cupidinem, in isto Homeri versu, (quem & antea protuli) Ὡς σέο νῦν ἔεσμαι, καὶ με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Vbi hoc quoque obseruandum est, de re eadem vsurpari verbum ἔεσμαι & nomen ἵμερον, vt cupidinem & amorẽ vidisti cõiungi in quibusdã locis quos ex Nasone protuli. Nec verò apud Hom. de re eadẽ tantũmodo (vt in loco illo, ἔεσμαι & ἵμερος de re eadẽ sed separatim dicũtur) dicta, sed copulata etiã inueniũtur φιλότης & ἵμερος, perinde acsi amorem & cupidinem copules: Iliad. ξ, Δός νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον ὥστε σὺ πάντας Δαμᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους. Vt autem in isto Ho-

meri loco dicitur Venus donare ἵμερον, quo non ſolùm A
homines ſed deos etiam domat, ſic & apud Euripidem
in Medea legimus hæc chori ad eandem deam verba,
Μήποτ' ὦ δέσποιν' ἐπ' ἐμοὶ Χρυσέων πέζων ἐφίης (ſed repono
ἐφιῆς) Ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν. Quinetiam in alio Homeri
loco eidem deæ vel potius eiuſdem deæ ceſto illa
duo φιλότης & ἵμερος tribuuntur: Iliad. ξ, Ἦ, καὶ ἐπὶ σήθεσφιν
ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, Ποικίλον. ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα
τέτυκτο. Ἐν δ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δὲ ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Παρφάσις
ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Vbi Euſtathius
ex veterum quorundam autoritate tradit, φιλότητα qui- B
dem, eſſe præſentium: at ἵμερον, abſentium. Sed eos id
non dixiſſe Homericé: id eſt, hoc non conuenire cum
eo vſu quem apud Homerum habet nomen ἵμερος. Io-
uem enim dicere in ſequentibus, καί με γλυκὺς ἵμερος
αἱρεῖ: Iunonis videlicet ἵμερος, præſentis tamen. Potius
igitur videri NOMINE Φιλότης ſignificari ſimpli-
citer φιλίαν: & interdum quidem Venerem, vt iſto in
loco: nonnũquam verò πόθον ὁμονοητικὸν. vt in verſu hoc,
φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν. At verò ἵμερον dici ku-
ρίως ὀξὺ ἐρωτικὴς ὀξυθυμίας: ideóque videri ineſſe huic C
nomini Æolicam vocem ἔρος: vt ἵμερος dictus ſit qua-
ſi ἔρος ὁ ἱμάντος ἀφροδισίου. Sed quod ad hanc deductio-
nem nominis ἵμερος attinet, in ea ludere voluiſſe Eu-
ſtathium ſuſpicor: pro ludicra certè habendam cen-
ſeo, etiamſi ab illo tanquam ſeriam allatam eſſe con-
ſtaret. Sed in eo quoq; ab eo diſſentio quòd ἵμερον vult
propriè de amatoria cupiditate vſurpari. quum enim
extet & verbum ἱμείρειν, ſeu paſſ. ἱμείρεσθαι, quo genera-
liter ſignificatur Cupere, Deſiderare, vt ipſum etiam no-
men generalem cupiditatis ſeu deſiderii ſignificatio- D
nem habeat, deinde peculiariter de amatoria cupidita-
te dicatur (id eſt, qualis eſt eorum qui amore capti ſunt
ſeu earum quæ amore captæ ſunt) rationi conſentaneũ
eſſe videtur. Cæterùm quod de deriuatione nominis
ἵμερος tradit, ἐκ τοῦ ἱμάντος, idem & de verbo ἱμείρειν: quũ
tamen vnum quidem inde deriuatum eſſe, (fingamus
enim veram eſſe illam deriuationem) deinde alterum
ex eo factum dicendum foret. Verùm vt ad alias no-
minis ἵμερος deriuationes ſeu etymologias veniam, in
meo vet. lexico ab ἵημι deductum eſſe traditur: quoniã E
ὁ ποθῶν ἵεται ὀξὺ πὸν πθυμὸν. Sed non ſatis inter ſe cõ-
uenire videtur quæ ibi ſcripta ſunt: quia primùm di-
citur ἵμερος, quo ſignificatur ὀξυθυμία, eſſe à VERBO
Ἵημι, quod eſt ποθυμοῦμαι: deinde in huius etymolo-
giæ ratione quæ ſubiungitur, verbi illius ἵημι locum
occupat verbum ἵεμαι, quod ſignificationem illam nõ
admittit quæ verbo ἵημι tribuitur. (cuius tamen exem-
plum deſidero) Neque enim quum dicit ὁ ποθῶν ἵεται
ὀξὺ πὸν πθυμὸν, poſſis ἵεται exponere itidem ποθυμεῖται. F
Ibidem dicitur ἱμείρω eſſe ab hoc ἵμερος, quum ego
contrà hoc ab illo deductum eſſe & pro verbali haberi
debere cenſeam. Quinetiam differentia nominis ἵμερος
à nomine ἔρως ibidem hæc traditur: vt ἔρως quidem
ſit τὸ ὁρᾶν τῆς ὀφέσεως ἐρᾶν: at ἵμερος ſit, τὸ μετὰ πόνου ὄρεξιν
ὀξυθυμεῖν. Quid verò Plato in ſuo Cratylo de nominis
huius etymologia: Ex eo dictus eſt (inquit) ὅτι ἱέμενος ῥεῖ,
καὶ ἀφιέμενος πθὸ πορευμάτων, καὶ οὕτω δὴ ὀνομασθὲν ἀφόδρα
πόνον ψυχῆς ὁρᾶν πόνον ἔστιν τῆς ῥοῆς. Repono autem ibi ἔστιν
ſpiritu aſpero pro ἔστιν quod tenuatum eſt: vt conue- G
niat hoc NOMEN Ἵστις (quod an vſitatum ſit, du-
bium eſſe queat) cum præcedente participio ἱέμενος,
& eo ſignificetur Cupiditas ſeu Deſiderium: ſicut ἱέμενος
aſpiratum pro ἐφιέμενος poni ſcimus. Atque adeo
hoc ipſum ἐφιέμενος legit Ficinus, non ἀφιέμενος. cui li-
benter de hac lectione aſſentior, ſed de præcedentis
participii ἱέμενος interpretatione ab eo diſſentio. Exi-
ſtimo enim illud ſimplex ἱέμενος non aliud eſſe quàm
compoſitum ἐφιέμενος: & addi à Platone καὶ ἐφιέμενος
tanquam per epexegeſin. At ille ἱέμενος vertit Incita- H
tus: itidémque verbale ἔστιν Incitamentum, ſeu impe-
tũ: vel ἱέμενος legẽs ſpiritu tenui, vel certè differentiam
quæ ſtatuitur inter VERB. Ἵεμαι aſpiratum, & inter
VERB. Ἵεμαι tenuatũ, confundens. quum ἵεμαι potius
ſcribendũ exiſtimetur in cupiẽdi ſignificatione, at ἵεμαι
pro Incitatus feror, ſeu impetu feror. Illud autem
verbale nomen Ἕστις inuenitur & in alio eiuſdem libri
loco: vbi nimirũ dicitur νόησις eſſe τοῦ νέου ἕστις. Ibique
rectius quàm hic ab eodem interprete redditur, videli-
cet Deſiderium. Verùm ibi quoque perperam ſcriptũ
eſt ἕστις ſpiritu tenui. Cæterùm ab ipſo Platone hæc vo
cis ἵμερος à VOCE Πόθος differentia ſtatuitur, quòd
qui ἵμερος vocabatur ὅταν παρῇ οὗ πης ἐφίεται, vocetur πόθος,
ὅτ' ἀπῃρημένος.

Ἵμερος, Cupido, deus. Apud Lucianum in dearum iu-
dicio, Venus duos filios ſe habere dicit, Ἵμερον & Ἔρωτα.
Eius hac de re verba ſunt hæc ad Paridem, παῖδε γάρ
μοι εἰσὶν δύο καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως. τούτω σοι παρεδώσω, ἡγε-
μόνε τῆς ὁδοῦ γλυκυσιωνία. Deinde vtriuſque officium de-
ſcribens, ſimulque ad horum nominum originem re-
ſpiciens, addit, καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλος παρελθὼν ἐς αὐτὸν,
αἰαῖ καὶ ὀπίσω πλὴν γυναῖκα ἐρᾷ· ὁ δὲ Ἵμερος ἀμπέχει τοῦ θείου θεῖχυθεὶς,
τοῦθ' ὅπερ ὄντι, ἱμερόεν τε θῆσι καὶ ἐρεσμιον. Apud Pauſaniã
non ſolùm coniunguntur Ἔρως & Ἵμερος, ſed illis addi-
tur Πόθος: in Atticis, pag. 32, Σκόπει δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ
Πόθος, εἴδη διάφορα ὄντα. κεῖται δὲ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἔργα σφίσι.
Apud Platonem quoque in illo Cratyli loco horum
trium itidem mentio fit ſimul, verùm non itidem de
perſonis ſed de rebus dicuntur. Vbi tria illa nomina ἔ-
ρως, ἵμερος, πόθος, tribus Latinis cõmodè reddi poſſunt,
amor, cupido, deſiderium. At quum perſonarum (deo-
rum videlicet) nomina ſunt, tum NOMEN Πόθος a-
liam interpretationem poſtulat, quam fortaſſis in illa
lingua reperire haud poſſit. intelligitur enim (vt opi-
nor) ille deus qui deſiderium eius quæ amatur excitat,
& dulci eius recordatione animum velut titillat. Quum
autem idem cum ipſa actione deſiderandi (vt ita lo- D
quar) nomẽ habeat, ne idem in Latina lingua fieri poſ-
ſit, obſtat generis differentia: quum deſiderium neu-
trius, non maſculini, vt illud, generis eſſe ſciamus: ma-
ſculinum autem nomen eandem omnino vim habens
nullum afferatur.

Ἵμερος eſt etiam id in oculis quo intuentium amor
conciliatur. Pollux libro 2, de oculis loquens, poſtquã
docuit oculos poſſe deſcribi cum aliis appellationibus
tũ his: πυρωδεῖς, μαρμαρυγὰς ἀφιέντες, ſeu αὐγὴν αὐ aut αὐ-
γὴν ἀφιέντες νδεῖς, ἐπαγωγοὶ, πίεσται: ſubiungit, καὶ τὸ ἀπ'
αὐτῶν ἀποῤῥέον ἵμερος. id eſt, Et quod ab illis defluit, ἵμε-
ρος. Sed debuit for taſſis alio potius vocabulo vti quàm
iſto ἀποῤῥέον: præſertim quum poſtea περὶ δακρύου lo-
quens, dicat itidem τὸ καταῤῥέον ἐκ τῶν ὀμμάτων. debuit
inquã potius (meo quidem iudicio) illud ἀποῤῥέον expo
ſitioni vocis δάκρυον reſeruare: nequis putaret intelligi
illud ἀποῤῥέον, eſſe aliquid ὑγρόν: ſicut de lacryma dicit
τὸ καταῤῥέον ἐκ τῶν ὀμμάτων ὑγρόν. Miniméque ad hoc ὑ-
γρὸν pertinere exiſtimandi ſunt qui DICVNTVR
Ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ, vel lubrici & mobiles, vt Cicero loqui-
tur: vel quales ſunt oculi hominum qui ὑγροὶ vocantur,
id eſt ἀκατάφοροι εἰς τὰς ὑδρίας, ſequendo Heſychii &
Suidæ expoſitionem: (niſi quod ex Heſychio ſcriben-
dum eſſet ἀκαταφόρεις) cum qua optimè cõuenit quod
apud Pollucem legimus, de cinædo, ei cum alias mul-
tas appellationes tribui, (quas recenſet) tum has, ὑγρὸς
& ὑγρόνους. (Vbi obiter obſeruandũ etiã eſt hoc COM-
POS. Ὑγρόνους, vtpote in quo nomen ὑγρὸς ipſi etiam
animo tribuitur, ſeu ipſi menti. eſt enim ὑγρόνους cui eſt
ὑγρὸς νοῦς, ſeu habens ὑγρὸν νοῦν. adeo vt non malè con-
ueniat ὑγρόνους cum ὀξὺς πνὶ ψυχὴν: quod ab eodem Pol
luce de cinædo itidem dicitur: ſicut & χυαμίας ac γύ-
νις) Oculus mollis non malè reddatur, meo quidem iu-
dicio. licet aliam ſignificationem habeant oculi mo-
lles in iſto Naſonis loco, De remedio, lib. 1, Si malè den-
tata eſt, narra quod rideat illa: Mollibus eſt oculis?
quod fleat illa, refer. Neque enim dubium eſt quin
molles oculi hic dicantur qui facilè ad lacrymas mo-
uẽtur: ſiue oculis tribuatur mollitia quæ à corde pro-
ficiſcitur, (vt apud eũdem poetam legimus molle cor)
ſiue molles oculi eo dicantur modo quo à noſtrati-
bus teneri. vox enim noſtra *tendres* eſt Latina Teneri, id
eſt facta ex hac. Vocamus autem *des yeux tendres*, vel *ten-
dres à pleurer*, qui facilè ad lacrymas mouentur ſeu
impelluntur. quod ſcimus à natura muliebri ſexui multo
magis

magis quàm virili eſſe inſitum. Legitur porro illud ὑ- A
γροὶ ὀφθαλμοὶ cum alibi tum apud Ælium Dionyſium,
vbi exponens ἰλλώπιον & ἐνιλλώπιον, dicit eſſe, ὑγροῖς καὶ
ὀξυμόροις καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν. Quo-
cunque autem nomine Latino debeant exponi ὑγροὶ ὀ-
φθαλμοὶ, videntur eſſe ii qui aliquid procacitatis ſeu
petulantiæ habent: & quales appellamus noſtrate lin-
gua *Des yeux attrayans*, vel *Des yeux affettez*. Ac certè con-
uenit illa ſignificatio verborum ἰλλώπιον & ἐνιλλώπιον
(id eſt quam illis tribuit Ælius Dionyſius) cum ea quã
habet COMPOS. Καταλλώπιον, in iſto epigrammat. B
verſu, Τὸ γλυκερὸν καὶ ἅλυ καταλλώπιον Πειθῶ. neque
enim hic καταλλώπιον de eo geſtu oculorum dicitur
quo vtuntur οἱ μυκτηρίζοντες ſeu καταμωκώμενοι, (de qua
ſignificatione dictum antea fuit) ſed potius καταλλώ-
πιον exponere hic debemus eodem modo quo Æ-
lius Dionyſius ἰλλώπιον & ἐνιλλώπιον exponit. Certè
quòd addatur ἅλυ, eo magis impellor vt credam i-
ſtud καταλλώπιον illis ὑγροῖς ὀφθαλμοῖς conuenire, ſe-
quendo ea quæ de nominis ὑγρὸς ſignificatione diſſe-
rui. Iam verò & limi oculi videntur poſſe ὑγρῶν ap- C
pellatione comprehendi: ita quidem accipiẽdo illam
vocem vt ab Ouidio accipitur, vbi dicit, Limis ſubri-
ſit ocellis. Ipſum certè etymum (ſi ab ἰλὺς verba illa
deducamus) planè interpretationem huiuſmodi re-
quirere manifeſtum eſt. Et hæc quidem obiter de
his dicta ſint: quibus quanuis non ſuus datus ſit locus,
id eſt is quem ſeries alphabetica poſtulat, non minus
tamen lectori quàm ſi ibi dicta eſſent, ſunt profutura.

Ad ἵμερος autẽ vt reuertar, variis modis eũ poetæ
deſcribunt. neq; enim dubiũ eſt quin illi, quum canunt
oculos eſſe in amore duces, (vt legimus apud Propertium, Si neſcis, oculi ſunt in amore duces) quum ca- D
nunt oculos eſſe fores ſeu feneſtras quibus intrat a-
mor, quum ſagittis quæ ex oculis puellarũ prodeunt,
peti ſe conqueruntur, (quò pertinent illi Anacreontis
verſiculi, Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος Ἀπ' ὀμμάτων βαλών
με) quũ alicuius puellæ oculos vocant loquaces, vel di-
cunt eos non tacere, (vt Naſo, Non oculi tacuere tui)
quum dicũt oculos fateri ignem, quũ dicunt puellam
oculis aliquid promittere, (quorum vtrũque apud eũ- E
dem poetam legimus) quum puellam quampiam ſuos
oculos rapuiſſe queruntur, (vt Naſo, Tu quoque quæ
noſtros rapuiſti nuper ocellos) aut quum inducunt vi-
ciſſim puellam raptos ſeu ablatos ſibi oculos queren-
tem, (vt Medea Iaſoni apud eũdem, Abſtulerant ocu-
li lumina noſtra tui) quum denique oculos alicuius
puellæ vocant ſua ſidera, (quod argutis oculis præſer-
tim conuenire, oſtendit ille Naſonianus verſus, Argu-
tos habuit, radiant vt ſidus ocelli) non dubium eſt,
inquam, quin poetæ quum hæc aliáque id genus plu- F
rima de oculis dicũt, ἵμερον illum de quo nunc agitur,
deſcribant. Verùm ex huiuſmodi locis potius quid
valeat vox ἵμερος, quàm quo nomine eã debeamus in-
terpretari diſcimus: ac profectò quum exiſtimem fru-
ſtrà quæſitum iri vocabulum Latinum quod vnum v-
ni Græco reſpõdeat, ſi duobus aut etiã tribus vim eius
expreſſero, lectori ſatiſfeciſſe me putabo. Reddo igi-
tur hìc ἵμερος Amoris illicium in oculis, Amoris il-
lices oculi, (aut ſimpliciter Illices oculi) Oculorum
philtrum, ſeu Philtrum ab oculis prodiens, Aſpectus
amoris conciliator. G

Ἵμερος tanquam venenũ quoddam Veneris fingitur
ab Euripide: vt inquit Euſtathius, afferens hunc eius
locum, μή ποτ' ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων πέζων ἐφίης (niſi potius
ſcribendum ἐφιῆς) ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν. Qui locus
ex Medea huius poetæ eſt ſumptus. inde enim & ipſe
eum antea protuli: ſcribens μή ποτ' ὦ δέσποινα, vt ibi
legitur. Eſt porro hæc δέσποινα, Venus, ad quam ſer-
mo dirigitur. Non malè autem fortaſſis hunc etiam
locum ad ea quæ περὶ ἱμέρου in proximo tmemate di- H
cta fuerunt, referemus: vt intelligamus, ἵμερον, id eſt a-
moris illicium, quod ex oculis alicuius emanat, eſſe
venenum quo Venus ſuas ſagittas tingit. Alioqui po-
teſt etiam generalius accipi pro cupidine, (ſicut antea
hanc illi ſignificationem dedi) eo ſenſu quo dicitur
Captus vel capta cupidine, Tactus vel tacta cupidine:
aut etiam cum aliis verbis, vt in præcedentibus docui.

Ἵμερος, eſt etiam certa quædam ᾠδὴ, id eſt cantilena, ſeu canticum: ſiue certæ cuiuſdam cantilenæ no-
men, aut cantici. Vide Pollucem lib. 4, cap. 7.

ADIECT. Ἱμερος eſt Deſiderabilis, Deſiderium
excitans, Dignus qui deſideretur. Sed reddi etiam po-
teſt Amabilis, Suauis. Affertur ex Anthol. epigram-
matum & in ſuperlatiuo gradu, ἱμερόπαιν κάλλος. Ab
Heſychio ἱμέρων exponitur ἐρεσμίων, ποθεινῶν. ἵμεροι au-
tem, ποθεινοὶ & ὀξυθυμητί: necnon ἀγαθοὶ, ἐρεσμοὶ, ἀγαπη-
τοὶ, ἀγαστοί. Rarum tamen eſſe puto vocis huius vſum
pro adiectiuo nomine: licet inueniatur & COMPOS.
Ἱμεροφωνος, in eodem libro, pro Dulciloquus.

Eſt denique & proprium NOMEN Ἵμερος, vnius
ex tyrannis Seleuciæ. Inuenitur alioqui & VO-
CAB. Ἱμέεις proprium itidem nomen. Apud Plu-
tarchum De diſcern. adul. ab amico, eſt cuiuſdam κόλακος
nomen. Sic vocatus fuit & quidam rhetor aut
ſophiſta, cuius declamationes à me editæ fuerunt cũ
Polemonis & aliorum quorundam declamationibus.
Meminit Suidas: apud quem legitur ETIAM Ἱμεία, & dicitur eſſe fluuius. (Sed perperã in Germanica
editione pro Ἱμεία ſcriptum eſt Ἱμείαι)

Ἱμερόεις, εντος, ὁ, Deſiderabilis, Optabilis. Item Amabilis,
Suauis, Gratus. In Anthol. epigrammat. ἱμερόεις dicitur
ceſtus Veneris, (cui Homerus ἵμερον ineſſe perhibet)
Αὐτή σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαζῶν Κεστὸν ἔδωκεν ἐχάν.
Homerus Iliados ε, valde apto epithero, ἐρ γαμοιο appellauit ἱμερόεντα, hoc in verſu, Ἀλλά σύ γ' ἱμερόεντα μέτ-
ερχο ἔργα γάμοιο. Apud eundem legimus ἱμερόεν κιθαρίζε. Iliad. σ, vbi ἱμερόεν aduerbialiter ponitur, Τοῖσιν δ' ἐν μέσοισι παῖς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμερόεν κιθάριζε. Quod ve-
rò apud eundem legitur Odyſſ. κ, Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος, mirum videri poſſit, propter hoc adiectiuum
ἱμερόεις. quomodo enim γόος poteſt ἱμερόεις appellari? Sed ego exiſtimo Homerum, cui frequens eſt ἵμερος ὥρπ γόοιο, hoc loquendi genus voluiſſe in illud reſol-
uere.

Ἱμερόεις eſt etiam ὀξυθυμητικὸς, ſi Suidæ, vel potius
ſi vulgatis exemplaribus operis illius credimus. Eum
enim ὀξυθυμητὸς ſcripſiſſe (quo & ἱμερτὸς ab Heſychio
exponitur) magis veriſimile eſt. Alioqui retinendo
ὀξυθυμητικὸς, actiuam etiam ſignificationem habere
nomen illud ἱμερόεις dicendum erit.

Ἱμερτὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἱμερόεις. Sed hoc ἱμερτὸς habet po-
tius formam nominis verbalis ab ἱμείρομαι. Euſta-
thius illud ἱμεροέντα quod paulo antè ex Homero at-
tuli, exponit ἱμερτά. Heſychio ἱμερτὸν eſt ἐπέρασιν, & καλὸν, ποθεινὸν, ὀξυθυμητὸν, ἐρεσμιον. Itidémque Suidæ ἱμερ-
τὸς eſt καλὸς, ἐπέρασος, ποθεινός. Quas expoſitiones ſequẽ-
do, ἱμερτὸς erit (ſicut & ἱμερόεις) Deſiderabilis, Optabi-
lis: item Amabilis, Suauis, Gratus: necnon Pulcher, ſeu
Venuſtus. At vulg. lex. ἱμερτοῖσιν ὑδάτεσσι interpretatur
liquidis aquis, in iſto Apollonii loco, Οὐ δέμας ἱμερτοῖ-
σιν αἰαψύχοις ὑδάτεσσι. Sed fidem huic interpretationi
non adhibeo. In iiſdem eſt SVBST. Ἱμερτὴς,
redditum Deſideratus: ſubiungitúrque Suidæ expo-
ſitio ὁ ὀξυθυμητής: quum tamen hoc vocabulum ὀξυ-
θυμητὴς minimè ſonet Deſideratus, ſed potius Deſi-
derator, Concupitor, ſi his vti liceat. Sed ἱμέρτης
ſcribendum potius eſſet, meo quidem iudicio, in hac no-
minis ὀξυθυμητὴς ſignificatione: at ἱμερτὴς ſonaret ὀξυ-
θυμητὸς: atque vt ἱμέρτης, ἱμέρτου, ita ἱμερτὴς, ἱμερτοῦς, de-
clinandum eſſet. AT VERO Ἱμερτὴ nomen Le-
ſbi inſulæ, eſt fœmin. illius Ἱμερτὸς: ſed ex appellatiuo
nomine in proprium quodammodo tranſibat quum
ita vocaretur Leſbus. Huius autem appellationis me-
minerunt Heſychius & Euſtathius. In iiſdem
illis vulg. lex. eſt NOMEN Ἱμέραιος expoſitum De- H
ſiderabilis & Optabilis: quum tamen reperiam dun-
taxat hoc Ἱμεραῖος pro eo qui eſt ex Siciliæ vrbe cui
NOMEN Ἱμέρα. Redditúrque Himeræus, & Hime-
tenſis. Eſt verò & heroinæ cuiuſdam nomen Ἱμέρα:

Sed à Suida affertur ET IAM Ἱμεραία tanquam nomen cuiusdam anus, necnon ciuitatis.

Ab ἵμερος est etiam VERBVM Ἱμέρω, idem significans quod ἱμείρω. (ex quo factum esse nomen illud ἵμερος antea docui) Legitur enim apud Hesychium & alium quempiam, ἱμέρει, ὀπτᾶται, θέλει. Suspecta tamẽ esse potest vtrobique exemplaris fides. Nam ad Hesych. quod attinet, Germanica editio ex Aldina emendari potest. (Alioqui nõ minus nouum videri queat ἱμείρος quod apud eum legimus, idem valens quod ἱμέρος, quàm ἱμέρει, idem valens quod ἱμείρει. Estque notandus ibidem ille accusatiuus ἱμείρους: habens NOMINAT. ἵμειροι, significans ἔρωτες & πόθοι: sicut ille ἱμείρος exponit ἔρωτας & πόθους) AT VERO Ἱμεροῦσθαι peculiarem quandam significationem habet, de puella dictum pro Rem habere cũ viro, Coire cũ viro: quòd videlicet coitus seu concubitus ab amore proficisci soleat: vnde etiam amoris opus interdum à poetis appellatur. Sic apud Hippocrat. ἱμερωδεῖσθαι Galenus exponit αἰδοῖ μιγεῖσαι. Sed in vulgaribus lexicis affertur VERBVM Ἱμέρομαι, tanquam thema illius ἱμερωδεῖσθαι: dicitúrque esse, prima significatione, Induco ad desiderium. Cui interpretationi fidem derogandam esse censeo.

Ἵμερα autem in hũc locum reseruaui quòd dubium cuipiam esse possit vtrum in numero deriuatorum ex nomine ἵμερος censeri debeat. Significantur enim hac voce ἵμερα flores & coronamẽta quæ ad expiationes lustrationésque adhibebantur. Quæ expositio petita est ex Hesychio.

Nomen ἰξὸς, de quo nunc agere oportet, valde dubium est vbi poni debuerit: quum tres eius afferantur deriuationes seu etymologiæ, sed tales vt nulla earum fide digna esse videatur. Verùm qualescunque illæ sint, (quarum alioqui duæ Etymologi simul & mei veteris lexici autoritate nituntur: tertia autem solo lexici illius testimonio confirmatur, quod sciam) post tria hæc verba, vel potius post vnum ex his tribus, ponendum fuisset,

Ἄγω, Ἴχω, Ἔχω.

ΙΞΟΣ, οῦ, ὁ, Viscum. Plutarchus in Coriolano, θήρας ὄργανον φέρουσα τὴ ἰξόν. Hesychio ἀσυλις est φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξός, id est, Planta è qua prouenit viscum. A Luciano metaphoricè vsurpatur in libro De scribenda historia, quum enim dixisset, μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν τοῖς θεωρῶν ἢ πειρῶν ἢ ποιημῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δωῤῥαμν λόγον ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾶν, παρεὶς τὴν ἱστορίαν: subiunxit, ἀλλ' ὀλίγον τοῦτο λαμβάνος, τῆ χρησίμου καὶ σαροῖς ἕνεκα, μεταβίσῃ, ἐκφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τοῖ θεάμασι καὶ τὴν ἀκρασίαν ἅπασαν λιχείαν. Vbi Micyllus interpretatus metaphoram retinuit, interpretans ἰξὸν non solùm viscum sed & glutinum. ita enim locum hunc reddidit, Maximè autem temperantia quædam adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut fluuiorum: vt ne vim ac potestatem verborum ineptè ac præter rem ostentare velle videaris, tuúmque ipsius negotium agere, historia omissa: sed modicè adhibitis illis, vtilitatis & perspicuitatis tantùm gratia, mox inde digrediaris, visco seu glutino quod in hac re est, atque vniuersa tali gulositate euitata. Ego autem existimo ἰξὸν, id est viscum, vocari à Luciano materiam quam res ipsa præbet ostentãdæ facultatis dicendi: quæ materia talis est vt quũ quis in eius tractationem se immiserit, inde orationẽ suam expedire seu extricare non possit, sed ita hæc illi tenaciter adhæreat vt visco aues adhærere solent. Et quoniam in huiusmodi descriptionibus sibi placere & indulgere plerique historici solebãt, atq; auidè hanc ostentandæ λόγον δωῤῥαμεως, id est, facultatis dicendi, siue eloquentiæ, (nõ potestatis verborum, vt interpres reddit) occasionem arripiebant, ideo λιχεία quoque vocat. Hæc mea est de isto loco sententia, dum aliquis meliorem quampiam proferre visus fuerit. Est autem obiter notandus & NOMINIS Λιχεία metaphoricus iste vsus.

Ἰξὸς est etiam planta quædam, teste Hesychio. Itidem certè à Latinis frutex quidam appellatur viscum.

Ἰξὸς redditur etiam Arundo aucupatoria: quòd ab Hesychio exponatur κάλαμος ἰξευτικός. Vide Ἰξευτής.

Ἰξὸς, sicut & ἰξία, pro varice. vide Ἰξία.

Ἰξὸς tres habet etymologias, sed tales vt nulli earũ multum fidei adhibeam. Ἰξὸς (inquit Etymologus) est ἡ παγὶς τῶν θρουσίων, id est, pedica passerum. (sic autem appellat, quòd visco veluti pedica seu compedibus irretiti teneantur. Et quòd peculiariter mentionem facit θρουσίων, conuenit cum ea expositione quam Hesychius nomini ἰξευτὴς tribuit, exponens θρουσοπάσης) Quibus adiungit, quasi ἄξος τις ὤν. nimirum ἀφ' οὗ τὸ ἄγειν τὰ ὄρνεα. Vel (inquit) ab Ἴχω, ἴξω, ἰξός: videlicet ὁ φθάνων μέχρις αὐτῆ ἱπτάμενα τὰ ὄρνεα μέχρις ὧν αὐ φθάνωσι τὰ πτηνὰ πτῶσιν. αὐτὴ τὰ ἔνθα ἱκνοῦται καὶ ἀφαγίνονται. Hactenus Etymologus. At in meo veteri lexico additur tertia deriuatio, à verbo ἔχω, significante κρατῶ. vt ab eius futuro ἕξω fiat ἰξός, quod mutetur in ἰξός.

VERVM Ἰξοὶ Hesychio sunt etiam οἱ γλίσχροι καὶ φειδωλοί, id est tenaces & parci. In qua significatione minimè necesse puto aliam nominis illius deriuationem quærere. existimo enim esse metaphoricam, & vocari hominem parcum ἰξὸν, id est viscum, quòd manus tenaces habeat tãquam viscum, siue quòd omnia eius manibus, tanquam visco, inhærescant. Tale est quod nostrate lingua de quibusdam dicimus, *Ils ont les mains gluantes*: id est, Habent manus viscatas: de iis quorum manus quicquid attingunt, ad se attrahunt tanquam viscatæ. Atque adeo optimè conuenit & Græci vocabuli γλίσχροι & Latini Tenaces metaphora cum ea de qua nunc agitur: quum ipsum quoque viscum γλίσχρον & tenax appellari possit. Quæ quum ita sint, non video cur aliam hæc significatio deriuationem sibi postulet. quanuis enim non dicatur pluraliter ἰξοὶ, vt nec visca Latinè, à ratione tamen non abhorret vt si ἰξὸς vocetur aliquis qui tenax sit & parcus, perinde acsi nominaretur viscum: itidem plurali numero ἰξοὶ nuncupẽtur qui tenaces sunt & parci. Siquis tamen aliquid melius hac de significatione attulerit, id lubenter amplectar.

C. Ἰξοβόρος, ου, ὁ & ἡ, VEL Ἰξιβόρος, (q.d. Visciuorus) Visco vescens. Valétque idem & ἰξοφάγος, seu ἰξιφάγος, de quibus mox dicetur.

C. Ἰξοφάγος, ου, ὁ & ἡ, SIVE Ἰξιφάγος, idem quod ἰξοβόρος seu ἰξιβόρος, quæ proximè præcedunt. Sed quum generalem significationem hæc habeant, & de omnibus auibus dicantur quæ visco vescuntur, (quæcunque illæ sint) peculiariter de quibusdam turdis dicuntur. Nam ex tribus κιχλῶν (id est turdorum) generibus, vnũ esse earum quæ ἰξοφάγοι appellantur, dictum antea fuit: ab Aristotele autem ἰξοβόροι, nomine idem significante, nuncupantur. Κιχλῶν δ' εἴδη τρία· (inquit, libro 9, De hist. anim.) ἡ μὲν, ἰξοβόρος· αὕτη δ' οὐκ ἐσθίει ἀλλ' ἢ ἰξὸν καὶ ῥηπίνλω.

C. Ἰξοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Viscum ferens, seu gerens. Apud Sophoclem in Meleagro, ἰξοφόροι δρύες sunt αἱ ἰξὸν φέρουσαι, teste Hesychio. Apud Oppianum autem legimus ἰξοφόροις δόνακας, significantem τοῖς λεπτοῖς λύγοις, vt scribit Eustathius. Neque tamen affirmat, sed dicit videri hoc velle significare.

Ἰξώδης, εος, ὁ & ἡ, Viscosus, Visci modo lentus, Tenax.

Ἰξώδεις, εντος, ὁ, Viscosus. quo vocabulo vtitur Palladius, licet in vulgatis dictionariis non extet. Redditur etiam Lethalis: de qua significatione dicam infrà, vbi agam de nomine Ἰξίας.

Ἰξεύω, Visco aues capio. Sed generalius Capto aues, Venor aues, (nam verbum venor ad eas etiam extenditur) Aucupor. VNDE EST Ἰξευτὴς, οῦ, ὁ, Auceps. Magis propriè q. d. Viscator. (sicut ἰξεύτεια redditur Viscatrix) Qui visco aues capit. Ab Hesychio exponitur VOCE Σπρουθοπάσης, quæ sonat (vt opinor) Passerum captor, Qui passeres capit. Videtur enim compositum esse hoc nomen (quod vix antiquum esse credo) ex nomine σρουθὸς & verbo πάσαι. Et quòd passerum hîc peculiariter mentio fit, conuenit (vt antea docui) cum eo quod apud Etymologum legimus, ἰξὸν esse θῆρ σρουθίων παγίδα. Vtuntur autem οἱ ἰξευταὶ, id est aucupes, καλάμοις siue δόναξιν, (id est calamis siue arundinibus) qui itidem ἰξευταὶ appellantur. Legimus enim in Anthol. epigramm. ἰξευτοῖς καλάμοις, necnon ἰξευτοῖ δόνακι. (Quibus in locis ἰξευτὴς ponitur pro ἰξευτικός: de qua voce dicetur infrà) Horum autem calamorum fit mentio & à Bione in quodam elegantissimo idyllio, cuius initium est, Ἰξευταὶ ἐπὶ κῶρος. (quod NOMEN Ἰξευταὶ Doricum est pro ἰξευτὴς) Sed afferam primos huius idyllii versus, vtpote aliquid etiam habentes ad ἰξευτῶν τέχνιν pertinens: Ἰξευταὶ ποτὲ κῶρος, ὃν ἄλσεϊ δενδρήεντι Ὀρνέα θηρεύων, τὸν ἀπὸ ῥόπτρου εἶδεν ἔρωτα Εσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον. ὡς δ' ἐνόασε, Χαίρων, ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ. Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι σωνάπτων, Τᾷ ἢ τᾷ τὸν ἔρωτα μεπάλμενον ἀμφεδόκευεν. Quos versus olim Venetiis ita reddidi, primis ferè iuuentutis annis, Auceps fortè puer dum venaretur opaca In sylua volucres, infelix omen, Amorem Fronde super buxi vidit pallente sedentem. Tunc puer exultans, magna velut alite visa, Continuò viscum calamósque recolligit omnes, Insidiásque omnes volitanti tendit amori.

FOEM. Ἰξεύτεια, ET Ἰξευτηεία, Viscatrix. Sed crediderim, vt ἰξεύτεια est tanquam ab ἰξευτὴς, (sicut ποιητὴς habet fœmininum ποιητεία) ita ἰξευτηεία esse tanquam ab adiectiuo mascul. ἰξευτηεος. Plutarchus in libro De fort. Rom. καὶ γὰ ἰδίας τυχης ἱερόν ἐστιν ὃν πάλαι καὶ τὴν τῆς ἰξευτείας· εἰ καὶ γελοῖον, ἀλλ' ἔχει ὀκ μεταφορᾶς ἀναθεώνησιν, οἷον ἐλκουσης τὰ πορρῶ, καὶ κρατούσης συμπεσεῖν ῥόμβα. Quæ Budæus ita reddidit, in ea quam edidit illius libelli interpretatione, Iam primùm igitur idiæ [id est priuatæ] fortunæ delubrũ in palatio situm est. est & ixeutriæ, [id est viscatricis] tametsi id nominis ridiculum est, sed non abs re tamen, translatione id dante, ac si dicas, tenaciter attrahentis quicquid illi hæsisset. Et hoc quidem in loco (vt vides) extat prior illa scriptura ἰξεύτεια, quæ magis mihi placet. At in alio eiusdẽ Plutarchi reperitur posterior ἰξευτηεία, vbi ipsemet interpretatur Viscata. Is legitur in Rom. quæst. seu problem. καὶ τί αὖ τῆς ἐπιξίοι ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ὅπου τυχης ἰξευτηείας ἱερόν ἐστιν, μὴ βιτκάπαν ὀνομάζουσιν, ὡς πορρῶθεν ἡμῶν ἁλισκομένων ὑπ' αὐτῆς, καὶ τῶν σφόμβων τοῖς πεφάγμασιν; Extat verò & substantiuum NEVTRVM Ἰξευτήειον, quod redditur Aucupium. In vulg. lexicis habetur ETIAM Ἰξεωτεία, quod exponitur, Quæ, tanquam viscum, procul existentia detinet. Sed mendosam esse hanc scripturam arbitror, & pro ἰξευτείας per errorem irrepsisse, ex illo Plutarchi loco quem paulo antè protuli: præsertim quum expositio etiam cum illa cõueniat. Credibile est certè aliquem ex illo Plutarchi loco margini sui dictionarii adscripsisse, deinde alium inde hoc vocabulum describentem, non ἰξευτείας (vt erat huius linguæ rudis) sed ἰξεωτείας scriptum esse credidisse.

Ἰξευτικὸς, οῦ, ὁ, Ad aucupes seu ad aucupum artem pertinens. vt ἰξευτικὸς κάλαμος apud Hesychium: vbi scribit, Ἰξὸς, εἶδος φυτοῦ, καὶ κάλαμος ἰξευτικός. Sonat autem κάλαμος ἰξευτικὸς, q.d. Calamus viscatorius, seu Arundo viscatoria. (nam viscatrix arundo responderet potius illi præcedenti ἰξευτὴς κάλαμος) Ex Ouidio autem reddi potest Viscata arundo: vt ille dicit Aues fallere viscata virga.

Ἰξευτικὸς, si Suidam sequimur, capitur etiam pro ἰξευτὴς, id est Auceps, Qui visco capit aues. Nam ἰξευτὴς ab eo exponitur hoc nomine ἰξευτικός: & additur, ὁ δ' ἰξοῦ τοὺς ὄρνεις θηρῶν, ἤτοι κόλλης πινός. Sonabit autem propriè ἰξευτικὸς (dãdo illi eum etiam vsum quem alia eodem modo terminata obtinent) Peritus capiendi visco aues.

Ἰξία, ας, ἡ, etiam dicitur, eadem significatione qua ἰξὸς, pro Visco. Theophrast. De caus. plant. lib. 5, cap. 22, ἐπεὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθείρειν. Legitur apud eundem hac in significatione cum alibi, tum verò l. 3, De caus. plant. c. 16, vbi disserit de arbore quæ πεῖνος vocatur, id est Ilex: φέρει δὲ καὶ ῥᾶδα πλὴν βάλανον, κόκκον τινὰ φοινικοῦν. ἔχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὕφεαρ. ὥςτε ἐνίοτε συμβαίνει τὰ πάρας ἅμα καρπὸς ἔχειν αὐτὸν· δύο μὲν, τοῖς ἑαυτῆς, δύο δ' ἄλλοις τινὰ τῆς ἰξίας, καὶ τὸν τῆ ὑφέαρος. καὶ πλὴν μὲν ἰξίαν &c.

Ἰξία vocata fuit & quædam planta, quæ alio nomine chamæleon albus. Ideo autem ἰξίαν vocauerũt quia ἰξὸς (id est viscum) quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Dioscorides l. 3, c. 10, Χαμαιλέων λευκός. ἰξίαν δοῦπον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἔν τοι τόποις ἰξὸν ἐυρίσκεσθαι ὑπὸς τὰς ῥίζας αὐτοῦ. ὃ καὶ αὐτὴ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. Dubium porro esse posset vtrum à nominato ἡ ἰξία esset ille accusatiuus ἰξίαν, an potius ὁ ἰξίας pro eius nominatiuo haberi deberet: sed Plinius nominatiuum facit Ixia, non Ixias: si vulgatæ eius editiones non mentiuntur. Legimus enim l. 22, c. 18, ex Dioscoride, Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Et paulo pòst, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maximè circa canis ortum: (quomodo thura nasci dicuntur) vnde & ixia appellatur. Hoc vt mastiche vtũtur mulieres. Galenus quoque in lexico vocum Hippocrat. ἰξίον interpretatur φύλλον τὴ λευκοῦ χαμαιλέοντος. Quæ VOX Ἰξίον suspecta esse possit: atque adeo in vulg. lex. alia affertur lectio, nimirum ἰξιῶν, & φύλλων: non addito tamen vllius veteris exemplaris testimonio. Ego ex quodam annotatũ reperio ἰξίον quidem eodem modo, sed φύλλα pro φύλλον. Sciendum est porro Theophrastum lib. 9, cap. 13, De hist. plant. chamæleonis duo genera describentem, ἰξίας non meminisse, (vt annot. vulg. lex.) nec ἰξοῦ, id est visci, quod chamæleonis albi, vt tradit Dioscorides, vel vtriusque radicibus, Plinio teste, innascitur. AT VERO ὁ Ἰξίας alia esse videtur radix, (vt in iisdem annotatur) licet Galen. Simpl. lib. 8, chamæleonis nigri radicem aliquid δηλητήριον habere scripserit. Inter lethales enim radices separatim enumerari à Dioscoride τὸν ἰξίαν: scribente lib. 6, cap. 21, ἰξίας δὲ, ὃς καὶ οὐλόφυον καλεῖται, ὃν τῆ πίνεσθαι ὁμοίον π ὠκίμῳ κῆ πλὴ ὀσμὴν καὶ κῆ πλὴ χεῦσιν ἐμφαίνει. (ita enim scribendum est, non οἷον π ὠκίμῳ) Nicander autem ἰξίαν periphrasticè appellauit ἰξιόεν πῶμα, in Alexipharm. Ἰξιόεν δέ σε μὴ π δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα Οὐλοφόνον λήσειεν, ὅ, τ' ὠκιμοειδὲς ὀδωδὲ. (Vbi obserua obiter, ὠκιμοειδὲς ὀδωδὲ, conueniens cum eo quod Dioscorides dixit, ὅμοιόν τι ὠκίμῳ κῆ πλὴ ὀσμὴν ἐμφαίνει. Obserua item VOCEM Οὐλοφόνον, quæ itidem apud Dioscoridem est nomen quo à quibusdam vocatur ὁ ἰξίας. adeo vt non simpliciter considerandum sit hoc vocabulum οὐλοφόνον tanquam epithetum, vt censuisse videtur scholiastes: quum exponit, τὸ οὖλα βλάπτον, ἤ ὅλον φονδυτικόν. De hac autem voce οὐλοφόνον hæc Gorr. scribit: Οὐλοφόνον dicitur chamæleo herba: non omnis tamẽ chamæleo ita vocatur, vt quibusdam placet, sed tantùm is qui viscũ profundit. vnde Nicander in Alexipharm. οὐλοφόνον ἰξιόεν dixit, quasi viscosum. Hæc ille: cuius de adiectiuo ἰξιόεν sententia animaduertenda est: quum alioqui illi à quibus ἰξιόεις redditur etiam Lethalis, ex hoc loco istius interpretationis occasionem sumpsisse videri possint. Nisi potius quoniam ἰξία est nomẽ certi cuiusdam medicamenti lethalis siue lethiferi, ideo ἰξιόεις generaliter pro lethali accipi putauerunt. Scribit

verò οὐλόφρονον, cum accentu in antepenult. quæ scriptura apud Dioscoridem extat: quum apud Nicãdrum alteram illam scripturam οὐλοφόνον habeamus) Reprehenditur porro Nicandri scholiastes, qui in illum eius locum annotarit ἰξίαν esse χρῶς τῆς σίλφης, τῇ χροιᾷ μέλαν: quum post Dioscoridem Aetius lib. 13, cap. 71, ἰξίαν non inter blattas sed inter radices venenatas reposuerit: itidémque Paulus libro 5, cap. 19, scribens, τῶν δηλητηρίων δὲ ῥιζῶν, χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θαψία, ἰξίας. Dicitur porro hoc venenum non solùm ὁ ἰξίας, sed etiam ἡ ἰξία. Affertur enim ex Galeno lib. 2 De antidotis, τοῖς δὲ πλὴν ἰξίαν πεποιῆσθαι βοηθεῖ ἀψίνθιον μετ' οἴνου καὶ κασσείου. & ex Theophr. lib. 9, De hist. plant. ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἡ τραγάκανθα καλουμένη. Plinius ἰξίαν interpretatur viscum, cum alibi passim, tum in hoc loco, vbi disserit de fibris qui castores appellantur, & castorea, testes eorum: scribens, Auxiliantur priuatim contra viscum ex aceto. In qua interpretatione Pliniũ lapsum esse quidam existimant, quòd venenum quod ἰξίας dicitur, chamæleonis albi viscum esse falsò crediderit. Alii (quibus potius assentior) mirantur quidem Plinium maluisse interpretari viscum, quàm Græcam vocem, cum Scribonio Largo, retinere: sed ex magna similitudine quam ἰξίας cum aucupatorio visco habet, effectum esse putant vt Plinius viscum reddiderit: quoniam sicuti viscum, cuiusque rei, cui hæserit, tenax est, ita, si deuoretur ἰξίας, omnia glutinat interanea, omnésque contrahit & colligat excrementorum exitus. Tale quid autem de eo testatur Nicandri scholiastes, qui alioqui blattæ genus esse existimauit, vti dictum est. Addam porro his & Gorræi περὶ τῶν ἰξίου verba, tanquam corollarium: Ἰξίας dicitur chamæleo, vt patet ex Scribonio Largo, vbi de venenis agit, similiter ex Hesychio. Verùm non omnis chamæleo est, sed qui viscum fert: cuiusmodi habetur qui in Creta prouenit, quem Theophrastus lacrymam reddere scripto testatus est. Dioscorides autem ad radices eius profundi viscum quibusdam in locis affirmat, quo mulieres vtãtur pro mastiche. Itaque non omnis chamæleo, sed qui viscũ remittit, ἰξίας dicitur. Quod discrimen intelligens Nicander, quum in Alexipharmacis vlophoni veneni (quod omnium consensu chamæleo censetur) meminit, adiecta nota οὐλοφόνον ἰξιόεν, quasi viscosum, dixit: quod idem erat atque ἰξίαν dicere. Non est igitur idem chamæleo & ἰξίας: hoc speciei, illud generis rationem habet. Ac quum chamæleonem veteres in duo genera distinxerint, album & nigrũ, & videatur Dioscorides ἰξίαν speciem albi facere, (quod tamen mirum est, quum album bibi posse constet: ἰξίαν verò longè perniciosissimum esse venenum) attamen patet ex eorum dictis chamæleonem ἰξίαν multum esse differẽtis naturæ à chamæleone viscum non ferente. Nam qui viscum non fert, si albus quidem est, nõ est venenatus: (quòd Dioscorides, Galenus & Plinius eum propinent aduersus interaneorũ animalia, hydropas & dysuriam) si verò niger est, venenatam quidem & lethiferam radicem habeat, autore Galeno: (qui propter ea suadet tantùm ea foris vtendum esse, aduersus scabiem, impetiginem & vitiliginem) sed longè variis ab ixia modis nocentem, multumque diuersa symptomata inuehentem, & notas similiter differentes, & alia quoque remedia poscẽtem. Testis Paulus Ægineta, qui seorsum de ixia déque chamæleone scripsit, quòd differant tum symptomatis tum curatione. Ex eo enim iudicari potest, Dioscoridem in prooemio libri sexti, venena in suas quæque classes digerentem, non temerè chamæleonem & ixiã inter radices separatim recensuisse. Cæterùm ἰξίας dicitur ἀπὸ τῆς ἰξοῦ, hoc est à visco, quasi viscaria planta. Nanque visco redundat tam tenaci & pernicioso, vt nonnisi interaneorum conglutinatu interitum afferre videatur. Hæc Gorr. apud quem plura vide.

Ἰξία (sicut & ἰξὸς interdum) Varix. Poll. Onomast. lib. 4, Κιρσός, ἡ καὶ ἰξός, οἴδημα φλεβῶν περὶ κνημῶν πολύς, πηγάδιον ὀδηγαφρόνων, μικρὸς, ὀξύς. Vocatur autem & ἰξία, (inquit) ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς πίτυσι τῆς πίτυος ὁμοίως συγκρόφου: necnon ἰξὸς. Itidemque à Galeno apud Hippocratem ἰξία exponitur κιρσί. Sed affertur alia etiam SCRIPTVRA, Ἰξαί, ex Plut. in Mario, Ἰξῶν αἰάπλεος. vbi tamen meritò suspectus fuerit genitiuus ἰξῶν, quòd facilis fuerit alicui librario lapsus ex ἰξιῶν in ἰξῶν.

Inuenitur ETIAM Ἰξίνη, SIVE Ἀκανθα ἰξίνη, sed non de eadem planta. Fert tamen ἰξίνη quoque mastichen. Theophr. De hist. pl. l. 9, de iis quæ lacrymam ferunt, σωίσκεται καὶ ὅθεν τῆς σχίνου καὶ ὅθεν τῆς ἀκανθῆς τῆς ἰξίνης καλουμένης· ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. Ab eodem eiusdem operis l. 6, c. 3, interaculeatas reponũtur ἰξίνη & χαμαιλέων. (Reprehenditur autem Gaza qui ἰξίνῃ carduum pineam interpretatus sit) Idem l. 6, c. 4, hanc describens, ait, ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μόνου πολλαχοῦ, ῥιζόφυλλον δὲ ὄζον. ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανθος ὅθεν πεφυκεν, ὡς καὶ μᾶλλον θαυμάζειν ὅθεν κεκρυμμένον ὅθεν τὴν φύλλων. οὗτος δὲ ὅθεν τὸ ἄκρον φέρει τὸ δάκρυον εὔοσμον καὶ ὅθεν ὅθεν ἡ ἀκανθη καὶ ἡ μαστίχη. Quæ verba Plinius interpretans habet Hexine: sed nemo dubitat quin Ixine (ex illo ἰξίνη) reponi hic debeat pro Hexine, & alibi itidem pro Helxine. Verba ipsius Plinii sunt, lib. 21, cap. 16, Hexine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, cõtectum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, acanthicen appellatam. Vicissim autem ex postremis hisce Plinii verbis rectè emendantur postrema Theophrasti verba, reponendo ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη.

In deriuatione verbi sequentis ἰύζω, illorum autoritate nitor quibus placet ab aduerbio ἰοὺ esse deductum. Fateor alioqui, significationem illius verbi quæ vulgò affertur, nõ satis cum illa deriuatione consentire. Sed fieri potest vt ἰύζω primò dictũ fuerit de eo qui clamaret ἰοὺ, (sicut αἰάζω scimus dici de illo qui clamat αἰ) licet exemplum huius significationis nullum nobis extet.

Ἰοὺ, aduerb. Hei, Heu, Eheu. sicut οἴμοι. Sed geminari solet hoc aduerb. ἰού: sicut & cætera id genus. Habes in Aiace Soph. p. 44, meæ editionis. Apud Lucianum is qui vapulat, clamat, ἰοὺ, ἰοὺ: in Timone, πῶς ποῖ; παίεις ὦ Τίμων; μαρτύρομαι. ὦ Ἡρακλεῖς. ἰοὺ, ἰοὺ. περικαλοῦμαί σε τραύματος εἰς ἄρειον πάγον. Plutarchus in libro De def. orac. αἰσθόμενον, ἰοὺ, ἰού· διεκέκραγεν περῆμα καὶ ζητήσεως δέομενον πολλῆς ἡκεπ κομίζοιτης ἡμῖν. Legitur & apud Platonem in Gorgia, ἰού, ἰού. Non solùm autẽ geminatum, sed multoties repetitum inuenitur apud Aristophanem. Ex Luciano affertur & genitiuo iũctum, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, δεινῶν βουλευμάτων.

Ἰοὺ interdum non gementis est, sed contrà exultãtis. Sed hac in significatione quidam SCRIBI Ἰοῦ cum circunflexo tradunt. περιεσπᾶται ὅθεν χαρᾶς, (inquiũt) ὀξυνέται δὲ ὅθεν θλίψεως. Neque tamen hæc scriptura vulgatis Platonis editionibus confirmatur: vtpote apud quem De rep. libro 4, sit vox exultantis propter rem deprehensam quæ inuestigabatur, ὀξυτόνως tamen scripta: ἰού, ἰού, εἶπον, ὦ Γλαύκων, κινδυνεύομεν τῷ ὄντι ἐκεῖνο ἴχνος· καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφυγεῖν ἡμᾶς. Ne autem valde miror particulam istam, quæ alioqui gemẽtium est, exultationis contrà indicem nonnunquam esse, facit particula ἰοὺ, quæ itidem contrarium hunc vsum interdum obtinet.

¶ Ἰύζω, Clamo ἰού: si quidem verum sit ab ἰοὺ esse deductum hoc verbum, vt αἰάζω ab αἰ. Sed nullum affertur huius significationis exemplum: ac fieri potest vt obsoleuerit. Alioqui pro ea videri queat facere copulatio verbalis ἰυγὴ cum σοῖς apud Sophoclem. A grammaticis dicitur esse, Vocem talem edo qualis est sibilantis. Homerus Iliad. ρ, de leone loquens bouem ex armẽto raptum vorante, — ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες τ' αἴδρες τε νομῆες Πολλὰ μάλ' ἰύζουσιν ἀπόπροθεν, οὐδ' ἐθέλουσιν Ἄγχιστον ἐλθέμεναι. Vbi Eustathius annotat ἰύζειν esse εἶδος συριγμοῦ. Apud eundem poetam legimus Odyss. ο, Ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπεπάλτο δεξιὸς ὄρνις Αἰετὸς ἀρπάξας χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ἡμερον ἐξ αὐλῆς. οἱ δ' ἰύζοντες ἕποντο Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. Vbi idem scholiastes annotat duntaxat ἰύζειν esse φωνὴν ἄσημον. In quendam autem locum libri σ Iliadis, vbi poeta verbali ἰυγμὸς vtitur, subiungens nomini μολπῇ, annotat idem enarrator, ἰυγμὸν & ἰύζειν esse φωνὴν ἄσημον, ὁποῖον καὶ τὸν συριγμόν. Autor breuium schol. in illo loco libri ρ Iliadis, ἰύζειν exponit ἀχρηστικῇ φωνῇ προσφέρονται, item προσφωνοῦσι. addens factũ esse hoc verbum ex aduerbio ἰού. At verò idem scholiastes (si tamen eiusdem & hæc scholia esse credendum est) in illo altero loco qui legitur Od. ο, ἰύζοντες exponit βοῶντες, id est clamantes. Sed magis mihi placet expositio quæ apud Etymologũ legitur, videlicet συρίζοντες, (nã reponi debet συρίζοντες pro συρίζοντος, vt ἰύζοντες pro ἰύζοντος) ac melius cum iis quæ ab Eustathio traduntur conuenit. Quæ autem apud eundem grammaticũ (Etymologum dico) subiunguntur, καὶ ἰύζουσιν, ἀχρηστικῇ φωνῇ προσφέρονται &c. eadem sunt cum illis quæ modò ex scholiaste Homeri attuli: atque adeò inde à quo piam adiecta fuisse puto: vt alia pleraque apud eum legi existimo, quæ illius non sunt, sed hinc inde addita. In vulg. lex. redditur Fistula cano, item Agresti voce profero. quæ secunda expositio ex illis scholiastæ verbis sumpta est. At prima nescio cuius autoritate nitatur, éstque mihi suspecta. Aliud enim est Sibilo, aliud, Fistula cano. Additur verò & tertia interpretatio, Clamo vt mulieres. Cui interpretationi occasionem putarem præbuisse locum Homericum qui ex Odyss. ο, allatus fuit, nisi ibi non γυναικῶν tantùm, sed ἀνδρῶν etiam, & quidem priore loco, fieret mentio. Illi certè interpretationi videri queat patrocinari expositio quæ à scholiaste Sophoclis datur nomini ἰυγὴ, videlicet ὀξεῖα βοή. Quinetiam schol. Theocriti ait esse τὸ λιγυφωνεῖν, & propriè de mulieribus dici. Non minus tamẽ tutũ fuerit simpliciter & generaliter interpretari Clamo. potest enim hæc interpretatio Hesychii pariter & Suidæ testimonio confirmari. Sed apud Hesych. legitur ἰυζεῖ, tanquam à prima circumflexorum conjugatione: quam scripturam mendosam esse puto pro ἰύζει. In iisdem illis lexicis affertur ex Callimacho, ἰύζων δ' ἀν' ὄρος. subiungitúrque mira expositio, λαχὼν καὶ κληρωθείς. Verùm non mira tantùm sed prorsus aliena esse hæc expositio, atque adeò alienum locum occupare facilè iudicari potest. Indicabo autem huius tãtæ erroris originem in Ἰυκτής: vbi & de ipso verbo Ἰύζω aliquid addam.

Ἰυγμὸς, οῦ, ὁ, Vox tanquam sibilantis, seu Vox sibilo similis. Aut etiam Sibilus. Reddi potest & Clamor, sequẽdo ea quæ de verbo ἰύζω dicta fuerunt. Homerus Iliad. σ, — Τοὶ δ' ῥίψαντες ἐμαρτῆ, Μολπῆ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Vbi annotat Eustathius μολπῆς & ἰυγμοῦ eam esse differentiam quæ sit λόγου ἐμμελοῦς & βοῆς ἀμελοῦς. nam μολπὴν esse μεμελισμένον ἔπος: at ἰυγμὸν, esse φωνὴν ἄσημον, ὁποῖον καὶ τὸν συριγμόν. In vulg. lex. exponitur etiam Fistulæ cantus. Vide Ἰυγή. Apud Hesych. legitur ETIAM Ἰυχμός.

Ἰυκτής, οῦ, ὁ, Sibilator, Qui sibilat: aut certè, Qui vocem edit sibilo similem: sequendo ea quæ in ἰύζω dicta fuerunt. In v. l. redditur Edens sibilum, item Vocalis. adduntúrq; hæ expositiones Græcæ, συρικτής, ὁ λιγύφθογγος. quæ ex scholiaste Theocriti sumptæ sunt, in hunc versum Idyllii quod βωκολιασταὶ inscribitur, Γρῆπυς δ' ὧν ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας. Ita enim versum illum explanat scholiastes, γρῆπυς δ' οὗ ἦδεν ὁ Μενάλκας συρικτής, ὁ λιγύφθογγος. Et addit, τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἰυκτής. Καλλίμαχος, Ἰύζων δ' ἀν' ὄρος. Quoniam autem illis Callimachi verbis subiunguntur ista λαχὼν καὶ κληρωθείς, inde factum est vt in postrema vulgarium lexicorum editione (qui error tam fœdus támque crassus est vt fœdior & crassior vix vllus esse possit) ita posita sint quasi iis exponeretur verbum ἰύζων. Atqui satis supérque manifestum est scholiastem non iam de participio ἰύζων loqui, sed exponere illam Theocriti vocem λαχὼν, voce κληρωθείς: vtentem particula καὶ, quæ & alibi sæpe hunc vsum habere cõperitur. Verùm & iis quæ de ipso verbo ἰύζω dicta fuerunt suprà, hoc addẽdum est, scholiastem illum ibi scribere ἰύζειν esse πολιγυφωνεῖν, & propriè de mulieribus dici. Legitur porro in v. l. & Ἰυγκτής.

Ἰυγὴ, ῆς, ἡ, idem quod ἰυγμός, de quo paulo antè dictum fuit. Soph. in Philoctete, pag. 41, meæ editionis, Τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαφνης, ὅπου Τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ πόνον σαυτοῦ ποιεῖς; Vbi scholiast. ἰυγὴν exponit ὀξεῖαν βοήν. Obseruandum est autem copulari ἰυγὴν & πόνον. hæc enim copulatio pro ea significatione verbi ἰύζειν cui primũ locum dedi, facere videri potest. Atque vt ἰυγὴν scholiastes Sophoclis tradit esse ὀξεῖαν βοήν, ita ἰύζειν exponi posset ὀξέως βοᾶν. Extat & apud Nicandrum illud verbale ἰυγὴ, in Theriacis, de basilisco, Οὐκ ἄρα δὴ κείνου ἀπειρεσχθέα κηώδεα γαίης Ἰυγὴν μίμνουσιν. vbi scholiastes ἰυγὴν esse ait φωνὴν πνεῦμα vel βοὴν ἀδιάρθρωτον, ἀπὸ τῆς συμβαίνοντος τῷ ποιηθείσῃ. Cæterùm si ἰυγμὸς reddi possit Fistulæ cantus, (quæ interpretatio habetur in vulg. lex.) non dubium est quin & hoc ἰυγὴ ita interpretari possimus. Sed hæc interpretatio cõuenit cum ea quæ in iisdem tribuitur verbo ἰύζω, videlicet Fistula cano: cuius significationis exemplum desidero.

AT VERO Ἴυγξ, γγος, ἡ, (quod itidem ab ἰύζω deriuatũ existimatur) nomen est auiculæ quam Torquillã necnon Verticillam quibusdam appellare placuit. Eam describit Aristoteles Hist. anim. l. 2, cap. 12. A quibusdã dicta etiam fuit Motacilla, tanquam vna eadémque cum illa quæ σίσυρα sive σισσυγὶς nominatur, (assentitúrque illis Suidas, scribens, ἴυγξ τὸ ὄρνεον τὸ καλούμενον σισσυγίς) sed reprehenduntur qui illam cum hac confundunt: quam καὶ αἴδιον etiam vocatam fuisse Hesych. & Suidas autores sunt. A Galeno autem libro 4, κῆ πόποις fertur dicta κίναιδος.

Ἴυγξ, (vt quædam poetica fabula perhibet, cuius meminerunt scholiastæ Pindari & Theocriti, necnon Suidas) mulier quædam fuit quæ quum Iouem incantamentis quibusdam & magicis artibus ad amorem sui vel ad amorem Iûs pellicere conaretur, à Iunone in auem mutata fuit, seruato eodẽ nomine. Hinc autem factum est vt auem istam ad amatorias illecebras iuuare, eáque magas ad suas incantationes suáque veneficia vti creditum sit. Bud. ἴυγγας vertit Veneficia illecebrosa, in hoc Synesii loco, ἥσαν ἄρα Αἰγύπτιοι φαρμακεῖς. καὶ οὐ παύεται Ὅμηρος ψευδόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἴυγγων πλήρεις ὀδυσσεὺς ἐκπέμπεις ἀπ' Αἰγύπτου. Cui loco hunc Xenophontis subiungit, οὐκ ἄνευ πολλῶν φίλτρων τε καὶ ἐπῳδῶν καὶ ἴυγγων. Vtitur autẽ Synesius & aliis in locis voce ἴυγγες pro illecebris. Itidémque ἴυγξ generaliter pro quauis illecebra interdum ponitur, & eo quod nos ad aliquid pellicit. Ex Xenophontis Apomnemon. affertur ἴυγγα ἔχειν pro Habere illecebram, & pelliciendi artificium tenere. Exẽpla huius metaphoricæ significationis & apud Suidam inuenies. Apud Pindarum Nem. ode 4, ἴυγγι ἕλκομαι ἥπερ scholiastes exponit ὀδηθυμία.

Ἴυγξ fertur dictus & ipse magarum turbo seu rhõbus. Vide Suidam. Sunt qui in Theocriti Pharmaceutria in hoc intercalari versu, Ἴυγξ ἕλκε τὸ πῶνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, vocem ἴυγξ significationem illam habere crediderint. Sed scholiastes Veneream auem esse tradit, quam magæ ad suas incantationes adiutricem habeant. Vide plura de eadem voce ibidem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA